Peccata venialia impediunt profectũ hominis.ſer.xviij.T.
Peccata venialia ſunt occaſio peccatorũ mortalium quatuor modis.ſer.cx.Q.
Penitentiã veram agunt iſti.ſer.xliij.E.
Penitẽtiam falſam agunt nouem genera hominum.ſermo.xliij.R.
Per penitentiam ⁊ per opera penalia poteſt quis delere omnem penam peccatorũ ꝙ ſtatim euolet ad celum.ſermo.xiij.R.
Penitens debet habere bonam ſpem de indulgentia peccatorum ſi vult remiſſionẽ conſequi.ſer.cxij.C.
Penitentiam non debemus differre vſqꝫ ad mortem:⁊ hoc propter quinqꝫ.ſermoñ.clvj.X.
Pena damnatorum quo ad diſpoſitionẽ corporis.ſer.l.E.
Pena maxima eſt dãnatis ſeparari a claraviſione dei.ſer.cl.T.Itẽ.cxxv.Q.Exemplum.
Pena ignis inferni differt quintuplici differẽtia ab igne noſtro.ſer.cj.D.Item.cxv.B.Exemplum.
Quomodo puniantur ebrioſi.ſer.lxij.y.et ſermo.xcix.P.Exemplum.Item ſermo.cxxv.Q.
Pene future conſideratio facit penas preſentes leues ⁊ exercitia leuia.ſermone.cliij.C.
Penas inferni meretur gaudium mundi.ſermo.xxxvj.H.
Damnati quomodo clamabunt et maledicent ſibiipſis ⁊ membris proprijs.ſermone.v.I.
Damnati habebunt tria fercula amariſſima:⁊ potum amariſſimum:⁊ tria genera muſicalia:⁊ balneum ⁊ lectũ.ſermo.lxij.y.Exemplum ⁊ ſer.cj.E.Exemplum.
Pene inferni magnitudinem exprimunt.Bernardus Auguſtinus Ambroſius Gregorius.ſer.cxxv.B.Exemplũ.Item.cxxxv.E.Exemplum.
Pene inferni ſunt nouem.ſer.cxxv.O.
Pena magna eſt damnatis videre demones in inferno.ſer.cxxvj.R.Exemplum.
Pena magna eſt damnatis videre gloriã beatorum:et quomodo recordantur de bonis que hic habuerunt.ſermone.cxxv.T.V.
Pena magna eſt damnatis mori eternaliter:⁊ tamen non conſumi.ſer.cxxv.x.
Pena inferni quomodo minuitur propter bona opera que facit quis in peccato mortali.ſer.xcij.N.
Penas inferre deo eſt alienum:⁊ quomodo compellitur punire hominem.ſermoñ.xcvij.B.
Penas inferni ſuſtinebunt nouem genera hominum:⁊ ſemper vnum genus grauius alio.ſer.cxxxj.F.
Perſeuerantia acquirit premium eternũ.ſer.lxxiij.M.Exemplum.
Precepta decem concluſa in duobus ſermonibus.ſer.cxlij.Q.
Prelati ſunt honorãdi etiam ſi mali ſunt.ſer.xxviij.F.
Prelaturam appetere an ſit peccatum.ſermo.iiij.y.
Prelati ⁊ domini tenentur tria ſuis famulis ⁊ ſubditis.ſer.xxxiij.E.Item.lix.H.
Prelati in iudicio extremo diſtrictã rationem reddituri ſunt.ſer.iiij.y.
Prelati non debent exactionare ſubditos.ſermo.lix.I.
Prelati debent corrigere ſubditos.ſerm̃.lxiij.G.
Prelati tenentur tueri terram ſuam a raptoribus.ſer.cxxv.L.
Prelati impignorant animas ſuas.ſermo.cxxxij.G.
Prelati ⁊ ſuperiores non debent ſpernere inferiores:ſicut nec vnum membrum ſpernit aliud.ſer.cxlv.R.
Preſumptio.ſer.xcij.S.
Preſumptuoſe peccãtes grauius alijs puniuntur.ſer.cxxxj.O.
Predeſtinatiõis ſunt.ix.ſigna.ſer.cxlix.A.
Predeſtinatio non cogit liberum arbitriũ:⁊ qualiter circa predeſtinationem homines errant.ſermone.lxiiij.N.Exemplum.Item.xciij.V.
Proſperitas quare datur malis hominibus.ſermo.xcij.L.
Proſperitas tẽporalis eſt ſignum reprobationis ⁊ eterne damnationis.ſer.cviij.Q.Exemplum ibidem.R.Item.cxlix.B.Exẽplum.Item.xxxvj.O.Exemplum.
Profectum ſpiritualem impediunt illa ſeptem.ſer.xviij.N.
Proficere debemus in bonum ſi voluntatem dei volumus perficere.ſer.cij.M.
Proficere volẽs in bono debet illa quatuor ſemper cogitare.ſer.cxxxviij.O.
Proficiens qui in corde mouetur ad bene operandum eſt ſignum predeſtinationis.ſermo.cxlix.I.
Proximus tenetur tria.ſer.cliij.P.
Pulchritudo corporis qñqꝫ eſt cauſa qꝺ aliq̃ nolunt deo ſeruire:⁊ qui ſe hic vt ſint pulchriores ornant deformiores erũt in inferno.ſer.cxiij.Q.Exemplum.
Pueros occidentes in vtero matris ⁊ aborſum procurantes.ſer.xvj.A.
Puer ĩ vtero m̃ris an poſſit baptiſari:⁊ qñ apparet aliqꝺ membrũ pueri:⁊ timetur de

aborſu quid faciendū ſit.ſer.lxxvj.V.
Purgatorium eſt locus vbi purgant̄ venialia:q2 cū vno pctō veniali nō pōt q̄s deum videre.ſer.cx.Q.Exemplū ibidem.P.
Puniunt̄ hoīes grauiter poſt hanc vitam ēt pro paruis rebus iniuſtis .ſer.ciiij.J.
Purgatorij pena eſt valde acerba:ergo potius hic ſatiſfacere debemus pro peccatis ⁊ q̄diu q̄s pro vno peccato mortali punietur.ſer.clvj.D.Exemplu3.
Purgatorij acerbitas ⁊ differentia inter penam preſentem ⁊ futurā. ſer.cxxviij.M. Exemplum.
Item.cxxxiiij.x.Itē.clj.L.Exemplum. Itē ciij.V.Exemplum.
Anime in purgatorio triplicem hn̄t cōſolationem.ſer.clx.F.Exemplum.
Purgatorij penā minuit correctio q̄ fit in preſenti pro delictis.ſer.lxiij.H.Exēplum.
Quietem mentis impediūt tēporalia.ſer. xciij.D.

RAptor in tribus peior diabolo: de penis raptorum. ſer. ciij.F. Exemplum.
Rōnem reddituri ſumus de decem in die iudicij.ſer.iij.P.
Rōnis vſu3 aliqui amittunt in agone.ſer. lxxix.O.
Recidiuans incurrit ſeptem magna dāna. ſer.liij.M.Exemplum.
Recidiuantes immediate in pctā: nō verā egunt pniam.ſer.xliij.B.
Recidiuant cōiter octo genera hominu3. ſer.lviij.F.
Recidiuationē volens precauere:illa ſex d3 quotidie premeditari.ſer.liij.N.
Religio in ſeptem cōparatur vite celeſti. ſer.cxxj.H.
Religionis ingreſſus delet penā ⁊ culpa3 ⁊ reſtituit primā innocentiā ſicut baptiſmꝰ. ſer.xiij.D.Itē.cxxj.H.
Religioſorum p̄latus nō pōt diſpenſare cū ſubditis ad habendū propria.ſer.cxxj. J.
Religioſus q̄ non h3 animū reſignādi omnia q̄n prelatus ſuus requirit ab eo:eſt in ſtatu damnationis.ſer.cxxj.R.
Reprehendunt dn̄3 ſeptem genera hominum.ſer.cviij.P.
Reſurrectio mortuorum erit tā bonis q̄3 malis in voce tube.ſer. v.D.
Reſurrectio eorum qui immediate morituri ſunt ante iudicium:an etiam eorundem corpora redigantur in pulueres. ſer. vj.M.
In reſurrectione corpora electorū habebunt quatuor proprietates ſolis.ſer.l.D.
In reſurrectione corpora reproborū erunt deformia ⁊ paſſibilia.ſer.lj.E.
Reſurrectio hominū in nouiſſimo die qualiter fiat quo ad etatem ⁊ quantitatē.ſermo.l.E.
Reſurrectio chriſti contulit gaudium angelis in celo ⁊ ſanctis patribus in lymbo. ſer.j.A.
Reſurrectionē ſuā quare primo xp̄s oſtendit mulieribus.ſer.l.F.exēplū.
Res iuſtas debent parētes relinquere heredibus ⁊ pueris. ſer.xxiij. O.exemplum. Itē.xxv.L.M.Exemplum.
Res iniuſtas ſcienter poſſidentes dānant̄ cū heredibꝰ ſuis.ſer.ciij. M. exemplum. Item.cxiij.E.exemplum.
Res iniuſtas poſſidenti ſi q̄s tradit filiam ſuam in vxorem:in eternā dānationē tradit.ſer.xxvj.S.
Res iniuſtas poſſidet q̄s quinq3 modis. ſer.lxxxij.D.
Res iniuſtas lucrant̄.xiij.gn̄a hominum. ſer.ciij.F.
Res iniuſtas lucrantes vendunt aīas proprias:totiens quotiēs. ſer.cxxxij.E.
Rebus iniuſtis participans q̄s in comedēdo:bibendo:vel emendo tenet̄ ad reſtitutionem.ſer.cxlv.Q.
Rem raptam vel furatā ſcienter emēs q̄nq3 dāna incurrit.ſer.cvj.G.
Res ⁊ propine q̄ a iudeis recipiunt̄ quibus ſint reſtituende.ſer.cv.Q.
Res paruas furari q̄n eſt cōtra preceptū dei ⁊ q̄n non.ſer.ciij.H.Exemplum.
Reſtitutio de rebus occultis ⁊ debitis ⁊ ēt de paruis rebus quomodo debet fieri.ſer. xliij.x.Itē.ciij.F. H.J.tria exempla.Ite3 cxliij.E.Exemplum. Item.cl.B.C.Exemplum.
Res iniuſtas auari:vſurarij:raptores ⁊ luſores raro reſtituunt.ſer.cviij.y.3.
Res iniuſtas nolens contra deum lucrari illas offert deo.ſer.cl.M.
Res inuente quomodo ⁊ quibus ſunt reſtituende.ſer. ciiij.
SAcerdotes quare honorandi ſunt. ſermo.xxviij.H.
Sacerdotes ſunt ſimiles angelis ⁊ beate Marie virgini in tribus:et habent nouem priuilegia.ſer.cxj.y.A.
Sacerdotes infamantes ⁊ eos eroſos habentes grauiter peccant.ſer.cxj.C.
Sacerdos fornicarius quotienſcunq3 facit aliquē actum alicuius ordinis peccat mortaliter.ſer.cxj.D.
Sacerdos expendens matrimonium crucifixi cum meretricibus tenetur ad reſtitutionem.ſermo.cxj.F.G.
Sacerdos fornicarius eſt ſuſpenſus a diuinis ⁊ ſi celebrat efficitur irregularis.ſermo.cxj.D.
Sacramenta ſeptem concluſa in vno.ſer. cxlviij.P.⁊ deinceps.
Sacramenta que poſſunt reiterari et que non.ſer.cxlviij.R.
Sacramenta adminiſtrās in peccato mortali:ipſo facto peccat mortaliter. ſermo. cxj.D.
Saluantur pauci reſpectu damnatorum: ⁊ hoc debet nobis incutere timorem.ſer. cxxvj.D.Item.cxlix.L.exemplum.
Sanguinem ſuum ſeptics chriſtus fudit ad delendum ſeptem peccata mortalia.ſermo.xix.D.
Sancti in celo orant tria pro nobis.ſerm̄. clix.V.
Sanctorum communio in ſymbolo quid ſignificet.ſer.cxlvij.O.
Sapere pluſq3 oportet contingit quatuor modis.ſermo.liij.R.
Satiſfactio pro peccatis ſemper debet iniungi per contrarium illorum peccatorū: ⁊ hoc in remedium.ſer.xliiij.
Satiſfationem expletam in peccato mortali an neceſſe ſit reiterare.ſer.xliij.P.
Senes honorandi ſunt propter ſenium. ſermo.xxviij.G.
Sequi debemus chriſtum triplici ratione.ſermo.xv.V.
Sequi debemus chriſtum in ſeptem.ſermo.xv.Q.
Seruitium iuuenum eſt deo valde acceptum.ſermo.xx.L.exemplum.
Seruiunt deo omnes creature.ſermo.clv.Q.
Seruire tenentur deo propter ſex cauſas: ⁊ illa ſex ſeruitia requirit deus a nobis. ſermo.clv.R.
Seruiendum eſt deo principaliter ex charitate ⁊ non ſolummodo propter regnum celorum:nec propter infernu3 euadendū: ſer.clv.V.exemplum.
Seruitores ſuos deus exaltat ⁊ honorat multipliciter.ſer.clv.S.
Seruire aliqui nolunt deo ſex de cauſis. ſer.cxiij.P.
Signa quinq3 per que cognoſcuntur veri chriſtiani.ſermo.lxij.X.
Signum digne communionis et quādiu chriſtus manet in homine poſt cōmunionem.ſermo.lj.G.
Silentium ſeruare et pauca verba loqui docent nos illa ſeptem.ſermo.xxxix.S.
Societas bona confert decem emolumēta.ſermo.lxvj.A.
Sodomiticum peccatum eſt peſſimum vitium inter ſpecies luxurie:⁊ habet quinq3 gradus.ſermo.lxxv.R.
Somnia obſeruantes peccant. ſermone xlj.H.
Sortilegi diuerſimode falſificant fidem chriſtianam.ſermo.xlj.O.Exemplum. Item ſermo.cxij.R.
Spem et confidentiam quadruplicem debemus habere ad deum.ſer.lxx.S.
Spirituſſanctus tribus vicibus datus eſt apoſtolis.ſer.lxxj.S.
Spirituſſanctus operatur tria in homine ſpiritualiter:que omnia operatur in corpore corporaliter.ſer.lxxj.R.
Spirituſſanctus tria operatur in incipientibus:tria in proficientibus:tria in perfectis.ſer.lxxj.T.exemplum.
Spirituſſancti ſunt ſeptem dona per que expelluntur ſeptem peccata mortalia.ſermo.lxxiij.A.
Stephanus habet ſeptem dignitates pre ceteris ſanctis.ſermo.xiiij.exemplum.
Stultiſſimi homines huius mundi ſunt

iſti.ſer.liiij.Q.
Stuprum eſt grande peccatum:⁊ qualem penam ſuſtinebunt in futuro.ſer.lxxxv.P. Item.xcvj.V.exemplum.
Subditi tria tenentur ſuis ſuperioribus. ſermone.lix.V.exemplum.
Suffragia quindecim cū quibus ſubueniendum eſt animabus in purgatorio.ſer. clx.H.
Suffragia debemus exhibere animabus ad hoc incitant nos quatuor.ſer.clx.F.
Utrum vna miſſa de ſanctis valeat tantū quantum Requiem.Et an pro pueris debeat miſſa celebrari.ſer.clx.M.N.
Anime in purgatorio, conqueruntur de quatuor generibus hominum.ſer.clx.O.
Suffragia non proſunt animabus damnatis in inferno: etiam ſi omnes ſancti ꝑ eis orarent.ſer.cj.B.
Suffragium orationis quod fit in peccato mortali non prodeſt animabus. ſermone xcij.C.Exemplum.
Superbia exterior ſex modis fit peccatū mortale. ſermone.cxlj. I. Item.lxxxij. I. Exemplum.
Superbia in bonis operibus quando eſt mortale ⁊ quando veniale.ſermo.cvij.O. exemplum.Item.cxl.D.
Superbia ſpiritualis eſt multū nociua:vt patet per talia exempla.ſermone.lxxij.x. Item.cxxxvij.x.
Superbi qui honores querunt in preſenti oſtendunt ſe non credere deo:nec verbis chriſti,ſer.lxiij.A.
Superbi ſpūis quandoqꝫ confiteantur tamen frequenter recidiuant.ſer.lvij.G. Exemplum.
Superiores ⁊ domini tria tenētur ſuis famulis ⁊ ancillis.ſer.xxxiij.E.
Superiores non debent deſpicere ſeruos ⁊ ancillas.ſer.xxxiij.G.Exemplum.
Surgendum eſt libenter de mane ꝓpter illa bona.ſermo.ij.R.
Tactus mulieris ⁊c.ſer.lxxxvj.A.
Temporalia et omnia neceſſaria debemus ſperare a deo.ſermone cxxij.R.
Temporalia omnia neceſſaria vite prouidet deus ſuis ſeruitoribus,ſermo.cxij.T. Item.cxviij.M.
Temporalia quomodo a deo ſunt petēda.ſer.lxiiij.O.Item.lxv.R.
Temporalia propter deum deſerens debet ex tribus his vnum ſperare a deo.ſer. cxviij.M.N.
Temporalium ſollicitudo et cum quis nimium triſtatur de amiſſione temporalium an ſit peccatum. ſermone.cxxij. S. Item.cl.x.
Temporaliū amorē a corde hominis retrahunt ille ſeptem cōſiderationes.ſerm̄. xciiij.A.
Temporalia non diligere eſt ſignū gratie.ſermo.xlvij.B.
Temporalia nimis auare tenētes ⁊ pauperibus nō ſubuenientes damnantur.ſer. lxx.E.exemplum Item.lxxxix.P.
Temporalia concupiſcendo peccat quis decem modis.ſer.cxviij.I.
Temporalia lucrantur iniuſte iſti homines.ſer.ciiij.F.
Temporalia nō poſſunt ſatiare affectum hominis ⁊ hoc triplici ratione.ſerm̄.xciiij. B.Item.cxxxij.D.
Temporalia quare dantur malis hominibus.ſer.cviij.Q.R.Exemplum.
Temporalis proſperitas in preſenti eſt ſignum reprobationis.ſerm̄.cviij.R.Exemplum.Item.cxlix.B.
Temporalia quādoqꝫ ſunt occaſio quod quis efficitur malus.ſer.xciiij.F. Exemplum.
Cum temporalibus peccat quis quatuor modis.ſer.cxlix.R.
Cum temporalibus meretur quis quinqꝫ modis.ſer.cl.M.exemplum.
Temporalium rerum ablatio quomodo erit bonis meritoria.ſer.cl.V.
Temporalia ſunt proximis propter deū mutuanda ⁊ non in terra fodienda.ſerm̄. cl.A.Exemplum.
De temporalibus reddemus rationem in iudicio.ſer.iij.R.
Temporalia non ſunt propria hominis: ſed accommodata.ſer.xciiij.C.Exemplū. Item.cl.P.Exemplum.
Tempeſtatē aeris quare deus permittit fieri.ſer.cviij.S.Exemplum.
Tempeſtate aeris imminente fit pulſus campanarum duabus de cauſis.ſermo. cviij.T.exemplum.
Tempus noſtrum debemus vtiliter expendere:⁊ quare hoc.ſer.iiij.T.
Tempus ſeruare in actibus humanis qn̄ eſt ſuperſtitioſum.ſer.xlj.H.
Tempus ſeptuageſime quare inſtitutū ſit.ſermo.xxxij.R.
Tempora quinqꝫ leguntur de chriſto in euangelijs.ſer.xxiij.F.
Tentationes acerbiſſime ſunt iſte.ſerm̄. xxix.Q.
Tentatiōes ⁊ tribulatiōes acerbiſſimas quare deus permittit ſuper bonos.ſerm̄. xxix.x.Exemplum.
Tentationes ſeptem per quas ⁊ etiam boni ⁊ deuoti homines ſepe decipiuntur. ſermo.xl,A.
Tentationē nullam habere eſt periculoſum.ſermo.xl.C.
Tentationem ſiue octo rhetia habet diabolus cū quibus capit mundanos homines.ſermone.xciij.P.
Tentamur quotidie a carne:a mundo:a diabolo.ſer.lxxxviij.M.
Tentatur homo in agone per quinqꝫ.ſer. cxxxiij.S.Exemlum.
Tentationibus reſiſtendo meremur totiens coronam vite eterne. ſermo.cij.D. Exemplum.
Teſtis iniquus tripliciter peccat:⁊ tenetur ad reſtitutionem damni.ſer.xcvj.P. Item.cxxxiij.L.Item.cxlij.D.
Teſtis an poſſit aliquid recipere ꝓ teſtimonio ferendo.ſer.cxxxiij.M.
Timor dei confert ſeptem bona.ſermone. lxxiij.A.
Timere debemus quotidie qꝛ ſumus incerti an odio vel amore dei digni ſumus. ſer.xxix.T.
Tribulantur aliqui ad intra:aliqui ad extra ⁊ hoc multipliciter.ſer,xxix.N.
Tribulationes ⁊ infirmitates patienter ſufferre eſt ſignum gratie.ſer.lj.R. Item. lxvij.B.
Tribulatio ⁊ aduerſitas in p̄ſenti eſt bonum ſignum future predeſtinationis.ſer. cxlix.A.
Tribulationes et infirmitates ⁊ labores in ſeruitio dei erūt nobis leues ſi illa quatuor diligenter penſemus.ſer.cliiij.A.
Tribulari permittit deus hominez propter quinqꝫ.ſer,cix.G.
Tribulationes ⁊ perſecutiones malorum debemus patienter ſufferre propter iſta. ſer.cxlvj.H.
Tribulationes ⁊ infirmitates impatienter ſuſtinentes oſtendunt ſe non credere verbis chriſti.ſer.lxij.C.Exemplum.
Triſtis fuit chriſtus ſuper omnes homines.ſer.xlv.H.
Triſtitie exemplum dat nobis chriſtus ⁊ nos volumus lētari in hoc mundo.ſermo. xv.V.
Trinitas operata eſt incarnationē chriſti.
Trinitas perſonarum oſtenditur in ſcripturis ⁊ etiam in creaturis.ſer.lxxv.O.
Trinitas deuote nominata confert triplicem fructum. ſermone.lxxv.Q. Exemplum.
Quomodo et per que vincitur potentia patris:ſapiētia filij ⁊ bonitas ſpiritusſancti.ſer.lxxv.R.
Trinitas perſonarum in diuinis non eſt curioſe inueſtiganda.ſer.lxxv.S. Exemplum.
Trinitas in diuinis gaudet de conuerſione peccatoris.ſer.lxxvij.E.
Venditor quando tenetur dicere vitium rei.ſer.cvj D.
Uendunt iuſti animas ſuas. ſer.cxxxvij.E.
Uerbum dei quinqꝫ confert fructus.ſer.xxxv.Y. Item.lxxx.Q. Exemplum.
Uerbum dei diſponit hominē ad gratiaz dei.ſer.lxxviij.G.Exemplum.
Uerbum dei quare mali nō poſſunt audire.ſer.xxxv.A.B.Exemplum.
Uerbum dei libenter et dulciter audire eſt ſignum predeſtinationis. ſermone cxlix B.
Ueſtis aſpera confert quinqꝫ dona.ſerm̄. vij.S.exemplum.
Ueſtes humiles debent gerere virgines ⁊ vidue,ſer,cxvj,S.

Ueſtes ſuperbas ⁊ omnem occaſionē peccandi debēt abijcere vere penitentes.ſer.xluij.v.
Ueſtes ſunt reprehēſibiles ꝓpter pretioſitatem:mollitiem:extraneitatē: et ſuperfluitatem.ſer.lxxxiij.S.
Ueſtium ſuperfluitas attenditur in trib⁹.ſer.lxxxiij.h.exemplum.
Ueſtium ornatum in ſex modis poteſt eſſe peccatum mortale.ſer.lxxxiij.J.Exemplū.
Ueſtibus ſe ornans ad alliciendum alios peccat grauiter.ſer.lxxxvj.h.
Ueſtib⁹ nudos tegere eſt deo valde acceptum.ſer.lxxxix.R.
Uidens pulchram ⁊ ornatā perſonā quid ille debeat cogitare.ſermo.lxxxvj.y. Itē.cix.F.
Uidendo debemus ſolicite cuſtodire viſum noſtrū:⁊ hoc ꝓpter tria.ſer.lxxxvj.x. Item.cxxxviij.S.
Uiduarum regula habet.vij.capitula.ſer.cxvj.O.
Uiduis quare melius eſt manere in viduitate ꝙ̄ ſecundario contrahere.ſer.cxvj.x. Exemplum.
Uirgines nouem habēt priuilegia.ſermo.clxvij.S.
Uirgines debēt habere ſex ſi volunt deo placere.ſer.clvij.h.
Uirginum defloratio eſt graue peccatū.ſer.lxxxv.P.Item.xcvj.U.Exemplum.
Uirtutes oſtēdunt hominē eſſe nobilem.ſer.cxxvij.E.
Uirtutibus inherere debemus ꝓpter tria ſer.cxxxvij.Q.
Uirtutibus dotatur qui paſſionē chriſti deuote meditatur.ſer.xlviij.R.
Uirtuoſi qui iam deridentur in malis.ſer.cxliij.L.
Uirtuoſos honorare diligere ⁊ fouere eſt ſignum predeſtinationis.ſer.cxlix.D.
Uita hominis eſt breuis.ſermo.lx.N.Itē cliij.A.
Uita antiquorum patrum quare fuit tam longa.ſermo.lx.O.
Uita preſens cum breuis ſit quare ſic ab hominibus diligitur.ſer.lx.Exemplum.
Uiuunt ſimul boni ⁊ mali.ſer.xxx.A.
Uiuere permittit deus quandoqȝ pauperes ⁊ debiles cecos diu in preſenti.ſermo.cix.D.
Unctio extrema quibus conferenda eſt:⁊ an poſſit reiterari.ſer.cxlviij.x.
Unctio extrema habet quadruplicē effectum in homine.ſer.cxlviij.x.
Uocat nos deus quotidie multipliciter.ſer.lxxiij.h.
Uocationem dei aliqui nō audiunt nec reſpondent nec aperiunt.ſer.lxxiij.L.
Uoluntate bona concipitur xp̄s ſpiritualiter in homine ⁊ opere parturitur.ſermo.xvij.R.
Uolūtas dei eſt vt oēs homines ſalui fiāt qđ oſtenditur in ſeptem.ſer.cij.P.
Uoluntariū eſt omne peccatū ergo fatum nihil eſt et ſemper liberū arbitriū manet in homine.ſer.xxij.S.⁊ ſer.xlj.L.
Uoluntas mala quādo erit peccatū mortale.ſer.lxxxvj.E.Item.ſer.cxxxj.F.
Uoluntatem bonam remunerat deus qđ patet per tale exēplū ſer.clj.O.Exemplū.
Uoluntatem noſtrā quomodo debemus conformare diuine voluntati.ſer.clj.N.
Uoluntas dei cōſiſtit in ſeptem que deus requirit a quolibet homine.ſer.cij.R.
Uoluntatem dei facere debemus ad hoc incitant nos tria.ſer.cij.J.
Uoluntas corporis eſt breuis.ſer.xxxvj.E.
Uoluntatē corporis reprehendit duritia ⁊ abſtinentia xp̄i.ſer.xv.
Uſura eſt vendere carius ꝓpter dilationem.ſer.cvj.C.Item ſer.cxiiij.E.
Uſurarius peior eſt inferno:iudeo:fure: iuda:⁊ omni peccatore.ſer.cxiiij.A.
Uſura multis modis committitur.ſermo.cxiiij.C.
Uſurarij manifeſti plectuntur a iure quadruplici pena ⁊ de ſepultura eorū.ſermo.cxiiij.B.Exemplū.
Uſurarios perſequitur eccleſia: ſic quod nullus compellendus eſt ad ſoluendum vſuras ⁊ ſolutas poteſt repetere:et ille tenetur reſtituere.ſerm.cxiiij.D.E. Exemplum.
Uota ſuperſtitioſa que ſunt.ſer.xlj.M.
Uouentes virginitatem ⁊ poſtmodū contrahentes matrimonium ꝙ̄tum peccent.ſer.xxvj.P.



Uouentes ſextis ferijs abſtinere a lacticinijs non poſſunt comedere carnes in die natiuitatis xp̄i cum in ſexta feria euenerit.ſer.xj.F.
Uxor tenetur honorare maritum ſuum exemplo marie.ſer.xxv.C.
Uxor que furatur viro ſuo quando peccet ſic furando formaliter ⁊ quando non.ſer.xxv.R.
Chriſtus aſſumpſit decem defectus humani generis.ſer.xxvij.a.
Chriſtus nunꝙ̄ mendicauit.ſer.xliiij.S.
Chriſtus oſtenſurus eſt inſignia paſſiōis ſue in iudicio peccatoribus.ſer.v.F.
Chriſtus ſeruauit cicatrices vulnerū ſuorum nouem de cauſis.ſer.lvij.D.
Chriſtus quadrupliciter orat pro nobis.ſer.lviij.E.
Chriſtus quomodo ſit in ſacramento ſub vtraqȝ ſpecie.ſer.lxx.S.
Chriſtus ad quem infernum deſcendit et ꝙ̄diu ſibi manſit ⁊ quos liberauit.ſermo.cxlvij.L.
Chriſtū portare debemus in vlnis ſupra pectus noſtrum.ſer.cxvj.D.
Chriſtum eligere debemus in dominum noſtrum et hoc propter quinqȝ.ſermo.cxlvj.D.
Hypocrite recognoſcūtur per quinqȝ.ſer.c.R.
Hypocriſis eſt deteſtanda ꝓpter quinqȝ.ſermo.c.U.Exemplum.
Hypocriſis octo modis cōmittitur et qñ eſt mortale ⁊ quādo non.ſer.c.x.

¶Explicit tabula ſermonum diſcipuli de tempore per circulum anni ſcđm ordinem alphabeti.

¶Tabula de decem preceptis incipit.

Non adorabis deos alienos.Contra hoc primum preceptum viginti quatuor genera hominum peccant.hoc quere.ſer.xlj.S.Item.cxlij.
Non aſſumes nomen dei tui in vanum. Contra hoc preceptum decē genera hominum peccāt.quere ſer.xlij.U. Itē.cxxiij. F.Item.cxlij.S.T.
Memento vt diē ſabbati ſanctifices.Circa hoc preceptum quatuor ſunt dicenda.Primo quare ſabbatū tranſlatum eſt in diem dominicum.Scđo quomodo feſtorū celebratio octo modis tranſgreditur.Tertio quando feſtum eſt incipiendum ⁊ quādo terminandum.
Quarto quomodo puniantur a deo qui nō celebrant feſta.hoc quere ſermo.cxvij. A.Item.cxlj.U.
Honora patrem ⁊ matrē.Circa illud preceptum tria ſunt dicēda.Primo quomodo tenentur ſex ſuis parentibus.⁊ ſic hoc preceptum filij ſex modis tranſgrediuntur.
Secundo quomodo mali filij puniantur a deo.
Tertio exemplū hoc quere.ſer.xxiiij.S.⁊ cxlij.x.
Non occidas.De hoc precepto quere.ſer.cxlij.y.
Non mechaberis.Circa hoc preceptū dicendū quomodo actus luxurie extra matrimonium eſt peccatum mortale;et talis actus luxurie committitur ſex modis:et ſemper vnus actus eſt grauior alio.ſerm.lxxxv.Q.Item.cxliij.A.
Non furtum facies.Contra hoc preceptū faciunt tredecim genera hominum.hoc quere.ſer.F.⁊.cliij.B.
Non falſum teſtimoniū dices.Cōtra hoc preceptū faciunt octo genera hominum: hoc quere.ſer.xcvj.P.⁊.cxliij.D.
Non concupiſces rem proximi tui.Circa hoc preceptū eſt dicendū quomodo auari cōcupiſcendo tēpalia peccent decē modis et qñ eſt veniale ⁊ qñ mortale: hoc quere ſer.cxviij.J.⁊.clxiij.S.
Non cōcupiſces vxorē ⁊c.Circa hoc preceptum eſt dicēdū quomodo luxuria ſine actu cōmittitur decē modis:⁊ qñ eſt mortale ⁊ qñ veniale. hoc quere.ſerm.lxxxvj. S.Item.cxliij.S.
De nouem peccatis alienis.ſermo.cxiiij.⁊ ſequenti.

¶Tabula de ſeptē peccatis mortalibus.

Superbia.hic de ſuperbia exteriori dicēda ſunt tria.Primo ꝙ quatuor modis eſt reprehēſio circa veſtes.
Scđo quomodo quis ſex modis pōt peccare mortaliter per ornatum corporis.

Tertio exẽplum. Iſta quere ſer. lxxxiij. S.
Auaritia hic eſt dicendũ quõ p auaritiam peccat quis quatuor modis. Primo cõcupiſcendo. De hoc quere ſer. cviij. I.
Secũdo acquirendo res iniuſtas. De hoc quere ſer. ciiij. F. Tertio male expendendo. De hoc quere ſ. cxlj. R. Quarto nimis auare poſſidendo. ſer. lxxxij. C. D. Exemplum. Item. lxxxix. P.
Gula. hic de gula tria ſunt dicenda. Primo ꝙ quinqꝫ ſunt reprehenſibilia in comedẽdo ⁊ bibendo. ſ. cxcviij. F.
Secundo ꝙ quinqꝫ modis peccat mortaliter in comedendo ⁊ bibendo. ſermo. xcix. M. Item. cxlj. L.
Tertio. exemplum. xcij. P.
Luxuria. hic tria ſunt dicenda. Primo quomodo actus luxurie cõmittitur ſex modis. ⁊ quomodo ſemper vnus actus eſt grauior alio. ſer. lxxxv. O.
Secundo quomodo luxuria ſine actu committitur decem modis ⁊ qñ eſt mortale ⁊ quando veniale. ſer. lxxxvj. S.
Tertio ꝙ quilibet poteſt actum luxurie precauere ⁊ caſte viuere. ſermo. lxxxvj. D. Exemplum.
Ira. hic eſt dicendũ ꝙ ira octo modis committitur: ⁊ qñ eſt veniale ⁊ qñ mortale. ſ. xcv. G. Itẽ. cxj. N.
¶ Inuidia. hic tria ſunt dicenda. Primo ꝙ inuidia tribus modis committitur: et quando eſt mortale ⁊ quando veniale ſer. cxlj. O.
Secundo que debẽt nos inducere ad poſtponendum inuidiam ⁊ rancorem contra proximũ. ſer. cxxx. S.
Tertio ꝙ quilibet tenetur quinqꝫ modis indulgere ſuis inimicis ſi vult ſaluari ſermo. cxxx. Y.
¶ Accidia. hic tria ſunt dicẽda. Primo qñ tedium boni eſt mortale vel veniale. ſermo. cxlj. P.
Secundo ꝙ quatuor ſunt q̃ ſi diligẽter cõſiderantur tunc erimꝰ proni ad bona opera ſer. cliij. A.
Tertio qualis lectus preparatus ſit accidioſis in inferno. ſer. cj. Exemplũ.

¶ Tabula de ſeptem ſacramentis.

Baptiſmus circa hoc ſacramẽtum tria ſunt dicẽda. Primo alique queſtiones mouentur circa ſacramẽtũ baptiſmi. ſ. lxxxvj. V.
Secũdo nouẽ effectus baptiſmi. ſ. co. X. Itẽ. cxlviij. S.
Tertio ſigna q̃ fiũt añ baptiſmũ ⁊ poſt q̃d ſignificent. ſer. lxxvij. B.
Confirmatio eſt ſm ſacramentũ. De hoc quere ſer. cxlviij. T.
¶ Penitentia. hic eſt dicendum de his q̃ pertinent ad ſacramentum penitentie ſcꝫ de contritione ⁊ confeſſione ⁊ ſatiſfactione ⁊ de penitentia vera ⁊ falſa. Iſta quere ſer. xliij. H.
Item. xliij. R.
¶ Eucharistia. Circa hoc ſacramentum tria ſunt dicenda. Primo ꝙ idem chriſtus ieſus qui natus eſt de virgine maria continet in hoc ſacramento ⁊ q̃ bonum ſit digne communicare. ſer. xlvij. C.
Secundo quare hoc ſacramentum datur homini in agone mortis: ⁊ quare hoc ſacramentum inſtitutum ſit. ſer. lxxviij. F.
Tertio quomodo quatuor genera hominum manducant hoc ſacramentum ſpiritualiter. ſer. lxxx. O.
¶ Extrema vnctio: de hoc q̃re ſer. cxliij. X.
Ordo. de hoc ſacramento quere ſer. cxj. T.
Matrimoniũ. De ſacramẽto tria ſũt dicẽ. Primo ꝙ in mrĩmonio cõſtituti dñt ſeptẽ hr̃e vt in ſtatu mrĩmonij ſaluent̃. ſer. xxv. B. Secundo ꝙ ſeptem de cauſis in matrimonio aliquibus non proſpere ſuccedit. ſ. xxvj. N.
Tertio exemplum de probo ruſtico. ſermo. xxvj. V.
¶ Septẽ ſunt dona ſpirituſſancti per q̃ ſeptem vitia capitalia expellunt̃. Iſtũ ſerm̃. quere ſer. lxxij. A.
¶ Sex ſunt opa miſericordie. de his quere ſermo. lxxxix. O. P.
¶ Expoſitionem ſuper pater noſter quere ſer. lx. O.
¶ De duodecim fidei articulis. quere ſer. cxlvj. B.

¶ Tabula ſuper ſermones de ſanctis.
De ſancto andrea.

Vocauit eos dicens venite poſt me. Mat. iiij. Circa illd̃ thema tria ſunt dicẽda. Primo quõ deus vocat hominẽ multipliciter. Secũdo quõ aliqui non audiũt eũ. Aliq̃ audiunt ſed non aperiunt. Aliqui aperiũt. ⁊c. Tertio q̃d ſciendũ ſit de predeſtinatione. iſtũ ſer. quere ſmo. lxiiij. H.
Venite poſt me. Mat. iiij. Circa illud thema tria ſunt dicenda. Primo quare quilibet homo libenter debet xp̃m ſequi. Secũdo in quibꝰ debemus ſequi xp̃m. Tertio legenda de ſancto andrea. iſtum ſmo. quere ſermo. xv. N.
Relictis omnibus ſecuti ſunt eũ. Mat. iiij. hic dicendũ eſt quomodo ſeptem ſunt que debẽt hominẽ retrahere ab amore tpaliũ. Iſtum ſer. quere ſer. xciiij. A.
Bonum eſt viro cũ portauerit iugum dñi ab adoleſcẽtia ſua. Thre. iij. hic eſt dicendum q̃d iuuenes ab initio debẽt incipere deo ſeruire. Et hoc propter ſex bona. Iſtũ ſer. quere ſer. xxj. I.

¶ De ſancto Nicolao.

¶ Fecit illũ dñs creſcere in plebem ſuam. Eccli. xliij. Si volumus proficere ⁊ creſcere cũ beato nicolao in donis ⁊ virtutibus tunc debemus abijcere ſeptẽ impedimenta que impediunt profectũ hominis. Iſtũ ſer. quere. ſer. xviij. N.

¶ De conceptione beate marie virginis.

Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. ps. xlv. hic dicendum eſt quomodo beata virgo maria eſt ſanctificata ⁊ priuilegiata nouem priuilegijs pre oĩbus ſanctis ⁊ angelis. hoc quere ſer. clxij. D.
Vltimo exemplum de tyrãno quem beata virgo iuuit. ⁊ ſic ſaluatus eſt. hoc quere ſermo. cxliij. E.

¶ De ſancto thoma.

¶ Thomas autem non fuit cũ eis qñ ieſus venit. Io. xx. hic eſt dicendũ ꝙ bona ſocietas confert decem bona. Iſtum ſerm̃. quere ſer. lvj. A.
Infert digitum tuum huc ⁊ vide manus meas. Io. xx. hic eſt dicendũ quare chriſtꝰ ſeruauit cicatrices vulnerũ. Iſtum ſermo. quere ſer. lvij. D.
Beati qui nõ viderũt ⁊ crediderũt. Ioan. xx. hic eſt dicendũ quomodo fides eſt ſumme neceſſaria ad ſalutem: ⁊ quõ. xxxiij. genera hoĩm falſificant fidẽ. iſtum ſer. quere ſer. xlj. F. G.

In feſto natiuitatis chriſti.

Ecce euangelizo vobis gaudiũ magnũ q̃d erit omni pplo. Luce. ij. Circa illud thema tria ſunt dicẽda. Primo hiſtoria de feſto hodierno. Secũdo de gaudio ipſius feſti. Tertio de paupertate xp̃i ⁊ marie. Iſtum ſer. quere ſer. xj. A.
Paruulus natus eſt nobis: ⁊ filius datus eſt nobis. Eſa. ix. hic eſt dicendũ quõ beata virgo nouem beneficia exhibuit paruulo puero xp̃o: que nos etiã ſibi exhibere debemus. Iſtum ſer. quere. ſer. xvij. H.
Annũcio vobis gaudium magnũ. Lu. ij. ſer. de luſoribus, quere ſer. xij. G.

¶ De ſancto ſtephano.

Stephanus vidit celos apertos. Act. vij. hic eſt dicendũ de generibus hoĩm quibꝰ celum apertum eſt: ⁊ ſtatim poſt mortem euolant. iſtos duos ſermones quere ſer. xiij. P.

¶ De ſancto ioãne euãgeliſta.

Sequere me. Io. xxj. hic tria ſunt dicẽda. Primo quare quilibet libẽter dꝫ ſequi chriſtum. Secũdo quõ in ſeptẽ debemus eum ſequi. Tertio alique q̃ones de ſctõ Io. iſtũ ſer. quere ſer. xv. N.

¶ De innocentibus.

Mittens herodes occidit oẽs pueros qui erant in bethleem ⁊ in omnibus finibus eius. Matthei. ij. hic tria ſunt dicenda. Primo qui ſunt iſti parentes qui occidũt pueros ſuos ſpiritualiter. Secundo de ſolemnitate preſentis feſti. Tertio exemplum. Iſtum ſermonem quere. ſermone. xvj. A.

¶ De circumciſione dñi.

Poſtq̃ cõſummati ſunt dies octo vt circũcideret̃ puer: vocatũ eſt nomẽ eius Ieſus. Lu. ij. hic tria ſunt dicẽda. Primo q̃re hodierna dies eſt multũ celebris. Scd̃o quotiens xp̃s ſanguinẽ ſuũ effudit. Tertio de ſpũali circũciſione iſtũ ſer. quere ſ. xix. A.

¶ De eodem.

Poſtq̄ cõſummati ſunt dies octo. hic ē dicendū ꝙ xp̄s in pueritia ſua ſanguinē ſuū fudit vt daret exēpluz pueris ꝙ a pueritia debēt deo ſeruire. Iſtū ſer. quere ſer. xx. L.

¶ In epyphania dñi.

Ecce magi venerūt ab oriēte hieroſolymā. Mat. ij. Circa illud thema tria ſunt dicēda. Primo de prudētia illoꝝ triū regū. Secundo de eoꝝ inquiſitiōe ⁊ oblatiōe. Tertio quare pauperes reuerētiꝰ ſe hñt a deū q̄ diuites. Iſtū ſer. quere ſer. xxj. R.

¶ De eodem.

Uidentes ſtellam magi gauiſi ſunt gaudio magno. Mat. ij. hic tria ſunt dicenda. Primo que requirūtur ad iocum vt ⁊ virtute fiat. Secūdo quot modis pōt q̄s peccare mortaliter in iocis. Tertio exēplum. Iſtum ſer. quere ſer. xxj. A.

¶ De conuerſione ſancti pauli.

Domine q̄d me vis facere. Act. ix. hic tria ſunt dicenda. Primo quare merito debemus facere voluntatē dei. Scd̄o in quibus cōſiſtit volūtas dei. Tertio exemplū. Iſtū ſer. quere ſer. c. cij. I.

¶ De feſto purificationis btē marie.

Poſtq̄ impleti ſunt dies octo purgatiōis marie Lu. ij. Maria purgari voluit q̄ tamen nō indiguit: ſed vt nos humilitatē doceret. Unde hic tria ſunt dicenda. Primo de humilitate marie. ſer. clxxiij. P.
Secundo q̄uo maria eſt in exēplū pauperibus triſtibus diuitibus. ſer. cxliij. R.
Tertio exemplū de ancilla ad quā venit beata virgo in obitu. ſer. xxxiij. I.

¶ In cathedra ſancti Petri.

Exaltaui electum de plebe mea. ſermo. lxxxviij.
Hic tria ſunt dicenda. Primo de dignitate ſacerdotū. Scd̄o q̄ grauiter illi peccāt q̄ ſacerdotibꝰ detrahūt. Tertio q̄ piculoſe ſtant mali ſacerdotes ſcz cōcubinarij ⁊ fornicarij. Iſtū ſer. quere ſer. xcj. T.

¶ De ſancto mathia apoſtolo.

Diſcite a me q̄ mitis ſum ⁊ humilis corde. Mat. xj. Circa hoc thema tria ſunt dicēda. Primo de quatuor generibus hominū ſe humiliantiū. Secūdo de nouē gradibꝰ humilitatis. Tertio exemplum. Iſtū ſer. quere ſer. xxxj. I.

¶ De eodem.

Uenite ad me oēs q̄ laboratis et onerati eſtis. Mat. xj. hic eſt dicendū qualiter bona opera fieri debēt: vt per ea ſaluemur: ⁊ q̄uō hoïes etiā damnātur cū bonis operibus. iſtū ſer. quere ſer. cxl. A.

¶ De ſancta Kunegunde.

¶ Deſpondi em̄ vos vni viro virginē caſtam exhibere xp̄o. ij. Coꝛ. xj. hic tria ſunt dicenda. Primo q̄uo aïa ſimilr̄ ⁊ virgo caſta dicit̄ ſponſa xp̄i. Secūdo q̄ debet in ſe habere: vt ſponſo ſuo placeat. Tertio legēda de ſancta Kunegūde. Iſtum ſer. quere ſer. cxxiiij. R. ⁊ clvij. H.

¶ In feſto annūciationis beate marie virginis Aue gratia plena. do. te. Luc. j. Circa illud thema tria ſunt dicenda. Primo ex quo maria hodie mater xp̄i effecta eſt. tunc querit̄ que ſunt iſte virtutes q̄ fecerunt eam dignā matrē xp̄i fieri. hoc quere ſer. clxiij. N. Secūdo quotiens maria locuta ſit prout ex dictis euangelioꝝ colligi pōt. hoc quere ſer. cxvj. R. Tertio exēplum de virgine que clamauit. Aue maria. hoc quere ſer. clxij. M. Aliud exēplum ibidem.

¶ De ſancto gregorio: marco: ambroſio et ſic de alijs ſanctis infra paſcha ⁊ pentecoſten. Labora ſicut bonus miles xp̄i ieſu. ij. Thi. ij. hic eſt dicendū de ſeptē tentationibus bonoꝝ hoïm. iſtum ſer. quere ſermo. xl. A. E. ⁊ cliij. A. ⁊ lv. y.

Ego ſum vitis vera ⁊ vos palmites: q̄ manet in me ⁊ ego in eo hic fert fructum multum. Jo. xv. Sicut palmites gerunt fructū aïaꝝ ſic ⁊ nos quotidie debemus ferre fructum ⁊ mereri cum rebus cum corpore et anima. hic tria ſunt dicenda. Primo ꝙ cuz rebus temporalibus quinq̄ modis poſſumus mereri vitam eternam. Secundo ꝙ cum corpore tribus modis poſſumus mereri vitam eternam. Tertio ꝙ cum anima etiam tribus modis poſſumus mereri. Iſtos duos ſermones bonos ⁊ vtiles pro populo cōmuni quere ſer. cl. M. ⁊ A.

Sine me nihil poteſtis facere. Joā. xv. Ex his verbis iam dictis patet ꝙ ſine gratia dei nullum opus meritorium vite eterne poſſumus facere: ſed q̄ ſecundum Augu. Nullum bonum irremuneratum: ⁊ nullū



malum impunitum manebit. Tunc hic eſt dicendum de ſeptem bonis que proueniūt ex his operibus que fiunt in peccato mortali. iſtū. ſer. quere ſ. xcij. L.

Si quis in me non manſerit mittetur foras ſicut palmes qui areſcit ⁊ colligent eū ⁊ in ignem mittent ⁊ ardebit. Joā. xv. Ubi ſciendum ꝙ excommunicati ſunt ſicut palmites excisi. Unde de excommunicatione tria ſunt dicenda. Primo quomodo excōmunicatio eſt duplex ſcilicet maior ⁊ minor. Secundo ꝙ excōmunicatio propter quinq̄ eſt valde timēda. Tertio q̄n quis incurrit excōmunicationē. iſtū ſer. quere ſer. lxix. H.

¶ De eodem euangelio. Ego ſum vitis vera.

Manete in dilectione mea. Jo. xv. hic de dilectione dei quatuor ſunt dicenda. Primo quare merito debemus deū diligere. hoc quere ſer. cij. O. Item. cix. P. Secūdo quomodo ſm̄ ordinem charitatis quinq̄ ſunt diligenda. Tertio que ſunt p̄ que q̄s coſgnoſcere pōt an deū diligat. Quarto q̄ ſit differētia inter amorē diuinū ⁊ carnalem. iſtū ſer. quere ſer. cxix. T.

¶ Adhuc de eodē euāgelio.

Si precepta mea ſeruaueritis: manebitis in dilectione mea. Jo. xv. hic eſt dicenduz de preceptis dei. Iſtos ſermones bonos ⁊ vtiles pro populo communi quere ſerm̄. cxliij. Q.

Hec locutus ſum vobis: vt gaudiū meū in vobis ſit: ⁊ gaudiū veſtrum plenū ſit. Jo. xv. In verbis premiſſis xp̄s loquit̄ de duplici gaudio bonorum hominum. Primuz eſt gaudium ſpirituale quod boni percipiunt in preſenti. Ergo dicit vt gaudium meum in vobis ſit. Et de hoc gaudio quere ſer. cix. R. Item. xx. R.

Sciendum eſt eternum quod percepturi ſunt in celo. De hoc quere ſermo. iiij. P. Exemplum.

¶ De ſanctis Philippo ⁊ Jacobo apoſtolis. In domo patris mei manſiones multe ſunt Joānis. xiiij. Omnes homines de numero ſaluandorum perueniunt ad nouem choros angelorum. Unde hic eſt dicendum qui ad primum chorum ⁊ ad ſecundum ⁊ qui ad tertium perueniunt. iſtū ſer. quere ſer. lxxviij. L.

¶ De eodem.

Uado vobis parare locum. Joannis. xiiij. hic eſt dicendum de nouem gaudijs celi que chriſtus nobis preparauit. Iſtum ſermonem quere ſermo. lxxxiij. U. Exemplum.

¶ De inuentione ſancte crucis.

Mihi autem abſit gloriari niſi i cruce domini noſtri ieſu chriſti. Gal. ſexto. hic dicēdum eſt de cruce ſpirituali que quatuor partes debet habere. Iſtum ſermo. quere ſer. clij. P.

¶ De ſancto vito.

Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tue. Eccleſia. xij. Iuuenes exemplo beati Uiti in iuuentute debent incipere deo ſeruire: et hoc propter ſex bona que inde proueniunt ipſis. Iſtum ſermo. quere ſermo. xx. I.

¶ De ſancto Joannē baptiſta.

Elizabeth impletum eſt tempus pariēdi: ⁊ peperit filiū Luce. j. hic de partu mulierum tria ſunt dicenda. Primo de geſtibus quos mulieres habēt tp̄e partus. Secūdo de dolorē parturientium. Tertio de labore quē habēt parentes cū pueris nutriendis. iſtū ſer. quere ſer. clvj. R.

Joannes habebat veſtimentum de pilis camelorum Matthei. iij. hic tria ſunt dicēda. Primo que reprehenſibilia ſunt circa veſtes. Secundo quomodo quis ſex modis poteſt peccare cum ornatu veſtium. hoc quere ſermo. lxxxiij. S. Tertio de vtilitate veſtis aſpere. hoc quere ſermo. vij. Exemplum.

Da mihi in diſco caput Joannes baptiſte. Mar. vj. Iſta verba protulit filia herodiadis que fuit ſaltatrix. Unde de chorea tria ſunt hic dicēda. Primo quomodo chriſtus in chorea irridetur ⁊ contemnitur. Secundo quādo chorizare ſit peccatū mortale. Tertio de circūſtantibus choreā. iſtū ſer. quere ſer. xxxvij. P.

¶ In feſto petri ⁊ pauli.

Tibi dabo claues regni celorum. Mat. xv.

hic eſt dicendum ꝙ ſunt nouē genera hoīz quibus celum inſeratum eſt. iſtos ſer. quere ſer. xiij. P.

Quodcūqꝫ ligaueris ſuꝑ terrā erit ligatū ⁊ in celis. Mat. xvj. Iſta ꝑtās intelligit᷑ de excōicatione. Vñ hic de excōicatione tria ſunt dicenda. Primo quare excōicatio eſt timenda. Secundo qñ qs incidit in excōicationem. Tertio alique queſtiones de excōicatione. iſtum ſer. quere ſer. lxix. D.

## In feſto viſitationis.

Beatā me dicent oēs generationes. Lu. j. Sciendū ꝙ bea. ṽgo eſt laudāda a nobis ꝓpter adiutoriū qḋ ab ea habemus. Vñ quinqꝫ ſunt hic dicenda. Primo ꝙ efficaciter beata ṽgo nos adiuuat. Scḋo vnde hꝫ ꝙ tam potens eſt. Tertio qualiter nos adiuuat. Quarto ꝓpter qḋ nos adiuuat. Quīto exemplum. hunc ſer. bonum ⁊ vtilē de beata ṽgine quere ſer. clxj. T.

## De ſancto Kiliano ⁊ ſocijs eius.

Stabunt iuſti in magna conſtantia. Sap. v. hic eſt dicendū ꝙ quatuor ſunt q̄ debēt nos inducere ad ſuſtinendū ⁊ ad laborandum libenter cū beato Kiliano ꝓpter deū ⁊ propter noſtram ſalutem. Iſtum ſermo. ciij. A.

## De ſancto Henrico imperatore.

Beatus eſt diues qui inuentus eſt ſine macula. Eccli. xxxj. hic eſt dicendū de ſeptem generibus diuitū quorū quatuor gñā dānantur: ⁊ tria gñā ſaluantur. iſtum ſermo. quere ſermo. lxxxij. E. Homo qḋam nobilis abijt in regionē longinquam accipere ſibi regnum. Lu. xix. Ex quo hodie eſt feſtum ſancti Henrici imperatoris q̄ nobilis fuit. Tunc in p̄nti ſer. tria ſunt notanda. Primo vñ nobilitas habuit ortū. hoc quere ſerm̄. cxxvij. F. Secūdo q̄ ſunt ſigna nobilitatis. hoc quere ſerm̄. cxxvij. E. Tertio legenda.

## De ſancta Margareta.

Simile eſt regnū celorū theſauro abſcondito in agro. Mat. xiij. Theſaurus eſt virginitas. vñ hic tria ſunt dicenda. Primo de dignitate virginitatis. Secundo q̄ xp̄s requirit in ſuis virginibus. Tertio. legenda de ſancta Margareta. iſtum ſermo. quere ſer. clvij. S.

## In diuiſione apoſtolorum.

Euntes in mundum vniuerſum predicate euangelium omni creature. Mar. xvj. Hodie eſt diuiſio apoſtolorum. ergo hic eſt dicendum de. xij. articulis fidei quos ip̄i. xij. apoſtoli cōpoſuerunt: ⁊ quē articulū vnuſquiſqꝫ ponat. Iſtos duos ſer. quere ſermo. cxlvj. B.

## De beata maria Magdalena.

Dimiſſa ſunt ei peccata multa: ſupple per veram penitentiam quam egit. Lu. vij. hic eſt dicendum de decē generibus hominū q̄ agunt p̄niam: quorū ſolum vnū genus agit veram p̄niam cū beata maria Magdalena: ſed alij falſam. Iſtum ſerm̄. quere ſer. xliij. R.

## De ſancto Jacobo apoſtolo.

Dic vt ſedeant hi duo filij mei: vnus ad dexteram ⁊ alius ad ſiniſtrā. Mat. xx. Mater illorum apoſtolorū ſancti Jo. ⁊ Jacobi habuit ſolicitudinem de pueris vt ſic educantur vt magni efficiant᷑ in regno celorū. Vñ hic eſt dicendū qūo parentes tenentur in ſex filijs ſuis. Iſtum ſer. quere ſermone xxiij. H.

Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum. Mat. xx. hic eſt dicendū ꝙ tribulationes erunt nobis leues ⁊ dulces ſi illa quatuor diligenter penſamus. Iſtum ſer. cliij. A.

## De ſancto Dominico.

Qui cuſtos eſt dn̄i ſui glorificabitur. Prouer. xxvij. Sanctus dn̄icus pater noſter cuſtodiuit dominum in ſe. q: nūqꝫ peccauit mortaliter: ſed innocentiā ſuam ſeruauit vſqꝫ ad mortem. Unde hic dicendum eſt ꝙ ſex ſunt que homo quotidie debet cogitare ne peccet. Iſtum ſermo. quere ſer. liij. N.

Adducam eū in ſolitudinem: ⁊ ibi loquar ad cor eius. Oſee. ij. Solitudo eſt ſancta religio. ſ. ordo predicatorum quem ipſe ſanctus pater Dn̄icus inſtituit. Vñ hic eſt dicendum quomodo vita religioſa comparatur vite celeſti: ⁊ hoc in ſeptem proprietatibus quas habet. Iſtum ſermo. quere ſer. cxxj. H.

## De ſancto Laurentio.

Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum ⁊ tollat crucem ſuā ⁊ ſequatur me. Mat. xvj. Hic eſt dicendum de cruce ſpirituali quam debemus portare in preſenti. Iſtum ſer. quere ſer. cliij. P.

Niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit ipſum ſolum manet: ſi aūt mortuum fuerit fructum multū affert. Jo. xij. Sciendum ꝙ granū frumenti eſt xp̄s qui eſt mortuus: ⁊ multum fructum contulit: q: totum mundum redemit. Unde hic eſt dicendum de. xij. fructibus quos cōfert deuota meditatio paſſionis xp̄i. Iſtū ſer. quere ſer. xlviij. I.

Diſperſit dedit pauperibus iuſtitia eiꝰ manet in ſeculum ſeculi. p̄s. cxj. hic de eleemoſyna tria ſunt dicenda. Primo que incitāt hominem ad dandū eleemoſynā. Secundo qualiter ſit danda ⁊ q̄bus. Tertio fructus eleemoſyne: Iſtum ſer. quere ſermone. ciij. R.

## In aſſumptiōe btē Marie ṽginis.

Maria optimā ꝑtem elegit que non auferetur ab ea. Lu. x. Circa illud thema tria ſunt dicenda. Primo qūo maria habet nouem priuilegia pre cunctis ſanctis ⁊ angelis. ergo dicit᷑ in verbis premiſſis. Optimam partem elegit. hoc quere ſer. clxij. D. Secundo quomodo maria aduocat ꝓ nobis tripliciter. Et ꝙ ad nullum ſanctorum tantam confidentiam debemus habere: ſer. clxiij. T. V. Tertio exemplum de muliere que concepit a proprio filio. hoc quere ſer. clxiij.

## De ſancto Bartholomeo.

Hoc eſt preceptum meū vt diligatis inuicem. Jo. xv. In feſtis apoſtolorum frequēter leguntur euangelia in q̄bus agitur de dilectione. ideo quia ipſi apoſtoli precipue xp̄m dilexerunt: ⁊ etiam inter ſeipſos precipue charitatem ⁊ amorē habuerūt. vñ hic de dilectione proximi tria ſunt dicēda. Primo que ſunt illa que incitant ad diligēdum proximum. Secundo qūo tenemur ꝓximum diligere. Tertio ſigna dilectionis proximi. Iſtū ſer. quere. ſer. cxx. A.

Ego vos elegi. Jo. x. hic eſt dicendū de decem ſignis electionis per que cognoſcit᷑ an ſit quis predeſtinatus ad vitam eternam. Iſtum ſer. quere ſer. clix. A.

## De ſancto Egidio.

Iuſtū deduxit dn̄s per vias rectas. Sap. x. hic eſt dicēdū de iuſtitia. illū ſermonem bonum ⁊ vtilem. quere ſer. cliij. E.



## In natiuitate beate Marie virginis.

Noua lux oriri viſa eſt: gaudium honor tripudiū apud omnes homines. Heſter. viij. Hodie gaudium eſt angelis in celo: ⁊ etiā hominibus in terra nec immerito: quia hodie nata eſt domina angelorū ⁊ mater omnium hominum. Nam in preſenti ſermone tria ſunt dicenda. Primo que virtutes fecerunt mariam matrem omniū hominū. Hoc quere ſer. clxiij. S. ſecundo que virtutes fecerunt eam dominam angelorum. ſermo. clxiij. Q. Tertio exemplum de iuuene nobili qui negauit xp̄m ⁊ noluit negare beatam virginē qualiter poſtmodū ditatus eſt. hoc quere ſer. clxiij. B.

## De ſancta Kunegunde.

Simile eſt regnum celorum theſauro abſcondito in agro. Mat. xiij. Sermonē de virginitate quere ſermo. clvij. S.

## In exaltatione ſancte crucis.

Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſqꝫ ad mortem: mortē autem crucis. ad Philip. ij. Hodie veneramur exaltationē ſancte crucis. Unde canimus. Tuam crucem adoramus chriſte: tuam glorioſā recolimus paſſionem. Unde hic eſt dicendū de duodecim fructibus meditationis paſſionis chriſti. Iſtos fructus quere ſermo. xlviij. I.

Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri ieſu chriſti. Gal. vj. hic eſt dicendum de cruce ſpirituali que debet quatuor partes habere. Iſtum ſer. quere. ſermone. cliij. P.

## De ſancto Matheo

Sequere me: ⁊ ſurgens ſecutus eſt eum. Mat. ix. hic tria ſunt dicenda. Primo quare quilibet libenter debet ſequi chriſtum. Secundo in quibus eum ſequi debemus. Iſtū ſer. quere. cxv. N. Tertio legenda de ſancto Matheo.

Quare cū publicanis ⁊ peccatoribꝰ mādu cat magiſter veſter. Matth. ix. iſta verba

dixerunt phariſei reprehẽdentes chriſtũ. Unde hic eſt dicendum quomodo ſeptem genera hominum reprehendunt deum factis ſuis. Iſtum ſer. quere ſer. cviij. P.

Non veni vocare iuſtos ſed peccatores. Mat. ix. hic eſt dicendum quomodo deus vocat quotidie peccatores ad ſe. Iſtũ ſer. quere ſer. lxxiij. H.

¶ In feſto Michaelis archangeli.

Angeli eorũ ſemper vident faciem patris mei. Mat. xviij. Sermonem bonum ⁊ vtilem de angelis quere ſer. clviij. I.

Angeli eorũ ſemper vident faciem patris mei. Mat. xviij. hic eſt dicẽdum de nouem choris angelorum: ⁊ qui homines collocẽtur cum infimis ⁊ qui cum medijs: et qui cum ſupremis. Iſtum ſermonẽ quere ſer. lxxxviij. L.

¶ In feſto Simonis ⁊ Iude.

Si mundus vos odit ſcitote: quia me priorem vobis odio habuit. Ioan. xv. hic tria ſunt dicenda. Primo ꝙ mũdus propter ſeptem non eſt diligẽdus. hoc quere ſermo. cxxxvj. F. Secundo quando amor mundi eſt peccatum mortale. hoc quere ſer. clij. k. Tertio quomodo per tria cognoſcitur ſi quis mundum contempſerit. ſer. clij. Q.

Ego vos elegi de mundo. Io. xv. hic eſt dicendũ de nouẽ ſignis electionis. hoc quere ſer. cxlix. D.

¶ In feſto omnium ſanctorum.

Gaudete ⁊ exultate quoniam merces veſtra copioſa eſt in celo. Matt. v. Sermonẽ bonum de omnibus ſanctis quere ſermo. clix. S.

Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum celorum. Mat. v. hic eſt dicendum de ſeptem generibus pauperũ quorum quatuor damnantur et tria ſaluãtur. Iſtum ſermonem quere ſer. lxxxj. Y.

Beati mundo corde quoniam ipſi deũ videbunt. Mat. v. hic tria ſunt dicenda. Primo que cauſant munditiã cordis. hoc quere ſer. viij. E. Secundo quomodo cor mũdum cognoſcitur per tria ſigna. hoc quere ſer. viij. D. Tertio quomodo cuſtoditur. hoc quere ſer. viij.

Beati miſericordes quoniã ipſi miſericordiam conſequẽtur. Mat. v. hic eſt dicendũ de ſex operibus miſericordie. Iſtum ſerm̃. quere ſer. lxxxix. Q.

¶ In die animarum.

Anima mea turbata eſt valde. ps. vj. Sermonem bonum ⁊ vtilẽ de animabus quere ſer. clx. A.

¶ De ſancto Martino.

Iuſtum deduxit domin⁹ per vias rectas. Sap. x. Sermonem bonum ⁊ vtilem de iuſtitia. quere ſer. cliij.

Serue bone ⁊ fidelis intra in gaudiũ domini tui. Luce. xix. hic eſt dicendum de ſeruitio: ſcilicet dei quare merito debemus deo ſeruire ⁊ in quibus ſeruitijs eſt illi ſeruiendum. Iſtum ſermonem quere ſermo. clv. R.

Eſtote parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Luce. xij. hic eſt dicendum quod propter quinꝙ differtur penitentia. Iſtum ſermonem quere ſermo. clvj. X.

Nudus fui et cooperuiſtis me. Mat. xxv. Sermonem bonum ⁊ vtilem de ſex operibus miſericordie quere ſer. lxxxix. O.

¶ De ſancta Elizabeth.

Uiduas honora: que ſcilicet vere vidue ſunt. j. Thi. v. Sermonẽ bonum de viduis. quere ſer. cxvj. Q.

¶ De ſancta Catharina.

Simile eſt regnum celorum theſauro abſcondito in agro. Mat. xiij. Sermonem de virginibus bonum ⁊ vtilem. quere ſermo. clvij. S.

Omnis gloria eius filie regis ab intus. ps. xliiij. Sermonem de conſcientia. quere ſermo. ix. F.

¶ Explicit de ſanctis.

¶ Tabula ſermonum de dedicatione incipit.

Ecce vir nomine zacheus: ⁊ hic erat princeps publicanorum. Lu. xix. Beda in omel. hodierna dicit qđ zacheus interpretatur iuſtificat⁹ ſic oportet quẽlibet peccatorẽ iuſtificari ſi debeat ſaluari. Unde hic eſt dicendum de iuſtitia. Iſtum ſermonẽ bonum et vtilem cõmuni populo. quere ſermo. cliiij.



mo. cliij. E.

Uenit enim filius hominis querere ⁊ ſaluum facere ſupple humanũ genus qđ perierat ſupple per peccatum Ade. Luce. xix. Sciendum ꝙ deus cupit omnes homines ſaluos fieri. Et in ſignũ illius contulit nobis deus illa tria. ſcꝫ res temporales: corpus ⁊ animam: ⁊ quomodo cũ his tribus mereri debeamus vitã eternã. iſtos duos ſermones bonos ⁊ vtiles cõmuni populo. quere ſer. cl. M.

Ecce vir nomine zacheus ⁊ hic erat princeps publicanorũ: ⁊ ipſe diues ⁊c. Lu. xix. hic eſt dicendũ de ſeptem generibus diuitum quorum aliqui damnãtur ⁊ aliqui ſaluantur. Iſtum ſermonem quere ſermone lxxxij. C.

Ecce dimidium bonorum meorũ dñe do pauperib⁹. Lu. xix. hic de eleemoſyna tria ſunt dicenda. Primo que incitant ad dandum eleemoſynam. Secundo qualiter ſit danda ⁊ quibus. Tertio fructus quos confert eleemoſyna. Iſtum ſermo. quere ſer. ciij. R.

Si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Luc. ix. hic tria ſunt dicenda. Primo quomodo duodecim genera hominũ decipiũt proximos in emendo ⁊ vendẽdo. hoc quere ſer. cvj. A.

Secundo quõ reſtitutio dꝫ fieri. xliij. E.

Tertio exemplũ. hoc q̃re ſer. cl. B. C.

Templum dei ſanctum eſt qđ eſtis vos. j. Cor. iij. Templum dei ſpũale eſt cor mundum. Unde hic tria ſunt dicenda. Primo que cauſant mundiciam cordis. Secundo quomodo cor mundũ cognoſcitur ⁊ quomodo cuſtodit. hoc quere ſer. viij. C. Tertio ꝙ quatuor requiruntur ad conſequendas indulgentias. hoc quere ſer. xiij. B.

¶ Tabula ſuper ſermones per quadrageſimam.

¶ Sermones communes per quadrageſimam.

Penitentiam agite appropinquabit enĩ regnũ celorum. Mat. iij. Circa iſtud thema eſt dicendum ꝙ decem gña hominũ agunt pñiam quorum ſolũ vnũ genus hoĩm agit verã penitentiã. ſed alij falſã. iſtũ ſermonem bonũ ⁊ vtilem pro cõi populo. quere ſer. xliij. R.

¶ In die cinerum.

Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio ⁊ fletu: ⁊ ſcindite corda veſtra ⁊ non veſtimenta veſtra. Iohel. ij. hic eſt dicendum quomõ ſex fiunt illo die que alijs diebus non fiunt. iſtum ſerm̃. quere ſermone. xxxvij. F.

Theſaurizate vobis theſauros in celo. Mat. vj. iſtum theſaurũ debemus nobis theſaurizare cum bonis operibus. Iſtum ſer. quere ſer. xcj. A.

¶ Feria. v.

Diſpone domui tue: q2 morieris. Eſa. xxxviij. hic eſt dicendũ quod propter quinꝙ debemus nos quotidie diſponere ad mortem. Iſtum ſermonem quere ſermone. clxvj. X.

Filius meus iacet in lecto paralitic⁹ ⁊ male torquetur. Mat. viij. Infirmitates ſunt patienter ſuſtinende propter ſeptem bona que inde proueniunt. iſtum ſer. quere ſermo. cxxviij. I.

¶ Feria. vj. poſt cineres.

Clama ne ceſſes quaſi tuba exalta vocẽ tuam ⁊ annuncia populo meo ſcelera eorũ. Eſa. lviij. hic eſt dicendum de ſeptẽ peccatis mortalibus. iſtum ſermonẽ quere ſer. cxlij. I.

Diligite inimicos veſtros ⁊ benefacite his qui oderunt vos. Mat. v. Sciendum ꝙ inimicos noſtros tenemur quinꝙ modis diligere ⁊ eis indulgere. iſtum ſermo. quere ſer. cxxx. U.

¶ Sabbato poſt cineres.

Confidite ego ſum nolite timere. Mar. vj. hic tria ſunt dicenda. Primo quare ſabbatum eſt marie dedicatum. hoc quere ſerm̃. cxliij. A. Secundo de quadruplici confidẽtia quam debemus habere ad deum. hoc quere ſermone. cxxij. R. Tertio exemplum de latrone qui ieiunauit ſabbatum marie virgini. hoc quere ſer. clxiij. C.

¶ Dominica. j. inuocauit.

Cũ ieiunaſſet quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus ⁊c. Mat. iiij. ſermonem iſtum bonum ⁊ vtilẽ de ieiunio quere ſer.

xxxix.H.

Et accedens tentator dixit: ſi filius dei es. Mat.iiij. Hic eſt dicendum de ſeptem tentationibus bonorum hominum. Iſtū ſer. quere ſer.xl.A.

℄ Feria.ij.poſt inuocauit.

Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua ⁊ omnes angeli cū eo: tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſue. Mat.xxv. Sermonem bonum de iudicio. quere ſer.iij.O.

Eſuriui: ⁊ non dediſtis mihi manducare: ſitiui ⁊c. Mat.xxv. Sermonem de ſex operibus miſericordie bonum ⁊ vtilem pro cōmuni populo. quere ſer.lxxxix.O.

℄ Feria.iij.poſt inuocauit.

Nō enim cogitationes mee cogitationes veſtre. Eſa.lv. Hic eſt dicendum de cogitationibus. Iſtum ſermo. quere ſermone.cxxxviij.A.

Eijciebat vendētes ⁊ ementes de templo. Mat.xxj. Hic eſt dicendum quomodo.xij. genera mercatorum dāṅantur. Iſtum ſer. quere ſer.cvj.A.

℄ Quarta feria poſt inuocauit.

Ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis ⁊ vas aque comedit. Ergo ⁊ bibit.iij. Regū xix. Hic eſt dicēdum quomodo homo peccat in comedendo. Hoc quere ſermone.xcviij.F.

Quicunqꝫ fecerit voluntatem patris mei qui in celis eſt: ipſe meus frater ⁊ ſoror et mater eſt. Mat.xij. Sermonem de voluntate dei. quere ſer.cij.I.

℄ Quinta feria poſt inuocauit.

Anima que peccauerit ipſa morietur. Ezechi.xviij. Hic eſt dicendum ꝙ mors anime in ſeptem aſſimilatur morti corporis. Iſtū ſer. quere ſermo.cxxix.P.

Mendax eſt ⁊ pater eius. Joā.viij. Hic eſt dicendum quare mendacium eſt deteſtandum: ⁊ quando eſt mortale. Iſtum ſermo. quere ſer.cxxxiij.I.

℄ Sexta feria poſt inuocauit.

Filius non portabit iniquitatem patris. Ezec.xviij. Hic eſt dicendum quomodo filij debent ſe habere ad parētes ⁊ econuerſo quomodo parētes ad filios. Iſtos duos ſermones bonos ⁊ vtiles. quere ſermone xxiij.H. Exempla. Item.xxiij.S. Exemplum.

Erat dies feſtus iudeorū. Jo.v. Uel illud thema. Sabbatum eſt: non licet tibi tollere grabatum tuum. Hic dicēdum eſt de celebratione feſtorum. Iſtum ſermo. quere ſermo.cxvij.C.

℄ Sabbato poſt inuocauit.

In omnibus gratias agite.j.Theſſ.v. Hic dicendum eſt de gratiarūactione. Iſtū ſermo. quere ſer.cij.I. Exemplum.

Transfiguratus eſt ante eos ⁊ reſplēduit facies eius ſicut ſol. Mat.xvij. Hic eſt dicēdum quomodo electi reſurgent cum corporibus glorificatis. Iſtum ſer. quere ſerm̄. l.C.D.

℄ Dominica.ij.reminiſcere.

Hec eſt voluntas dei vt abſtineatis vos a fornicatione.j.Theſ.iiij. Sciendū qḋ non ſolum abſtinendū eſt a fornicatione que committitur actu: ſed etiam que cōmittitur ſine actu: ⁊ hoc fit.x.modis: ⁊ quando eſt mortale: ⁊ quando veniale. Iſtum ſer. quere ſer.lxxxvj.S.

O mulier magna eſt fides tua. Matt.xv. Hic eſt dicendum quomodo.xxiiij.genera hominum falſificant fidem. Iſtum ſermo. quere ſer.xlj.G.

℄ Feria.ij.poſt reminiſcere.

Exaudi deus orationem ſerui tui. Dañ.ix. Hic eſt dicendum de oratione. Iſtum ſer. quere ſer.lxiiij.I.

Si non credideritis: quia ego ſum moriemini in peccatis veſtris. Jo.viij. Hic eſt dicendum quomodo tria accidunt malis in agone: ⁊ etiā tria bonis. De hoc quere ſermo.lxxviij.G.H.

℄ Feria.iij.poſt reminiſcere.

Precepi enī mulieri vidue vt paſcat te.iij. Reg.xij. Hic dicendum de viduis. Iſtum ſer. quere ſer.cxvj.O.

Amant enim primos recubitus in cenis ⁊ primas cathedras in ſynagogis ⁊c. Mat.xxiij. Hic eſt dicendū de honore: ſcꝫ quare homines honorādi ſunt ⁊ quomodo quis quinqꝫ modis peccat circa honores. Iſtū ſer. quere ſer.xxviij.E.

℄ Feria.iiij.poſt reminiſcere.

Domine rex regum deus abrahā miſerere populo tuo, Heſter.xiij. Hic eſt dicēdū quomodo deus miſeretur peccatoribꝰ penitentibus ⁊ iuſtis. Iſtum ſerm̄. quere ſermo.xcvij.C.

Quicūqꝫ voluerit inter vos maior fieri ſit veſter miniſter. Matth.xx. Hic de prelatis duo ſunt dicenda. Primo prelaturā appetere: an ſit peccatū. Hoc quere ſerm̄.iiij.Y. Secundo quomodo prelati debent ſe habere ad ſubditos. Hoc quere ſerm̄.xxiij.E. Item.lix.H. Item.cxx.C.

℄ Feria.v.poſt reminiſcere.

Benedictus qui confidit in domino et erit dominus fiducia eius. Hier.xvij. Hic eſt dicendum de quadruplici confidentia. Iſtū ſer. quere ſermo.cxxij.R.

Homo quidam erat diues ⁊ induebat̄ purpura ⁊ byſſo. Luce.xv. Hic eſt dicendū de ſuperbia veſtium. Iſtum ſer. quere ſermone.lxxxiij.

℄ Feria.vj.poſt reminiſcere.

Homo erat paterfamilias qui plātauit vineam. Matt.xxj. Per vineam intelligitur anima. Unde hic dicendum eſt de anima. Iſtum ſer. quere ſermo.cxxiij.A.

Hic eſt heres. Mat.xxj. Hic eſt dicendum quo iure vnuſquiſqꝫ ſaluandorum hereditatem celeſtē poſſidebit. Hoc quere ſermo.clix.X.

℄ Sabbato poſt reminiſcere.

Accede vt tangam te fili mi. Geñ.vij. Hic eſt dicendum de acerbiſſimis tentationibus bonorum hominum. Iſtum ſermonē quere ſer.xix.O.

Diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe. Luce.xv. Hic eſt dicendum de luxuria que actu cōmittitur ſex modis. Iſtū ſermo. quere ſer.lxxv.Q.

℄ Dominica tertia in quadrageſima: ſcilicet Oculi.

Ambulate in dilectione ſicut ⁊ chriſtus dilexit vos. Ephe.v. Hic de dilectione proximi tria ſunt dicenda. Primo que ſunt illa que incitant ad diligendum proximum. Secundo quomodo tenemur proximum diligere. Tertio ſigna dilectionis proximi. Iſtum ſermonem quere ſermone.cxx.A.

Erat Jeſus eijciens demoniū: ⁊ illud erat mutum. Luce.xj. Hic eſt dicendum quare diabolus poſſidet hominem ⁊ de iuramentis. Iſtum ſermonem quere ſermone.lxij. R.S.T.

℄ Feria.ij.poſt oculi.

Lauare ⁊ mundaberis.iiij.Reg.v. Hic eſt dicendum de preparatione cordis: ſcilicet quomodo mundatur. Iſtum ſermonē quere ſermo.viij.C.

Repleti ſunt omnes in ſynagoga ira. Luce.iiij. Hic eſt dicēdum quomodo ira octo modis fit: ⁊ quādo eſt mortale. Iſtum ſer. quere ſermo.xcv.G.

℄ Feria.iij.poſt oculi.

Si peccauerit in te frater tuus vade ⁊ corripe eum inter te ⁊ ipſum. Matt.xviij. Hic eſt dicendum de fraterna correctione. Iſtū ſermo. quere ſer.lxiij.D.

Domine quotiens peccabit in me frater meus ⁊ dimittam ei. Matth.xviij. Hic eſt dicendum quomodo tenemur indulgere inimicis. Iſtum ſermonem quere ſermo. cxxx.Y.

℄ Quarta feria poſt oculi.

Honora patrem et matrem vt ſis longeuus ſuper terram. Exod.xx. Hic eſt dicendum quomodo filij tenentur in ſex parentibus ſuis. Iſtum ſermonem quere ſerm̄. xxiij.S.

Sine cauſa colunt me. Matthei.xv. Hic eſt dicendum quod opera que fiunt in peccato mortali non ſunt meritoria. Iſtum ſermonem quere ſer.xcij.K.

℄ Quinta feria poſt oculi.

Nolite confidere in verbis mendacij. Hieriē.xvij. Hic eſt dicendum de locutione. Iſtum ſermonem bonum et vtilem quere ſer.cxxix.K.

Socrus autem Symonis tenebatur magnis febribus. Luce.iiij. Hic eſt dicendum quod infirmitas corporis eſt patienter ſuſtinenda propter ſeptem. Iſtum ſermonē quere ſer.cxxviij.I.

℄ Sexta feria poſt oculi.

Non enim coutuntur Judei ſama. ⁊c. Jo.iiij. Sicut Judei quondā ſe habuerunt ad ſamaritanos: ſic chriſtiani iam illis tpibꝰ debent ſe etiā habere ad Judeos. Unde in

preſenti ſer. tria ſunt dicenda. Primo quare eccleſia permittit iudeos viuere. Secundo quomodo iudei ⁊ chriſtiani debent habere inter ſe decem. Tertio exemplum de iudeis. Iſtum ſer. quere ſer. cx. O. P.

Si ſcires donum dei. Jo. iiij. hic dicendum eſt de ſeptem donis ſpiritusſancti. iſtū ſer. quere. ſer. lxxiij. A.

¶ Sabbato poſt oculi.

Deus qui noſcis omnia añꝙ fiant tu ſcis qm̄ falſuz contra me tulerunt teſtimoniū. Dañ. xiij. hic eſt dicendū de falſo teſtimonio ⁊ quomodo quis ledit proximum ſuuz verbis octo modis. Iſtum ſer. quere ſerm̄. xcvj. P.

Magiſter modo hec mulier deprehēſa eſt in adulterio. Jo. viij. hic eſt dicēdū ꝙ adulterium eſt grāde peccatum qđ in quatuor oſtenditur. hoc quere ſer. lxxx. Q.

¶ Dñica. iiij. letare.

Illa que ſurſum eſt hieruſalem libera eſt: que eſt mater noſtra. Gal. iiij. hic eſt dicendum de. ix. gaudijs celi. Iſtū ſer. quere ſer. lxxxiiij. R. L.

Eſt hic puer vnus qui habet quiꝙ panes ordeaceos. Joh. vj. Hic dicenduz eſt de cōtritione ⁊ confeſſione ⁊ ſatiſfatione. hoc q̄re ſer. xliij. I.

¶ Feria. ij. poſt Letare.

Audiuit oīs iſrael iudiciū quod iudicaſſet rex ⁊ timuerunt regem. iij. Regum. iij. Si populus iſrael timuit regem Salomonez in iudicando multo plus timēdus eſt xp̄s qui eſt iudex viuorū ⁊ mortuoꝝ ⁊ hoc propter diſtrictam rōnem quam reddituri ſumus in iudicio extremo. iſtum ſerm̄. quere ſermo. iij. P.

¶ Feria. iij. poſt Letare.

Nolite iudicare ſecundum faciē: ſed iuſtū iudiciū iudicate. Jo. vij. iudiciū temerariū cōtingit ſeptem modis. iſtum ſermo. quere ſermone. xc. V.

¶ Feria. iiij. poſt Letare.

Auferte malū cogitationū veſtrarum ab oculis meis. Eſa. j. Hic eſt dicendū de malis cogitationibus. hoc q̄re ſer. cxxxviij. A.

Non eſt hic homo a deo qui ſabbatum nō cuſtodit. Joā. ix. Hic eſt dicendum quomodo celebratio feſtorum octo modis tranſgreditur. ſer. cxvij. C.

¶ Feria. v. poſt Letare.

Ecce defunctus efferebat filius vnic⁹ matris ſue. Luc. vij. hic eſt dicendum ꝙ homini morienti contingunt. vij. ſer. cxv. E.

¶ Feria. vj. poſt Letare.

Lazarus mortuus eſt. Jo. xj. Hic eſt dicēdum ꝙ morientes tentat diabolus per q̄nꝙ hoc quere ſer. cxxiiij. S. Et ſex interrogationes que debent fieri homini in agone mortis. iſtum ſe. quere ſer. cxxv. E.

¶ Sabbato poſt Letare.

Qui ſequitur me non ambu. in te. ſed habebit lumen. Jo. viij. hic eſt dicendū quomodo in ſeptem debemus ſequi xp̄m. iſtū ſer. quere ſer. xv. N.

¶ Dominica. v. Judica.

Sanguis xp̄i emundabit conſcientiā noſtram ab operibus mortuis ſeruiendū deo viuenti. Heb. ix. hic eſt dicendū de quadruplici conſcientia. ⁊ vñ cauſatur erronea cōſcientia. iſtum ſer. quere. ſer. F. S. I.

Tulerunt lapides vt iacerent in eum. Jo. viij. hic eſt dicendum quot modis queſierunt iudei ieſum interficere. iſtuz ſer. quere ſer. xlv. S.

¶ Feria. ij. poſt Judica.

Modicum tempus vobiſcum ſum. Jo. vij. Hic eſt dicendum ꝙ modicum eſt ⁊ breue tempus vite noſtre. iſtum ſerm̄. quere ſermone. lx. N.

Si quis ſitit veniat ad me. Jo. vij. hic dicendum eſt de gr̄a ſpiritusſancti qui operatur in peccatoribus penitentibus ⁊ iuſtis. iſtum ſer. quere ſer. lxxj. T.

¶ Feria. iij. poſt iudica.

Surgens Daniel comedit. Dañ. xiiij. hic eſt dicendum qũo q̄s peccat in comedēdo ⁊ bibendo. quere ſer. xcix.

Non pōt mundus odire vos: me autem odit: q: teſtimoniuz perhibeo de illo: quia opera eorum mala ſunt. Jo. vij. hic eſt dicendum ꝙ mundus propter ſeptem nō eſt diligendus. hoc quere ſermone. cxxxvj. E. Et quādo amor mundi eſt peccatum mortale. ſer. clij. R.

¶ Feria. iiij. poſt Judica.

Non facietis furtum: non mentiemini: nec decipiet vnuſquiſꝙ proximum ſuuz. Leui. xix. hic eſt dicendū de. xiij. generibus hominum qui lucrantur res iniuſtas ⁊ decipiunt proximos. iſtū ſer. quere ſer. ciiij. F.

Non maledices ſurdo detrahendo: ſcilicet proximo tuo in occulto. hic eſt dicendū de detractione que ſeptez modis cōmittitur. iſtum ſer. quere ſer. xcj. S.

De opere bono tuo non lapidamus te: ſed de blaſphemia. Jo. x. hic eſt dicēdū de blaſphemia. iſtum ſer. quere ſer. cxxiij. A.

¶ Feria. v. poſt iudica.

In animo cōtrito ⁊ ſpiritu humilitatis ſuſcipimur. Dañ. iij. hic eſt dicendū de nouē gradibus humilitatis. iſtum ſermo. quere ſer. xxxj. L.

Dimiſſa ſunt ei peccata multa: quoniā dilexit multum. Luc. vij. hic eſt dicendū de his qui agunt veram penitentiā ⁊ qui falſam. iſtum ſer. quere ſer. xliiij. R.

¶ Feria ſexta poſt iudica.

Induc ſuper eos diem afflictionis ⁊ duplici cōtritione contere eos domine deus noſter. Hiere. xvij. hic eſt dicendum de ferculis ⁊ potu ⁊ balneo damnatorū quomodo eternaliter punientur in corpore ⁊ anima. ſer. cj. E. F. S.

Expedit vobis vt vn⁹ homo moriatur pro populo. Jo. xj. hic eſt dicendum de malo conſilio ⁊ conſequenter de nouem alienis peccatis. iſtum ſer. quere ſer. cxliiij. H.

¶ Sabbato poſt iudica.

Venite percutiamus lingua. Hie. xviij. hic dicendum eſt de octo generibus hominuz qui verbis offendunt proximos. iſtum ſer. quere ſer. xcvj. R.

Hec eſt autem via eterna vt cognoſcāt te ſolum verum deum ⁊ quem miſiſti Jeſum chriſtū. Jo. viij. hic eſt dicendū quō in celo habebimus fercula magna multa ⁊ dulcia ⁊ precioſa. hoc quere ſer. liiij. P.

¶ In dominica palmarum.

Exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens in ſimilitudinē hominū factus. Phi. ij. hic eſt dicendū de decem defectibus humani generis quos chriſtus in humilitate aſſumpſit. Iſtum ſer. quere ſerm̄. xxvij. A.

Benedictus qui venit in nomine domini. Mat. xxj. hic eſt dicendū de feſto palmarum ⁊ de indigne cōmunicantibus. Iſtum ſer. quere ſer. xlvj. O. P.

Si quis mihi miniſtrauerit honorificabit eum pater meus. Joā. xij. hic eſt dicendū quare tenemur deo ſeruire: ⁊ in quibus ei ſeruire debeamus. iſtum ſer. quere ſermone. clv. R.

¶ Feria. ij. poſt dominicam palmarum.

Nunc anima mea turbata eſt. Jo. xij. hic eſt dicendum quomodo chriſtus maximā triſtitiam habuit tempore paſſionis. hoc quere ſer. xlv. I.

¶ Feria. iij. poſt dominicam palmarum.

Ego quaſi agnus māſuetus qui portatur ad victimam. Hiere. xj. hic eſt dicendum quomodo chriſtus docet nos ſeptē in ſua paſſione. iſtum ſer. quere ſer. xlix. V.

¶ Feria. iiij. poſt dominicam palmarum.

Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras ⁊ attritus eſt propter ſcelera noſtra. Eſa. liij. hic eſt dicendum ꝙ paſſio chriſti fuit amariſſima. iſtum ſerm̄. quere ſermo. xlix. S.

¶ In cena domini.

Probet autem ſeipſum homo: ⁊ ſic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. j. Cor. xj. hic dicende ſunt alique queſtiones de ſacramento euchariſtie etiam de vtilitate digne communicantiū. hoc quere ſermone xlvij. S.

Dominus Jeſus in qua nocte tradebatur accepit panē ⁊ gratias agens fregit ⁊ dixit. Accipite ⁊ manducate hoc eſt corpus meum. j. Cor. xj. hic eſt dicendum de inſtitutione huius ſacramēti ⁊ de his qui in agone die communicant: ⁊ de his qui perdunt vſum rationis in agone. Iſtum ſermo. quere ſer. lxxix. Q.

Qui manducat hunc panem viuet in eternum. Jo. vj. hic eſt dicendum de quatuor generibus hominum qui ſpiritualiter cōmunicant. Iſtum ſer. quere ſer. lxxx. Q.

¶ In die paraſceues.

O vos omnes qui tranſitis per viam: attendite et videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Treno. j. hic eſt dicendum de duodecim fructibus qui proueniunt homini ex deuota meditatione paſſionis chriſti. Iſtum ſermonem quere ſer. xlviij. I.

Inclinato capite emiſit ſpiritum. Joā. xix.

hic eſt dicēdum quare xp̄s habuit caput inclinatum manus extenſas pedes confixos: et latus apertum. Iſtum ſermonē quere ſer.xlix.O.P.

¶ In vigilia paſche.

Deſcendit ad inferiores ptes terre. Glo. ſ. ad inferos. Epheſeorum.iiij. Sicut enim xp̄s deſcendit ad inferna vt ſuos liberaret: ſic ꝛ nos debemus eis ſubuenire qui ſunt in purgatorio. hic eſt dicendum de ſuffragijs animarum ꝛ quare libenter debemus animabus defunctorum ſubuenire. Iſtum ſermonem quere ſer.clx.h.

¶ Tabula de exemplis que habentur in his ſermonibus incipit.

¶ Abſtinentia.

Abſtinens mulier quedam portauit loricam ad carnē. Itē virgo que.xxxviij.annis in ſpelunca fuit et comedit de herbaꝛ radicibus ꝛ fructibus arborum. ſer.vij.T.x.

¶ Adulterium.

Quidam adulterium commiſit occulte ꝛ intrans eccleſiam ſanctorum geruaſij et prothaſij obſeſſus a diabolo ꝛ punitus et ſic expirauit.ſer.lxxx.Q.

Quidam vidit vicinum et vxorem vicini puniri in cuppa ignea propter adulteriū. ibidem.

¶ Amici.

Amici duo quorum vnus pro alio mori voluit.ſer.cxx.S.

¶ Aqua benedicta.

Quidam cum aſperſiſſet aquam benedictā infirmo. quomodo diaboli fugati ſunt ſer.cx.S.

Blaſphemus quidam tempore moyſi ex iuſſu dei lapidatus eſt ſer.cxxiij.h.

Puer quinq annorum quē diaboli ꝑpter blaſphemiā dilacerauerunt. ſermo.cxxiij.h.

Sanctus Ludouicus qui fecit cauterium ciui pariſienſi propter verba blaſphemie. ſer.cxxiij.B.

¶ Comedere.

Quidā volebāt carnes comedere tertia feria poſt mediā noctem in carniſpriuio ꝛ inuenerunt in pullo bufonem pro inteſtinis.ſer.xxvj.M.

¶ Cinis.

Carnifices qui deriſerunt ſuſceptionem cinerum in die cinerum.ſer.xxvj.S.

¶ Chorea.

Choream quidam iuuenis dixit eſſe portam conſolationis quem poſtmodum quidam lapis angularis cadens ſup eum occidit.ſer.liiij.S.

Virgo quedam in chorea cecidit ꝛ ſubitanea morte obijt.ſer.lx.Q.

Virgo que in chorea rapta eſt a turbine in aere ꝛ a demonibus flagellata: poſtmodum cecidit mortua.ſer.cliiij.S.

Quidam chorizauerunt vſq ad genua poſtmodum vſq ad femora in terram.ſer.xxvij.A.

Qui exexerunt arietem in chorea quomodo tempeſtas vaſtauit ſegetes circumquaq in omnibus illis villis circūiacentibus.ſer.xxxviij.x.

¶ Cogitatio.

Iuuenis qui meruit ſeptem coronas vna nocte reſiſtendo cogitationibus.ſermone clj.E.

Quidam meruit malas cogitationes et diabolus aſſociauit ſe ei.ſer.xxxviij.I.

¶ Confeſſio.

Filia regis que a ſcutifero ſuo concepit ꝛ puerum necauit: ꝛ hoc nephas ſemper in confeſſione obticuit: ꝛ ſic damnata eſt.ſer.xliij.T.

Mulier que non plene confeſſa fuit quomodo poſt mortem viſa eſt equitare draconem et ſerpentes habuit in collo ſuo ꝛ canes mordebant brachia eius.ſermo.cxxv.C.

Mulier que ferrum vendidit ꝛ in confeſſione dixit ſua bona opera tātūmodo de malis nihil confeſſa.ſer.cvj.C.

¶ Conſuetudo.



Conſuetudo deponitur ſucceſſiue. Exemplum de eo qui abſtinuit primo a peccatis per tres dies: ꝛ poſtmodum per quatuor dies. ꝛ ſic deinceps.ſer.cxxj.h.

¶ Correctio.

Duo fratres erant in monaſterio: vnus fuit gratioſus acceptus: alius ſemper accuſabatur ꝛ corrigebatur in capitulo: et poſt obitum iuit ad celum: ꝛ alter ad purgatorium.ſer.lxiij.h.

Quidam raptus eſt ꝛ vidit duos prelatos accuſari ꝛ vnus ex correctione emendauit ſe: et alter ſpreuit ad montonem: et ſubitanee defunctus eſt.ſermone.lxiiij.S.

¶ Damnatio.

Decanus qui viginti quinq annos in eremo māſit poſt mortem apparuit epiſcopo ꝛ dixit quod.xxx.milia hominum illo die obierunt ꝛ duo ad celū et tres ad purgatorium: alij autē omnes ad infernum deſcenderunt.ſerm.cxlix.L.

¶ Deſperatio.

Quidam dixit in agone. Impoſſibile eſt quod deus ignoſcat mihi peccata mea.ſer.cxxj.P.

Quidam reputabatur quaſi ſanctus: et tamen in agone deſperauit: ſic ꝛ dānatus eſt.ſer.xxxiiij.T.

Quidam voluit abſq omni peccato viuere: ꝛ cum nō potuit deſperauit: ſed tandē tamen econuerſo reſipuit.ſer.ix.N.

Eremita qui reduxit deſperatum et ſic meruit duplicem coronam.ſer.xxx.h.

¶ Deriſio.

Carnifices qui deriſerunt ꝛ nihil fecerūt ſuſceptionem cinerum in die cinerum.ſer.xxxviij.h.

¶ Detractio.

Duo ſocij ꝛ vnus erat detractor peſſimꝰ quomodo in extremis vidit albatos ſiue candidos manus extendentes ꝛ conquerentes de eo: ꝛ ſic deſperauit.ſer.xcj.h.

Epiſcopus punitus eſt in purgatorio per fetorē famuli ſui qui ardebat in inferno qui audiuit detractiones huius famuli ꝛ cum nō correxit.ſer.xcj.I.

Quidam detractor diffamauit ſacerdotes ꝛ religioſos: ꝛ eius lingua non potuit putreſcere. ibidem.

¶ Diſcordia.

Diabolus promiſit antique vetule duos calceos vt faceret diſcordiam inter virum ꝛ vxorem qui triginta ſimul pacifice vixerunt.ſer.xcvj.R.

¶ Ebrietas.

Ebrioſus nomine vdo qui frequenter iuit ad tabernas cum ad eccleſiam ire deberet qualē potum ꝛ qualem lectū ꝛ quale balneum iam habet in inferno.ſer.lxij.y.

Miles qui apparuit poſt mortem filie ſue cum turribulo in quo erat ſulphur.ſerm.xcix.P.

Bibulus qui tenuit ciphum in manu ꝛ dixit ter ſoluat: ꝛ ſic ſubitanee obijt. ſermone.lx.P.

Qui in taberna vendidit animam ſuam quomodo diabolus eum rapuit cū corpore ꝛ anima.ſer.cxxxij.h.

Hoſpitem quem diabolus cum corpore ꝛ anima rapuit.ſer.cliij.N.

¶ Eleemoſyna.

Petrus thelonearius qui primo parcus fuit ꝛ poſtmodum ſeipſum vendi fecit et protinus dari in eleemoſynas pauperum. ſer.lxxxj.B.

Senex cum iuuene habuit cōem vitam: ꝛ ſenex ſemper plus habuit ꝙ̄tunq pauperibus dedit.ſer.cl.T.

Mechanicus qui tm̄ vnum denarium habuit volens aliquid emere pro prandio quē tandem dedit cuidam pauperi ꝑpter deum: ꝛ angelus portauit ſibi.xx.ſolidos. ſer.ciij.A.

Mulier que dedit pauperi denariū dicēs. plus tibi dedi ꝙ̄ deus mihi dedit.ſer.cx.P.

¶ Euchariſtia.

Quidam vidit aliquos nigros aliquos ſanguinolentos aliquos ignitos aliquos claros ꝛ ſplēdidos ad ſacramentū euchariſtie accedere.ſer.xlvj.R.

Quidam cognouit ſabbato paſche vxorē propriā et in die paſche ꝙ̄ cōicare voluit.

corpus xp̄i exiliuit ex ore ipſi⁹.ſer.xlviij.H.

Qui poſt communionem ad tabernā iuerunt quomodo ſuffocati ſunt in ſanguine proprio.ſer.iij.M.

Quidam habuit magnam deuotionē ad ſacramentū:⁊ in agone nō audebat ſumere propter vomitum:⁊ petiuit euchariſtiā ſibi poni ſuper pectus ſuum.ſer.lxxx.Q.

Meretrix que cucurrit per lutum ⁊ adorauit euchariſtiam:⁊ xp̄s ſibi dixit de pixide. Ego ignoſco tibi peccata tua.ſer.lxxix.P.

Miles qui adorauit ſacramentum cum quinq̧ pater noſter quomodo per triduū vixit in patibulo.ſer.lxxx.

¶Excommunicatio.

Comes qui contempſit excōicationē quomodo abbas panem album excōicauit in aſpectu illius comitis qui factus eſt niger ⁊ muſcidus.ſer.lxix.I.

Papa gregorius excōicauit quendam et ciconie nidos ſuos de domo illius trāſtulerunt ad aliā domum ⁊ poſt abſolutionē redierunt.ſer.lxix.M.

Quidam epiſcopus excōicauit paſſeres qui maculauerunt eccleſiam ſancti vincētij:⁊ q̄cito aliquis paſſer importatur ad eccleſiam ſtatim moritur.ibidem.

Sacerdos concubinarius qui contempſit ſuſpenſionem et excōicationem ⁊ q̄cito acceſſit ad celebrādum tūc diabolus ſuffocauit eum.ſer.cxj.H.

¶Excuſatio.

Uirgo que iuit ad caſtrū ⁊ diabolus diſſuaſit ei.ſer.cxxxj.Exemplum bonum.lx.

Latro cui iuuenis monachus ſeruiuit in clauſtro ⁊ comedit panem ⁊ aquā ⁊ in preſentia iſtius latronis quomodo propter exemplum illius iuuenis bonus homo factus eſt.ſer.lj.I.

Quidā audiuit de nocte in lecto ſuo fratres ordinis predicatorū alacriter cantare in choro ⁊ ſic cōpunctus ordinē intrauit. ſer.lxxiiij.I.

¶Feſta.

Feſta ſunt celebranda. Exemplum de illo qui tēpore moyſi collegit ligna:⁊ ex iuſſu dei lapidatus eſt.ſer.cxvij.G. Item cliiij.F.

Duo ſutores quorū vnus celebrauit feſta alter non.ſer.cvij.H.

¶Filij.

Filius qui dixit.Pater meus ſi eſt in inferno tūc ſuffragia non valent ſibi:ſi autē in celo tūc non indiget:ſi aūt in purgatorio tunc ardeat vſq̧ quo purgabitur.ſer. ciiij.T.

Filio infideli cui buſo proſilijt in faciem propter dehoneſtationem parentū.ſer. xxiiij.Y.

Filia que propter dehoneſtationem matris eſt damnata.ſer.lxij.B.

¶Gaudia celi.

Gaudia celi ſunt magna qđ oſtēditur in dialogo qui dicit ꝙ ſi eſſet ſtatua a terra vſq̧ ad celum clauis ⁊ nouaculis circunſepta ⁊c.ſermone lxxxiiij.L.

Monachus quidā audiuit auiculā.ccclx. annis que videbatur ſibi quaſi due hore. ſer.lxxx.N.

Mulieres que pre deſiderio regni celeſtis infirmabantur.ſer.lxxj.T.

¶Gaudia mundi.

Rex qui nunq̄ riſit quomodo fratrem in anguſtijs circundedit gladijs ante: retro ⁊ ſupra infra a dextris et a ſiniſtris.ſermo. liiij.P.

Quidam cogitauit de ſero inter ſe: heu quo peruenit gaudium qđ hodie habuimus:⁊ ſic compunctus religionem intrauit.ſer.xxxvj.F.

Filius comitis qui vidit cadauer patris ſui et ſic compunctus gaudia mundi deſeruit.ſer.cxxxvj.

¶Gratiarum actio.

Quidam regratiabatur deo quod nō fecit eum bufonem vel aliud animal irrationale.ſer.cxvij.M.

Religioſus ex cuius tactu veſtium ſanabantur infirmi qui omnia in bono accepit: et deum tam in aduerſis q̄ in proſperis laudauit.ſer.cxij.O.

Senex qui vidit aliquos comedere mel: aliquos panem aliquos ſtercus.ſermone. xcviij.L.

Leena pelles portauit beato Machario: q2 illuminauit cecos pueros eius:⁊ etiam lupi reportauerunt quendā puerum: que extraxerūt ex ore lupi.ſer.cxxvij.H.



Hoſpitem quem diaboli receperūt cum corpore ⁊ anima.ſer.cxliij.N.

Ruſticus qui habitauit in vna curia ſolitaria:et xp̄m in forma pauperis in domum ſuam introduxit:⁊ quomodo ille pauper pedes tranſfixos habuit.ſermo. clxxxix.T.

¶Humilitas

Quidam raptus eſt in agone et reuerſus dixit quod nullus ſine humilitate ſaluatur.ſer.xxxj.Q.

¶Jeſus.

Jeſum nominare eſt vtile. Unde legitur exemplū ꝙ maritus quidā ⁊ vxor ſua volebant ſeipſos ſuſpendere pre triſtitia ⁊ biberūt in nomine ieſu: ⁊ ſtatim fugati ſunt demōes:⁊ ſtatim ceſſauit tentatio illa.ſer.xix.G.

Quidam quandocunq̧ tentabatur dixit O dulcis ieſu miſerere mei ⁊ iuua me.ſermone.ix.H.

¶Infirmitas.

Infirmus qui dixit deo et tu priuaſti me corpore ⁊ ego do animam meā demonib⁹ omnibus qui ſunt in inferno:⁊ ſic expirauit.ſer.cxxxiiij.U.

Quidam elegit duos dies in purgatorio: ⁊ dixit quod ibi centum annos arſiſſet.ſer. cxxxiiij.X.

Quidā ſingulis annis infirmabatur preter vnū tunc dixit.O deus oblitus es mei. ſer.cxxviij.L.

Infirmus qui rogauit ſanctum hominem vt intercederet pro eo vt ſanaretur:⁊ poſtmodum dixit.O ſerue dei ora pro me: vt detur mihi quicquid vtilius ſit ⁊ ſic econuerſo infirmatus eſt.ſer.lxij.C.

Quidam bonus homo orauit pro infirmo vt ſanitati reſtitueretur: qui poſtmodum inuenit ſe proniorem ad malum.Et iterato ille bonus homo orauit pro eodem vt reddita infirmitate in timore dei perſeueraret:⁊ ſic eadem infirmitas que prius redijt.ſer.cxxviij.L.⁊.lxij.C.

Miles qui nihil voluit dare propter deū in ſanitate ſed infirmatus iuſſit aliquid dari clerico vt pro eo intercederet.Et ille petijt vt deus eum in illo ſtatu conſeruaret.ſer.cxxviij.L.

Duo fratres vn⁹ erat multū religioſus et alter ſeruiebat fideliter infirmis:⁊ ille fuit acceptior deo.ſer.cxxviij.O.

¶Indulgere.

Miles quidā indulſit alteri militi de occiſione patris ſui propter paſſionem chriſti. ſer.cxxx.T.

Filius comitis dānatus eſt q2 nō indulſit offenſoribus ſuis.ſer.cxxx.E.

¶Ira.

Mulier iracunda quomodo in agone vertit faciem ad parietem qū euchariſtiam recipere deberet:⁊ dixit dānata ſum propter iracundiam meam.ſer.cxv.N.

¶Innocentia.

Puer qui liberauit animā matris:et ep̄s in raptu vidit eū piſcari ⁊c.ſer.xx.M.

Puer qui ſeruauit ordinem minorū ⁊ noluit tangere pecuniā q̄feliciter vixit ⁊ q̄ ſalubriter obijt.ſer.xx.Q. ¶Joc⁹ ⁊ ludus.

Miles qui viſus eſt in purgatorio: et habuit auem in manu que eum mordebat ⁊ lacerabat: q2 venationi deditus fuerat. ſer.xxiij.C.

Nobilis qui venationib⁹ ſemper in dieb⁹ feſtiuis inſiſtebat:⁊ vxor eius peperit ei monſtrum.ſer.xxij.D.

Nobilis q̄ in venatione ſecutus eſt ferā.⁊ nūq̄ amplius eſt viſus.ſer.xxiij. ¶Judei.

Judei imaginē crucifixi dehoneſtauerūt: ⁊ clauis affixerūt:⁊ lācea perforauerunt:et beata virgo cōqueſta eſt de his.ſer.cv.U.

Quidā impregnauit filiā iudei:et dixit ꝙ meſſiam concepiſſet.ſer.cv.O.

¶Judicium ⁊ ſuſpicio.

Quidā rapuit monialē ⁊ fratres iudicauerunt eū quibus beatus ioannes dixit. Fratres duo peccata iā committitis.ſer. liij.S.Item.xc.C.

Senex qui duxit meretricem ſecū ad eremum ⁊ inuenerūt puerum in capella:quō poſtmodū portauit carbones in ſinu ſuo illeſis veſtib⁹.ſer.xc.D. ¶Judicium dei.

Quidā fuit citatus vt cōpareret corā ſummo iudice infra.xl.dies:quō in quadrageſimo die ſubitanee obijt.ſer.vj.P.

Qui in agone ad iudiciū dei raptus quō

diſtrictam rationẽ exigit xp̃s ab eo.ſer.ix. p.Item.cxxix.R.

¶Jurare.

Qui iurãdo obligauerunt ſe vnus ad penam lepre alter ad ignẽ beati ãthonij: niſi ſic facerent vt promiſerũt: ⁊ ambobus ſic accidit.ſer.xlij.B.

Quidam iurauit ſuper ſepulchrum beati pancratij ⁊ manus adheſit ſepulchro.ſermo.xlij.C.

Quidam recepit iuramentum falſum: et raptus ad iudiciũ dei: quomodo plagat9 eſt.ſer.xliij.S.

Quidã voluit peierare: ⁊ bina vice genuflectens obmutuit.ſer.xliij.x.

¶Loqui.

LOquentibus bona ⁊ deifica aſſunt angeli: ſed loquentibus mala aſſunt diaboli.ſ.xcviij.h.

Sanctus ignatius ſemper nominauit ieſum: ⁊ hoc nomẽ habuit ſcriptũ in corde.ſer.cxvj.T.

¶Luſores.

Luſor qui iurauit per oculos dei excecat9 eſt.ſermo.xij.J.

Ruffus diſcipul9 beati cirili epi dãnatus eſt propter ludũ.ſer.xij.M.

Miles erat luſor magnus quem diabol9 de ludo abſtulit: ⁊ cũ corpore ⁊ anima adduxit: qui amplius non eſt viſus.ſermo.xij.Q.

Chriſtianus luſit cũ iudeo: ⁊ iudeus blaſphemauit xp̃m ⁊ mariã matrẽ ei9: ⁊ ſubito nec obijt.chriſtianus autẽ amens effectus eſt poſtmodũ vitã de morte miſerabiliter finiuit.ſer.xij.R.

¶Luxuria.

Miles qui violauit virginẽ quõ in crurib9 punitus eſt: ⁊ buffonẽ igneũ pendẽtez vſq3 ad genua ſuſtinuit.ſer.cxvj.V.

Quidam vidit vicinuz ⁊ vxorem alterius viri puniri in inferno propter adulterium.ſer.lxxxv.Q.

Beatus benedict9 proiecit ſe inter ſpinas: ⁊ beatus Berñ. in aquã gelidã emerſit ſe: vt ſic domarent carnẽ.ſer.lxxxvj.D.

¶Maledicere.

MAledixerunt parentes proprio puero: ⁊ diabolus rapuit eundẽ puerum.ſer.xxiij.N.

Mulier nobilis q̃ maledixit filijs ſuis prius: quomodo tremuerũt toto corpore ⁊ omnibus mẽbris.ſer.xiiij.

Maritus qui dixit ad vxorẽ propriã vade in noie diaboli: q̃ obſeſſa eſt.ſer.xcv.L.

Quidã dixit ad famulũ: veni diabole extrahe mihi calceos.ſer.xxxiij.S.

¶Maria.

Virgo erat in quadã villa ad quã venit btã virgo qñ mori debuit: cũ exercitu angelorũ ſanctorum.ſer.xxij.J.

Peccator q̃ iuit ad peccãdum ⁊ flectendo genua ante quoddã altare vidit puerum ieſum cructare: ⁊ quõ btã virgo multũ fideliter interceſſit pro eo.ſ.clxj.C.

Vir pauper qui elecmoſynam recepit ⁊ ſuperfluum condiuiſit pauperibus: quomodo beata virgo apparuit ſibi in agone.ſermo.xx.O.

Mulier que habuit filiam diſſolutã. quam diabolus voluit rapere in pomerio: ⁊ ipſa cepit clamare. Aue maria gratia plena dominus tecũ ⁊c.ſer.lxij.M.

Mulier que concepit a proprio filio. ⁊ diabolus accuſabat eam apud imperatorem ſer.clxij.X.

Iuuenis qui negauit xp̃m. ⁊ noluit abnegare beatam virginẽ qualiter ditatus eſt. ſer.lxiiij.B.

Latro q̃ ieiunauit ſabbatũ quõ poſt decollationẽ ſuam beata virgo maria iuſſit eum ſepeliri in eccleſia tanq3 ſuũ ſingularem capellanũ.ſer.clxiiij.C.

Nobilis iuuenis qui propter tria damnari debuit: ⁊ beata virgo ſubuenit ſibi.ſer.clxiiij.D.

Nobilis tyrannus pro quo orauit epiſcopus ⁊ poſtmodum peior factus eſt.ſermo.lxiiij.E.

Ruſticus qui fraudẽ in agris proximorũ cõmiſit: q̃ tamẽ cõſueuit ſingulis diebus ſalutare beatã virginẽ mariam: qualiter ipſa iuuit ad eũ.ſer.clxiiij.S.

¶Matrimonium.

Ruſticus prob9 qui portauit decimas btõ Joãnni: ⁊ demõ exiuit ab obſeſſo.ſ.xxvj.V.

Vxor q̃ ſabbato de nocte cognita fuit a proprio marito: dñica die cũ appropinquaret proceſſioni vexata eſt a diabolo.ſ.xxv.J.

¶Mores puerorũ.

Pater qui malũ exempluz filio dedit: nec correxit eum pro exceſſibus ſuis qualiter poſtmodum momorderunt ſe in inferno. ſer.xxiiij.P.

Pater qui dixit ad filiũ vt digitũ ad ignẽ poneret donec vnũ Aue maria diceret.ſ.xxvj.Q.

¶Mores puerorũ erga parentes.

¶Filia q̃ nutriuit matrẽ cũ lacte proprio in turri.ſer.xxiij.V.

Filio infideli cui pullus aſſus verſus eſt in bufonem.ſer.xxiiij.y.

Filius q̃ infra patibulũ amputauit patri naſum.ſer.xvj.F.

Pater q̃ habuit duos filios: ⁊ vnus eremita factus eſt ⁊ alter cũ patre dãnatus eſt propter iniuſtas res.ſer.xxiij.R.

Quidã venit ad ſcalã in inferno propter res iniuſtas: ⁊ fuit decim9 in ordine de iſta progenie.ſer.xxv.M.

Mulier nobilis q̃ duos filios ſimul peperit: ⁊ vnũ nutriuit p ſe: ſed aliũ dedit nutrici q̃ poſuit illũ ad ſuggẽdũ porcũ: q2 nõ habuit ſufficiẽs lac ⁊ valde ruſticoſus factus eſt.ſer.lxj.V.

¶Mendacium.

Duo mercatores qui dixerunt q2 ſine mendacio non poſſent vendere.ſ.cxxxiij.Q.

¶Miſericordie opera.

Beata elizabeth ſeruiuit quatuor diebus leproſo horribili: ⁊ xp̃s quinto die apparuit ei dicẽs: q2 mihi ſeruiuiſti habebis gaudia celi.ſer.lxvij.D.

Ruſticus in curia ſolitaria ſuſcepit xp̃m in ſpecie peregrini.ſer.lxxix.T.

Duo fratres vnus religioſus multũ: ⁊ alter ſeruiebat infirmis: ⁊ precellebat aliuz. ſer.cxxviij.O.

¶Miſericordia dei.

Monachus qui negauit xp̃z propter filiã ſacerdotis ydolorũ: quomodo deus ſibi indulſit.ſer.ij.N.

Quidam vir diues ⁊ potens qui qudraginta annis ſeruiuit diabolo: ⁊ poſtmodũ per tres annos deo: ⁊ ſic ſaluatus eſt.ſermo. cxxij.y.

Miles qui peccauit cum filia propria: et epiſcopus iniunxit ei ſeptennẽ penitentiã: ⁊ poſtmodum niſi vnũ Pater noſter.ſerm. xiiij.F.

Mulier que concepit a proprio filio: ⁊ poſtmodum ex precepto oſtẽdit ſe in camiſia pape Innocentio.ſer.xliij.Q.

Virgo lapſa in peccato fleuit ante altare: et chriſtus indulſit ſibi dicens ei. Adhuc ſemel paratus eſſem mori pro ſalute tua. ſer.cij.

Miles captus ab inimicis quando decollari debuit dixit. Animam meam filio virginis commendo ⁊ ſic ſaluatus eſt.ſermo. lxxix.T.

Quidã dixit in agone. Deus tu ſcis volũtatem meã.ſer.cxxxiij.L.

¶Miſſa.

Mulier q̃ voluit ſeipſam ſuſpendere ⁊ qñ audiuit pulſare ad eleuationẽ corpis xp̃i: tunc flexis genub9 orauit in domo ſua: et ſic liberata eſt.ſer.xiij.h.

¶Mors.

Quidã dixit in agone. Etiam iam veniũt prophete: iam apoſtoli: iam xp̃s. ⁊ ſic expirauit.ſer.lxxviij.h.Itẽ.cv.S.

Quidam petiuit angelos vt tardarẽt: vt hic puniretur pro purgatorio. ſermone lxxix.O.

Quidam in agone ad iudiciũ raptus eſt ⁊ q̃3 diſtrictam rationez exegit chriſtus ab eo: vt quandoq3 diceret nõ eſt ſic: ⁊ qñq3 diceret condona mihi bone ieſu.ſerm.ix.P. Item.cxxix.R.

Eremita ſenex q̃ didicit mori in eremo: ⁊ quid eſt ſcire mori.ſer.cxv.M.

Quidam dixit in agone. Non ſunt tot calami in horreo: quot diaboli circa me ſunt. ſer.cxv.J.

In agone abbatiſſe dixit diabolus q2 non ſunt tot folia in ſilua quot demões in obitu illi9 abbatiſſe fuerunt.ſer.cxxxv.E.

Filius comitis qui dixit in agone. O quid eſt mũdus: iam eñi poſſem multos hoſpitari ⁊ neſcio vt prima nocte pernoctabo. ſer.cxv.J.

Rex francie qui cũ oibus diuitijs ſuis: nec inducias vnius hore in agone potuit obtinere.ſer.cxviij.R.

Filius comitis qui ſtuduit pariſius: i agone niuiũ occupauit ſe cũ paternis bonis. et ſic dãnatus eſt.ſer.cxxxiij.A.

Quidam deſperauit in agone ⁊ reputabatur ab hominibus quaſi ſanctus. ſermo. cxxxiiij. T.

Quidam valde fleuit ⁊ penitentiam egit in agone ſed ſolummodo ex timore pene quare ⁊ huic talis penitentia non profuit. ſer. clvj. B.

Foſſor quidam cadauer percuſſit plenum vermibus qui capita retraxerunt. ſermo. cxxxvj. H.

Mundus.

Filius comitis q̄ vidit cadauer patris: ⁊ ſic mundū deſeruit. ſer. cxv. N.

Murmurare.

Eremita q̄ reprehendit deū: ⁊ murmurauit contra opera dei. ſer. cix.

Natiuitas chriſti eſt ſalubris exemplum de moniali q̄ facta fuit publica meretrix: q̄ poſtmodum inuocando infantiam ſaluatoris veniam obtinuit. ſer. xj. E.

Obedientia.

Obedie͂tia precellit alias virtutes. Exemplum de illo q̄ vidit quatuor ordines in celo: ⁊ inobedie͂tia viuentium ſuperior fuit. ſer. clvj.

Moniales que iuerūt ad papam: quibus dedit pixidem cū auicula incluſa: ⁊ precepit eis ne aperirent pixidem. ſermo. l. F.

Opera que fiunt in peccato.

Paganus mercator qui ſepeliuit mortuū prope mare iacentem quomodo bina vice liberatus eſt a morte. ſermo. xcij. M.

Quidam triginta duobus annis orauit pro anima patris ſui ⁊ ſemper in peccato mortali fuit: quare nihil profecit. ſermo. xcij. O.

Oratio.

Quidam delectabatur in peccatis: ergo ſibi nō profuit oratio quam pro eo fecit eremita. ſer. xlv. S.

Monachus qui in extremis datus fuit draconi ⁊ fratres orauerunt pro eo: ⁊ ſic fugatus eſt draco ⁊ ille poſt modū religioſe vixit. ſer. cxxj. Q.

Patientia.

Patientie effectus. Mulier quedā que habuit ancillā bonam ⁊ poſtmodū ab xp̄o petiuit aliā que fuit litigioſa: ⁊ iſta plus placuit ſibi ꝓpter meritum patientie. ſer. lvij. C.

Impatientia.

Uirgo caſta multa bona opera fecit: ⁊ angelus dixit ei. Propter impatie͂tiam tuam dānaberis que poſtmodum verbis ipſius angeli admonita valde patiens facta eſt. ſer. cliij. T.

Mulier que retrorſum ſaltauit de pelui dicens ex impatientia: modo ſalto de poteſtate dei in poteſtatem diaboli. ſermo. cxxxvj. G.

Uir quidam dixit in infirmitate: deus tu priuaſti me corpore: ⁊ ego priuabo te aia mea. ſer. cxxxiiij. U.

Archidiaconus qui ex impatientia commendauit ſe diabolo: ⁊ eadem die obijt. ſer. xxx. F.

Mulier que propter iracundiam ſuam dānata eſt. ſer. xcv. N.

Quidam ex impatientia dixit ad famulū ſuum veni diabole extrahe mihi calceos. ſer. xxxiij. G.

Paſſio chriſti.

Eremita cuidā apparuit xp̄s habēs crucē ſuper ſcapulas ſuas. ſer. xlvij. M.

Quidam in agone adaptauit peccata membrorum ſuoꝝ ad paſſionē membrorū xp̄i. ſer. xlviij. L.

Latro qui vnū pater noſter dixit ad crucifixum ⁊ ſic occiſus euolauit. ſer. xlix. R.

Monachus q̄ pertranſeūdo ante crucifixum dixit: dn̄e ieſu xp̄e ꝓpter amarā paſſionē tuā quā habuiſti qn̄ aīa tua egreſſa eſt de corpore tuo. ſer. xlix. Y.

Juuenis q̄ nō habuit prius dulcedinem in paſſione xp̄i ⁊ ſemel amplexatꝰ eſt eū xp̄s memoria paſſionis xp̄i. ſer. xlix. Z.

Quidā ſurrexit ſp̄ i media nocte dicēs. O dn̄e ieſu nullꝰ iam tibi cōpatitur. ſer. xlv.

Mulier q̄ paſſionē xp̄i dilexit q̄uo obijt in ptu i die paſceues ⁊ ſtatim euolauit ad celum poſt egreſſionē aīe a corpe. ſer. lxj. T.

Nouitius q̄ voluit exire de ordine minoꝝ ⁊ redire ad ſeculum ⁊ xp̄s apparuit ei et oſtendit ſibi vulnera: ⁊ q̄uo illi vulnerant xp̄m qui habent malā volūtatez peccādi. ſer. j. H. Itē ſer. clj. C.

Peccare.

Quidam vidit duos cum lancea per longum ⁊ ex trāſuerſo volētes intrare eccleſiam. Item q̄ hauſit aquaz in vas pertuſum: ⁊ q̄ ſecauit ligna ſuper ſarcinam apponendo. ſer. cxiij. T.

Pena inferni.

Sacerdos qui vidit matrē ſuam in ſporta ignea: q̄uo ſerpentes ignei circūdederunt collū ipſius ⁊ cathenas habuit in manibꝰ ⁊ pedibꝰ. ſer. lxxxiij. J.

Diabolus dixit ꝙ anima comitis Guilielmi eſſet in tali pena ꝙ ſi mons illuc mitteretur liqueſceret in ictu oculi. ſermo. cxxxv. E.

Miles q̄ rapuit vidue vaccā dicēs: ſi ego nō facerē nūc alius faceret q̄uo punitꝰ fuit in inferno inceſſanter ⁊c. F. cliij. F.

Udo q̄ freque͂ter inebriabat: qualē potuz qualē lectū ⁊ quale balneū ſibi inuenit in inferno preparatū. ſer. lxij. Y.

Miles qui apparuit filie ſue cū turibulo in quo erat ſulphur. ſer. xcij. P.

Qui vidit vicinū ſuū ⁊ vxorem alterius vicini puniri in inferno ꝓpter adulteria ſua. ſer. lxxxv. Q.

Mulier q̄ nō plene cōfeſſa eſt q̄uo viſa eſt habere ſerpētes in capite ⁊ in collo: ⁊ bufones ſuper mām̄illas ⁊ canes roderunt manus eius. ſer. cxxxv. E.

Quidā vidit diabolū ⁊ dixit ꝙ potiꝰ vellet clibanū incenſum intrare q̄ꝫ iterū diabolum videre. ſer. cxx. P.

Quidā cōbuſſit digitos propter cōcupiſcētiam mulieris: ⁊ ſic ceſſauit tentatio carnis. ſer. clxxv. O.

Pater quidā ordinis p̄dicatorum dixit ad magiſtrū pariſiēſem ꝙ ipſe ſero cogitaret de lecto inferni: de quo Eſayas dixit. Subtus te ſternet tinea. ⁊c. F. cj. H.

Pene purgatorij.

Quod anima potiꝰ vellet hic habere centum annis durā penitētiam cum corpore q̄ꝫ in purgatorio per vnam diem ardere. ſermo. clx. G.



Religioſus quidā appuit aduocato ⁊ dixit ſe eſſe in maximis penis. nā ſi oīa ligna arderēt nihil eſſet reſpectu ignis purgatorij: ⁊ dixit aduocatū eſſe in malo ſtatu. F. cxxviij. M.

Puer nouem annorum qui accōmodauit denarios a famulis q̄uo in purgatorio punitus eſt. ſer. ciiij. J.

Nobilis qui manſit fabro debitor ⁊ apparuit habēs balbata ignita. ſer. clx. J.

Quidam elegit duos dies eſſe in purgatorio potius q̄ꝫ hic infirmari per biennium. ſer. cxxxiij. X.

Item de duobus fratribꝰ quoꝝ vnꝰ immediate celebrauit miſſam vnā poſt obitum alterius ⁊ ſepe apparuit ſibi dicēs ſe quaſi. xx. annoꝝ arſiſſe. ſer. clx.

Anima q̄ apparuit ⁊ dixit ſe eſſe deputatā ad purgatoriū vſq͂ ad diē iudicij: niſi iuuaretur ſuffragijs viuorū. ſer. clx. R.

Sacerdos q̄ dixit: ſi lacus fuiſſet plenus igne tūc vellet in eo eſſe vſq͂ in finē mūdi vt eſſet certus ꝙ nō intraret purgatorium neq͂ infernū. ſer. cij.

Quidā vidit penas purgatorij ⁊ poſtmodum nunq͂ riſit. ſer. cliij. U.

Mulier reuocata a purgatorio quomodo hic penitentiam egit in niue: in glacie: in igne: ⁊ dixit: nihil reſpectu pene purgatorij. ſer. clij. U.

Due anime quarum vna fuit leta ⁊ altera triſtis. ſer. clx. F.

Suffragia.

Quidā orauit. xxxij. anno. pro aīa patris ⁊ ſemper in peccato mortali fuit ⁊ nihil profecit. ſer. xcij. O.

Nobilis qui fuit liberatus de purgatorio per tres miſſas. ſer. clvj. F.

Quidā prouincialis liberauit fratrē carnalem per vnā miſſam. ſer. clvj. F.

Nobilis qui miſit filiū ſuū ad papā ⁊. xxx. annis debuit eſſe in purgatorio ⁊ papa ꝑ vnam miſſam liberauit eū de purgatorio. ſer. clx. L.

Quidam frater celebrando pro fratre defuncto dixit ſi ſoldano tandiu ſeruiuiſſem ⁊c. et ſic liberauit eum per vnam miſſam qui. xv. annis debuit eſſe in purgatorio. ſermo. clx. R.

Qui equum auunculi vẽdidit preciũ non erogens pauperibus vt illi conſtituerat: quomodo diaboli rapiebãt eũ.ſer.clx.P.
Quidam recepit veſtem a peregrino ⁊ non orauit pro anima eius qualiter punitus eſt.ſer.cix.Q.
Puniunt etiam anime in purgatorio pro paruis rebus.
Frater q̃ vinũ non lymphauit ꝓpterea punitus eſt in purgatorio.ſer.clx.D.
Soror ſancti Damiani que audiuit chorizãtes cantare cũ quadã dulcedine: ꝓpter ea per.xv.dies debuit eſſe in purgatorio.ſer.xxxvij.V.Item.cx.P.
Miles q̃ viſus eſt in purgatorio:⁊ habuit auem in manu eũ corrodentẽ q꞉ venationi nimium deditus erat.ſer.xxij.C.
Frater q̃ compaſſus eſt conſanguineis in agone:⁊ propterea punitus eſt in purgatorio.ſer.clx.E.

## ¶ Perſeuerantia.

¶ Quadraginta ꝓpter fidẽ fuerũt poſiti in dolio aque frigide:⁊ vnus abnegauit fidem ⁊ paganus vidit angelũ cũ corona: e conuerſo volare ad celũ.ſer.lxxiij.M.
Iuuenis in eremo ad quem venit diabolꝰ di.patrem ſuum mortuum ⁊ ſic exiuit eremum:⁊ rediit ad ſeculũ:⁊ malo fine vitã ſuam finiuit.ſer.cxl.H.

## ¶ Predeſtinatio.

Frater q̃ orauit pro alio fratre:⁊ vidit eũ de numero damnatorum: ⁊ iſte frater multiplicauit bona opera ⁊ emendauit vitam: ⁊ poſtmodum viſus eſt de numero ſaluãdorum.ſer.lxxiij.N.
Lantgrauius q̃ multa mala commiſit dicens.ſi ſum predeſtinatus ⁊c.quõ medicꝰ ſuus illum reduxit ⁊ reſipiſcere fecit ab illo errore.ſer.xciiij.X.

## ¶ Prelatus.

Prelatus q̃ male vixit ⁊ dixit militibꝰ ſuis ꝙ non violarent eccleſias ⁊ cimiteria niſi tollerent oſſa mortuorum.ſer.xxviij.

## ¶ Premium.

Qui fontẽ longe a cella habuit:⁊ angelus eum ſubſequens numerauit paſſus eius.ſermo.clj.H.
Iuuenis q̃ ſeptẽ coronas meruit vna nocte fortiter reſiſtendo tentationibus,ſermo.clj.E.

## ¶ Proſperitas.

Filia que habuit patrẽ ꝓbũ ⁊ infortunatũ ⁊ matrem reprobã:ſed ſanã ⁊ fortunatam in omnibus que pertinent ad preſentẽ vitam.ſer.xxxj.O
Hoſpes diues circa quẽ hoſpitatus fuit.ſ. Ambroſius quõ omnia ipſius ſubmerſa ſunt ⁊ cõbuſta.ſer.cviij.R.
Eremita bone vite quẽ beſtie dilacerauerunt ⁊ diues male vite qui honorifice ſepultus fuit.ſer.cxlix.

## ¶ Pulchritudo.

Pulcher iuuenis q̃ leſit ſe in facie: q꞉ mulier concupiuit eum.ſer.cxiij.Q.
Virgo que fecit ſe includere:q꞉ quidam iuuenis concupiuit eã ꝓpter ſuam pulchritudinem.ſer.cxxiiij.N.

## ¶ Reprehendere deum.

Reprehendit deũ in ſuis operibꝰ quidam eremita.ſer.cix.

## ¶ Res iniuſtas.

Puer.ix.annorum q̃ a familia matris accommodauit denarios quõ punitꝰ eſt.ſ.ciiij.I.
Puer q̃ furatus eſt germano ſuo obolum: quõ in puteũ proiectus eſt.ſer.cxliij.C.
Monachus qui denarium pro naulo non ſoluit.ſer.cl.C.
Famulus q̃ furatus eſt a dño ſuo ficus:⁊ nõ potuit euchariſtiam recipere de manu beati Thome apoſtoli.ſer.xxxiij.D.
Ruſticus q̃ furatus eſt palum quõ in agone infeſtauit eum diabolus cũ ignito palo.ſer.ciij.H.
Qui nutriebat multas colũbas dixit:ſi cõtra deum eſſet ꝙ recederent: ⁊ ſic omnes receſſerunt.ſer.lxxxij.C.
Miles q̃ rapuit vaccã vidue di.ſi ego non facerem tunc vnus alius faceret.ſ.cliij.F.
Diues ſepultus eſt in inferno:⁊ arbor proceſſit ab eo ⁊ in ramis pependerunt heredes ipſius.ſer.cxiiij.E.
Pater q̃ habuit duos filios ⁊ vnus factus eſt eremita:⁊ alter dãnatus eſt cũ patre:⁊ maledixerunt ſibiinuicem in inferno.ſermo.xxiij.R.
Miles q̃ viſus eſt in ſcala in inferno ꝓpter iniuſtas res:⁊ fuit decimus in ordine de iſta progenie.ſer.xx.M.Itẽ.ciiij.M.



Pater qui dixit ad filium ſuũ vt digitum ſuum teneret ad ignem donec vnum Aue maria diceret.ſer.xxxvj.Q.
Ruffus diſcipulus beati Cyrilli epi dãnatus eſt propter res cũ ludo acquiſitas.ſermo.xij.M.

## ¶ Seruire deo.

Seruiendum eſt deo ex charitate vñ legitur exemplum ꝙ diabolus venit ad quẽdam ſenem ⁊ iuuenem eſſe de numero dãnatorum dixit ipſe tñ iuuenis eque bene ſeruire voluit deo ꝓpter ſuã infinitam bonitatem.ſer.civ.V.

## ¶ Sortilegium.

Comes q̃ iuit ad phitoniſſam ⁊ interrogauit eã de duobus equis quomõ ipſa mẽtita eſt.ſer.xlj.I.
Eremita q̃ vidit paſcere porcos.ſer.xlj.O.

## ¶ Spernere proximum.

Sacerdos quidã abhorrebat leproſos intm̃ ꝙ cõfeſſiones eorum audiuit per murum:⁊ ſimiliter quidam famulus abhominabatur leproſos intm̃ ꝙ noluit eis porrigere eleemoſynam:⁊ ambo iſti facti ſunt leproſi.ſer.cl.N.
Aduocatus q̃ ſpreuit pauperes ⁊ in agone dixit ſe eſſe cattum ⁊ ſic obiit ſine rõne ⁊ ſine ſacramentis.ſer.lix.

## ¶ Superbia veſtium.

Comitiſſa que ſolũ ꝓpter ornatũ veſtium damnata eſt.ſer.cxij.I.
Mulier que dixit ad quid valet mihi ꝯfeſſio cum retineo ſuperbie habitũ ⁊ nolo dimittere.ſer.lviij.S.
Sacerdos qui vidit matrẽ in ſporta ignea ⁊ ſerpentes q̃ circuncingebant caput ⁊ collum eius:⁊ que cathenas habuit in brachijs ⁊ pedibus.ſer.lxxxiij.I.
Quidam vidit diabolum equitare in cauda mulieris:que cum traheret ad ſe caudam cecidit ille in lutum.ſer.lxxxiij.H.
Qui primitus vtebatur purpura a fulmine eſt percuſſus:⁊ ſic obiit.ſer.lxxxiij.S.
Virginem diſſolutam diabolus capere voluit in chorea propter ornatum veſtium.ſer.clxij.M.
Virgo que habuit remorſum conſcientie ꝙ debuit alium colorem portare: ꝙ ouis habuit a qua veſtem recepit.ſer.lxxxiij.S.

## ¶ Superbia ſpiritualis.

Virgo que arctam duxit vitam:⁊ ſolummodo propter ſpecialem ſuperbiam damnata eſt:q꞉ ſpreuit ⁊ cõtemnebat alios:ſermo.cxxxvij.X.
Latro ex humilitate dixit ad eremitã:vtinam eſſem talis qualis es tu:⁊ eremita ex eleuatione mentis reſpondit:hoc libenter deberes velle:⁊ ſic damnatus eſt.ſermo.lxxij.X.
Incluſa que dixit ſe eſſe peſſimam:ſed ab alijs hominibus noluit hoc audire.ſermo ne.c.T.
Conuerſus qui ſenſit miram dulcedinem in ſacramento euchariſtie:⁊ voluit aliũ fratrem oſculari vt etiam ſentiret illam dulcedinem.⁊ ſic totum perdidit.ſer.lxxij.X.
Monachus in eremo propter elationem mentis a diabolo deceptus eſt.ſer.cvij.O.

¶ Hypocrita eſt ſicut ſimia. Exemplũ de ſutore ⁊ ſimia que ſibiipſi collum abſciuit.ſer.c.V.

## ¶ Tempeſtas.

Tempeſtas occidit duos iuuenes in lecto ⁊ iuuenis q̃ in medio illorum duorum iacuit manſit illeſus.ſer.cviij.S.
In anglia erat quidam tempore ſegetes pulcherrime ⁊ quoddam genus muſcarum deuaſtauit omnes ſegetes ⁊ in illis erat ſcriptum ira dei.ſer.cviij.T.
Duo fratres erant:⁊ vnus orauit pro pluuia ſepius ⁊ pluebat.ſed alius totum commiſit deo:⁊ caules ⁊ ſegetes fructuoſiores habuit.ſer.cviij.T.

## ¶ Temporalia.

Diues quidam parcus tranſtulit ſe vltra aquas tempore famis ne audiret clamorẽ pauperum qualiter ad iudicium dei citatus eſt:et ſubitanee obiit.ſermo.lxxxij.E.
Lapidicida qui dum fuit pauper:bonus fuit:ſed poſtquam fuit ditatus tunc tyrannus factus eſt:⁊ oppreſſor pauperum.ſer.xciij.F.

Quidam abſcondit theſaurum in muro ⁊ non potuit confiteri donec ſacerdos portauit ſibi corpus chriſti: tunc diabolus aufugit. ſermo. cl. A.

Tempus.

Quomodo anime dānate deflent amare tempus gratie male conſumptum in preſenti vita. ſer. iij. T.

Tentatio.

Quidam tentabatur peccato blaſphemie contra deum ⁊ ſanctos. ſer. xxix. Y.

Diabolus qui. xl. annis tentauit quendam monachum de lapſu carnis: ⁊ poſtmoduz finaliter induxit eum in peccatuz luxurie. ſer. xl. E. Item. lxxxvij. R.

Iuuenis erat in eremo ad quē venit diabolus dicens patrem ſuum defunctum: et vt cito rediret ⁊ bona patris diſtribueret pauperibus. ſer. cxl. H.

Iuuenis quidam meruit ſeptem coronas reſiſtendo tentationibus. ſer. clj. C.

Quidam proiecit ſe in profundam foueaz ex iuſſu diaboli quem credebat angelum dei. ſer. xviij. Q.

Maritum ⁊ vxorem ſuā induxit diabolus ꝙ volebant ſe ſuſpendere. ſer. xix. S.

Mulier quedā preparauit ſibiipſi laqueū ad ſuſpendēdum ſe qualiter liberata fuit. ſermo. xiij. S.

Verbum dei.

Verbum dei audiuit quidam miles flagitioſus: et ſic compunctus eſt ⁊ penitentiam egit. ſer. lxx. Q.

Comes lubricus qui audiuit predicare illud Eze. In quacūqꝫ hora ingemuerit peccator: ⁊ ſic compunctus eſt: ⁊ poſt ſuā mortem ſuper ſepulchrum ipſius ſcriptuz eſt. Miſit verbum ſuum ⁊ ſanauit eum. ſerm. lxviij. S.

Vidua.

Vidua que dixit vir meus adhuc viuit: ꝙdiu vixero. ſer. cxvj. V.

Voluntas.

Latro qui in bona volūtate ad eremitam venit ⁊ ipſe ſpreuit eum: ⁊ quomodo arbor occidit eum ⁊ ſtatim ad celum euolauit. ſermo. clj. O.

Latro qui orauit vnum Pater noſter corā crucifixo: ⁊ ſic ſaluatus eſt. ſer. clix. R.

Voluptas carnis.

Quidam voluptuoſe vixit ⁊ nihil ſibi propter deum ſubtraxit: ⁊ tamen bona opera fecit ieiunādo elemoſynas dādo ⁊c. quomodo poſtmodū a chriſto iudicatus fuit. ſermo. iiij. C.

Vſurarius.

Vſurarius quidam tria facere debuit: ſcilicet conteri confiteri ⁊ reſtituere vt ſic ſaluaretur. ſer. cviij. Z.

Vſurarius quem aſinus portauit infra patibulum: ⁊ ibi ſepultus eſt. ſer. cxiij. B.

Vſurarius qui in agone ſibi portari fecit vaſa aurea: ſed cum anima recreari nō potuit: ſed dolor augmentabat: tūc recōmendauit eam demonibus. ſer. cxviij. L.

Hypocrita eſt ſicut ſimia. Exēplum de ſutore ⁊ ſimia que ſibi ipſi colli abſcidit. ſermo. c. V.

Iſti ſunt caſus papales.

Manus violētas in clericū vel etiā in accolitū vel in religioſuz ſeu cōuerſum iniiciēs excōicatꝰ eſt: ⁊ mittēdus ad papā. Qui hoc mandat vel poſt factū eius noīe ratum habet excōmunicatus eſt: ⁊ mittēdus ad papam.

Incēdiarij vel fractores eccleſiarū ſeu lectorum religioſorū aut cimiteriorū excōicati ſunt ipſo facto: ⁊ ante denunciationem ab epiſcopo abſoluūtur: poſt denunciationem non niſi a papa.

Incēdiarij aliarū domorū nō religioſorū excōicandi ſunt: ſi excōicati ſunt ⁊ denūciati mittantur ad papam pro abſolutione.

Qui occaſione ſententie excōicationis ſuſpēſionis ⁊ interdicti late in eos ſeu ſubditos: aut eorum ruſticos dederunt licentiā grauādi eos iudices qui tulerūt ſentētias vel iudicū ſeruos q̄ portāt literas vel etiā actores occaſione quorū late ſunt ſentētie in bonis vel in perſonis leſerit: niſi reintegra licētia huiuſmodi reuocauerint: vel ſi aliquo caſu rapuerint de predictis: ⁊ ſi infra octo dies non reddiderint ad dominū apoſtolicum mittendi ſunt.

tes aūt magi hieroſolymā: ecce ſtella quā
viderāt in oriēte antecedat eos vſq̄ꝫ dū ve
niēs ſtaret ſupra domū ⁊ locum vbi erat
puer. Legit̄ eñi in legēda ꝑdicta ꝙ reges
poſtq̄ꝫ exierūt de hierl̄m vidētes ſtellam
gauiſi ſunt gaudio magno valde: ⁊ paſto
res venerūt: q̄ paſtores claritatē ſtelle celi
vidētes occurrerūt ⁊ interrogauerūt q̄d-
nam hoc eſſet. audientes ꝙ puerū natum
q̄rerēt dixerūt ei paſtores qualiter ange-
lus apparuit eis in nocte natiuitatis chri-
ſti cū magna claritate di. Annūcio vobis
gaudiū magnum qđ erit omni ppl̄o: q̄r ho
die natus eſt ſaluator q̄ dicit̄ xp̄s in ciui-
tate Dauid: ⁊ quō in ciuitate ingreſſi inue
nerūt puerū iacētē in preſepio ⁊ pānis in-
uolutū. his auditis tres reges gauiſi ſūt
valde. Et ecce ſtella antecedebat eos vſq̄ꝫ
dum veniēs ſtaret ſupra domum vbi erat
puer. Et intrantes domū. i. diuerſoriū vbi
puer natus erat inuenerūt puerū aſpectu
pulchrum: pānis vilibꝰ inuolutū. Si ergo
magi regē terrenū querere veniſſent ma-
gis fuiſſent cōfuſi q̄ꝫ gauiſi: q̄r tāti itineris
laborē ſine cauſa ſuſcepiſſent. Nūc aūt ce
leſtē regē querebāt ⁊ ſic nihil regale vide-
bāt in eo ſolius tñ ſtelle teſtificatione con
tēti gaudebāt oculis eorū cōtēptibilē pue
rū. ſ. in bonis tpalibꝰ cōſpicere q̄r ſpūſſan-
ctus in cordibꝰ eorū terribilē eum mōſtra-

bat: quē puerū inuenerūt cū maria matre
eius. vnde Chryſ. Nō diademate corona-
tum: aut in lecto aureo recūbentē: ſed vix
vnā tunicā habentē nō ad ornamentū cor
poris: ſed ad tegumentū nuditatis: qualē
humile poterat vxor carpētarij peregre cō
ſtituta, diſpōne aūt diuina fcm̄ eſt vt dicit
Rabanus ꝙ tūc Ioſeph aberat ne aliqua
male ſupſtitionis eo pñte gentibus dar et
occaſio. Itē inuenerūt puerū cū maria ma
tre eius dū virgo btā magnū viderat ante
diuerſoriū comitatū recepit puerū ſuū de
ꝑſepio in gremiū ſuū ⁊ ī virginea brachia
ſua vt ſic ipā ſe pueri mr̄ē oſtēderet eſſe.
vnde Chry. Magi viſo puero lumine vere
fidei illuminati crediderūt eū eſſe mundi
ſaluatorē: ac eundē quē tanta ſolicitudine
queſierūt: ⁊ quē ſtella annūciauerat. Nec
ab hac fide matris paupertas nec pueri im
becillitas retraxerat. Ideo dicit euāgeliū.
Procidētes. ſ. ſuper terram ⁊ ſuper facies
ſuas adorauerūt eū, adoratione latrie: vt
verū deum. vbi dicit glo. hoīem viderunt
⁊ deū eſſe crediderūt ⁊ cognouerūt: ⁊ ideo
adorauerūt ſic vt quilibet eorum depoſi-
ta corona ſua flexis genibꝰ ⁊ capite in ter-
ra demiſſo cum magna cordis cōtritione ⁊
oris prolata oratione ipſum vnanimiter
laudauerūt ⁊ mundi ſaluatorē eſſe dixe-
runt ⁊ de beneficio ꝙ ſtella eos ad ipſum
perduxerat gratias egerunt. hec gloſ. Ac
demum apertis theſauris ſuis obtulerūt
ei munera. aurum: thus: ⁊ myrrhā. Remi-
gius. vnuſq̄ſq̄ꝫ tamen hec tria munera ob
tulit: vt vnuſquiſq̄ꝫ eum cū ſuis muneribꝰ
verum deū ⁊ hoīem mortalē ꝑdicaret. Un̄
Berñ. ꝙ magi obtulerūt aurū hoc fuit ad
paupis pueri cū matre ſuſtētationē. Thꝰ
propter ſtabuli fetorē. Myrrham propter
membrorū debilium pueri confortationē.
Legitur enim in legenda predicta ꝙ poſt
oblationē puero factā iſti tres reges cepe
rūt eſurire: ⁊ ēt familia ⁊ iumēta eorū tūc
comederūt ⁊ dormierūt. Et tunc r̄nſo acce
pto in ſomnis ne redirent ad herodē: per
aliā viā reuerſi ſunt in regionē ſuā. Poſtq̄ꝫ
aūt reuerſi fuerūt in regionē ſuā et ꝓpria
attigerunt manſerūt in fide magis deum
quā ante colentes: ⁊ qđ viderūt alijs pre

dicauerunt: ⁊ multos erudierūt ⁊ ad fidē
xp̄ianā ī eis fuit diſpoſuerūt. Deīde cū btūs
Tho. apl's veniſſet ad illā ꝓuinciā ab eo
baptiſati ſunt: ⁊ cum eo facti ſunt adiuto-
res ⁊ p̄dicatores xp̄i. Itē habetur in legē
da ꝙ poſt receſſum regū tumultus ppl'i
factus eſt ad mariā ⁊ puerū eius propter
miraculū. Et maria timēs occiſionem pue
ri latenter ad domū cuiuſdā pauperis cō
fugit: qui eā cū puero occulte in celario re
cepit vbi maria ſuper lapidē ſedit ⁊ puerꝰ
lactauit: ⁊ cecidit lac ſuper lapidē qđ vſqꝫ
hodie iq̄ uātū plꝰ tāgit: ī tm̄ clariꝰ ⁊ cādidꝰ
efficit̄ ⁊ vſqꝫ hodie q̄nqꝫ oñdit̄ ꝓ reliquijs.
Maria etiā camiſiā ⁊ pannos aliquos ſi-
mul inuoluit quorū ⁊ oblita eſt in diuerſo
rio: ⁊ tandiu ibi permanſerunt vſqꝫ ad tē-
pus helene ſine veneratiōe. qꝛ locꝰ vbi xp̄s
natus eſt abominabilis a iudeis habitus
eſt vt nullū hoīem neqꝫ bruta aīalia intra
re permitterēt: ſꝫ obſtruxerūt locū cū lapi
dibus. Sed helena poſtmodū illuc veni-
ens locū aperuit. ⁊ illa inuenit. Similiter
⁊ fenum p̄ſepis in quo xp̄s iacuit ſecū de-
tulit: qđ fenū adhuc in roma habetur. Et
hoc quātū ad ſecundā partē iſtius ſermo
nis. ¶ Quātū ad tertiū. ſciendū ꝙ iſti tres
reges docēt nos humiliari corā xp̄o. Naꝫ
ſic procidentes in facies ſuas adorauerūt
eum humiliter ⁊ deuote. vnde hēricus de
baſſia ſup Geñ. querit quare pauperes ⁊
parui ſtatus hoīes reuerentius ſe habe-
re ſolēt ad deū: vt pote orare flexis geni-
bus, ꝓſtratis corporibus, eleuatis mani-
bus, percuſſis pectoribꝰ. Alij autē magni
⁊ diuites nō ſic ſed ſtantes orant, ⁊ rectis
ceruicibus. ad hoc rn̄det hē. de baſſia di-
cens ꝙ propter quinqꝫ cauſas. Prima cā ē
ſuperbia: qꝛ proſperitas ⁊ felicitas tempo
raliū ceruicē erigit ſupbire faciēs ⁊ hūilia
ri erubeſcens. Aug. Difficile eſt ꝙ nō ſit ſu
perbus qꝛ diues eſt tolle ſuperbiā ⁊ diui
tie nō nocebunt: ſed pauperes vt plurimū
ſunt humiles. Greg. Paupertas mētibus
bonis eſſe ſolet cuſtos humilitatis. Secū
da cā ne genibꝰ terram tāgentes veſtimē-
ta precioſa maculēt: quibus induunt̄: et
ſic preponūt dilectionē veſtiū ne maculē
tur: honori quē exhibere deberēt. creato

ri ſuo q̄ nō pepercit filio ſuo vnigenito: ſꝫ
pro nobis omnibus tradidit illū. Tertia
cā eſt ne nimis fatigēt corpora delicata q̄
gerunt. Nā delicate nutrierūt ſeruū ſuū
ideſt corpus ab infantia: ⁊ nō ſunt aſſueti
exercere ſe in aliquibꝰ laboribꝰ duris ⁊ id
poſtmodū īuenient corpꝰ ſuū cōtūax ⁊ re-
bellans exercitijs aſperis: ſꝫ pauperes aſ
ſueti ſunt dura ⁊ laborioſa ſuſtinere ideo
minus curant ſe humiliare deo ⁊ flecte-
re genua. q̄nqꝫ etiā per totā miſſam quod
aliqui diuites abhorrent facere vſqꝫ dū
eleuatur corpus xp̄i in miſſa. Quarta cā
eſt: qꝛ genuflectere nō p̄nt ipediti roſtris
calceorū longiſſimis. Itē quidā non au-
dent ſe curuare nec ꝓſternere in terrā: ſꝫ
quādoqꝫ paululū inclinare: qꝛ timēt ne ap
pareat erubeſcibile quid in veſtibꝰ ſictur
piſſime accurtatis. Similiter mulieres ꝓ
pter pepla breuiſſima nō audēt caput deo
oīpotenti inclinare ne indecens aliquid
in crinibꝰ videat̄: cū tñ xp̄s in cruce ꝓ cis
inclinato capite emiſit ſpm̄. Itē quidā nō
p̄nt ſe inclinare deo impediti ligaturis
caligarum regidiſſimis quibus manus
ligantur manicis ſtrictis corpus ⁊ cingu-
lis latis ⁊ deargentatis: pedes calceatis
ſtrictis crura ⁊ genua ligaturis caligarū.
Iſtis ponpoſis timēdū eſt illud dictum
Matt. xxij. Ligatis manibus ⁊ pedibꝰ mit
tite eū in tenebras exteriores: qꝛ tales ſic
ſe ex ſuperbia ligātes tradūt ſe demoni-
bus ſic ligatos. vnde Aug. Qui pctm̄ pctō
addit funē nectit cū q̄ liget̄. Hec meditan
da ſunt ſupbis. Quinta cā eſt: qꝛ credunt
ſe nō multū indigere deo: ex quo abūdāt
in bonis tēporalibꝰ: in honoribus ⁊ deli-
cijs ſed deſidia ⁊ paupertas ⁊ neceſſitas
ad deū recurrere faciunt pauperes. vnde
eſa. xxvj. Dñe in āguſtia queſierūt te. vñ
etiā Greg. Mala que nos hic premunt ad
deū ire cōpellūt.

¶ De eodē feſto Sermo. xxij.

AJdentes ſtellā magi gauiſi
ſunt gaudio magno valde.
Gl. Nō ſatis fuit dicere euā
geliſte gauiſi ſunt ſed ad-
didit gaudio magno valde,
vñ dicit Chriſ. Gauiſi ſunt ꝓ
pter male ſocietatis. ſ. herodis euaſionē.
Sed gaudio: qꝛ ſpes eorū nō fuit fruſtra-
ta ſed cōfirmata: ſꝫ gaudio magno: quia
ad laborē tāti itineris quē ſuſceperūt ſtel
lā antecedentē recuperauerūt. Sed valđ
magno gaudio: qꝛ natū regē quē quere-
bant inuenerūt. Sed ex quo homines in
p̄nti feſto ⁊ in precedentibus diebꝰ diuer-
ſos iocos ⁊ ludos ⁊ diuerſa gaudia, in di-
uerſis locis ⁊ tēporibꝰ mundi exercent: iō
pro preſenti ſermone tria ſunt dicenda.
Primo vtrū in iocis ⁊ ludis poſſit eſſe v̄
tus ⁊ que requiruntur ad hoc ꝙ iocꝰ vir-
tuoſe fiat. Secundo quod modis in iocis
⁊ ludis aliquis poſſit peccare mortaliter.
Tertio exēplum. A Quātū ad primum
ſciendum ꝙ hic querit̄ vtrū in iocis ⁊ lu-
dis poſſit eſſe virtus: ⁊ que requirunt̄ ad
hoc ꝙ ioci virtuoſe fiāt. Rñdeo ſm̄. b. Th.
ij. ij. q. clxviij. Sicut homo indiget corpora
li refocillatione q̄ nō poteſt cōtinue labo
rare: ita etiā ex parte anime indiget quie-
te ⁊ ſolatio quod fit ꝑ ludicra, vel iocoſa
verba. vnde ſciēdū ꝙ triplices homines
inueniuntur circa hoc. Quidā enim ſunt
ſicut cibus nihil habens de cōdimēto nū-
q̄ exercentes iocū vel ludū: ſed ſemꝑ duri
⁊ aſperi. Nā cōtra humanā rationē eſt vt
aliquis ſe oneroſum exhibeat: puta cū ni
hil delectabile exhibet ⁊ delectatiōes alio
rum impedit. Señ. Sic te reges ſapienter
vt nullus te habeat tāqꝫ aſperū: nec quis
cōtēnet te q̄ſi vilē. Quidā v̄o quēadmodū
cibi nimis cōditi nimis ſalſi ſicut illi q̄ exce
dūt ī ludo. Quidā ſūt ſicut cibꝰ tēperate ſi
cut decet cōditus. ſ. qui vtunt̄ ioco ⁊ ludo
ad virtutē. Pro quo ſciendū ſcđm holcot
ſuper lib. Sap̄. tria requirunt̄ ad hoc ꝙ io-
cus fiat virtuoſe. Primū eſt ꝙ iocꝰ ſit ſim-
plex ⁊ innocēs ⁊ innoxius: ne aliquis male
ledat̄. Sunt eniꝫ aliqui qui nihil curāt q̄d
dicant ſiue offenſionē ſiue placitū ſiue ho
neſtū ſiue inhoneſtū dūmō tñ prouocent
riſum. Et tales diligenter explorāt defe-
ctus proximorū q̄s p̄nt recitare ad riſum
cauſandū in alijs ⁊ in ipſis erubeſcentiā
talis iocus nō eſt virtuoſus. qꝛ ad ludū v̄
tuoſum requirit̄ ꝙ loquatur placita ⁊ ho
neſta ⁊ nō nociua ⁊ illicita. Scđm qđ reqri-
tur eſt honeſtatis cōdecētia: vt ludꝰ alijs
deceat ꝑſonā ludētē ſiue iocantē ⁊ ēt ꝑſo
nas aſſiſtētes. Vñ alius iocꝰ cōuenit cle
rico vl' p̄lato vl' religioſo: aliꝰ ſeculari aliꝰ
ſeni: aliꝰ iuueni aliꝰ v̄ro: aliꝰ mulieri: aliꝰ fa
mulo: alius v̄gini. Cōſideret ergo ludens
primo perſone ſue conditionē ⁊ honeſta-
tē ⁊ nihil attētet qđ eū vel ſtatū ſuū de-
coret: ⁊ ſuꝑ omnia turpia deuitet que ali
quo mō hoīem ad pctā inclinēt. vnde Se.
de quatuor virtutibus cardinalibus. Oīa
credibilia p̄ter turpitudinē crede. Scđo
cōſideret tp̄s: qꝛ vno tp̄e licet rixari ⁊ alio
nō: ſicut tp̄e lamētationis ⁊ tēpore deuo-
tionis ⁊ orationis leuitates hmōi nō de-
cēt. Itē cōſideret circūſtantias qꝛ alius
iocus licet corā perſonis ſecularibꝰ: alius
corā religioſis. alius corā ſenibꝰ: alius co
rā iuuenibꝰ: alius corā prelatis: alius corā
equalibus vel ſubditis. Tertiū qđ requiri-
tur eſt carētia ſuperfluitatis ne vel nimis
frequenter vel nimis cōtinue. Tulliꝰ eñ
dicit. Ludo quodā modo ⁊ ioco vti lꝫ ſicut
ſomno ⁊ quiete. Eſt eñ ludus neceſſariꝰ
ad vitā ſicut quedā requies mētis. Sicut
enim fatigatio corporalis ſoluit̄ per quie
tem corporis: ita oportet ꝙ fatigatio aīalis
ſoluatur per quietē anime: qꝛ ſi mens hu-
mana tempore extēderet̄ circa ſerta he-
betaret̄ ⁊ fatigaretur nimis. ⁊ ideo cōue-
niens eſt ꝙ pro loco ⁊ tēpore habeat re-
quiē qui ſit ꝑ ludū ⁊ iocū q̄ eſt animi de-
lectatio. Cauēda tñ maxime eſt abūdan
tia. vnde Ari. ix. ethi. ꝙ parū delectatio-
nis ſufficit ad vitā quaſi ꝓ cōdimēto: ſicut
parū de ſale ſufficit ꝓ cibo. modicū enim
de ſale ſufficit ad q̄ntitatē cibi magnā. Vñ
ſi ſcđa vl' q̄rta ps foret đ ſale nihil valeret.
Eodē mō modicū đ ioco ſufficit ad q̄etē ⁊
recreationē mētꝫ. Exēplū đ ſctō An. Vñ re
p̄hēdunt̄ illi q̄ maiorē partē tp̄is expēdūt
in ludis ⁊ iocis ⁊ riſibꝰ: ⁊ in alijs vanitati
bus mūdi: ſicut ludēdo in alea, ⁊ ſchacorū
ludo: ⁊ ī chartiludio. ⁊ ſic đ alijs ludis de
q̄bꝰ verificat̄ illud Sap̄. ij. Eſtimauerūt
vitā noſtrā eē ludū. Quātū ad ſcđm ſciē-
dū ꝙ q̄nqꝫ modis q̄s peccat mortaliter in
iocis ⁊ ludis. Primo ſecundum hermanū
đ ſchilditꝫ ſi ex leuitate aī ludo vl' ioco ita

grauis cõtumelia fieret ꝙ hoīs honorē to
talit̃ auferret peccaret moꝛtaliter. Simi
liter ſi q̃s ex leuitate animi hoīem graui-
ter vulneraret vel lederet in coꝛpoꝛe moꝛ
taliter peccaret. Ita nõ eſt dubiū quin gra
uiter aīa hominis cõturbãs honoꝛē eius
vel famã ex leuitate animi auferẽdo moꝛ
taliter peccet. Sunt tamen alia cõuicia
ſm̄ Ari. in ethicis de leuibus que apud
virtuoſos ludo cõuenıẽter dici pñt vel ꝑ
ter delectationē vel emẽdationē ⁊ de ta-
libus hic nõ loquitur: ſed de iſtis hoc in-
telligitur: q̄. ſ. nõ niſi grauiter hoīs aīm
cõturbãdo fiunt. ſ. aufe rendo famã eius
vel cõtriſtando eius ꝑſonã. Secundo cū
q̃s in ioco mendaciū loquit̃: illud ſcienter
cū iuramẽto cõfirmat. Unde ſctūs Th. ij.
ij. q. cxviij. dicit. Nõ excuſat̃ a moꝛtali pec
cato qui iocoſe peierat: qꝛ nõ euitat diui
nã irreuerẽtiam immo ꝯtuꝫ ad aliq̃d ad
auget hec ⁊ alia verba dicendo ad mẽda
citer ⁊ in ioco truffando aliã ꝑſonã: vcꝫ ꝑ
deū ille foꝛis ſtat expectãs te vel ipſe vult
tibi hoc dare: vel ibi inuenies eū: vel ille
dixit mihi ſic. ⁊ ſic de alijs. Sed ſi loque-
retur in loco mẽdaciū ſine iuramẽto: tunc
ſolū eſſet veniale. Tertio cū quis in ioco
pꝛoximū ſuuꝫ ſcienter ⁊ ex pꝛopoſito ad
iracundiã pꝛouocat. Nã oīm peccatoꝛū q̄
ille ſic pꝛouacatꝰ in tali ira ꝯmittit ſiue in
verbis ſiue in factis ille ꝓuocans erit re-
us. hoc illi nõ attẽdant q̄ animoſos hoīes
derident ⁊ pꝛouocãt vel alios homines
paſſionatos qui ſubito pꝛouocant̃ ad irã
⁊ in hoc volūt recreari: quãdo tm̄ vergit
in periculū animarū ſuarū: ⁊ grauiter in
futuro ꝓ talibus ſolatijs ⁊ riſibus punien-
tur: qꝛ oēs maledictiones ⁊ blaſphemia
cõminationes ⁊ iuramẽta q̄ pꝛouocatus
pꝛofert ipſi lugebūt: qꝛ eſt regula iuris.
Qui occaſionē danni dat: dãnū dediſſe vi-
detur. Quarto pꝛopter malū finē queꝫ q̃s
in illo loco intẽdit: vt iocando cū muliere
vel virgine tangendo vel amplexando eã
loquendo, ⁊ arridendo ea intentiõe vt eã
ad malū actū alliciat. vel ſcðm btm̄ Th.
de aqui. Cū quis ad iocū ſumit turpia ver
ba vel facta que de ſe ſunt peccata moꝛta
lia peccat moꝛtaliter. Quinto pꝛopter cõ
placentiã vel vehementiã affectus ad lo-
cū ita ꝙ q̃s cõtra pꝛeceptū dei ⁊ eccl'ie in
locis ⁊ tpibꝰ ſacris vti non recuſet: ⁊ tali
pctõ põt quis bene peccare moꝛtaliter.
Sed cū q̃s nõ tm̄ afficitur ad ludū ꝙ pꝛo
pter hoc vellet aliq̃d cõtra deū cõmittere:
ſic ſolū eſſet veniale. Itē ꝓpt̃ nimiã ꝯplacē
tiã quã q̃s hꝫ in iocis. vñ Au. Nullū pctm̄
ē adeo veniale q̄n fiat moꝛtale dū placꝫ. Et
quãto maioꝛē dlectationē ⁊ ꝯplacētiã q̃s
hꝫ in aliquo pctõ: tãto maioꝛē penã ſuſti-
nebit ꝓ illo in futuro. Apo. xviij. Quantū
in delitijs fuit tm̄ date illi toꝛmẽtū ⁊ luctū.
Ex his ptꝫ ꝙ arguendi ſunt q̄ q̄nꝗ in lo-
cis ridēt vſqꝫ ad effuſionē lachꝛymarū. Et
ſi q̄nqꝫ aliquis nimiã cõplacētiã hꝫ in ali-
quo pctõ qð eſt de ſe veniale adhuc tñ ꝓ
pter ſecuritatē dꝫ cõfiteri. Quãtū ad terti
um eſt ſciendū ꝙ illi grauiter in futuro pu
nient̃ q̄ hic excedunt in vanitatibꝰ iocis ⁊
ludis: ⁊ venationibꝰ auiū ⁊ ferarū. ¶ De
inde nota exẽplū ſm̄ hūber. in de abūdã-
tia exẽploꝝ. Legitur ꝙ quidã vir deuotꝰ
in raptu vidit quẽdã militē in purgatoꝛio
q̄ fuit caſtus bonus hoſpitalis ⁊ bone vi-
te ſed ludo auiū nimis deditꝰ. Qui ꝓpter
hmõi ludū habebat quaſi auē in manu eū
in facie ⁊ hūeris ⁊ bꝛachijs coꝛrodentē fru
ſtratim ⁊ mirabiliter affligētē: ⁊ requiſitꝰ
ab illo deuoto cur hec pateret̃ cū tñ bone
vite fuiſſet. R̄ñdit. Pꝛecepta dei ſeruaui
nec vnq̄ꝫ vnū denariū cõtra deū recepi: ſꝫ
qꝛ nimiū deditus fui ludo auiū ⁊ cū cani-
bus venãdo ideo hãc penã hic in purga-
toꝛio ſuſtinebo donec purgatus ero: ſꝫ tm̄
oꝛa pꝛo me ⁊ annūcia filijs meis ⁊ cogna-
tis meis: vt mihi cū ſuffragijs ſubueniant
qꝛ valde crucioꝛ in hac pena: qui poſt mo
dū in bꝛeui per ſuffragia ⁊ oꝛ̃ones bonoꝝ
liberatꝰ ē a purgatoꝛio. ¶ Itē aliud exē
plū in li. apū ꝙ fuit in theutonie partibus
quidã nobilis venationibus tm̄ deditꝰ vt
nullo ſabbato vl' dñica die miſſaꝫ audiret
ſed ſup venationibꝰ intētꝰ erat. Coꝛripie
bat aūt eū frequēter vxoꝛ ſua deuota deo.
Et ille mulieris ſue monita nõ curauit. Ac
cidit aūt vt ipſa vxoꝛ poſt multos partus
editos pꝛegnãs peperiſſet abortiuū habē
tē caput venatici cani pendētibus auribꝰ.



Cõfuſ⁊ ergo coꝛã matre ⁊ multis nobili-
bus matronis que aſtabãt quarū cõſiliū
oīm fuit vt terra citius partꝰ abꝛutus tege
retur. veniente aūt a venatione marito q̄
ſiuit qualis puer eſſet quē aditū habuiſ-
ſet. Diſſimulãtibus oībus cū pudoꝛe iſta
miles extracto gladio vt ei partus oſtēda
tur ⁊ moꝛ timoꝛe cõpulſa eijci de terra iu
bet triſte ſpectaculū ⁊ mõſtruoſuꝫ dicēs.
Ecce ꝗ manifeſto ꝓdigio inſipientiã tuã
vindicauit omnipotēs: qꝛ nullū honoꝛē ſa
cris diebus ⁊ nullã reuerētiã ſacramento
coꝛpoꝛis xp̄i tribuiſti: ſed magis vanis lu-
dis venationū in his ſacris diebꝰ inſtiti-
ſti. hec vt vidit nobilis digne ſe coꝛrexit ⁊
pniam egit de cõmiſſis. ¶ Itē legit̃ in li.
apū ꝙ quidã potentiſſimus dñs cū mul-
tos ex ſubditis ſuis cogeret ſecuꝫ vacare
quotidie ⁊ venationibus inſudare ⁊ poſt
hoc plerıqꝫ culturas agroꝝ ⁊ alia nego-
tia dimittentes ad paupertatē ⁊ inopiã cū
vxoꝛibus ⁊ filijs deuenerūt. Accidit autē
vt vna dierū cū pꝛefata familia domus
ſue miles ingreſſus ne moꝛa ferã ipeteret
⁊ agitantibꝰ canibꝰ equo reſidēs inſeque
retur. At cū nihil ꝓficeret tota die: ſꝫ ſem
per ferã videret ante ſe ꝓfugã in amētiã
verſus ferã de nocte ſecutus eſt ex illa die
nullus hoīm vidit aut ſciuit quid de eo fa
ctū ſit aut euenerit: ſed dixerūt nõnulli et
bene credimus ꝙ ſicut Dathã ⁊ Abyꝛon
a terra viui abſoꝛpti ſunt ⁊ ad inferos trãſ
miſſi: ſic ⁊ illi accidiſſet.

¶ Dñica infra octa. Epiphanie. Ser. xxiij.
ꝙ parētes ad ſe tenent̃ filios.

CUm factus eſſet ieſus ãno-
rū duodecim aſcedētibꝰ pa
rētibꝰ eius hieroloſymã ⁊c.
Lu. ij. In pꝛeſenti euãgelio
iſtruit mariã parētes quali-
ter ſe debeãt habere ad fi-
lios in hoc ꝙ duxit Ieſum ſecū in templū
cū annoꝝ. xij. eſſet. Unde in pꝛ̃ſenti ſermo
ne tria ſunt dicēda. Pꝛimo ſunt aliqua de-
clarãda de euãgelio pꝛeſenti. Secūdo de
inſtructiõe pueroꝝ. Tertio exẽplū. Quan
tum ad pꝛimū ſciendum ſuper illo verbo.
Cum ieſus factus eſſet annoꝝ. xij. ¶ Sci
endū ꝙ quinqꝫ differentie tempoꝝ legū
tur de xp̄o. Pꝛima eñ differentia ꝙ legitur
fuiſſe vnius diei q̄n. ſ. de virgine maria na
tus fuit. vnde Lu. ij. Natꝰ eſt nobis ho-
die ſaluatoꝛ. Secūdo legit̃ fuiſſe octo die
rum quãdo. ſ. fuit circūciſus. Luc. ij. Poſt
ꝗ cõſummati ſunt dies octo vt circunci-
deretur puer vocatū eſt nomē eius ieſus.
Tertio legit̃ fuiſſe. xl. dierū q̄n a matre in
tēplo fuit pꝛeſentatꝰ. de quo habet̃. Luc.
ij. Poſtqꝫ impleti ſunt dies purgationis
marie ſcðm legē moyſi: tulerūt ieſum ī hie
ruſalē vt ſiſterēt eū dño. Quarto legitur
fuiſſe. xij. annoꝝ ſicut in euangelio hodi-
erno habet̃. Quinto legitur fuiſſe. xxx. an-
noꝝ. ſ. cū a ioãne in ioꝛdane baptizaret̃.
De quo habetur luc. iij. Ipſe ieſus erat in
cipiens quaſi annoꝝ. xxx. ¶ Sciendū ꝙ
de tota vita xp̄i ſcðm Chꝛi. nullū miracu-
lū legitur dñm in pueritia feciſſe pꝛeter
hoc vnum qð pꝛodit Lu. ꝙ cū eſſet annoꝝ
xij. ſuam ſapientiã manifeſtauit. Unde di
citur in hodierno euãgelio. Stupebãt autē
omnes qui eū audiebãt ſuper pꝛudentia
⁊ reſponſis eius. Itē ſciendū ꝙ de tota vi
ta xp̄i nihil habet̃ in euãgelio ab anno. xij.
etatis ſue vſqꝫ ad. xxx. niſi hoc ꝙ deſcēdit
cū eis nazareth: ⁊ erat ſubditus illis. In
hoc enim medio tēpoꝛe laboꝛauit ipſe ma
nibus ſuis ꝓ neceſſitate parētū. vnde Ba
ſilius a b ipſa pꝛimeua etate parētibꝰ obe
diēs quēlibet laboꝛē coꝛpoꝛeū habuit ⁊ re
uerenter ſuſtinuit. Cū enim homines eſ-
ſent honeſti: iuſti egeni ⁊ penuriã patien
tes teſte pꝛ̃ſepio manifeſtū eſt ꝙ ſudoꝛes
coꝛpoꝛales laboꝛãdo cõtinue frequenta-
bant neceſſaria vite ſibi querētes. Ieſus
autē obediens illis vt ſcriptura teſtatur
in ſuſtinendo laboꝛē plenariã ſubiectionē
oſtēdebat. Et hoc dicto colligit̃ xp̄m nūq̄ꝫ
mēdicaſſe poſt. xij. annū ſue etatis: ſed pꝛo
pꝛijs manibus laboꝛaſſe. Amb. Non vtiqꝫ
infirmitatis: ſed pietatis eſt illa ſubiectio
qua xp̄s etiã parētibus obediens fuit vſ
qꝫ ad coꝛpoꝛeū laboꝛē. Unde Matt. xiij. A
ſuis emulis faber vocabatur. nec etiã an
tea vel in pueritia vel in infantia: quia ſi
ſic maxime hoc videretur feciſſe per tridu
um remanſionis ſue in hieruſalē. de qua
dicitur ꝙ. b. Ber. opta. pꝛeſci in bucellis

quas dulcis puer per triduū hoc mendica-
uit: ſed hoc nō eſt verū: nō eſt eñ veriſimi-
le ꝙ talis puer ita ſapiēter interrogans ⁊
reſpōdēs in medio doctoꝝ ita vt miraren
tur ⁊ ſtuperēt ſuꝑ prudētia: ⁊ rñſis ei⁹ ab
ipſis ꝑmitteret̃ mēdicare cū adhuc nullā
inuidiā ꝯ eum cōcepiſſent: ipſiſqꝫ a deo le-
ge ſcriptū eſſet. Omnino indigēs ⁊ mendi
cus nō erit inter vos ⁊c. ſicut legit̃ Deut.
xv. Ad dictū autē bti Ber. dicēdū ꝙ hoc dicit
plus mot⁹ deuotiōe ꝙ̃ hiſtorie vel verita-
tis narratione nec etiā xp̄s mēdicauit tē-
pore predicatiōis ſue: qđ ꝓbat̃ ex eo ꝙ nū-
ꝙ̃ legit̃ mēdicaſſe: ⁊ valet ꝯña: q2 in ſacra
ſcriptura tenet locus ab autoritate nega-
tiue: ſꝫm illud Hier. Quicqđ dr̄ ⁊ ſacre ſcri
pture autoritate nō ꝓbat̃ ea benignitate
contēnit̃ qua probat̃. ¶ Quantū ad ſꝫm
ſciendū ꝙ parētes in ſex tenent̃ filijs ſuis.
Primo debēt informare pueros ſuos qūo
ſe debeāt hr̄e ad deū: ⁊ hoc in tribus. Pri
mo dn̄t eos ad hoc inducere vt offerāt deo
innocētiam ⁊ puritatē ſuā cū pueris inno-
centib⁹ q̄ ſanguinē ſuū ꝑpter xp̄m fude-
runt: ⁊ hoc fit qñ pueri in pueritia incipiūt
deo ſeruire. Treñ. iij. bonū erit viro cū por
tauerit iugum dn̄i ab adoleſcētia ſua. Hu
go in diaſco. lib. iiij. Null⁹ tam prudēs tā
ꝙ̃ ſapiēs hr̄ quin ad plenū adoleſcentis
animum perſcrutatur. ⁊ hoc ideo: q2 boni
tas infigit̃ in cor pueri: ideoqꝫ hꝫ tenerum
ſubiectū. vnde Ariſt. dicit ꝙ anima pueri
eſt tanꝙ̃ tabula raſa in qua nihil depictū
eſt: apta tñ depingi. ⁊ ergo quicquid in ſe
primitus recipit puer ad hoc ſemper poſt
modum inclinat̃ ſiue ſit bonū ſiue maluꝫ.
Exemplum reale de teſta vel cipho in quē
ſi primitus infunditur liquor preciosus. ſ.
balſamus ſaporem illū ſemper tenet. Si
autē primitus fetor infunditur. tunc eun-
dem ſemper retinebit. Item aīa pueri eſt
tanꝙ̃ cera mollis in qua ſpecies ſigilli fa
ciliter imprimitur. Itē eſt ſicut virgula re
cens que faciliter flectitur ad quancunqꝫ
partē. Secūdo informare eos debēt in bo
nis ſalutaribus: ſicut ſunt pater noſter ⁊
ſymbolum precepta dei: quomodo ſerua
re oporteat vnūquemqꝫ qui ſaluari vult.
Unde Matt. xix. Si vis ad vitam ingredi
ſerua mādata: ⁊ in ſignū huius tunc pre-
cepta ſunt ſcripta in manibus ⁊ pedibus
noſtris. ſ. per decē digitos: ⁊ per decē predi
cans ne obliuiſcamur eoꝝ. Tertio infor-
mandi ſunt vt eccleſias libēter viſitēt exē
plo pueri xp̄i qui cū eſſet annoꝝ. xij. aſcen
dit cum parentibus ſuis in hieruſalem et
ibi dn̄t audire miſſam ⁊ ſermonē. Tullius
in tuſcula. queſti. Statim in adoleſcentia
cernimus cuius moris: cuius nature vel
cōſuetudinis in poſterū quiſqꝫ ſit futurus.
Unde Gre. Cibus mētis eſt verbū dei: qđ
ſine fructu nō recedet. Unde ꝓpheta. Eſa.
lv. Uerbū meū non reuertet̃ ad me vacuū.
Ex iſto ſequit̃ ꝙ vix vel nunꝙ̃ ita peruer-
ſi ſunt q̄ a iuuētute audiūt verbū dei ſicut
illi q̄ ſic educant̃ vt nec de deo audiāt: nec
etiā quicꝙ̃ ſolutis eoꝝ addiſcant: q2 tales
nihil vt cōmuniter operant̃: niſi q̄ ab alijs
fieri vidēt ſed heu multo plura mala exē
pla vidēt ꝙ̃ bona: ergo in peius proficiūt.
Et ſciendū ꝙ puer q̄ libēter audit verbū
dei: ſignū eſt ꝙ de⁹ eſt in eo ⁊ ad deū per-
tinet. Joan. viij. Qui ex deo eſt verba dei
audit. Sic econuerſo qñ quis non pōt de
deo audire loqui ſignū eſt ꝙ ꝫ expulit deū
a ſe. Item ſciendū ꝙ ſeruitiū taliū iuuenū
innocentiū q̄ nondū mortaliter peccaue-
runt eſt deo multū acceptū: q2 illi q̄ deo in
nocentiā offerūt vinum purū bonū ⁊ opti
mum deo offerūt. Sed inueterati dieꝝ fe
ces deo offerunt reſpectu iuuenū. Sed tñ
dn̄s eaſdem feces nō ſpernit ex ſua mīa et
bonitate. Salluſtius in iugur. Cū de virtu
tibus agit̃ nulla excellētior cernitur quā
illa que in caſtis adoleſcētib⁹ inuenitur. ¶
Queritur hic qñ puer pōt peccare morta
liter. Rñdet̃ ꝙ qñ vſum rōnis hꝫ: ſic ꝙ diſ
cernit bonū ⁊ malū ⁊ pōt ſcire ⁊ intellige-
re qđ ſit ꝓhibitū in ꝑceptis: tūc pōt pecca
re mortalr̄. Unde. Augu. Quando incipit
homo ꝑcepit eſſe capax ex illo ⁊ poſſe pec
care incipit ſed ꝙ̃diu vſum rationis non
habet ſecure viuit: q2 nullo mō pōt pecca-
re mortalr̄ nec ꝑdere vitā eternā. Uñ Ber.
nihil eſt qđ timeam⁹ donec facultatē ⁊ vo
lūtatē deliberādi renatus quiſqꝫ recipiat:
antea eñ a charitate xp̄i oīno nō poterit
ſeparari: ſed ſecur⁹ interim deget ſub prote-



ctione ⁊ aduocatiōe dn̄i dei ſui. Silr̄ eſt in-
telligendū naturalr̄ ſtultis q̄ nūꝙ̃ vſus rō
nis habuerūt: tales oēs habebūt vitā eter
nam ex merito xp̄i ⁊ participatione bono
ruꝫ eccleſie. Sed diceres: ex quo nullū ma
lum manet impunitū q̄s tunc illa mala lu
gebit q̄ iſti pueri ⁊ naturaliter ſtulti com
mittunt? Reſpōdet̃ ꝙ ille qui ſcienter eis
occaſionem dat ad talia mala oꝑa. verbi
gratia. Qui ſcienter ſtultū ꝓuocat ad irā:
ſimiliter qui ipſum ſtultum inebriat ex ꝓ-
poſito: vel q̄ iubet eū quodcūqꝫ malū face
re reus erit. Sic qñ puer incipit vſum ra-
tionis habere ⁊ diſcernere bonū ⁊ malū:
tunc pōt peccare. Sed qñ vnus citius vſuꝫ
rationis acquirit ꝙ̃ alius: ergo nō ſꝫm eta-
tem ſed diſcretionē hoc perpendit̃: ⁊ qñ in
cipit peccare tunc peccare venialiter prīo.
vnde Iſido. de ſum. bono. Queādmodum
ad virtutū culmē tendētes nō a ſūmis in-
choant: ſed a modicis vt ſurſum ad altio-
ra pertingāt: ita etiā q̄ dilabunt̃ ad vitia:
nō ſtatim a magnis criminib⁹ incipiūt: ſed
a modicis. ⁊ ſic aſſueſcūt ꝙ ⁊ tandē in ma
xima corruūt. vñ Greg. in moral. In vno
quoqꝫ lapſu a minimis ſemꝑ incipit̃: ⁊ ſic
ſuccreſcentib⁹ defectibus ad grauiora ꝑ-
uenitur. Scđo parētes dn̄t eos informare
qūo debeant ſe hr̄e quo ad ꝓximos quib⁹
tria tenent̃. Prīo ꝙ eos diligāt ⁊ fraternā
fidelitatē eis exhibeāt: ⁊ ſi tales ſunt pau
peres vt eis ſint miſericordes ⁊ eis cōpa-
tiant̃. Mat. v. Beati miſericordes: qm̄ ipſi
miām cōſequent̃. vñ Hier. Nō memini me
legiſſe mala morte mortuū q̄ libēter opa
pietatis exercuit. Scđo tenent ꝓximis vt
eis dāna nō inferāt neqꝫ in reb⁹ neqꝫ in fa
ma: q2 quicūqꝫ infert ꝓximo ſuo dānuꝫ in
rebus ſiue in fama tenet̃ ad reſtitutionē:
⁊ hoc nō ſolū intelligit̃ de reb⁹ magnis in
ꝙ̃titate: ſꝫ etiā in paruis rebus. Ꝟbigrā.
Si miſſes ad campū ꝓximi tui ⁊ recepiſ-
ſes cōtra volūtatē ſuā vnū pannū plenuꝫ
cū graminib⁹: tūc ſi vere peniteas teneris
ſatiſfacere cū tui cōfeſſoris cōſilio. Ergo
parentes dn̄t informare filios ne dāna in
ferant ꝓximis ſuis: ſiue in pratis: ſiue in ſe
getibus cū pecoribus vel ſine: ſiue etiā in
fructibus ſicut pomis: piris: eſculis: cera-
ſis: rapis. ⁊ ſic de alijs. vnde Aug. ⁊ poni-
tur in decre. Non dimittit̃ pctm̄ niſi reſti-
tuatur ablatū. di. liiij. Generalis. Itē infor
mandi ſunt ne detrahant ꝓximis denigrā
do famā eoꝝ qui tales tenent̃ ad reſtitu-
tionem: ſicut iſti qui habēt res iniuſtas: er
go iſta duo peccata. ſ. rerū iniuſtarum ab
latio ⁊ fame detractio magis difficulter
dimittūtur: q2 nō ſufficit cōtritio nec cōfeſ
ſio ſicut in alijs peccatis niſi fiat reſtitu-
tio ſꝫm poſſibilitatem. vnde Hiero. Nō fa-
cilis venia praua dixiſſe de rectis. Tertio
tenent̃ ꝓximis indulgere offenſas ⁊ oīa
dubia in meliorē partem interpretari. Et
breuiter informādi ſunt vt ꝓximis faciāt
ſicut ſibi velim fieri vnde Mat. vij. Om-
nia queccūqꝫ vultis vt faciant vobis homi
nes ⁊ vos facite illis. Et illud Tho. iiij. qđ
ab alijs oderis tibi fieri ne tu alijs facias. ¶
Tertio tenent̃ parentes filios informare
qūo ſe hr̄e debeant quo ad ſeipſos. ſ. vt
corpus ſuū munde teneant ⁊ caſte viuant
vt dixit Thobias filio ſuo. Attēde fili mi
ab omni fornicatiōe. Et ratio huius eſt. q2
omnis fornicatio preterꝙ̃ in mr̄imonio
ſemꝑ eſt pctm̄ mortale. vnde Apl's. Om-
nis fornicator aut immūdus nō hꝫ partē
in regno dei: ergo pueri dn̄t ſeruare ꝟgini
tatem ſuā vſqꝫ ad mr̄imoniū: vt in ꝟgini-
tate ſibi cōueniant. In ſignū hui⁹ adam ⁊
eua qñ mr̄imoniū inchoabāt virgines fue
runt: ⁊ tales pueri ſic caſte viuētes ducūt
angelicam vitā. Lactantius lib. iiij. de fal
ſa iuſtitia. Tunc adoleſcentis veraciter
perpēdis dignitatem ſi in facie venuſtatē
⁊ in mente pertuleris puritatem. vnde Am
bro. Qui non nubunt ⁊ vxores non ducūt
ſicut angeli in terra ſunt. ¶ Quarto pa-
rentes tenētur filijs dare bonum exem-
plum: ⁊ hoc eſt valde vtile. vnde Grego.
Nunꝙ̃ peccatores ad lamentum peniten
tia redirent ſi nulla eſſent bonorum exem
pla que eorum mentem traherent. Ergo
communiter loquendo quando parentes
bonū exemplū prebent filijs ſuis: tūc filij
tales magis efficiūt̃ virtuoſi: ⁊ ꝑ hoc ta-
les parentes multum merentur. vnde Ce
ſa. Quantis exemplū vere humilitatis et
perfecte charitatis oſtēderis cum tantis ⁊

pro tãtis eterna õmia poſſidebis. Sʒ heu
aliqui parẽtes informãt filios ſuos ad ma
lum verbũ ⁊ exẽplo in q̃ deũ grauiter offẽ
dunt: vbi grã. Sicut chorizare: ſupbe ince
dere: ⁊ deũ blaſphemare: ⁊ ſic de alijs. Et
tales rei erũt oĩm pctõꝝ illoꝝ q̃ ex mala in
formatione ſeu exẽplo filij ſui addiſcũt. er
go q̃ te ſupbiã chorizãdo ⁊ põpoſe incedẽ
do primit⁹ docuit pticeps erit oĩm pctõꝝ
illoꝝ que chorizãdo ſiue al's ſupbe incedẽ
do perpetrabis: ⁊ ſic d' alijs pctis. Dama.
lib. iiij. Ubi vnũ adoleſcẽtulũ videris vtu-
tibus effulſiſſe ibi mille repies periſſe. Itẽ
de illis parẽtibus qui veſtes pompoſas fi
lijs ſuis emunt dicit Guil. lug. Qui filias
ſuas ornãt vt eas ad choreas mitãt quaſi
feſtucam vngũt vt eo meli⁹ ardeat. Item
aliqui parẽtes faciũt pueros ebrioſos po-
tando eos cũ vino. Cõtra q̊s Ariſt. vij. po-
liticoꝝ dicit. Iuuenes marie ab ebrietate
cuſtodiri opʒ. Itẽ iuuenes eẽ ſine vino bo
nũ eſt: q: tales poſtmodũ efficiunt̃ bibuli
⁊ luſores ⁊ mali hoĩes qb⁹ parẽtes ſunt oc
caſio p ſuã malã informationẽ ⁊ mala exẽ
pla. vñ Gre. in moral'. Tot mortibus q̊s di
gnus eſt: quot exẽpla prauitatis in poſte
ros relinquit. O quot mortes meruerunt
tales q̃ tot mala exempla reliquerunt in
poſteros. L Quinto parẽtes tenẽtur fi-
lios corrigere: q: nõ ſufficit q̃ iformẽt eos
in bono. ſed opʒ eos etiã corrigere qñ ex-
cedunt q: oĩa pctã que filij perpetrãt ſub
obediẽtia parẽtum de his parẽtes rñde-
bũt in die nouiſſimo: ergo aduertite parẽ
tes q̃ etiã ſi ſctẽ vite eſtis tñ ꝓpter filios
vr̃os dãnari poteſtis. Nam vt dr̃ ad Ro. j.
Nõ ſolũ digni ſunt morte q̃ faciũt: ſed etiã
qui cõſentiũt faciẽtibus: vbi grã. Si pater
⁊ mater nunq̃ peccaſſent mortaliter: ⁊ tñ
pueros ſuos nõ corrigunt ſed tacẽdo con
ſentiunt: ⁊ ſic ſine pnĩa de negligẽtia hu-
iuſmodi moriũtur eternaliter cũ pueris
talib⁹ dãnabũtur ſicut Inno. Greg. Cyr.
Iſid. Aug. illi oẽs cõcorditer dicũt de he
li ſacerdote: vt hr̃. j. reg. ij. Qui audiuit q̃
filij ſui inhoneſte ſe habebãt in templo:
q: ibi dormiebãt cũ vxoribus ſuis legitur
enim q̃ trepide arguebat eos: ergo ſi dã-
natus eſt nõ eſt alia cauſa niſi q̃ nõ acri-
ter ⁊ ſerioſe correxit filios. vnde dicit̃ in de
cre. Pari pena puniẽdi ſunt agẽtes ⁊ con-
ſentiẽtes. xvij. q. iiij. Oẽs. Itẽ ⁊ hoc hr̃ in
decre. Reſiſtere poſſe puerſis ⁊ nõ facere ẽ
eis cõſentire. xxiij. q. iij. Qui põt. M Sed
diceres qũo pueri corrigẽdi ſunt? Rñdeo
ſi ſunt filij boni ⁊ ex fragilitate qñq: delin
quunt ꝓut Salo. dicit. Non eſt homo iu-
ſtus in terra q̃ faciat bonũ ⁊ nõ peccet. ſ. ve
nial'r: tunc tales pueri cũ benignitate ſunt
corrigẽdi exẽplo marie que dixit ad filium
ſuũ vt hr̃ in euãge. Lu. ij. Fili q̃d feciſti no
bis ſic: pater tuus ⁊ ego dolẽtes querebã-
mus te. Si autẽ ſunt proterui ⁊ correctio
dulcis nõ pficit: tunc corrigendi ſunt cum
aſpera virga. Prouer. xxiij. Noli ſubtrahe
re a puero diſciplinã. Si em̃ percuſſeris eũ
virga nõ moriet̃: ⁊ aĩam eius de inferno li
berabis. Ergo qñ audis puerũ tuũ iurare
⁊ deum blaſphemare: tunc accipere debes
virgã ⁊ eundẽ pueꝝ bñ diſciplinare: ĩ hoc
letificabis deum ⁊ beatã virginẽ mariam
⁊ oẽs ſanctos ⁊ mereris tibijpſi coronã vi
te. cũ puerum ea intẽtione percuſſeris vt ſe
emendet ⁊ creatorẽ ſuũ amplius nõ offen
dat taliter. ſ. blaſphemando: iurando vel
alio modo peccãdo. Item ſciẽdum opʒ q̃
pueri corrigantur q: natura humana infe
cta eſt p originale pctm̃ ⁊ prona ad malũ
ab adoleſcẽna ſua ⁊ qñ puer agit ſm̃ incli-
nationem nature tunc aſſueſcit ex cõſuetu
dine in malis: ⁊ poſtmodum vix illud põt
deponere: verbi gratia. Sicut cũ ſemel ira
ſcitur ⁊ poſtmodum iterum: ſic tunc aſſue
ſcit ita q̃ efficitur homo iracũdus. Sic etiã
ſi puer ſm̃ propriã voluntatem viuit ⁊ dis
ſcurrit ⁊ percutit ſe cum alijs pueris: tunc
erit vagus ⁊ indomit⁹. Sic ſimiliter: ſi mẽ
dax in pueritia: ſi ſuperbus: ſi blaſphem⁹:
vel etiam ſi furatur in pueritia ⁊ nõ corrigi
tur: tunc poſtmodũ prauus efficitur: ergo
ab illo malo incepto opʒ puerum talem re
trahi per verba ⁊ flagellationes. Ambro.
lib. de offic. hic leone fortior comprobatur
qui ſuis in adoleſcentia motibus domina
tur. ad Collo. iij. ca. Filij obedite parenti-
bus per omnia. hoc enim placitũ eſt dño.
Sindonius in epiſtolari. In periculoſis ſẽ
per ipſa adoleſcentia caſibus verſatur.

Nunc em̃ fluctuando diuerſimode picli-
tatur tunc tumultuãdo ad vanitates in-
numerabiles incitatur. Sed ſunt aliqui pa
rẽtes q̃ ex inordinato amore pueros ſuos
nolunt corrigere nec volunt q̃ aliq̃s alter
eos corrigat: ⁊ ſic peruerſos pueros ſuos
educant: ⁊ tales pueros plus odiunt q̃ȝ di
ligunt. Unde Prouerb. xiij. Qui parcit vir
ge odit pueꝝ ſuum. Itẽ ſunt aliqui q̃ pue-
ros ſuos calcant cũ pedibus ⁊ trahunt p
crines: vel cum manibus caput percutiũt:
ſic eos infatuant. Item ſunt aliqui q̃ pue
ris ſuis maledicunt: ⁊ hoc grauiter deum
offendũt: ⁊ pueri ex hoc nihil proficiũt. ſed
plus eis obeſt q̃ȝ prodeſt. N Exẽplum hr̃
in Ceſario de puero quẽ diabolus cũ cor-
pore ⁊ anima abſtulit ꝓpter maledictio-
nem parentũ: ſic q̃ amplius parentes illũ
puerũ nõ viderunt: ⁊ hoc deus premiſit in
terrorẽ alioꝝ parentũ ne filijs ſuis male-
dicant ſed potius cum aſpera virga corri
piant immo maledicere nõ licet alicui irra-
tionabili creature inq̃ȝtũ dei creatura eſt:
q: omnis creatura dei bona eſt vt patet
Geñ. j. Uidit deus cuncta q̃ fecerat ⁊ erant
valde bona. Ex iſto ptʒ ſi non lʒ equo vel
aſino: vel cani: vel boui maledicere multo
minus lʒ hoĩbus maledicere. Cõtra q̃d fa
ciunt aliqui parẽtes qui maledicũt ꝓprijs
filijs. Etiam peruerſi viri: q̃ vt ſepi⁹ ex ira
vel vindicta maledicũt ꝓprijs vxorib⁹. De
illis maledictionib⁹ dicit ap̃ls q̃ neq: ma
ledici neq: rapaces regnũ dei poſſidebũt.
Sciendũ q̃ parẽtes q̃ filios ſuos educant
tali intẽtione vt efficiant̃ boni chriſtiani ⁊
famuli dei quicq̃d erga filios ſuos faciũt
torũ erit meritoriũ cuʒ in gratia fiat ⁊ ſine
peccato mortali. Ergo mater quotiẽs inq̃e
tatur a puero. ⁊ quotiẽs portat vl' balnea:
vel quicũq: puero miniſtrat meret̃. vñ apo
ſtolus ad Ro. viij. Scimus qm̃ diligentib⁹
deũ oĩa cooperant̃ in bonũ. O Ex quibus
patet q̃ parẽtes poſſunt mereri in pueris
ſuis eternam gloriã vel etiã eternã dãna-
tionem: ergo pueri a parentibus informã
di ſunt corrigendi ſunt vt iam dictũ eſt q̃d
ſi ſic fieret proculdubio nõ eſſet tot mali
homines ⁊ peccatores in mũdo. hoc quili
bet põt cognoſcere in ſeipſo: q: ſi a pueri-
tia fuiſſes debite informatus ⁊ in timorẽ
dei educatus vtiq: melior eſſes. Sed heu
q: a pueritia nutritus es in ſuperbia: in gu
la: in luxuria ⁊ in alijs vitijs: ergo tam per
uerſus es iam in vita tua. Seneca in her-
cule furente. Tunc adoleſcẽs oĩm ſubſter
nitur vanitati cũ ſue vane admittĩt liber-
tati ⁊ graui adijcitur voluptati. P Exem
plum de parentibus qui filios ſuos nõ in-
ſtruunt in bono nec corrigunt cum delin-
quunt. Legitur quidã pater ex inordina-
to non correxit filium ſuũ ſed duxit eum
ſecum in tabernas: qui exẽplo patris poſt
moduʒ factus eſt potator luſor ⁊ blaſphe
mator. Contingit in breui patrem ⁊ filium
poſtmodum mori mala morte. Et qui-
dam homo bonus in raptu vidit filium
⁊ patrem ſuum in inferno ſeinuicem mor-
dentes. ⁊ filius maledixit patri: quia eum
non correxit nec ad bonum inſtruxit. ⁊ q̃
ſibi malum exẽplum prebuit. Item aliud
exemplum de illo qui patri morſu abſcidit
naſum quere ante ſer. xvj. F Q Sexto
tenentur parentes filijs ſuis hereditare
res iuſtas: quia melius eſt modicum iu-
ſto ſuper diuitias peccatorum multas.
Contra hoc faciunt aliqui qui tam inordi
natum amorem habent ad filios q̃ q̃uis
bene cognoſcant q̃ non habent neq: poſſi
dent res iuſtas tamen nolũt eas reſtitue
re ne filij depauperentur: ⁊ ſic ſeipſos ⁊ fi-
lios condẽnant. Item aliquando vnus pa
rentum manet in viduitate non propter
deum: nec amore caſtitatis ſed ne filios ex
heredet: ⁊ tamen nõ intendit caſte viuere:
⁊ talis parens plus diligit filios q̃ȝ deum
et propriam ſalutem: ⁊ potius vult dãna-
ri q̃ȝ filios ſuos exheredare. Item ſciendũ
q̃ filij conqueruntur de talibus parentib⁹
tanq̃ de ſuis occiſoribus. Nam quot dena
rios eis ſcienter relinquunt de rebus iniu-
ſte acquiſitis tot gladijs pueros ſuos trãſ
figunt. Nam ſi ipſi heredes ſi illas res in-
iuſte acquiſitas ſcienter poſſident: tũc dã-
nantur cũ parentibus. Eccle. xlj. De patre
impio cõquerũtur filij: qm̃ ꝓpter ipm̃ ſunt
in opprobriũ. R Unde exemplũ legitur q̃
quidã vſurari⁹ habuit duos filios quorũ
vn⁹ cõpunctus in ſermone quodã dixit pa

tri ſuo.pr̃ ſi morimur in hac vita tũc mo
riemur in corpore ⁊ aĩa:ergo reuertere et
redde vniciuiqꝫ ꝙ debes. Cui pr̃ ⁊ aliꝰ fra
ter indignanter rñderũt.Debes tu eſſe no
ſter cõfeſſor,vade ſi mori volueris ⁊ nos
ꝑmanebimus in bonis nr̃is Qui tacuit et
iuit ad eremũ ⁊ pauperẽ vitã ibidẽ duxit
ſeruiendo deo.Tandem pr̃ moriebat̃ ſi-
mul ⁊ frater.Cũ iſte bonus eremita intel
lexiſſet patrẽ ⁊ fratrẽ mortuos miſericor-
dia motus deſiderabat ſtatuz eoꝝ ſibi no
tificari.Tãdẽ deũ petijt vt mereret̃ eos vi
dere.Unã ſit dieꝝ cũ eſſet in orõne ſua ve
nit angelus dñi ⁊ dixit ei.Fiat tibi ꝙ peti
ſti:⁊ arripuit euz cum manu dicẽs: veni ⁊
oſtendã tibi eos:⁊ duxit eũ quo ipẽ neſcie
bat.Tãdem veniebat ad mõtẽ vnuz ⁊ di
xit ei angelus.vis videre ⁊ audire patrem
tuũ ⁊ fratrẽ?Qui rñdit volo.Et vidit val
lem vnum diuerſis tormentorũ gñibus re
pletum:⁊ audiuit miſerabilem vocem vi-
ditqꝫ primo patrem bulientem in igne ſi-
cut vnum piſuz in vna magna olla:qui di
xit.Ue ve ve maledicta ſit hora in qua cõ
ceptus ſum:maledictus ſit venter qui me
portauit.Quẽ cum audiſſet eremita tre-
muit ⁊ dixit.O pater es tu hic?q̃ dixit ſum
dilecte fili.Benedictus ſis: quia timuiſti
deum ⁊ cauiſti ſpelũcã ⁊ penã iſtã horribi
lem:ſed caue tibi ⁊ ſeruias deo: ⁊ interim
cum ſic loquebat̃ venit frater ſicut ⁊ pater
in bullienti igne natando infra ⁊ ſupra ſi-
cut piſum in olla ⁊ cepit filius maledicere
patri in penis dicẽs.maledictus ſis tu pa
ter in eternum:quia iniuſte acquiſita ſup
me hereditaſti ⁊ ſic me damnaſti.Et econ
uerſo pater ad filiuz dixit.maledictus ſis
tu fili:quia propter te talia iniuſte acqui
ſiui ⁊ ſic retinui:⁊ ſic meipſum omni bono
priuaui:⁊ ꝓpterea in hanc penã deſcendi:
q̃bꝰ dixit filius viuẽs poſſũt ne vobis aliq̃
ſuffragia iuuare vel ꝓdeſſe?qui dixerũt.
Nõ:quia in inferno nulla eſt redemptio.
Et cũ videret ꝙ in eis nõ eſſet aliqua ſpes
receſſit ⁊ deo fideliꝰ ſeruiuit q̃ꝫ antea vnqꝫ
fecit.Et ſic ſaluatus eſt.

¶ In eadem dñica.Sermo.xxiiij.Quõ fi
lij in ſex tenent̃ parentibus.

DEſcendit cũ eis ⁊ venit naza
reth ⁊c.Luc.ij.Aug.Nõ ſoluz
xp̃i v̾ba ſunt nobis in documẽ
tum ſꝫ ẽt xp̃i facta ſunt nobis
exemplũ.vñ xp̃s ad parentes
ſuos carnales habuit ſe humiliter ⁊ obe-
diẽter: ergo dicit̃.Erat ſubditꝰ illis.Ber.
Quis q̃bus deus hoĩbus:vñ ẽt Aug.eru
beſcat hõ eſſe ſuperbꝰ.q: humilis factus
eſt deus:vñ etiam refert Joan.de villa in
hiſtorijs fuiſſe quẽdam paruum fontez ſi
ue puteũ ad quẽ ſepiꝰ ſaluator venit hau
rire aquaz deferẽs.eã bñdicte matri ſue.
vñ Amb.Nõ vtiqꝫ infirmitatis ſꝫ pietatis
eſt illa ſubiectio qua xp̃s obediens pa-
rentibus ſuis fuit vſqꝫ ad corporeũ labo-
rem ⁊ hoc fecit vt pueros ⁊ iuuenes ſuo
exemplo inſtrueret vt ſe humiliter ⁊ obe
dientes habeant ad ſuos parẽtes.Uñ in
pñti ſermone tria ſunt dicenda.Pr̃io que
filij tenent̃ parentibꝰ ſuis facere.Secũdo
quomõ filij ꝓterui puniunt̃ a deo hic ⁊ in
futuro ꝓpter inhonorationem parentuz.
Tertio exemplũ. § Quantũ ad primuz
ſciendũ ꝙ filij in ſex tenẽt̃ parẽtibus ſuis
ſiue adhuc ſint viui ſiue mortui.Primo te
nẽtur eis ſeruire corporaliter.ſ.cuz ꝓprio
ſuo corpore ꝙ vnuſqͥſqꝫ a parentibus hꝫ:
ſcꝫ ducẽdo eos ſi ceci ſunt ⁊ portando eos
ſi infirmi ſunt ⁊ claudi:vel alia ſeruitia eis
exhibendo:lauando.ſ.⁊ lectũ eorũ prepa-
rando:eos tegendo vel veſtibus ſuis in-
duendo.⁊ ſic de alijs.Ecc.vij. Honora pa
trem tuũ ⁊ gemitus mr̃is tue non obliui
ſcaris:memẽto q̃m niſi ꝑ ipſos nõ fuiſſes.
Uñ ſciendũ ꝙ tria nobiliſſima recipimꝰ a
parentibꝰ nr̃is.ſ.eſſe,nutrimẽtum,⁊ doctri
nam:quoꝝ nullũ ſufficient̃ eis recõpenſa
re poſſumus.vñ Ariſt.ix.Ethi.Magiſtris
dijs ⁊ parẽtibus non põt reddi equalẽs.
Ergo deo q̃ nos creauit: magiſtris q̃ nos
docuerũt ⁊ parẽtibus q̃ nos genuerũt nõ
poſſumus facere dignã recõpenſationem.
ergo q̃libet nr̃m perpẽdere dꝫ cum q̃ꝫto la
bore educatus eſt:⁊ quanta ſollicitudine
⁊ dolore genitus ⁊ nutritus ſit.vñ Thob.
iiij.Honore habebis matrẽ tuam omnibꝰ
diebus vite tue:memẽto q̃ꝫta perpeſſa eſt
in vtero ſuo ꝓpter te:ſic q̃libet pater de-
bet puerum ad hoc tenere ⁊ eum informa
re vt matrẽ honoret ſicut ille bonus Tho
bias docuit filium ſuũ.Et ſimili modo q̃-
libet mater dꝫ puerum ſuũ ad hoc tenere
vt patrẽ in reuerẽtia habeat.Eccl.iij.Qui
honorificat patrẽ ſuum vita viuet lõgio-
ri.Secũdo tenent̃ filij parentes eorum di-
ligere ex corde.Cõtra hoc faciũt qui parẽ
tes odiunt ⁊ optant eis mortem vt eoruz
hereditatẽ ꝑcipiant:aut ſine reprehẽſiõe
ſm̃ motum ꝓprie volũtatis viuant: quod
eſt valde reprehenſibile ⁊ graue peccatũ
qḋ probat ſic.Nã bea.Jo.dicit. Qui non
diligit fratrẽ ſuuz manet in morte.Hoc in
telligit̃ de proximo.Quid tũc dicẽduz eſt
de illis q̃ parentes ſuos odiunt quos mul
to plus diligere tenent̃. ¶ Uñ queritur
vtrum parẽtes filios aut filij plus paren
tes diligere debeãt?Reſpondet̃ ꝙ paren-
tes naturaliter plus diligũt filios.Unde
Ariſto.viij.Ethi.Parentes plus diligunt
filios q̃ꝫ econuerſo eo ꝙ magis ſciunt parẽ
tes quaz filij quod ab eis ſunt geniti hoc
tamen intelligendum eſt naturaliter ⁊ cõ
muniter q̃ quãdoqꝫ ſic fiat ergo merito pa
rentes diligendi ſunt viceuerſa a filijs:
quos ipſi tam tenerrime diligunt.vñ Ba-
ſilius.Parẽtes noſtros vt propria viſcera
diligamus.Tertio tenetur parẽtibꝰ dul-
citer ⁊ reuerẽter reſpondere cum ab ipſis
corripiuntur.Contra hoc faciunt qui dure
inhoneſte iracunde ⁊ pertinaciter reſpõ-
dent ſuis parẽtibus:quia in hoc grauiter
delinquunt.vt habetur Math.v. Qui di-
cit fratri ſuo fatue reus erit gehẽne ignis:
hoc intelligitur cõfundendo dehoneſtan
do deridendo ⁊ paruipẽdendo fratrẽ ſuũ.
O cuius tũc reus erit qui patrem ſuũ no-
minat antiquũ fatuũ vel ei maledicta ver
ba improperat.Uñ Eccl.iij.Quã male fa-
me eſt q̃ reliquit patrẽ ⁊ eſt maledictus a
deo q̃ exaſperat matrẽ ſuã.Quarto tenen-
tur filij parẽtibꝰ in tẽporalibus ⁊ corpora-
libus neceſſitatibus ſubuenire:⁊ ad hoc q̃
libet tenet̃ propter donũ ꝙ ab ipſis parẽ-
tibus recepit.ſ.corporalẽ nutrimẽtũ.q: pa
rentes nutriũt filios de ſua carne,filij aũt
nutriũt parẽtes de ſubſtantia aliena.Et
ideo filij q̃ parẽtibus in neceſſitate nõ ſub
ueniunt peccant mortaliter: qḋ ptꝫ ꝑ glo.
Exo.xx.que dicit ꝙ hic precipit̃ ꝙ filij ho
norent parentes officio pietatis ipſis.ſ.in
eorum neceſſitatibꝰ ſubueniendo.vñ Ec-
cle.iij.Elemoſyna pr̃is non erit in obliuio
ne.⁊ poſſumus in hoc vti exemplis inter q̃
precipuũ eſt exẽplũ xp̃i:q̃ cũ eſſet in angu-
ſtia paſſionis tamẽ nõ eſt oblitus matris
ſue:imo curaz eius habuit ⁊ Johanni eã
commendauit:vt habetur Johan.xix.Jtẽ
etiaz ipſa animalia irrationabilia de hoc
nobis dãt exemplum.Dicitur enĩ de grui
bus quod cum pr̃ ⁊ mater eorum depila-
ti ſunt.filij eis querunt neceſſaria donec
decreſcant eis pili vel vſqꝫ moriantur.Jtẽ
ad oſtendendum quod debemus paren-
tibus ſubuenire quãdo ſunt ſenectute cõ-
ſtituti oſtendit̃ in exemplo ciconiarum.de
quibus legitur quod cum ciconie ſeneſcũt
filij parentes ſuos in nido ponunt ⁊ ve-
lut infantes iuxta pectus ſuũ collocãt fo-
uent ⁊ nutriunt.Soli vultures parentes
ſuos fame mori permittunt.Unde ſcien-
dum quod valde ingratus videtur q̃ pa-
rentibus ſuis nõ ꝓuidet quando ipſi non
poſſunt ſibi ipſis prouidere cum tamẽ ipſi
ſibi prouiderũt in pueritia eius: quando
nec ſibimet prouidere poterat. Jdeo di-
cit ap̃ls Ephe.vj.Filij reddite vicẽ parẽti-
bus vr̃is:q: hoc eſt acceptũ coraz deo. U.
Exẽpla ſcribit Uale.vbi oñdit ꝙ debemꝰ
parentibꝰ ſubuenire q̃ ſunt in neceſſitate
poſiti:recitat eĩ cũ q̃dã mulier nobilis ob
q̃dã flagitiũ fuiſſet morti adiudicata:no
luit eã iudex aliqua morte publica punire
ꝓpter honorẽ parẽtele ſꝫ incluſa eſt i car-
cere vt ibi fame periret.Filia v̾o eius que
erat nupta de licentia iudicis matrẽ ſuaz
in carcere quotidie viſitabat prius tamẽ
diligẽter perſcrutabatur ne q̃d comeſtibi
le illi afferret:ulla v̾o extracto vbere ſin-
gulis diebꝰ lacte ꝓprio matrẽ alebat.Cũ
v̾o iudex miraretur ꝙ tanto tempore ſup
uiueret repertum eſt quid ei fiebat a filia
tũc pietate motus matrẽ filie donauit.Quĩ
to filij tenẽtur parentibus obedire in his
que ad bonũ ⁊ ad ſalutem ipſoꝝ ꝑtinẽt.
Ad hoc xp̃s proprio ſuo exemplo nos in-
duxit q̃ ſuis parentibꝰ ſubditus fuit vt hr̃

Luc. ij. Et erat ſubdit⁹ illis. Unde ſciendū ꝙ quilibet obedire dʒ parentib⁹ in licitis: ſcʒ qñ aliquid iubet qḋ bonū eſt ⁊ pro ſalute anime ſue vt ad miſſam et ad eccleſiā ire ⁊ verbū dei audire: vel tacere vel ſedere vel dormire vel ſurgere: vel laborare ⁊ ſic de alijs. Uel bene prohibēt pueris aliquod malū ſicut non chorzare: non ludere vel de domo non exire circa noctē: vel ad aliquē locum inhoneſtū non accedere: ⁊ ſic de alijs. Et qñcunqȝ quis ſcienter ⁊ pertinaciter ⁊ ex contēptu cōtra preceptū aliqḋ predictorū facit peccat ⁊ deuʒ offendit grauiter. Sexto tenent̄ filij parētibus defunctis ſubuenire: ⁊ aīas parētū ſuorū cum miſſis elemoſinis, ⁊ orationibus de purgatorio liberare ⁊ de filijs contrariū facientib⁹ cōquerunt̄ parētes. vnde Job. xix. Quare perſequimini me ſicut deus ⁊ carnib⁹ meis ſaturamini. nonne q̄ multa bona a patre ſuo accepiſſet. ſcʒ. cc. vel. cccc. florenos ⁊ videret eū in anguſtia ⁊ paupertate eſuriētē: ſitiētē: ⁊ ſibi in nullo ſubueniret cū bene poſſet: merito infidelis filius eſſet cēſendus. ſimiliter ⁊ in ꝓpoſito. Unde ſciēdū ꝙ q̇libet tenetur ſubuenire illis aīab⁹ quarū bona ipſe hic poſſidet. naʒ ipſe anime defuncte ſpecialiter cōquerunt̄ de filijs ⁊ heredib⁹ qui eis non ſubueniūt de illis bonis q̄ ipſis in mundo reliquerūt: ⁊ ipſi filij ⁊ heredes reddituri ſunt rationē de eo ꝙ ipſis non ſubueniūt.

x Quantū ad ſecūdū ſciendū ꝙ cor filiorū perforatur quintuplici haſta diuine vltionis qui ſuos parētes perturbāt vel eorum indigētias non ſubleuāt: aut eoꝝ mādatis pertinaciter recalcitrāt. Primo puniētur in rerū tēporaliū ſubtractione. Nā diuino iudicio digne talib⁹ infortunia rerū eueniūt qui ſuis parētibus cōtra preceptum diuinū in ſuis indigētijs non ſuccurrunt: ergo tales mali filij ſepe ⁊ frequēter depauperātur ⁊ diuitijs ſuis priuantur: ⁊ hoc demeruerūt in parētibus: qꝛ tales filij quādoqȝ captiuant̄: vel qñqȝ etiā ſpoliātur a raptorib⁹: vel etiā qñqȝ bona ipſorū igne cōburunt̄: vel etiā equi vel vacce moriunt̄ illis. Scḋo puniēt̄ in filijs ꝓprijs. ⁊ hoc dupliciter. Primo qꝛ ipſi filij ſepe eis moriunt̄ propter inhonorationē parentū. Exemplū legit̄ in dialogo ceſarij de viro qui inhonorauit matrē ſuā cui ⁊ oēs pueri eius in breue defuncti ſunt. Scḋo ſi filij ſuperuixerint: tūc cōtingit qñqȝ ꝙ talis in ſenectute ſua pueros ſuos ſibi duros inueniat: ⁊ hoc multotiēs iuſto iudicio dei permittit̄. Tertio puniēt̄ in corpore ꝓprio. ⁊ quādoqȝ tales filij incurrūt cecitatē. vnde Sue. Meretur cecitati ſue ſubire ſupplicium qui parentē vultus toruo viſu reſpexerit et elatis oculis leſerit pietatē. Item qñqȝ incurrūt claudicationē ariditatē ⁊ infirmitates diuerſas: qꝛ non ſeruierūt parentib⁹ cū corpore quod ab ipſis receperūt. Quarto qñqȝ puniēt̄ per abbreuiationē vite tpālis. nam ſicut premiū parētes honorantiū eſt vite lōganimitatis: vt habet̄ Eccli. iij. qui honorat patrē ſuum vita viuet lōgiori. vnde dicit̄ Exo. xx. Honora patrē ⁊ matrem vt lōgeuus ſis ſuper terrā. Sic a ſenſu contrario ipſos dehonorantiū eſt vite breuitas: qꝛ plurimū tales filij ꝓterui improuiſa ⁊ ſubitanea morte moriunt̄. vnde pſ. Subito defecerūt ⁊ perierūt ꝓpter iniquitatē ſuā. Quinto puniēt̄ eterna morte hoc eſt malū ſup omne malū. vnde Exod. xx. Qui maledixerit patri vel matri morte moriat̄. ſup. eterna. nec mirū ſi tales reputātur indigni vita preſenti que eis diuino iudicio repētine ſubtrahitur: cū tamē alijs peccatorib⁹ vita ad penitentiā cōceditur ex hoc pōt rōnabiliter colligi q̄ꝫtus ſit reatus trāſgreſſio illius quarti p̄cepti vbi de⁹ precepit parētes honorare. Nam tales parentes ſuos honorātes ⁊ infidelitatē ipſis oſtendētes quādoqȝ puniunt̄ a deo hic in in preſenti vita.

y Unde legitur in dialogo Ceſarij: ꝙ quidā diues cum vxore ſua ceſſit omnib⁹ bonis vnico eius filio vt ille ſpōſam duceret ditiorem ⁊ filius promiſit patri ⁊ matri ꝙ ipſis abundāter quādiu viuerēt prouidere vellet: ⁊ tamen poſt aliquod tēpus poſtqȝ deſpōſaſſet aliquā iuuenculā ipſa cepit habere diſplicentiā de antiquo patre ⁊ matre mariti ipſius: ⁊ induxit maritū ſuū vt locaret parentes ſuos extra domū ſeparatim. Sic itaqȝ patre et matre ſeparatim habitantib⁹ primo ſatis abundanter

quis reputat ſe indignũ omni bono grẽ:
nature ⁊ glorie: ⁊ quicq̃d ſibi dat: immo q̃
cunq; beneficia tribuit hoc totũ gratãter
faciat ex ſua liberalite ſine omnibꝰ ſuis
meritis: q̃ cognoſcit ꝙ nec minimũ bonũ
a deo promeruit. Ex quo patet ꝙ illi non
ſunt veri humiles qui cõtra deũ loquun
tur ⁊ euz reprehendũt dicẽdo. Quare hoc
das illi: ⁊ illi: ⁊ mihi nõ das: cũ tamen hoc
etiã libenter haberẽ. Si enim talis eſſet
verus humilis tunc deberet aliũ eſtima-
re digniorẽ ⁊ meliorẽ ſe cui ideo deus tri
buit q̃ a deo promeruit ſed q̃ tu nõ pro-
meruiſti: ergo hoc donũ a deo non cepiſti
quod alius recepit. Sextus gradꝰ humili
tatis eſt qñ q̃s nõ abhorret propter deuz
correctiones ⁊ cõtumelias pati ⁊ mãſue-
te ſuſtinet. vnde Greg. Qui gloriã nõ q̃rit
ɔtumeliã nõ ſentit. Ex quo patet ꝙ iſti nõ
ſunt veri hũiles qui impatientes ſunt qñ
corripiuntur. vñ ſciendũ ꝙ eſt valde vtile
cũ quis hic ꝑ delictis ſuis corripit̃ ⁊ punit̃
a ſuis ſuperioribꝰ de hoc quere infra ſer.
lxiiij. ❡ Septimus gradus eſt cũ q̃s ex
humilitate cognoſcit ſe reũ ⁊ bene meri-
tũ ꝙ omnes creature eſſent cõtra eũ ⁊ pu
nirent eũ: q̃ creatorẽ ſuum ſepius offen-
dit. Unde verus hũilis quãdo canis euz
mordet vel pulex: vel muſca vexat: vl̃ alia
quecũq; creatura eũ moleſtat. talia hũi-
liter ⁊ patiẽter ſuffert cogitans ex hũili
corde ꝙ tales creature volunt creatorem
ſuũ vindicare: quẽ ipſe ſepius offendit in
peccando. Ex quo patet ꝙ iſti nõ ſunt ve
hũiles qui quãdoq; ex ipatiẽtia maledi-
cunt creaturis cũ offenduntur ab eis. ❡
Octauus gradus eſt cũ quis potius vel-
let deo ſeruire in viliſſimis ⁊ abiectis ſer-
uitijs q̃ ĩ honorabilibꝰ ſeruitijs lz equalis
meriti eſſent ⁊ hoc ꝓpter ſuã indignitatẽ:
quia ex vera hũilitate reputat ſe indignũ
eſſe ad ſeruienduz deo in honorabili
ſeruitio. Et ad iſtũ gradũ pauci ꝑueniũt
q̃ plures ſunt qui potius vellent eſſe dñi
q̃ famuli. ⁊ plr̃es mulieres que potius vel
lent eſſe domine q̃ ancille ſi ambo equa-

lis meriti eſſent. Nonus gradus eſt qñ q̃s
credit ⁊ timet proximos ledere ꝑpter ma-
la ſua opa: ⁊ quãdocũqȝ aliqđ malũ ꝓxi-
mis accidit: hoc ipſe ſuis ꝓprijs pctis aſcri
bit: ⁊ bonũ qđ ipſe percipit ꝙ hoc habeat
a largitate ⁊ beneficẽtia gratuita dei ⁊ me
ritis proximorũ. Et hoc ptȝ ꝙ iſti adhuc
nõ peruenerũt ad nonũ gradum humilita
tis qui qñ audiunt aliqđ malũ accidiſſe ꝓ
ximo dicũt. Bene demeruit a deo illud ma
lum: qꝛ talis eſt: ⁊ talia pctã cõmiſit. Nam
ſi quis eſſet verus humilis tunc ꝯſcito au
diret aliquod malũ accidiſſe ꝓximo tunc
immediate timeret ne ꝓximus ꝑpter ipm
ſic temporaliter punit⁹ eſſet. ¶ Quantũ
ad tertiũ nota exm̃. Legitur eñ ꝙ cũ quı
dam homo diu laboraret in extremis tan
dem rapt⁹ putabat̃ eſſe mortuus qui poſt
magnũ ſpatiũ tpis reuerſus eſt ⁊ multum
flebat. Homines autẽ circũſtantes roga-
uerunt eũ vt diceret eis quare fleret: ⁊ q̃d
vidiſſet. Rñdit. Uidi ꝙ ſpãliter de⁹ diligit
hoies humiles ⁊ magnã hȝ cõplacentiam
in opib⁹ eorũ: ⁊ ꝑpter hoc fleui pre magno
gaudio qꝛ quicq̃d ſeruiui deo hoc totũ de
nr̃a dei feci cũ humilitate: quare de⁹ gra-
tant: acceptauit opa mea. ⁊ ſicut ſuper-
bia eſt initiũ ⁊ fundamentum oĩs mali ſic
humilitas eſt initiũ ⁊ fundamentũ oĩs bo
ni. vñ miſſus ſum vobis ⁊ ceteris dicere ꝙ
quicũqȝ vult ſaluus fieri dȝ ſe corã deo hu
miliare ⁊ vitã xp̃i imitari qꝛ dicit diſcite a
me qꝛ mitis ſum ⁊ humilis corde.

¶ Dominica in ſeptuageſima. Sermo
xxxij. de dignitate hominis.

Simile eſt regnũ celoꝝ homi-
ni patrifamilias qui exiit pri-
mo mane conducere operarios
in vineã ſuam Mat. xx. Scire
debetis in xp̃o dilectiſſimi ꝙ
ſancta mater ecclĩa catholica hodierno
die duo nobis tempora repreſentat. ſ. tp̃s
humane creationis ⁊ tp̃s humane perdi-
tionis hoc primũ tp̃s hodie repͥſentat ſan
cta mr̃ eccleſia catholica in hoc in matuti
nis incipit legere librum Geñ in quo aper
te cõtinetur quomodo deus fecit hominẽ
de limo terre: ⁊ quõ in faciẽ eius inſpira-
uit ſpiraculũ vite ideſt aĩam vt homo fie-
ret in animã viuentẽ. Itẽ hodie in ſeptua
geſima repreſentat ſpecialiter eccleſia ca
tholica tp̃s preuaricationis ⁊ tranſgreſſio
nis ⁊ humane perditionis. Ideo hodie ec
cleſia catholica ob cãm hui⁹ miſerabilis ⁊
lamẽtabilis trãſgreſſionis flagellas ſuas .i.
oĩa cantica letitie deponit. primo. ſ. canticũ
nature: qđ eſt Te deũ laudam⁹ quia in pſ.
Dicitur: omnis ſpiritus laudet dñm. Item
deponit etiã canticũ gratie ſcȝ. Gloria in ex
celſis deo. ꝓ qđ dei pax de celo ꝑ angelum
hoibus eſt annũciata: vt hr̃ Luce. ij. Item
deponit canticũ glorie. ſ. Alleluia qđ ſic dr̃
Apoca. xix. Ab angelis primit⁹ in celo eſt
canticũ. Nec mirũ ſi eccleſia illa cantica
omittit illo ſacro tp̃e in quo peragit̃ trãſ
greſſio ade ⁊ eue. Nam ꝑ pctm̃ vitiata eſt
natura: ſubtracta grã: ⁊ impedita eſt glo-
ria. Ergo eccleſia quaſi in anniuerſario mor
tius humane nature canticũ q̃ de mortuis
per annũ cantari ſolet ꝓ officio miſſe inci
pit dicẽs. Circũdederũt me gemitus mor
tis ⁊c. Unde in preſenti ſermone tria ſunt
dicẽda. Primo de illo ſacro tp̃e ſeptuageſi
me. Scđo de creatione hominis. Tertio
exemplũ. ¶ Quantũ ad primũ ſciẽdum
ꝙ tp̃s quadrageſime inſtitutũ ẽ ab ecclĩa.
Primo ad repreſentandũ tp̃s preuaricatio
nis ade ⁊ eue. Ipſe eñ adam ſibi ⁊ nobis
mortẽ intulit. Nam ſi adam in innocentia
perſtitiſſet immortalis permanſiſſet ſic q
ipſe nec famem: nec ſitim: nec frigus nec ca
lorem ignis ſenſiſſet: ne oculos nec caput
doluiſſet: nec mors nec aliqua triſtitia ſibi
accidiſſet. vnde Greg. Ad hoc homo in pa
radiſo poſitus erat vt ſi ſe ad cõditoris ſui
obedientiam vinculis charitatis aſtringe
ret ad celeſtẽ patriã angelorum ſocietatẽ
quãdoqȝ ſine morte carnis trãſiret. Nam
homo fuit creatus immortalis ꝗ̃tum ad
corpus ⁊ animam. vnde Grego. Sic nãqȝ
immortalis conditus eſt homo vt ſi non
peccaſſet: etiam mori non potuiſſet. vnde
omnes viui celum intraſſemus. Secundo
tempus ſeptuageſime repreſentat nobis
exilium totius generis humani qđ ince-
pit ab Adam ⁊ durat vſqȝ ad finem mun
di. Am. Omnes ſumus in hac lachrymi
rum valle qui deberemus eſſe in paradi
ſo vel in celo. vnde Job loquens de miſe-



rijs huius mũdi dicit ſic. Homo natus de
muliere breui viuens tp̃e: multis repletur
miſerijs hoc patet: qꝛ patimur famẽ, ſitim
⁊ varias infirmitates: ⁊ certitudinaliter
omni die mortẽ expectamus nec ſcim⁹ vbi
poſt hanc vitam prima nocte manebim⁹:
⁊ in ſignum huius miſerie ⁊ exilij tũc puer
cum naſcitur in hunc mundũ primit⁹ flet
lachryme eius teſtimoniũ perhibẽt huius
miſerie ꝙ ſcilicet ipſe puer ſit natus in
hunc mundũ qui eſt vallis miſerie ⁊ la-
chrymarũ. vnde holcoth. Omnes clamãt
e vel a quotquot naſcũtur ab eua. ſi ſunt
maſculi cõqueruntur de primo patre adã:
ideo dant vocẽ a. ſi autẽ femine cõquerun
tur de prima matre eua: ⁊ ideo ſonãt. e. qꝛ
propter eoꝝ peccata ſunt cum pena ⁊ dolo
re in mundo victuri. vnde Augu. Puer eſt
propheta per fletum. Tertio tp̃s. lxx. repre
ſentat nobis tp̃s penitẽtie. Et in ſignũ hu
ius tunc heri in veſperis cantabatur dies
abſoluti pretereunt dies obſeruabiles re
deunt tp̃s adeſt ſobriũ queramus puro
corde dñm. Unde ad iſtã pniam aſſumen
dam eccleſia hodie in officio miſſe inducit
nos exẽplis. Nam adducũtur nobis in exẽ
plum tres magni peccatores qui totũ offi-
cium miſſe compoſuerunt ſcȝ David qui
cõpoſuit introitũ miſſe ne quis deſperet
propter peccatũ luxurie. Paulus qui cõpo
ſuit epiſtolã ne quis deſperet propter pec
catũ ſuperbie. Et mattheus qui cõpoſuit
euangeliũ ne quis deſperet ꝑpter pecca-
tũ auaritie. Unde modo letitia humana
eſt poſtponẽda ⁊ ſalubris triſtitia aſſumẽ
da: ſed heu plures peruertunt ordinẽ qui
iam incipiũt diſſolutores eſſe ⁊ vanitates
mundi plus exercere quaſi nõ ſit tp̃s peni
tentie ſed tp̃s vane letitie: cõtra quos põt
Salo. eccl̃i. iij. Eſt tp̃s flendi ⁊ eſt tp̃s riden
di. Et in ſignũ ꝙ xp̃iani non dñt amõ va-
ne letari: tunc hodierna die incipit tp̃s in-
terdictũ in quo xp̃iani nõ dñt nuptias ce-
lebrare qꝛ illud tẽpus eſt tp̃s triſtitie: ⁊ de
hoc quere ante ſer. xxvj. ¶ Quantum
ad ſecundũ dicẽdum ꝙ homo eſt magne
dignitatis apud deũ quo ad creationem.
Nam ꝓpria dignitas hoĩs eſt ꝙ creatus
eſt ad imaginẽ dei. Unde Geñ. j. Faciam⁹
hoiem ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ nr̃am:
nõ angeli: nõ archãgeli: ſed ſolius dei: hoc
deus nõ dixit de celo vel de ſtellis vel de
auro vel de argento ſed de hoie ergo ad
aĩam. vñ Eccli. xvij. Deus de terra creauit
hominẽ ad imaginẽ ſuã fecit illũ. vt etiaȝ
Ber. in ſermone quadrageſimali. Cogita
qualẽ te fecit de⁹ nempẽ ſm corpus egre-
giã creaturã: ſed ſm aĩam magis vtpote
imaginẽ inſignẽ creatoris rõnis participẽ
beatitudinis eterne capacẽ. Itẽ ſciẽdum
ꝙ pre oĩb⁹ mũdi creaturis de⁹ impſſit ho-
mini ſue imaginis ſpẽm. Nobiles eñ ſunt
beſtie terre inꝗ̃tũ creature dei ſunt ſȝ no
biliores ſunt aues aeris: ſed nobiliſſima
ſunt firmamẽtũ: celi ſtelle: ſol ⁊ luna ⁊ pla
nete nec tñ ita nobiles ſicut homo. vnde
Ariſto. Nobiliſſimũ animaliũ eſt hõ. ideo
caue effundere ſanguinẽ humanũ. Item
vij. poli. Inter oĩa aĩalia ſolus hȝ rationẽ
Augu. ſuper Geñ. Omniũ aĩaliũ corpora
ſiue q̃ in aquis ſiue q̃ in terris viuunt incli
nata ſunt ad terrã ⁊ nõ ſunt erecta ſicut
hois corpus quo figurata eſt aĩa noſtra
in eterna ſua ideſt eterna ⁊ ſpũalia erecta
eſſe dẽre. ¶ Scđa dignitas hois eſt ꝙ eũ
dñm omniũ creaturarum cõſtituit preter
angelorũ. vnde Ge. j. Dominamini piſci-
bus maris ⁊ volatilibus celi et vniuerſis
animãtibus que mouentur ſuper terram.
vnde etiã p̃s. Omnia ſubieciſti dñe ſub pe
dibus ⁊c. Unde oẽs creature ſunt ad hoc
creata vt ſeruiant homini. vñ Hu. de arra
aĩe. O homo reſpice mundũ iſtũ oĩs na-
turalis creatura ad hũc finẽ curſum ſuuȝ
dirigit: vt tuis vtilitatibus deſeruiat. Ce-
lum tibi deſeruit ꝑ tuũ motũ: luminaria
celi per ſuũ influxũ: ſol dat tibi diẽ: luna il
luminat tibi noctẽ ignis tẽperat tibi aeris
frigiditatẽ: aer tibi mitigat ignis calidita
tem: aqua mundat tibi fetorẽ: ⁊ mitigat
tibi ſitis ardorẽ. ⁊ fecũda terre rigorẽ: ter-
ra vero te ſuſtẽtat ſua ſoliditate recreat
ſua fecũditate delectat ſua amenitate.
ecce quomodo omnis creatura ſuum cur
ſum dirigit vt tuis vtilitatibus deſeruiat.
Tertia dignitas hois eſt ꝙ angel⁹ ad ſui
cuſtodiã deputat̃. p̃s. Angelis ſuis mãda-
uit ⁊c. Et ipſi angeli quãdo vident nos bo

na opera opari de hoc gaudent. vñ Aug.
Quotiens bñ agim⁹ gaudēt angeli ⁊ tri-
ſtantur demões quotiēs ꝑo a bono deuia
mus diabolū letificam⁹ ⁊ angelū ſuo gau
dio defraudam⁹. Unde quilibet hō dꝫ an-
gelū ſuū honorare ī quocūq; loco fuerit.
vnde Ber. In q̄uis diuerſorio. in q̄uis an-
gulo reuerentiā exhibe angelo tuo ne au
deas illo p̄ñte qđ me p̄ñte nō auderes fa-
cere. ¶ Quarta dignitas eſt ꝙ de⁹ vult
laudari ab hoib⁹ hic in mūdo ⁊ ēt in futu
ro ſicut iam ab angelis laudat̄ in celo. Et
in ſignū hui⁹ tūc totiēs admonemur a deo
ꝑ ſcripturā ſacrā ad laudādū eū. p̄s. Lau
date dñm oēs gentes. vñ Aug. Uere felix
eſſet q̄ poſſet diuine laudi ſemꝑ inſiſtere.
Nā hoc faciūt bti in celo. vñ p̄s. Beati q̄
habitant in domo tua dñe: in ſecula ſecu
lorum laudabūt te. vñ Ber. Diſcam⁹ nūc
in terris q̄s facturi ſumus laudes in celis
Nihil ita ꝓpriei terr̄ celeſtis habitatiōis
ſtatū rep̄ñtat ſicut alacritas laudantium
deū. Quinta dignitas eſt ꝙ hois naturā
de⁹ aſſūpſit: ⁊ nō angelicā. vñ heb. ij. Nuſ
q̄ angelos apprehendi: ſed ſemē abrahe.
Et in hoc xp̄s factus eſt frater nr̄. vñ dixit
ad patrē ſuū oipotentē: vt hr̄ in p̄s. Nar-
rabo nomen tuū fratrib⁹ meis. vnde Ber.
Puto ꝙ iam me ſpernere nō poterit: q2 os
ex oſſibus ⁊ caro de carne mea. Sexta di
gnitas eſt ꝙ nos hoies tam care ⁊ pretio-
ſe emit. vnde apoſt. j. Cor. vj. Empti enim
eſtis p̄tio magno. vñ Au. Poſtq̄ intellexi
me p̄tioſo ſanguine redēptū: nolui me ve-
nalē ex vibere. Vñ ſciēdū ꝙ ſi īfiniti mūdi
eſſent ꝓpter iſtos nec vnā guttā xp̄s p̄tio
ſi ſui ſanguinis effudiſſet: ⁊ ꝓpter nos ho
mines: ⁊ ꝓpter noſtrā ſalutē totū ſangui-
nem effudit. p̄s. Aruit tanq̄ teſta virtus
mea. Septima dignitas eſt ꝙ nos hoies
cibat ſuo ſanctiſſimo ſanguine. vnde Joh.
vj. Caro mea vere eſt cib⁹ ⁊ ſanguis meus
⁊c. Quid enim magis dare potuit niſi ſe-
metipſum hic in terris in cibū vt cōforte-
mur ne deficiam⁹ in via. Octaua dignitas
eſt ꝙ homo creatus eſt ad eternā beatitu
dinem cū angelis eternaliter poſſidendā:
nō ſolū cum aīa: ſed etiā cū corpore glorio
ſo poſt reſurrectionē. Unde Matt. xv. xp̄s
dicturus eſt ſuis dilectis. Uenite benidi-
cti patris mei: poſſidete paratū vobis re-
gnum ⁊c. Nona dignitas eſt ꝙ nihil ſatia-
re pōt deſideriū hominis niſi ipſe de⁹ qui
infinitus ⁊ immenſus eſt. vnde dicitur in
p̄s. Satiabor cum apparuerit glīa tua. vñ
ēt Aug. Tāte dignitatis ē humana ꝯditio
vt nullū bonū p̄ter ſummū ei ſufficere poſ
ſit. ⁊ hāc ſatietatē eterne btitudis exītimo
cordis deſiderat̄: debemus vt illō deſide-
riū celeſtis patrie lachrymas corporales
excitet in nobis. ¶ Vñ exēplū ſcribit Ja.
de vitriaco dicēs. Uidi q̄ſdā mulieres ſī
ſpeciali ⁊ mirabili amore ī dei affectiōe re-
ſolutas vt per deſiderio languerēt: ne ca
lecto per multos annos niſi raro ſurgere
poſſent: nullā aliā īfirmitatē habētes: niſi
illā cui⁹ deſiderio eaꝝ aīe liquefacte cum
dño ſuauit̄ q̄deſcētes quāto ſpū cōforta-
bantur: tāto corpore īfirmabantur.

¶ De eadem alius Sermo. xxxiij.

Simile eſt regnum celoꝝ homi
ni patrifamilias q̄ exijt primo
mane cōducere ⁊c. Mat. xx. Ex
quo in p̄ñti euāgelio fit mētio
de patrefamilias q̄ cōducit opa
rios id eſt ſeruos ad laborandū: i tunc in
preſenti ſer. tria ſunt dicenda. Primo de
famulis ⁊ famulab⁹. Scđo de dñis ⁊ dñā-
bus. Tercio exēplum. ¶ Quātum ad pri-
mum ſci. ꝙ ſerui ⁊ famule vt ſeruitiū eoꝝ
ſit deo acceptum ⁊ meritoriū tria tenent̄
dominis ⁊ dominabus ſuis. Primū eſt q̄
dñt eſſe fideles dominis ſuis in rebus pa-
libus vt preueniāt dāna dñoꝝ ſuoꝝ vbi
poſſunt ⁊ bona eoꝝ augmentēt put ipſis
promiſerunt qñ ſeruitia eoꝝ intrauerunt
q2 quādocūq; ſciēter ꝓmiſſum frangunt
deū grauiter offendūt. Et vt fideliter la-
borēt. in abſcētia dñoꝝ ſicut in preſentia
vnde ad Ephe. vit. Nō ad oculū ſeruiētes
quaſi hominibus placētes: ſed vt ſerui xp̄i
facientes voluntatē dei ex animo. Et be-
ne ſi fideliter laborāt ⁊ in gratia ſunt tūc
ipſemet xp̄s erit premium eorum. Et con-
tra hoc faciunt qui bene ⁊ fideliter labo-
rant in preſentia dominorum: ſed quādo
deorſum vertunt tunc ipſi fideliter labora
re deſiſtunt ⁊ colloquuntur ſit̄: ⁊ ocul' vi-



gis hinc ⁊ illinc circumſpiciunt ⁊ ſic laborē
negligūt ꝯ quos dicit xp̄s vt habet̄ Mat.
vij. Quecūq; vultis vt faciant vobis ho-
mines ⁊ eadē vos facite illis. Item cōtra
hoc faciunt q̄ bona dñoꝝ ex negligētia ꝑ-
dunt vel frangūt. Itē q̄ furant̄ bona dño-
rum ⁊ comedūt ſecrete ⁊ bibunt ⁊ cōuiuia
faciūt q̄ oīa cōfitenda ſunt ⁊ reſtituenda.
Nam cū hn̄t ſufficiētiam ad comedēdum
⁊ furantur dñis oua vel carnes: vel vinuꝫ
vel ceruiſiā ⁊ occulte cōuiuia faciūt. et ſic
ſupflue bona dñoꝝ ſuoꝝ expendūt ī hoc
grauiter deū offendūt. nec etiā famuli iſti
bona dominoꝝ dn̄t alijs dare ſiue amicis
ſiue paupibus ſine cōſenſu ⁊ licētia domi
noꝝ. ¶ Unde querit̄ an famuli ⁊ ancille
poſſint dare elemoſynā de rebus dñoꝝ?
Reſpōdeo fm̄. b. tho. in. iiij. diſt. xv. Serui
⁊ ancille ⁊ famuli nō p̄ñt elemoſynas da
re de reb⁹ dominoꝝ ſine eoꝝ cōſenſu: niſi
panē vel brodiū: vel hmōi q̄ nō inferūt ſen
ſibile nocumentū: ſed ſciendū ꝙ hic repre
hendēde ſunt q̄edā ancille q̄ permittūt
q̄ñq; comeſtibilia perire ſicut brodium et
pulmentū ⁊ hmōi q̄ nolunt laborē hr̄e vt
paupibus talia ſeruarēt ⁊ ipſis poſtmodū
darent q̄uis q̄ñq; dñs ⁊ domina hoc libē
ter viderēt: ⁊ eis bene placeret ⁊ iſte ancil
le ꝓpter pigritiā ſuam nolunt iſta fragmē
ta colligere ⁊ pauperibus erogare: ſed po
tius canib⁹ ⁊ porcis tribuūt: ⁊ ſic paupes
egere permittūt: ⁊ de his ſtrictā rationeꝫ
reddituri ſunt deo q̄ pauperib⁹ vtilia fuiſ
ſent ſi eis diſtribuiſſent. Nam tales ancil
le cogitare deberent ꝙ quicq̄d paupibus
facerent xp̄o factū eſſet. Mat. xxv. Quod
vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis.
Et ergo ſicut ſi xp̄s ꝑ ſe clamaret ante ia-
nuam: famelic⁹ ſitibūdus: nud⁹: cecus: eſt
claudus ⁊ peregrinus ſic recipiend⁹ ⁊ cō-
ſolandus eſt paup. Et tūc meli⁹ ꝓſperabi
tur illis famulis ⁊ ancillis in oībus qñ ſūt
mſericordes pauperib⁹. vnde Lu. vj. Ea-
dem mēſura q̄ mēſi fueritis remetiet̄ vo-
bis. ꝙ pauperes ⁊ defectuoſi nō ſunt deſpi
ciendi quere infra ſer. ci. N. ¶ Scđm ꝙ
ſerui ⁊ ancille tenentur dominis ⁊ domi-
nabus eſt ꝙ ipſi dn̄t in licitis obedire: nec
eos ad iracūdiam ꝓuocare: ⁊ quicquid co-
gnoſcunt dñis eſſe placitum vt hoc libēter
faciant. Non eñ ſufficit nō furari ⁊ fidelē
eſſe dñis: ſed etiā obedire in licitis. Ephe.
vlti. Serui obedite dñis carnalib⁹ cū om
ni timore ⁊ tremore in ſimplicitate cordis
veſtri ſicut xp̄o. Similiter ⁊ ancille dn̄t in
bonis dominabus ſuis obedire. Nam. b.
Tho. dicit ꝙ ſeculari ptāti obediendū eſt
in licitis: q2 oīs ptās a deo eſt: ⁊ q̄ ptāti re
ſiſtit deo ordinatiōi reſiſtit. Iteꝫ. b. Tho.
dicit ꝙ inobediētia pōt eſſe mortale pec-
catuꝫ: q2 ſubtrahit ſuperiori qđ ei tenet̄ ex
ordinatione dei. Ergo cōfitendū eſt qñ ſer
ui ⁊ ancille pertinaciter ſunt inobediētes
dominis ⁊ dñabus ſuis. Siliter vxor que
inobediēs eſt viro ſuo: ⁊ pueri q̄ inobediē-
tes ſunt parētibus ſuis ⁊ ceteri ſubditi q̄
inobediētes ſunt ſuis ſuperiorib⁹. Simili-
ter penitere dn̄t ſerui ⁊ ancille q̄ ſciēter ad
iracūdiam ſuos dños vel dominas ꝓuo-
cauerunt: vel etiā qui dominis vel domina
bus obloquuntur dicēdo. Domin⁹ ille eſt
parcus vel infidelis: vel domina eſt iracū-
da vel auſtera. Tertiū eſt ꝙ ſerui ⁊ āncille
dn̄t habere rectā intentionē ad deū in la-
boribus ⁊ ſeruitijs ſuis: q2 nō ſufficit fide-
liter laborare ⁊ dñis obedire: niſi habeant
deū pre oculis ⁊ intentionē ad deū referāt
vnde Gre. Omne bonū qđ agimus ſemper
per intentionē ad celeſtia leuemus. Unde
ſerui ⁊ ancille p̄ oib⁹ de mane dn̄t orare ⁊ ī
diebus feſtiuis miſſam ⁊ verbū dei audi-
re libenter ieiunare ⁊ feſta celebrare ⁊ qñ-
q̄ pro tp̄e ſuo cōfiteri ⁊ ſacramētū eucha
riſtie percipere. Et ſi nō ſemꝑ ad eccleſiam
poſſunt venire: tunc in domo vel in cam-
po poſſunt orare. Et ſignanter. quādo au-
diunt pulſum in eleuatione corporis chri-
ſti tunc humiliter dn̄t ſe deo cōmendare.
Sed cōtra hoc faciunt iſti famuli ⁊ ancil-
le qui deum non timent offendere detra-
hendo ⁊ maledicendo proximis ⁊ quādo-
q̄ creaturis cū iraſcunt̄: ⁊ qđ peius eſt: in
ira ſua deum blaſphemātes. Et ſimiliter
deū offendūt luxuriādo cū meretricibus
chorizādo ⁊ ſuperbe ſe ornādo in dieb⁹ fe
ſtiuis: ⁊ vorādo occulte ⁊ ſubtrahēdo bo-
na proximoꝝ ⁊ dominoꝝ ſuoꝝ: ⁊ etiā in
maximis ⁊ paruis deum offendunt. Unde

legitur exẽplũ in legenda beati Thome apoſtoli ꝙ patriarcha in feſto beati Thome corpus ipſius apoſtoli honorifice locat iuxta altare: ⁊ ad manus apl'i ponit cõſecratas hoſtias: ⁊ ſic oẽs accedentes cõmunicat cũ manu mortua ꝟtute diuina. Et legit̃ ꝙ nõ niſi ꝯtriti ⁊ cõfeſſi valeãt de manu ei⁹ hoſtias cõſecratas accipere. Indigni aũt nequaꝗ̃ niſi denuo melius ſeruantes cõſcientias ſuas ⁊ inuenientes indiſpoſitas ad confeſſionem ⁊ ad cordis cõtritionem cõferãt: ⁊ ſic redeũtes accipiunt ſacramẽta de manu apl'i. D Vñ recitatur de quodã famulo exẽplũ: quõ ſoluz furtũ ficuum dño ſuo neſciẽte cõmiſerat: quas ⁊ comederat: ſed oblitus ꝯfiteri accedẽs ad communionem nõ poterat ſacramẽtũ euchariſtie de manu apl'i accipere. Qui in ſe reuerſus iuit ſeorſum an̄ quoddã altare: ⁊ flexis genib⁹ rogauit deuz: vt ſibi daret cognoſcere illud peccatũ ꝓpter qd̄ repulſus fuit a ſacra cõione: ⁊ poſtmoduz inuenit ꝙ de furto ficuum non eſſet cõceſſus. Et ſic denuo rediens ad cõfeſſionem confeſſus eſt quõ furatus erat dño ſuo ficus ⁊ reſtitutionẽ ꝓmiſit: ⁊ tũc poſt abſolutionem ſacr̃m euchariſtie de manu apl'i recepit. Sz qualis debeat eſſe intẽtio ſeruorũ ⁊ ancillarum ⁊ aliorũ laborantiũ: q̄re ſer. xv. E Quantũ ad ſcðm ſciẽdũ ꝙ dñi ⁊ dñe tenent̃ tria famulis ⁊ famulab⁹ ſuis. Primo tenent̃ ipſi fideliter ꝓuidere neceſſaria victu. ſ. comedere ⁊ bibere: q᷑ eandẽ fidelitatem ipſis tenent̃ ꝗ̃ famuli ipſis dominis tenent̃. vñ apoſto. ad Ephe. vi. Et vos dñi eadẽ facite illis. Si eñ vis ꝙ tibi fidelis ſit ſeruus ⁊ laboret tibi: tũc econuerſo ſibi eſto fidelis. Nam famulorũ eſt eſſe ſolicitos quõ bene ⁊ fideliter ſeruiãt. Dominorũ aũt eſt ꝓuidere ꝙ ipſi famuli neceſſaria habeãt. Cõtra qd̄ faciũt illi qui famulis ſuis ⁊ famulab⁹ nõ procurãt neceſſaria: ſed fatigãt eos quaſi brutũ aĩal: qd̄ eſt ꝯ charitatẽ fraternam: q᷑ alijs fortaſſe etiam neceſſe habent in futuro ſeruire ⁊ ſe de laboribus ſuis nutrire. Inſuper domini tenentur famulis ſoluere pretium ſuorũ laborũ ante occaſum ſolis. Nã hoc eſt vnũ peccatum de quatuor clamantibus in celum. Nam ſoluere pretium mercenariorũ. Et cũtra hoc faciũt aliq̄ qui protrahũt ad longũ tempus. Inſup aliq̄ qui defraudãt ſuos famulos in ſuo precio. Nã ſi ollã frãgunt nõ in ſimplo tm̄ ſed duplo ſolutionẽ ab his exigunt. Et in talibus deus grauiter offenditur. F Secundo domini debent eſſe humiles ⁊ charitatiui ⁊ benigni ad ſuos famulos. nam quilibet debet eſſe ſuis famulis: ſicut deum vult ſibi eſſe piũ ⁊ clemẽtem. vñ Sen̄. Sic cũ inferior⁹ viuas quemadmodũ ſuperiorem tecũ viuere velis. Cõtra hoc faciũt qui iracundos commnere ſe ſuis ſubditis oſtendũt: raro verba amicabilia: ſz ſemper dura verba ⁊ contẽptibilia loquuntur ⁊ extollũt ſe ⁊ ſpernũt ſuos ſubditos. Tales nõ attendũt ꝙ oẽs ſumus fratres ⁊ ſimiles. Nam deus qui creauit dñm creauit ⁊ ſeruum ⁊ cum eodẽ ſanguine quo redemptus eſt diues dñs redemptus eſt ⁊ pauper ſeruus. ⁊ eandez hereditatẽ quã poſſeſſurus eſt dñs in celo eandẽ poſſidebit ⁊ famulus. Ergo dñs nõ dz ſpernere famulũ: nec dña famulam q᷑ fortaſſis famulus melior eſt coraz deo ꝗ̃ ipſe dñs: quia humilis eſt ⁊ ipſe dñs ſuperbus: caſtus eſt ⁊ ipſe dñs luxurioſus: abſtinens: ⁊ dominus ebrioſus ⁊ guloſus: pius ⁊ largus: ⁊ dominus auarus ⁊ vſurarius. Inſuper ſciendũ quod nunꝗ̃ dominus vel domina debent nominare diabolum: nec in nomine ipſius aliqd̄ opus fieri iubere. G Unde exemplum ſcribit Greg. in dia. quod quidã nomine ſtephanus de itinere veniẽs domũ vocauit ex ira famulum dicens. veni diabole diſcalcia me. ad cuius vocem mox inceperunt ſe calciamẽtorum corrigie in ſumma velocitate diſſoluere: vt aperte conſtaret ꝙ ei ipſe qui vocatus fuerat ad extrahendos calceos diabolus adeſſet ⁊ obediſſet: quod mox vt dominus vidit: vehementer expauit magiſq᷒ vocibus exclamare cepit dicens. recede miſer recede. nõ enim tibi: ſed famulo meo locutus ſum. Ad cuius vocem protinus receſſit. Exinde recolligi poteſt quod nunꝗ̃ diabolus ex ira ſit nominandus. H Tertio domini debent corrigere famulos ſi delinquunt. Nam ſemper cogitare debẽt ꝙ reddituri ſunt rationẽ pro ipſis: vnde tenentur domini famulos ⁊ famulas inducere ad bonum faciendum. ſ. vt ieiunent ⁊ orent ⁊ feſtiuent vt conſiderature: ⁊ euchariſtiam ſumant ⁊ miſſam et verbum dei audiant. Et ſi non imitantur informationes: tunc debent eos corrigere cum delinquunt. Nam quilibet ſuperior debet corrigere ſuum ſubditum: alꝫ omnia peccata que ſubditus committit in ꝑſidente enim redundabunt ſi non corrigit ſed ea fieri permittit. vnde dicitur in decre. Reſiſtere poſſe peruerſis et non facere eſt eis conſentire. xxiij. q. iij. qui poteſt. I Quantum ad vltimum ſciendum qd̄ domini ⁊ domine ex vera humilitate dñt famulos ⁊ famulas meliores ſe quãtũ ad deum eſtimare ⁊ ſic eis humiliter ⁊ pacifice loqui. Unde exẽpluz. Legitur qd̄ duo fratres ſenior ⁊ iunior fuerunt in itinere ⁊ conſtituti ⁊ ad ſeminadum verbũ dei miſſi. Et accidit ꝙ in itinere quodam ſeniore dormiẽti iunior vidit ad ſe venire turmaz celeſtẽ que pertrãſiens nihil ei locuta eſt ſed vnus de turma dixit ad iuniorem fratrem ꝙ quereret q̄cq̄d vellet: ⁊ ille q̄ſiuit ꝙ eſſet illa ſpecioſiſſima dña q̄ comitabat̃ duob⁹ iuuenib⁹ pulcherrimis: ⁊ quo itura eſſet. Et rñſum eſt ei ꝙ regina angelorũ eſſet volẽs venire ad proximam villã cũ illa celeſti turma ad ancillã cuiuſdã ruſtici morituram: ⁊ ille mirabat̃ tãdẽ humilitatem ꝟginis marie ꝙ ad talẽ pauperculam ancillã perſonaliter dignabat̃ venire. Et excitato ſocio venerũt ad villam et queſierũt in qua domo aliqua ancilla infirmaretur. Et tandẽ ea cõperta venerũt illuc. Et ſenior frater audiuit cõfeſſionez eius: ſz noluit eã abſoluere niſi diceret ſibi per q̄d talem gr̃am meruiſſet: ⁊ retulit ſibi que ille frater hõ pius ⁊ innocens in via vidiſſet: ⁊ illa ancilla ex humili corde ⁊ ex obedientia dixit cõfeſſori q᷑ virginitatem ſuã ſeruare ſicut de vtero egreſſa eſt: ⁊ ꝙ omni die dixit horas ſuas ⁊ .l. Aue maria beate ꝟgini ꝙ in morte dignaret̃ eam viſitare. Et nec ꝓpter aliquẽ laborez illas horas ⁊ oratiões omiſit: ⁊ de pretioſo ſuo veſtiuit ⁊ reſiduum dedit pauperibus et confeſſor eam abſoluit ⁊ communicauit ⁊ maria cum angelis aĩam illius ancille ad celum deduxit.

¶ Dñica. iij. p̄. Ser. xxxiij. de creatiõe hominis.

Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuuz. Luc. viij. Ubi ſci. ꝙ ſeminator eſt omnipotens de⁹ q̄ exijt ſeminare ſemẽ ſuum. i. genus humanum creãdo. vñ magr̃ in cõpẽ. theo. vir. dicitur ꝙ ſumma bonitas volẽs cõicare ſuũ bonum et alijs fecit creaturã rõnalem q̄ ſummũ bonũ intelligeret ⁊ intelligendo amaret: ⁊ amando poſſideret ⁊ poſſidẽdo beata eſſet. vñ in p̄nti. ſer. tria ſunt dicenda. Primo quõ deus creauit hominẽ. Scðo quõ diabolus inuidit homini: ⁊ an Adã vel Eua plus peccauit. Tertio qualiter naſcimur in hũc mũdũ. K Quantũ ad primũ ſciendum ꝙ dignitas primi hoĩs eſt in hoc ꝙ deus fecit hominem rõne ſapiẽtẽ: vita innocentem domino potentem. Primo fecit deus hominem ratione ſapientẽ. q᷑ Adaz notitiã dei habuit cuius p̄ntiã quadã interiori aſpiratione cõtemplabat̃. Non tñ ita excellẽter vt illi in p̄ria nec ita enigmate vt nos modo iam in via. Ergo beatus Tho. dicit ꝙ Adã mediũ tenuit in cognitione dei quo ad nos q̄ ſumus in hũc mũdũ: ⁊ q̄ ad illos q̄ ſũt iam in p̄ria. Itẽ Adã cognouit res factas ⁊ creatas q᷑ ei⁹ noĩa impoſuit. vt dicitur Gen̄. ij. Et ſm̄ beatum Tho. Nomina debẽt naturis rerũ ꝯuenire: ergo Adã ſciuit naturas oĩm aĩalium herbarũ: arborum: ⁊ lapidũ p̄cioſorũ ⁊ oĩm rerũ viſibiliũ ⁊ palpabiliũ. Et inſup dicit be. Tho. ꝙ adã in ſtatu innocẽtie quodã modo habuit oẽs ꝟtutes. Secundo fecit eum vita innocentem. Nam factus eſt ſine culpa. vñ ſm̄ holcoth. De⁹ dedit adẽ originem innocentiã qua ſemper ſe ⁊ ſuos cuſtodiſſe potuit. habuit eñ anima adẽ ita perfecte dominium ſuper corpus quod nunquam ſenſiſſet infirmitatẽ ab extrinſeco: nec deceptionem ab aliquo ſi in ſtatu innocẽtie perſtitiſſet. Fuitq᷒ adã ſine pec-

nalitatibꝰ:qꝛ nec eſuriꝫt:neqꝫ ſitiuit:neqꝫ
frigus:neqꝫ ignis:neqꝫ aliqđ aliud leſit eū
nec mortē expectauit.qꝛ viuēs erat ad glo
riam transferēdus veſtibꝰ non indiguiſſet:
qꝛ ſtola innocētie veſtitus fuit.vnde Gre.
Sic nāqꝫ immortalis eſt cōditus vt ſi non
peccaſſet mori etiā nō potuiſſet.vnde etiā
Aug.in lib.de queſti.noui ⁊ veteris teſta
mēti dicit.Sic deus hoīem fecit ꝙ q̄diu
non peccaret immortalitate vigeret. L
Unde ſciendū ꝙ Adā factus eſt extra pa-
radiſum in agro damaſceno de limo terre
⁊ poſt creationē poſitus eſt in paradiſum
voluptatis.Fuit aūt locus ille vt dicit Da
maſcenus exultationis vniuerſe prōptua
rium:qui terra celſioꝛ poſitus eſt:⁊ tēpe-
rato ac puriſſimo aere circūfuſus plantis
ſemper floridis comatus eſt bono odore
plenus nulliūqꝫ irrationabiliū inhabitat
ibi.Inſuper nulle ſunt ibi tēpeſtates ⁊ bis
fructificāt arbores.Et in hiſtoria eccleſia-
ſtica dicit ꝙ paradiſus eſt locus delicatiſ-
ſimus:vbi modo eſt Enoch ⁊ Helias cōti-
nētes vitā ſuam per eſum ligni vite ⁊ alio
rū que ſunt ibi.Et cum Adā ſic eſſet in pa
radiſo dixit deus:vt habetur Gen.ij.Nō
eſt bonum hoīem eſſe ſolū.Faciamus ei
adiutoriū ſimile ſibi.Ergo immiſit dñs deꝰ
ſoporē in Adam.Cūqꝫ obdormiſſet tulit
vnā de coſtis eius ⁊ repleuit carnē pro ea:
⁊ edificauit dñs deus coſtā quam tulerat
de Adā in mulierē:⁊ adduxit eā ad Adā.
Dixitqꝫ Adā:hoc nunc os de oſſibꝰ meis:
⁊ caro de carne mea quāobrē relinquet ho-
mo patrē ſuū ⁊ matrē ſuā ⁊ adherebit vxo
ri ſue ⁊ erūt duo in carne vna.Circa quod
querit quare Eua facta ſit de coſta Ade ⁊
non capite vel de pede:Reſpōdet ſm ma
giſtrū Tho.F.Euā non fecit de capite ne
viro dñaretur.⁊ cōtra hoc faciūt ille mulie
res que volūt dñari ſuꝑ viros ſuos.Etiā
contra hoc eſt qđ dicit dñs Gene.iij.Sub
ptāte viri eris ⁊ ipſe dñabitur tui.Itē nec
de pede Ade facta eſt Eua ne contēneret
a viro.Et cōtra hoc faciūt illi ſeueri ⁊ per-
uerſi viri qui contēnunt vxores ꝓprias et
tenent eas tanq̄ famulas raro verba ami
cabilia ſed ſemꝑ dura ⁊ cōtumelioſa ver-
ba eis loquētes:ſed ipſa mulier facta eſt
de latere viri vt amoris vinculū probaret
in eis.In quo aūt vir debeat oſtēdere di-
lectionē vxori ⁊ econuerſo vxor viro.quere
ante ſer.xxvj. B Itē ſciendū ꝙ dñs deus
dixit ad Adā ⁊ Euam.Creſcite ⁊ multipli
camini. M Circa hoc querit vtrū in ſta
tu innocētie cōueniſſent hoīes carnaliter
abſqꝫ officio generādi:Dicendū ꝙ nō ſm
beatū Tho.in.ij.diſt.ij.Tunc eñ vires in
feriores ſubiecte erāt ſuperioribꝰ tam ſe
cūdū rectum ordinē hoīs in ſeipſo q̄ hoīs
ad deum.Ratio recta aūt ſemper ordinat
actum ad finem debitū.Unde nunq̄ cōue
niſſet vir ⁊ vxor in ſtatu innocētie in actu
matrimonialē niſi propter officiū genera-
tionis.Nā appetitus generatiuꝰ nequaq̄
poterat ſurgere ſine iꝑerio rōnis nec vnq̄
ſine aliquo fine intētio:id eſt vt prole care
ret qꝛ nulla perſona ſterilis fuiſſet.Et ſm
beatū Tho.ꝓbabiliter pōt dici qđ maſcu
li ⁊ femelle fuiſſent in equali numero ge
niti.Nā generatio erat in precepto ꝓpter
electoꝝ multiplicationē.vnde Gen.j.Cre
ſcite ⁊ multiplicamini ⁊c.⁊ ideo oportebat
vt oēs vacarent generationi.Cū ergo ibi
nullus moreret ⁊ vnus non poſſet eſſe niſi
vnius viri vxor:oportebat ꝙ tot eſſent vi
ri q̄ mulieres:⁊ pueri fuiſſent geniti in pa
radiſo in quo parētes iam erāt poſiti.I
queritur vtrū pueri nati in ſtatu innocētie
ſtatim habuiſſent vſum mēbrorū:Reſpō
detur ſm beatū Tho.ꝙ non hoīes enī in
ſtatu innocētie habuiſſet cōe initiū viuēdi
nobiſcū:ſed non terminū.Ideo defectꝰ na
turales que ſequunt initiū extādi habuiſ
ſent nobiſcū:ſed non illos qui ſequunt ter
minū:ſicut eſt ſenectus mors ⁊ hmōi.Ne
hoc fuiſſet eis in penam:qꝛ ex hoc ꝙ pue
ri fuiſſent in quātitate parui et molles ex
hoc nullum incōmodum ſenſiſſent diuina
prouidētia eos gubernāte.Similiter eſt
dicendū de cognitione ⁊ vſu rationis quā
non immediate habuiſſent ſed per ſucceſ
ſionem tēporis didiciſſent ⁊ lucidius ⁊ ſupe
riori modo q̄ nos modo.Multo enim ſa-
pientiores q̄ nos facti fuiſſent:nam natu
ras rerum cognouiſſent. N Tertio fe
cit Adam dñs potentē.Circa quod quer-
tur vtrū homo in ſtatu innocētie anima
libus



libus ⁊ creaturis dominabat:Rñdet ſm
be.Tho.ꝙ ſic.⁊ hoc ꝓbatur primo ex or-
dine diuine ꝓuidentie que ſemꝑ inferio-
ra per ſuperiora gubernat.vñ cū hō ſit ſu
ꝑ cetera aīalia ꝯuenienter eiꝰ gubernatiōi
oīa aīalia ſubdūt.Scđo hoc ꝓbat ex li.ge.
j.vbi dr de hoīe vt p̄ſit piſcibꝰ maris ⁊ volā
tilibus celi ⁊ beſtijs terre.vñ aues in ae-
re ad nutū hoīs obediſſent ⁊ piſces maris
vocati veniſſent.Silr ⁊ beſtie terre ⁊c.In
ſignū huius tunc creauit deus añ hoīez
omnes creaturas:⁊ vltimo hominē tanq̄
dñm creaturaꝝ.Nā oēs creature ꝓpter
hominē ſunt create ⁊ ſibi ſubdite. Unde
ps.Omnia ſubieciſti ſub pedibꝰ eiꝰ: oues
⁊ boues vniuerſas ⁊c.Sꝫ quare creature
inobedientes ſunt facte:Rñ.ſm be. Tho.
ꝙ inobedientia ad hoīem coꝝ que ei ſub-
iecta eſſe deberēt ſubſecuta eſt in penam
eius.eo ꝙ ipſe hō fuit inobediēs deo. O
Quantū ad ſcđm ſciendū ꝙ diabolus co-
gnoſcens felicitatē hoīs quam in ſtatu in
noſcentie habuit ⁊ ꝙ peccare potuit inui-
dens bono de ſalute quā accepturus erat
in ſpē ſerpentis mulierē aggrediebat:ſꝫ
quare primo mulierē aggreſſus eſt:Rñ.
ſm Chry.Mulieres ſunt incaute:molles:
⁊ fragiles.Et qꝛ ſunt incaute:ideo de faci
li decipiunt:⁊ qꝛ ſunt molles iō ad bonū
⁊ ad malū cito flectunt:⁊ qꝛ fragiles ideo
de facili ſuperant.ideo diabolus non eſt
aggreſſus viꝝ ſed mulierē ſciens ꝙ femi-
na facilius deciperet cū ſit ſexus mollioꝛ:
⁊ facilius vinceret cū ſit ſexus fragilioꝛ.
Quō aūt primi parentes tranſgreſſi ſunt
p̄ceptū dñi habetur Gen.iij.Ubi dr ꝙ ſer
pens erat calidioꝛ cūctis aīantibus terra
que fecerat dñs deus q̄ dixit ad mulierē.
Cur precepit dñs deus vobis vt nō come
deretis de oī ligno paradiſi.cui rñdit mu
lier.De fructu lignoꝝ q̄ ſunt in paradiſo
veſcimur:de fructu vero ligni qđ eſt in me
dio paradiſi p̄cepit ne comederemus ⁊ ne
tangeremus illū ne forte moriamur.Di-
xit aūt ſerpens ad mulierem nequaq̄ mo
riemini:ſcit eñ deus ꝙ in quacūqꝫ die co-
mederitis ex eo aperientur oculi vr̄i:⁊ eri
tis ſicut dij ſcientes bonū ⁊ malum ⁊c.vi-
dit ergo mulier ꝙ bonum eſſet lignum ad
veſcendum ⁊ pulchrū oculis aſpectuqꝫ de
lectabile:tulit de fructu illius ⁊ comedit:
deditqꝫ viro ſuo q̄ ſimiliter comedit:⁊ ſta
tim aperti ſunt oculi amboꝝ.Cūqꝫ cogno
uerunt ſe eſſe nudos cōſuerūt folia ficus
⁊ fecerūt ſibi perizomata. P Uñ queritur
q̄s eorū vel vir vel mulier grauius pecca
uit:Rñ.ꝙ mulier q̄dāmodo grauiꝰ pecca
uit. Nā Adā in duobus peccauit.ſ.come
dendo de fructu vetito ⁊ excuſando ſe de
ſuo peccato.vñ penā a deo accepit:vt ha-
betur Gen.iij.Cum dixit ei deus. In ſudo
re vultus tui veſceris pane tuo: donec re-
uertaris in terram de qua ſumptus es:qꝛ
puluis es ⁊ in puluerē reuerteris. Sed in
quatuoꝛ Eua peccauit.Primo in ſuperbia
⁊ incredulitate.nā ex ſuperbia diuinitatē
rapere voluit,⁊ diabolo pluſq̄ deo credi-
dit.Uñ ſm be.Tho.Mulier ex ſola elatio
ne mentis peccauit:qꝛ appetiuit eſſe ſicut
deus.Excecauit enim eam appetitus ex-
cellentie vt crediderunt eſſe verum ⁊ poſſi
bile qđ ſerpens dicebat:⁊ ideo ſeducta di
citur.Uir aūt nō credidit eſſe verū quod
dicebat ſerpens:⁊ ideo nō appetijt abſolu
te:ſed cum conditione ſi poſſibile foret:ſꝫ
tñ appetitus illius excellētie ipſū Adam
ad experiendum incitauit.ergo Adam ex
quadam elatione ⁊ quedam amicabili be
niuolentia quam habuit ad vxorē nolēs
eam turbare peccauit ⁊ adhuc hodierna
die mulieres vt communiter imitant Euā
in ſuperbia ⁊ incredulitate qđ ptꝫ. Nam
puella.ix.annorum quandoqꝫ curioſius in
cedit in veſte ſua,quam maſculus.xviij.
annorum.⁊ cum vetula amplius ſe orna-
re non audet:tamen ad ſuperbiam ⁊ lau-
dem hominum non deſunt ornare filiam:
aut neptē.Similiter ſe plus occupare in
incredulitatibus ⁊ incantationibus q̄ vi-
ri:quia quādoqꝫ vna mulier plus vel ma-
gis ſcit de talibus ſuperſtitionibus ⁊ car-
minibus quam centum viri:⁊ tales carmi
natrices non ſolum damnantur:ſed etiā
multa mala faciunt alijs in animalibus
ſuis. Q Secundo Eua peccauit: quia po
mum prohibitū comedit:⁊ adhuc hodier
na die mulieres imitant Euam in hoc: qꝛ
quod eſt eis prohibitum hoc citius faciūt.

Tertio peccauit in hoc quo virum ad peccandū incitauit: vnde dicit Gen. iij. ꝙ ipſa comedit ⁊ dedit viro ſuo: ⁊ tūc qn̄ vir comedit ex hoc nobis dānū venit: nā ſi ſola mulier peccaſſet: nobis nō nocuiſſet. Quarto mulier peccauit ſe excuſando: ⁊ culpā ſuā defendēdo dicēs. ſerpēs decepit me: ſic adhuc mulieres hodierna die optime ſe ſciūt excuſare, et culpas ſuas defendere: ſed q̄ Eua magis peccauit q̄ꝫ Adā: ideo deꝰ penā grauiorē ei intulit dicēs illud Gen. iij. Multiplicabo erūnas tuas ⁊ cōceptꝰ tuos. In dolore peries filios tuos: ⁊ ſub ptāte viri eris: ⁊ ipſe dn̄abitur tui. Pro quo ſciēdū ꝙ ſi Adam ⁊ Eua non peccaſſent: tūc mulieres ſine pudore cōcepiſſent ⁊ ſine grauamine portaſſent ⁊ ſine dolore pepiſſent. Circa qd̄ queritur vtrum ſi Adā perſtitiſſet meruiſſet confirmationē omnibꝰ poſteris ſuis. Reſpōdetur ſm̄ Tho. in. j. parte ſum. q. c. Aliqui dicūt ꝙ ſic: aliqui ꝙ nō: qd̄ magis veriſimile eſt. Unde qlibet filiorū peccaſſe potuiſſet vſqꝫ ad confirmationē. R Item queritur quare deus fecit hoīem vt peccare potuit. Reſpōdeo ſm̄ magiſtrū in cōpen. theo. veri. Primo vt declaret dei ſapientia qua ex malo ſcit elicere bonū. Nō eñ deus permitteret malū fieri niſi ex malo eliceret bonū. Secūdo vt manifeſtaret dei clemētia qua chriſtꝰ morte ſua perditum hoīem liberauit. Inſuper dei iuſtitia qua non ſolū bonis premia reddit ſed etiā malis ſupplicia. S Quantū ad tertiū queritur quare deus animā precioſam vniuit corpori defectuoſo? Reſpōdetur ꝙ hoc fecit ꝑpter tres cauſas. Prima eſt vt deus opera ſua perficeret: fecerat eñ deus creaturam pure corporalē ſicut celum ⁊ terrā: aliam pure ſpiritualē ſicut angelū: ⁊ ideo ne in dei opere aliquid incōpletum remaneret oportuit vt faceret tertiam creaturam: ſcilicet corporalē ⁊ ſpiritualē: vcꝫ hominem qui cōſtat ex corpore ⁊ anima. Secunda cauſa quare deus cōiunxit animaꝫ corpori eſt: vt anima in corpore ⁊ per corpꝰ multa merita acquireret, quedaꝫ eñ ſunt quibꝰ anima ſine corpore poteſt mereri: ſicut in diligēdo deum: agnoſcēdo deum: ⁊ in memorādo deum: imo ſepe in talibus anima a corpore impedit. Sap. ix. Corpus qd̄ corrūpitur aggrauat animā. Alia vero ſunt quibꝰ anima non pōt mereri ſine corpore: vt ieiunādo: peregrinādo: martyriū ſuſtinēdo: flagellationes ⁊ abſtinētias: et huiuſmodi. Tertia vt anima maiorē gloriā percipiat in futuro. Si eñ anima fuiſſet ſeparata a corpore: tunc tantū fuiſſet in viſione dei glorificata. Sed modo homo qui eſt cōpoſitus ex corpore ⁊ aīa glorificabit tā in corpore q̄ꝫ in anima ⁊ in viſione humanitatis ⁊ deitatis. T Ultio ſciendū ꝙ ſicut anima ex coniunctione ad corpꝰ plura bona cōſequit: ſic ⁊ multa incōmoda habet ex cōiunctione ipſiꝰ corporis. Primo hꝫ peccati originalis inquinationē. vnde Job. xiij. Quis pōt facere mūdū de immūdo conceptū ſemie? vnde etiā pſ. l. Ecce eñ in iniquitatibꝰ cōceptꝰ ſum. Nā in peccatis cōcipimur ⁊ in peccatis naſcimur. Secūdo peccati pronitatē. vn̄ Gen. viij. Proni ſunt ſenſus hominis ad malū ab adoleſcētia ſua. Tertio boni opis difficultatē. Nā oēs angeli ab initio mūdi vſqꝫ hodie non habuerūt tantā difficultatē et tantū laborē in ſeruiēdo deo: ſicut vnus homo qui ſeruit deo vno ſolo die. Et hoc eſt ex recepto corporis: q̄ corpꝰ eſt ineptū et graue ⁊ pigrū ad omne bonū. Quarto habet intellectꝰ hebetudinē: q̄ anima ſeparata a corpore clariorē ⁊ lucidiorē intellectū habet. Quinto continuā impugnationē. vnde apl's ad Gal. v. Caro concupiſcit aduerſus ſpm̄. Nā anima anhelat ad celeſtia ⁊ corpus trahit cōtinue infra. Sexto paſſionū multiplicitatē. vnde Job. xiiij. Homo natus de muliere breui viuēs tēpore repletur multis miſeriis. Septimo glorie retardationē. gloriā enim futuram nō percipiemus quādiu hic in corpore detinemur. Propterea dixit apl's Phili. j. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto.

¶ De eadē dn̄ica. Ser. xxxv. de verbo dei.

SEmen eſt verbū dei. Luce. viij. Eſt enim ſemen verbuꝫ dei qd̄ chriſtus de celo attulit ⁊ in terrā ſeminauit niſi hoc ꝙ ſemen chriſtus attuliſſet: totus mūdꝰ in ſceleribus permāſiſſet. vnde Eſai. Niſi dominus exercituū reliquiſſet nobis ſemē quaſi ſodoma fuiſſemus. Unde in preſenti ſermone tria ſunt dicēda. Primo qualiter verbū dei ſit audiendū. Secūdo de fructibus verbi dei. Tertio q̄re mali hoīes audire nō poſſunt veritatē. U Quantū ad primum ſciendū ꝙ verbum dei eſt audiendū primo reuerēter ⁊ deuote: quaſi ex ore chriſti procederet. vnde Luce. x. Qui vos audit: me audit ⁊c. Item Matt. x. Nō eñ vos eſtis qui loquimini: ſed ſpūs pr̄is mei qui loquitur in vobis. vnde dicit de hoc in decre. Nō minus reus erit qui verbū dei negligēter audit: q̄ꝫ qui corpus chriſti ex ſua negligētia in terrā cadere permittit. vnde Aug. in quodā ſer. Benigne audiendum eſt: deuote ſuſcipiendū ⁊ ſolicite conſeruandū quicquid ad animarū ſalutē pertinet: ⁊ non ſicut verbū hoīs: ſed ſicut verbum dei: ſiue illud ſit conſolatoriū: ſiue cōminatoriū: ſiue increpatoriū qd̄ audiatur. Scd̄o ꝟbū dei audiēdū eſt memoriter: vt ſicut animal mundū qd̄ ruminat: ſed ſunt quidā quaſi cribrū quod cum in aqua immergitur impletur: ſed qn̄ extrahit: tunc vacuū eſt ſicut antea fuit. Unde verbū dei cuſtodire opꝫ. Luc. xj. Beati qui audiunt verbū dei: ⁊ cuſtodiūt illud. Gl. Beati qui audiunt verbū dei ⁊ mēte recōdunt ⁊ opere implēt vt poſſideāt vitam eternā. vnde apl's ad Ro. ij. Non auditores legis iuſti ſunt apud deū: ſed factores legis iuſtificabūtur. x Pro quo ſciendū ꝙ tria dāna incurrūt qui audiunt verbū dei ⁊ non faciunt. Primū eſt ꝙ grauius punient. vnde Jo. xv. Si nō veniſſent ⁊ locuti eis nō fuiſſent pctm̄ non haberēt: nunc aūt excuſationē non habēt de pctō ſuo. vnde Lu. ij. Seruus ſciens voluntatē dn̄i ⁊ non faciēs plagis vapulabit multis. Si enim rex terrenus nuntiū inter mandandū tibi aliqd̄ mitteret ⁊ tu hoc facere nolles cum bene poſſes, regē grauiter offenderes. Sic rex glorie Jeſus xp̄s totiēs tibi nuntiū mittit quotiēs verbū dei audis ⁊ ſi nō facis: regē vtiqꝫ chriſtū offendis. Sed diceres. Et hoc ſequit ꝙ Judei ⁊ pagani qui ſermonē non audiūt ſunt excuſati. Rn̄deo ꝙ non: q̄ fides in oībus partibꝰ mundi eſt predicata. vnde pſ. In oēm terrā exiuit ⁊c. Scd̄o ille qui verbū dei audit ⁊ nō facit obſerat ſibiipſi ianuā celeſtis regni pſ. Hodie ſi vocem eius audieritis ⁊c. Et ſequit. Juraui in ira mea ſi. i. nō introibūt in requiē meā. Tertio cū ipſi in futuro clamabūt: tūc chriſtus ipſorū clamorē nō exaudiet. pſ. Tūc inuocabūt me ⁊ ego nō exaudiā eos. 3. Tertio libenter verbū dei eſt audiendū ꝑpter multiplices fructus quos cōfert illis q̄ deuote ⁊ libēter audiunt verbū dei. 2 Pro quo ſciendū q̄ꝫtum ad ſecundā partē iſtius ſermonis ꝙ verbū dei multa bona operatur in hoībus audiētibꝰ illud deuote. Primo enim mūdificat hominē. vnde Joā. xv. Jā vos mūdi eſtis propter ſermonē quē locutus ſum vobis. Et hoc cōtingit dupliciter. Primo q̄ verbū dei eſt ſpeculū in quo q̄s cognoſcit peccata ſua: q̄ ſm̄ Gen. Initiū ſalutis eſt cognitio peccati. Scd̄o q̄ verbum dei dat gratiā audiendū illud ꝑ quā homo mūdatur. vnde Pro. xiij. Doctrina bona dat gratiā. Unde reprehēſibiles ſunt illi qui lauant faciem vel veſtimēta ⁊ calceos mūdant. ⁊ animā maculatā non curāt mūdare. Item parētes illi qui pueros ad balneum corporale portāt vt ibi lauētur in corpore: ſed nō ad ſermones vbi lauande ſunt anime. Nam multū vtile eſſet pueris a iuuētute audire verbū dei: quia poſt in ſenio plꝰ eſſent inclinati ad audiēdum ſermones. Sicut patet in ramuſculo qui ad quācunqꝫ partem primo flectitur poſtea ſemper inclinat. Secundo verbuꝫ dei operatur preſentiā dei in illis qui illud deuote audiūt. vnde Matt. xviij. Ubi duo vel tres cōgregati fuerint in nomine meo ibi in medio eorum ego ſum. Hoc idem habetur Luc. xxiiij. de illis duobꝰ diſcipulis qui in die paſche iuerunt de Hieruſalē in emaus ⁊ loquebātur inuicē de chriſto. Et dum ſic fabularētur inuicē Jeſus appropinquans iuit cum illis. Tertio verbū dei cibat animam. Matth. iiij. Non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo qd̄ procedit de ore dei. Unde Grego. Cibus anime eſt verbum dei. Nam ſicut corpus cibatur cibo corporali: ſic aīa verbo dei. Un̄ qui nō pōt comedere corporaliter ⁊ cui nō

ſapit cibus vel q̄ nō retinet cibū ſignū eſt
magne infirmitatis ⁊ ꝓpinque mortis.
vñ Gre. Quiſq̄s eñ alimēta nō retinet hu
ius ꝑfecto de vita deſperat: ſed heu ſunt
plures q̄ quotidie corpus curāt ⁊ cibāt ci-
bo corporali: ſꝫ aiam ꝓcioſam permittūt
fame perire ⁊ mori: nec cibant eā cibo ſpi
rituali. ſ. ꝟbo dei ſicut ſunt illi qui q̄nq̄ȝ in
quatuor ſeptimanis nō audiūt ꝟbū dei. et
ſi per q̄tuor dies deberēt abſtinere a cibo
corporali eſſet ei valde graue: ſed de aīa
ſpūaliter cibāda nihil curāt vel ſentiunt.
Quarto ꝟbū dei oñdit hoīem diſcipuluꝫ
dei. vñ Jo. viij. Qui ex deo eſt ꝟbū dei au
dit. Nā naturale eſt ꝙ q̄libet audit liben-
ter de p̄re ⁊ matre ⁊ fratribus. ⁊ de cogna-
tis ſuis ⁊ de patria ſua cū eſt in exilio con-
ſtitutus ad quā redire intendit: ſic ſi deus
eſt pater ⁊ .b. ꝟgo eſt mater ⁊ ſcti angeli
fratres ⁊ regnū celeſte p̄ria tua ⁊ ſi ad il-
lud anhelas toto corde tuo: tunc vtiq̄ȝ li-
benter audis loq̄ de his ⁊ q̄uo illuc ꝑue-
nias. Quinto ꝟbum dei a morte liberat ⁊
eternā beatitudinē acq̄rit. vñ Joā. viij. Si
q̄s ſermonē meū ſeruauerit non guſtabit
mortē ineternū. A Quātū ad tertiū pri-
cipale q̄rit̄ quare mali hoīes ꝟitatē audi-
re nō p̄nt. R̄ndet̄ ꝙ hoc ſit ꝓpter tria. Pri-
mo q: v̄r ei dura. Jo. vj. Durus eſt hic ſer
mo ⁊ q̄s pōt eū audire. Ber. V̄r vobis du-
rum cum dicit̄. Agite p̄niam erratis. Sed
aliq̄n audituri eſtis ꝟbum aſpeꝝ ⁊ ſermo
nem duꝝ ⁊ auditionē malā. ſ. Ite maledi
cti in ignem eternū ⁊c. De qua iuſti nō ti-
mebunt: dicēte p̄s. Ab auditione mala nō
timebūt. Scdo q: factis eoꝝ ꝟitas eſt ꝯ-
ria. Sap. ij. Cōtrari⁹ eſt operib⁹ noſtris et
improperat nobis pctā leuia. vñ aūt Joā.
iij. Qui male agit odit lucē: ⁊ nō venit ad
lucē vt nō arguant̄ opera ei⁹. Tertio: q:
corda eoꝝ ſunt ad aliud inclinata admo-
dum vaſis ꝙ hꝫ os aduerſus terrā. Unde
Eccl̄. xxj. Audiuit luxurioſus ⁊ diſplicebit
⁊ ꝓijciet illud poſt dorſum ſuū. vñ ēt Pro-
uer. xviij. Nō recipit ſtultus ꝟba prudētie
niſi ea dixeris q̄ ꝟſatur in corde eius. Uñ
tales perverſi homines dicūt illud Eſa.
xxx. Loquimini nobis placentia. B Ulti-
mo nota exemplū de his qui recuſant̄ ver
bum dei audire ſcribit Ja. de vitri. ꝙ fuit
quidam ruſticus q̄ nunq̄ȝ voluit audire ꝟ
bum dei. ſed ſemper exiuit de eccleſia q̄ñ
to ſacerdos incepit ſermonem: ⁊ ſtetit in ci
miterio confabulando cū alijs ruſticis q̄
ſepius a plebano ſuo ꝓpter hoc correpꝰ
fuit ex eo q̄ ſe ⁊ alios impediret: ſed ipſe
non emendauit ſed in pertinacia ſua per
manſit. Qui poſt ea grauiter infirmatus
vocauit plebanū ⁊ confeſſus eſt ex timore
mortꝫ vñ ex charitate dei ⁊ ſue ſalutis et
in eadem infirmitate poſtmodū in breui
eſt defunctus. Cum aūt eccleſiā eſſet dela-
tus ⁊ ſacerdos ⁊ alij clerici officiū defun-
ctorum circa feretrū facerent legendo et
cantādo imago crucifixi corā omni popu
lo cepit obturare cum digitis aures ſuas
manibus a cruce ſeparatis ꝙ cū oēs circū
ſtantes aſpicerent valde mirabant̄: tunc
ſacerdos ait ad populum. Scitis quale ſi-
gnum eſt hoc? Reſpondit ppl̄s ꝙ nō intel
ligeret q̄d xp̄s per illud ſignum pretende
ret: dixit ſacerdos. Scire debetis ꝙ ille ru
ſticus cui⁹ corpus iacet in hoc feretro mo
do eſt in manib⁹ diaboloꝝ. Idcirco ſicut
obtruſit aures ſuas ne audiret verbū dei
ita deus claudit aures ſuas ne audiat p̄-
ces noſtras quas pro eo fundimus ⁊ pro-
hibuit omnibus ibidem exiſtentibus: ne
pro ipſa anima amplius orarent: ⁊ tunc
ceſſauerunt omnes pro eo orare: ⁊ corpus
eius eſt delatum de loco ſacro ⁊ ſepultuꝫ
eſt in campo: quia pro anima dānati am-
plius non eſt orādum: quia in inferno nul
la eſt redemptio. Unde Grego. xj. lib. mo-
ral̄. Quiſquis ad inferni mala toleranda
ſemel deſcenderit nequaq̄ȝ vlterius ad lu
cem redibit: quia nequaquaꝫ vlterius mi
ſericordia parcentis libera quos ſemel in
locis penalibus iuſtitia iudicātis damnat.

Dominica in .l. Sermo .xxxvj. de gau
dio mundano.

Ecce aſcendimus hieroſolimā
⁊ conſummabunt̄ oīa q̄ ſcripta
ſunt per ꝓphetas de filio ho
minis. Luce. xviij. Math. x. in
iſto euangelio duo notantur:
ſcilicet paſſio chriſti ⁊ illuminatio cuiuſdā
ceci. ¶ Sed diceres quare illo tp̄e eccle
ſia reducit nos ad memoriā paſſiōis chri
ſti. Reſpondet̄ vt gaudiū mūdi q̄d illo tē-
pore exerceri ſolet illis dieb⁹ in nobis tem
peretur: neq̄ȝ filius eſt neq̄ȝ filia qui vel
que patrē ſuum tam viliter tractari vide-
ret qui vel que non ſe ab omni gaudio tē-
peraret. vt ergo cōpatiamur chriſto ⁊ re-
ſpuamus gaudia mūdi: tunc nobis hodie
ꝓponit paſſio chriſti magis manifeſte q̄ȝ
in aliquo alio euāgelio dominicali per to
tum annū preter dñicam palmarū in qua
paſſio legit̄. vnde chriſtus dicit. Ecce aſcē-
dimus ⁊c. vnde in iſto ſer. tria ſunt dicēda.
Primo ꝙ gaudiū mundi eſt ſpernendū a
nobis. Secūdo quot modis gaudiū mun
danū eſt peccatū mortale. Tertio exēplū.
D Quantū ad primū eſt ſciendū ꝙ gau
dium mūdi eſt ſpernendū propter quinq̄ȝ.
Primo q: ore dei eſt maledictū. vnde Lu.
vj. Ve vobis diuitibus qui hic habetis cō
ſolationē veſtram. Quis enim homo au-
diet guſtare cibum ab aliquo ſancto ma-
ledictū. q̄ȝtum ergo timendū eſt ⁊ cauen-
dum gaudiū mundi quod eſt maledictuꝫ
a ſancto ſanctorū. vnde p̄s. Renuit cōſola-
ri anima mea ſed potius debemus dilige
re triſtitiā a chriſto benedictā. Matth. v.
Beati qui lugent ⁊c. Item ſciendū ꝙ gau
dium mundanū ex fatuitate prouenit ⁊ ex
ignorātia: ſcilicet q̄n ipſi homines mūda-
ni gaudēt ⁊ rident. Prouer. v. Stultitia eſt
gaudiū ſtulto. vnde ſm Aug. Videtur in-
ſania eſſe: q: eſt gaudiū frenticorū q̄ in-
firmitatē non cognoſcūt ⁊ ridēt ⁊ amici eo
rum plorāt ⁊ triſtant̄: q: cognoſcūt infirmi
tatem ipſorū magis q̄ȝ ipſi per ſe ⁊ ſic ta-
les mūdani gaudēt cum chriſtus pro eis
flet. vnde Ber. Cū patitur dei filius ⁊ plo-
rat homo patitur ⁊ ridet ergo ſapiētes p̄-
eligunt gaudio preſenti triſtitiā dicentes
illud. Eccl̄. ij. Riſum reputant errorē. vnde
Ber. loquēs de fletu chriſti dicit. Chriſtū
ſuper Lazarū ⁊ ciuitatē fleuiſſe legim⁹, ri-
ſiſſe vero ⁊ iocaſſe eum nunq̄ȝ legimus. E
Secūdo gaudiū mundi ⁊ huius ſeculi eſt
ſpernendū ⁊ fugiendū: ideo q: non eſt pu-
rum ſed cum triſtitia mixtum. Amatores
enim huius mūdi non poſſunt habere pu-
rum ⁊ veruꝫ gaudiū in rebus huius ſeculi
ſicut boni eius ſeculi contēptores habent
in deo: ⁊ ratio huius eſt. Aut enim ledunt̄
in conſciētia: aut in corpore: aut in vtroq̄ȝ
ſimul. v. g. Si q̄s querit delectationē in ci-
bo ⁊ nimiū ſumit de cibo ⁊ potu peccat et
leditur in conſciētia ꝓpter ſyndereſim re-
mordentē. Inſuper grauat̄ in corpore tan
tum ꝙ poſtea nō delectat eū aliquid boni
operari. Item ſi chorizat tūc erit feſſus in
corpore. Et cū hoc leditur in anima. Itē ſi
luxuriā exercet: ⁊ excidit in nimietate: tūc
habebit nauſeam ⁊ leditur in conſciētia ⁊
cum hoc debilitat̄ in corpore. vnde Ariſt.
de regi prin. Coitus eſt deſtructio corpo-
ris ⁊ abbreuiatio vite. Item ſi in diuitijs
tunc habet laborē in acquirēdo timorē in
cuſtodiēdo: dolorē in amittēdo. Item ſi in
poteſtatib⁹ ⁊ dignitatibus tunc oportet ei
habere curam ⁊ ſolicitudinē ſubditorum.
vnde Greg. ſuper Eze. Quāto quis hic al-
tior erigitur tāto curis grauiorib⁹ onerat̄:
eiſq̄ȝ populis mēte ⁊ cogitatione ſupponi
tur quib⁹ dignitate opponit̄. vnde Boe. O
q̄ȝ multis amaritudinib⁹ dulcedo huma-
ne felicitatis reſperſa eſt. Tertio gaudiuꝫ
huius ſeculi eſt fugiendū etiam ſi nō eſſet
maledictū a chriſto ⁊ ſi eſſet purū gaudiū
cum adhuc ſpernendū eſſet q: breue ⁊ mo
mentaneū eſt. vnde Job. xx. Gaudiū hipo
crite: ſcilꝫ mūdi ad inſtar puncti. habituri
enim ſunt boni ⁊ mali triſtitiā ⁊ gaudium
aut hic ⁊ in futuro: ſed boni ſciētes ꝙ gau
dium preſentis vite eſt breue ⁊ gaudiū fu
ture vite eſt longum: ergo triſtitiā preeli-
gunt in preſenti ⁊ gaudiū in futuro. Aug.
Sapientia ſanctorū eſt hic tp̄aliter crucia
ri ⁊ alibi ineternū delectari: mali vero ecō
trario faciunt: vnde ſi quis aduerteret q̄ȝ
breue ⁊ momentaneū eſt gaudium huius
ſeculi omnino fugeret et ſperneret illud ⁊
ex ira. Vade in nomine diaboli: ⁊ ſic diabo
lus intrauit in eam. Quarto ſecundũ Bo-
na. deus permittit hoc fieri ad noſtrã eru
ditionem vt terreamur deũ ſcienter offen
dere: ergo qñ ſuperb⁹ hõ videt: vel audit
aliquem ꝓpter ſuã ſuperbiã obſeſſum ter
reri ⁊ humiliari d₃ corã deo: ne fortaſſis ſi
bi cras hoc eueniat quod hodie huic acci
dit. Similiter qñ ebrioſus: luxurioſus: vl
vſurari⁹ audit aliquem obſeſſum d₃ time
re ⁊ ſe humiliare ⁊ penitere. Quinto acci
dit ad gloriã dei ⁊ ſanctorũ oſtẽſione₃ qm̃
ipſi ſancti inuocanť ⁊ liberationem a deo
impetrant. Unde ſciendũ ꝙ ſm̃ Nicol. de
lyra. Ex quo iſtarum rerum rões ⁊ cauſe
nos latent propter hoc ꝙ occulta ſunt dei
iudicia: idõ nos nõ debemus iudicare: nec
cõdẽnare obſeſſos: q₂ filios ⁊ filias regni
celeſtis deus miſericorditer: quãdoq₃ hic
in pñti punit. ⁊ preparat eas ad vitã eter
nam. V Quantũ ad ſcdm̃ ſciendũ ꝙ q̃li-
bet d₃ ſe cauere ne aſſueſcat iurare. vnde
Eccli. xxiij. vir multũ iurãs replebitur ini-
quitate. Et ergo dr̃ Exo. xx. Nõ aſſumes
nomẽ dei tui in vanũ. Et eſt ſcd₃ preceptũ
cõtra qð faciũt decẽ gña hominum. Primi
ſunt qui iurãt per deũ ⁊ ſanctos ⁊ qñq₃ ta
les qui ſic iurant peccãt mortaliter: vl ve
nialiter. quere infra ſer. cxlij. T Secundi
ſunt qui iurant ſub dubio: vt cum quis iu
rat de quo dubitat. Et ſi ex ꝓpoſito ⁊ de-
liberato animo ſic iurat mortale peccatũ
eſt: q₂ diſcrimini ſe exponit ẽt ſi poſtmo-
dum cognouerit quod verũ fuit: ꝙ ſic ſub
dubio tum iurauit: tamen grauiter pecca
uit: ergo ſi vnq₃ ſic ſub dubio iuraſti: vel
aliquid ſub fide tua aſſeruiſti: de quo ta-
men certitudinẽ non habuiſti de hoc cõfi
teri ⁊ penitere debes. Tertij ſunt q̃ execra
biliter iurant blaſphemãdo: ⁊ de his iura
mentis quere infra ſer. cxxiij. quaſi ꝑ to-
tum. x Quarti ſunt qui plena volũtate ſe
diſponũt ſolenniter ⁊ manifeſte periura-
re ⁊ añq₃ iurent videnť periuri cẽſendi: q₂
deus nõ iudicat ex operibus: ſ₃ ex cogita
tionibus: vt pt₃. xxij. q. v. qui peierare. Er-
go ſi vnq₃ ad iudiciũ acceſſiſti in illa intẽ
tione ꝙ peierare velles penitere ⁊ confite
ri debes q₂ coram deo periurus es. Exẽ-
plum de duobus ciuibus quoru₃ vnus cõ
ceſſit alteri ſummã pecunie: ſed quãdo ter
minus ſolutionis aduenit tunc ipſe debi
tor ſimpliciter negauit pecuniam. Qui ta
citus ⁊ perductus ad iudicium iterum cõ
ſtãter negauit ⁊ iurare ꝑ pecunia vtiq₃ vo
luit. Et cũ flecteret genua obmutuit ⁊ nil
loq̃ potuit: ſ₃ erect⁹ econuerſo loquelã re-
accepit: q̃ iteꝝ ſecũdario genua flectit ⁊ pe
ierare voluit: ⁊ tunc iteꝝ obmutuit. Et ſic
manifeſte omnib⁹ innotuit ꝙ peierare vo
luit ⁊ iam periurus corã deo fuit. vñ in de
cre. paratus iurare falſum iam periurus
eſt. xxij. q. v. q̃ peierare. Quinti ſunt q̃ iurãt
ſe aliquid facturos qð eſt illicitũ: ſicut pro
ximum verberare vel ſe vindicare. de iſto
quocunq₃ mõ poſſint vel etiã ꝙ bonu₃ qð
faciendũ eſſet pro deo ⁊ ſalute propria: vľ
non velint facere vel elemoſynam dare vľ
aliquẽ hoſpitare. ⁊ ſic de alijs. Qui ẽx cer-
ta malitia ſic iurat peccat mortaliter ſic iu
rando: ſed nõ peccat cõtra veniendo. Vn-
de Iſid. de ſum. bo. In malis promiſſis rẽ
ſcinde fidem: ⁊ in turpi voto muta decre-
tu₃. Si autẽ ex abrupto ſic iurauerit pec
cat venialiter. Et in vtroq₃ frangendum eſt
iuramentũ tale. Sexti ſunt qui iurant cre
ditoribus ſoluere ad certũ terminũ ⁊ hoc
eis infringunt: tales periuri ſunt ⁊ grauit-
ter peccant. R Circa qð queritur vtrũ q̃
ſic iurat creditoribus ſit periurus. Rñdet
ſecũdum Hoſtiẽ. Si quãdo iurabat crede
bat ſe non poſſe ſoluere peierabat. Et ſi
poſtea fecit poſſe ſuum nõ eſt periurus: ſ₃
poſtea elapſo termino poſſet ⁊ non ſolue-
ret ꝑiur⁹ eſſet. O q₃ grauiter ⁊ multotiẽs
illi mendaces delinquũt qui proximis ſuis
ſoluere ſuper certum terminũ promittũt:
qð tñ nõ itẽdũt: vľ ſi nõ intẽdũt tñ poſtea
poſſe ſuũ nõ faciunt: ⁊ ſic promiſſu₃ infrin
gunt: ⁊ ſolutionem de die in die₃ cõtra vo
luntatem creditoris producunt. S₃ tñ ſciẽ
dum ꝙ ſi aliquis pauper alicui credito-
ri promitteret ſe ſoluturũ ſuper certũ ter-
minu₃ ⁊ poſſe ſuum faceret: ſi tunc impe-
dimentum aliquod interueniret qð ſuper
illo termino ſoluere nõ poſſet tũc tali pau
peri prolõgatio ꝓpter deum eſt cõcedẽda
⁊ creditori cum tali charitate ⁊ compaſſio
ne poſſet ſibi terminum prolongare quod
deus in extremis ſibi tempus vite ſue ꝓ-
longaret: vt ſic poſſet penitere ⁊ gloriam
depromereri. Ergo multum reprehenſi-
biles ſunt illi qui ſuos debitores angu-
ſtiant termino adueniente ⁊ cum damno
ipſorum ſolutionem extorquentes: cũ tñ al's
libenter eis ſoluere ſi poſſent per talibus
immiſericordibus ſine dubio remetietur
eadem menſura. Greg. Dei miſericordia₃
nõ põt mereri qui miſericors proximo nõ
fuerit. Beda ſuper epiſtolã Jac. ſine miſe
ricordia iudicabiť ille qui cum facere poſ
ſet nõ fecit miãm: ex quo maiorẽ miam q̃s
a dño coſtitutus eſt eo iniuſti⁹ indigẽti ꝓ
ximo miam negat. Septimi ſunt qui vba
maledicta proferunt quoniã tales peccãt
mortaliter hoc q̃re infra ſer. xcv. L h Octa
ui ſunt q̃ iurãt per deum, ⁊ ſanctos et cum

hoc obligāt ſe ad liquā penam: vt dicēdo
per deum ⁊ ſanctos ſi hoc nō fecero: vel ſi
hoc nō eſt ſicut ego dico. tūc illud accidat
mihi vel filijs meis: vel ſic dicēdo. Nunꝗ
ab oculis tuis viuus diſcedā ſi mētior: vel
deus nunꝗ miſereaꝛ anime mee ſi nō fe
cero. ⁊ ſic de alijs. Et ſm Aug. Ille qui ſic
iurat obligat ſe deo vt hoc ſibi vel alijs
quos in iuramēto aſſumpſit eueniat ſi ſe-
cus eſt qua dicit ⁊ ſatis eſt horribile ſe vel
ſuos mēdaciter ſic obligare. Nec etiā ho-
mo faciliter debet ſe obligare etiā in cau-
ſa vera niſi eſſet ibi magna neceſſitas vel
notabilis vtilitas: qꝛ ſtultū eſt ſe ſic obli-
gare ſine cauſa ⁊ magna neceſſitate. vnde
exemplū legitur ꝙ quidā vſurariꝰ in mor
te cōpunctus rogauit duos ſuos amicos
vt pecuniā quam eis tradidit reſtituerēt:
⁊ primus obligauit ſe hoc facturū ſub im
precatione ignis. ſ. Anthonij. Scđs obliga
uit ſe ſub imprecatione lepre qui poſt obi
tum ſuū negligētes in hoc negotio fuerūt
volētes prius cum iſta pecunia aliqđ lu-
crari: ⁊ tunc demum reſtituere. Et mox in
iſtis infirmitatibꝰ in quibus ſe obligaue-
runt cōſumpti ſunt. ¶ Noni qui cum ſo-
lēnitate pluriū cōmittunt: ⁊ eſt pctm̄ mor
taliſſimū: vnde per tres digitos quos po-
nunt ſuper ſctōs deſignaꝛ ꝙ corpus ⁊ ani
mam ⁊ res ponūt in poteſtatē diaboli. vn
de ſm Guil. lug. in ſum. vitiorū. Qui ſcien-
ter falſe iurat: diabolo illam manū dat cū
qua tangit euangeliū vel reliquias ſctōꝝ:
⁊ donec ipſe peniteat de periurio, manus
illa diabolo pertinet: ⁊ qñ ſe cū illa manu
ſignat: tunc cum manu diaboli ſe ſignat: ⁊
non poteſt penitere vel abſolui a pecca-
tis niſi reſtituat dānum illi cui periurauit.
Et tales periurari qñqꝫ confunduntur in
preſenti. Unde legitur ꝙ quidā ſuper ſe-
pulchrū ſancti Pancratij martyris periu-
rauit ⁊ mox manū retrahere non potuit. ⁊
ſic hominibꝰ ſua malitia intonuit ⁊ coraꝫ
omnibꝰ aſtātibus confuſus fuit. ¶ De-
cimi ſunt q̄ ſciēter recipiūt falſum iuramē
tum. Unde qñcūqꝫ quis ſcit veraciter aliū
falſum iurare: ⁊ ſic recipit friuole falſuꝫ iu
ramentū peccat mortaliter. vnde dicitur
in decre. Cogens hominē ad periurium et
qui peierat vterqꝫ reus eſt. xxij. q. v. qui cō
pulſus. Et ſi quis diceret ex his ſequeret
ꝙ nullus poſſet aliquē cogere ad ſibi ſol-
uendū ſic nullus debet recipere iuramen-
tum. Reſpōdetur ꝙ ad iudiciū debet eum
citare: ⁊ iuſtitiā ab eo exigere: ⁊ ſi tibi ne-
gauerit quō poteſt ipſe ſcire vtrū recepţu-
rus es iuramentū ab eo vel non: ſm Ariſ.
De futuris cōtingētibus non eſt determi
nata veritas qñ aūt cōſideras ꝙ aliter nō
poteſt eſſe ⁊ nil amplius pōt tibi fieri niſi
iuramentū quid tunc tibi prodeſt illud iu
ramētū quod ſic friuole recipis ab eo. Nō-
ne vna menſura vini plus valeret tibi? Et
ergo quādo omnino vult iurare tunc iam
eſt periurus corā deo: ⁊ ſi moritur eterna-
liter dānatur. Unde dicitur in dec. Para-
tus iurare qđ falſum eſt iam periurus eſt
xxij. q. v. qui peierare. Et ſi pertinaciter re
cipis ab eo iuramentū quē ſcis falſum iu-
rare tunc animā tuam cum anima ampliꝰ
dānas: ⁊ ſic animas duas perdis: ſcꝫ ani-
mam propriā ⁊ animā proximi: vt pꝫ. xxij.
qō. v. ille. ⁊. c. exigit. Ergo ſi querit a te an
ſupportare velis eum a iuramēto: tūc deo
offerre debes iſta bona pro quibꝰ ille tibi
iurare intēdit, ⁊ deus remunerabit tibi: et
tamen adhuc ille tenetur tibi ſoluere illa
debita ſi vult ſaluari. Sed diceres ex hoc
ſequeretur confuſio mea: quia homines
crederent me iniuſtam cauſam habere
cum nollem iuramentum ab eo recipere.
Reſpōdeꝛ ꝙ propter malos homines qui
vt frequēter malū iudicāt non debes deū
offendere: nec animā tuam perdere reci-
piēdo ſic falſum iuramētū ab eo. Et ſi vnꝰ
malus homo malū de te iudicat: tunc ſex
vel octo boni econuerſo dijudicant bonū ⁊
te propterea cōmendāt ꝙ deum ⁊ animā
tuam honoraſti: deum falſo iuramēto ſup
portaſti: quia ſicut mali ex omnibus iudi
cant malum ſic boni bonū. Unde Chryſo.
ſuper Mattheū. Sicut difficile aliquē ſu-
ſpicatur malum qui bonus eſt: ſic difficile
aliquē ſuſpicatur bonum ipſe qui malus
eſt. ¶ Quantū ad tertium ſciendū eſt
ꝙ in ſex caſibus licitum eſt iurare ⁊ iura-
mentum ab alijs recipere. Primo cum ali-
quis ſuadetur aliquod bonuꝫ quod eſt ei
vtile ⁊ nō credit vero ſimplici: tunc cōce-
ditur iurare: qđ patet. xxij. q. j. non eſt con
tra. vnde etiam Iſido. Plerūqꝫ ſine iura-
mento loqui diſponimus: ſed incredulita
te eorum qui non credunt ꝙ dicimus iu-
rare compellimur. Secundo quis poteſt
innocentiam ſuam purgare cum iuramē-
to quando iniuſte ⁊ mendaciter infama-
tus eſt ⁊ in caſu dꝫ ſibi credi: niſi cōtrariū
per teſtes poſſet conuinci. vnde diciꝛ in de
cre. Licite ſit iuramentum pro infamie ex
purgatiōe. ij. q. iiij. preſbiter. imo quilibet
tenetur famam ſuam defendere. Uñ diciꝛ
in decre. Famam ſuā negligens crudelis
eſt. xij. q. j. Nolo. Et tales q̄ ſic infamāt in-
nocēter proximos grauiter peccāt: ⁊ teneꝛ
reuocare ſi volunt indulgentiam conſeq̄
peccatorum. Tertio ad confirmationem
debitorum: vt cuꝫ quis non habet fideiuſ
ſores ponere ⁊ alias ſibi credere nolunt:
tunc poteſt iurare ſe velle in illo termino
ſoluere ⁊ ſi intendit ⁊ ſuum poſſe facit nō
peccat iurans nec etiam recipiens iuramē
tum. vnde Augu. de verbis aplī. ſer. xxiij.
Qui exigit iuramētum ſi neſcit alium fal
ſum iuramentum: ⁊ ideo dicit iura mihi:
vt eis fides fiat non audeo dicere ibi eſſe
peccatum tamen humana tentatio eſt ⁊c.
Quarto ad dubitationis remotionem:
vt quādo pro religioſā iuratur. verbi gra
tia. Si duo pro aliqua re litigarent: et vni
eorum pro certo conſtaret quomō ſe totū
factum haberet tunc talis ſine omni pecca
to poſſet iurare a certitudine illius dubij
enarrare vt ſic altercatio ceſſaret. Quin-
to promittendo ſuis ſuperioribus obediē
tiam, vel etiam prelatis fidelitatem vel ēt
alicui communitati: vel ex parte officij vel
alijs de cauſis licitis. ¶ Unde ſcienduꝫ
quod qui propter officium quod ſibi a pre
latis vel a conſilio ciuitatis committitur
iurat ſi intendit ſic facere vt iurat tunc nō
eſt periurus ſed valde ſollicitus debet eſ
ſe quod illud quando iurauit, ⁊ promiſit
quod hoc ſecundum exigentiam iuramē-
ti ad effectum perducat alias ſi fraudem
faceret in exequendo hoc quod iurando
promiſit totiens periurus efficeretur quo
tiens ſcienter hoc tranſgreditur: ergo val
de magnum ⁊ terribile eſt ſic aliqđ recipe
re ſuper iuramētū: qꝛ talis animā ſuā pre
cioſam pro pignore ponit. Si aūt pro ali-
quo officio vl̄ artificio iurat: ⁊ hoc iuramē
tum non intendit a principio ſeruare: ſed
propter lucrū, vel officiū acquirendi iurat
ipſo facto eſt periurus. Et quotienſcunqꝫ
poſtea illud iuramentum tranſgreditur:
totiens mortaliter peccat. O quot iuramē
ta fiunt que iurantes adimplere non intē
dunt. Item qui ſcienter dat occaſioneꝫ ta
libus ſua iuramenta tranſgrediendi rogā
do, vel etiam ſolummodo cōſentiendo eis
propter lucrum propriuꝫ: ⁊ tales deū gra
uiter offendunt: quia plus debent dilige-
re ſaltem proximorum ꝙꝫ propriuꝫ lucrū:
vel cōmodū. Itē ſciendum quod cautius
⁊ ſalubrius eſſet talia officia committere
ipſis officalibꝰ, ⁊ mechanicis ſub pena pe
cuniaria quinqꝫ vel ſex talentorum argē
ti vel auri ⁊ melius ſeruetur: quia heu plu
res magis ſolliciti eſſent cauere damnuꝫ
temporale ꝙꝫ damnum ſpirituale quod ta
men tangit pretioſam animā hominis: de
qua dicit Bern. Totus mundus ille preciū
vnius anime eſtimare nō poteſt. Simili-
ter qui iurant fidelitateꝫ proprio domino
diligentiam facere debent, vt iuramento
ſatiſfaciant. Sexto ꝓpter neceſſitatem: vt
cum quis te vellet capere vel ſpoliare vel
occidere tanꝗ inimicū de illa ciuitate vl̄
de dñio illius domini ⁊ tu nō eſſes inimi-
cus de dñio illius dñi: tunc cū iuramento
poſſes aſſerere te alterius eſſe dñij: ſine
omni peccato. Unde queritur qui coactꝰ
iurat aliquid vtrum ad hoc obligetur? Re
ſpondetur ſecundum Tho. ij. ij. queſtio.
xcvij. Nō excuſatur a peccato mortali nō
implens quod coacte iurauit. Et Ray. di
cit quod talis quātūcūqꝫ fuerit metus ni-
hilominus obligatur, dummodo ſit de re
licita. ſecus eſt de illicita. ſed talis ſoluēs
quod coacte promiſit poteſt illud repete-
re: ⁊ alius coram deo tenetur ſemper reſti-
tuere quicquid extorſit contra deuꝫ ſi ſal-
tem remiſſionem peccatorum conſeq̄ vo-
luerit. ¶ Ultimo nota exemplum in quo
cognoſcere potes quomō deo deſplicear:
⁊ homini noceat ſciēter falſum iuramentū

recipere.⁊ hoc illi attēdere debet qui audent iurare. Si quis tres denarios teneretur ipſis ſoluere quod vellent ꝓpter iſtos tres denarios iuramētū ab eo recipere. vnde legitur ꝙ quidā homo citauerat quendam ad iudiciū ꝓpter quandā ſummā pecunie:⁊ ille inſtāter negauit, ⁊ ſe ad iuramentū exhibuit:qđ alius ab eo recepit:licet ſciret eum ſciēter falſum iurare. Mox conſequenti nocte raptus ad iudiciū vidit chriſtū ſedentē in ſede maieſtatis ſue exigentē ab eo rationē de anima illius qui iurauit ei:⁊ de anima ſua propria:qui cognouit ambas eſſe dānandas:tūc iudex queſiuit cur iuramentū ab eo recepiſſet:et ait illi:qꝛ ipſe nihil meū negauit:⁊ iudex. Nōne potius debuiſti perdere talem ſubſtātiam ꝙ̄ ipſius ⁊ tuam aīam? Nōne anima melior eſt ꝙ̄ omnis ſubſtantia tēporalis? Tūc iudex fecit eum flagellari. Qui euigilans omnia que ſibi acciderūt enarrauit. Et in ſignū huius plagas in corpore ⁊ in dorſo ſuo oſtendit que nullo modo potuerūt curari donec penituit:⁊ deus ſibi illud indulſit.

¶ In dominica.iiij.quadrageſime. Sermo.xliij. de contritione ⁊ confeſſione.

EſT puer vnus qui hȝ quinq̄ panes ordeaceos, et duos piſces. Joan.vj. Mat.xiiij. Joānes de ſctō Geminiano dicit ꝙ totū officiū preſentis dn̄ice cōtinet quaſi quedā noua ⁊ leta. Nā matutinale officiū agit de liberatione Iſraelitici populi ab Egyptiaca ſeruitute. Introitus miſſe hortatur ad eccleſiā ad exultationem letitie cum dicit. Letare hieruſalē. Et epiſtola loquit̄ de celeſti matre illa que ſurſum eſt hieruſalē. Euangeliū de refectione ⁊ ſatietate turbe. Ergo illa dn̄ica dupliciter nominat̄.ſ. dominica de panib⁹:⁊ dominica de roſa. Et ratio huius:qꝛ hodie conſueuit dari Romano prefecto a papa quādo Rome eſt roſa aurea plena muſco ⁊ balſamo. h Sic moraliter penitētia quā ſacro iſto tempore facimus omnia iſta operatur in nobis:vcȝ liberationē a peccato:letitiā gratie:apertionē celeſtis ianue:⁊ refectionē glorie. Et ipſa penitentia etiam cōuertit ſpinas vitiorū in roſas virtutū. Unde hodie letari debēt pctōres: quia deus parat⁹ eſt eos recipere ad gratiam. Nam ipſe dicit per prophetā. Nolo mortē peccatoris:ſed magis vt conuertat̄ ⁊ viuat. Itē letari debent penitētes q̄ ſunt cōfeſſi:qꝛ deus indulſit eis omnia peccata eorū ex ſua miſericordia. Item iuſti letari debēt:qꝛ deus illo ſacro tpe vult eis gratiam augmētare. Itē tribulati debent letari:qꝛ deus vult cum eis eſſe in tribulationibus ipſorū. vnde pſ. Cū ipſo ſum in tribulatione:eripiā eū ⁊ glorificabo eum. vñ Jo.xvj. Triſtitia vr̄a vertet̄ in gaudiū. Sed ex quo preſens tpſ eſt tēpus penitentie in quo debemus ſatiſfacere pro oīb⁹ noſtris peccatis qui per totum annū cōmiſimus ergo in preſenti ſermone tria dicenda ſunt. Primo de cōtritione. Secūdo de cōfeſſione. Tertio de ſatiſfactiōe. I Quātum ad primū querit̄ quid ſit contritio? Reſpondet̄ ſm btm̄ Tho. Eſt dolor voluntarie aſſumptus pro pctīs cum ꝓpoſito cōfitendi ⁊ ſatiſfaciēdi. Ubi queritur vtrū cōtritio debeat eſſe maximus dolor? Reſpōdetur ꝙ̄tum ad dolorē interiorē ⁊ diſplicentiā debet eſſe maximus dolor:qđ probatur per tria. primo in nulla re debem⁹ habere tantā cōplacentiā ſicut in deo:modo hoc totū perditur cum vno pctō mortali:⁊ qꝛ contraria cōtrarijs curant̄:ergo de peccato cōmiſſo maximū dolorē ⁊ diſplicentiam habere debemus. ſcđo probat̄ quāto quis offendit aliquē delictū tanto ꝑplus de hoc dolet ꝙ̄tomagis eum dilexit:ſed deū ſuper oīa diligere debemus quē peccādo offendimus ergo ⁊c. Tertio probat̄:qñ enī quis aliquā rē perdit:tāto plus dolet ꝙ̄to melior res ipſa fuit:qꝛ homo pl⁹ dolet de floreni perditione ꝙ̄ denarij:ſed deus eſt ſummū ⁊ infinitū bonū quē peccādo offendimus ⁊ perdimus:igitur ⁊c. Ex quib⁹ ſequitur ꝙ dolor cōtritionis ꝙ̄tum ad interiorē diſplicētiā debet eſſe maior omni dolore qui pōt homini tpaliter accidere:etiā ſi oīa bona tēporalia perderet:vel ſi pater mater vxor ⁊ filij morerent̄. Et hoc eſt intelligēdū ꝙ̄tū ad interiorē dolorē ⁊ diſplicentiā. Sed ex quo ſine vera cōtritione nullum pctm̄ dimittit̄:qꝛ multi cōterunt̄ ⁊ nō vere:tūc queritur que ſunt ſigna vere cōtritionis:ſic.ſ. ꝙ ſpes haberi poſſit ꝙ de⁹ indulgeat ipſi cōtrito peccata ſua per cōtritionē. Dico ꝙ huiuſmodi cōtritionis vere quatuor ſunt ſigna. Primū ſignū eſt ſi de peccatis preteritis dolet ⁊ in futurū cauere ſe firmiter proponit:ſic ꝙ potius vellet ſubire oēm penam in generali loquēdo ꝙ̄ amplius ſciēter peccare mortaliter. Unde apoſtol⁹ ad Roma.viij. Quis nos ſeparabit a charitate chriſti:an perſecutio:an fames ⁊c. Scđm ſignū eſt ſi ipſe penitēs paratus eſt ſatiſfacere leſis:ſiue in reb⁹:ſcȝ reſtituēdo oīa iniuſta:ſiue in fama.ſ. reuocando ꝙ falſe ⁊ mēdaciter ſuum proximū infamauerit ſiue in corpore vulnerādo:ſiue virginitatē virginis corrūpendo:et ſic de alijs offenſis. Et in quib⁹ non pōt ſatiſfacere doleat ⁊ propoſitū habeat ſatiſfaciendi cum aliqñ poſt hoc ꝓſperiori ardere fortuna poterit. Ber. Qui veraciter penitet quicquid ſibi pro culpa quā odit iniungitur tacita cōſcientia patiēter amplectitur. Tertiū ſignū eſt ꝙ parcat offenſoribus quocūq̄:a quibuſcūq̄ ꝙ̄tūcunq̄:et ꝙ̄ grauiter ſit offenſus:ſiue in rebus:ſiue in perſona:vel in fama:vel etiam ſi grauior offenſa accidiſſet vel in futuro acciderit paratus ſit in animo ſuo propter deū indulgere:vt deus ſibi ſua peccata indulgeat:ſed qui nō vult indulgere ſuis inimicis non habet veram contritionē, nec eſt verus penitēs. Unde Aug. Unuſquiſq̄ talem indulgētiā eſt accepturus a deo, qualem ⁊ ipſe dederit proximo. Ergo illi qui adhuc ſtant in rancore ⁊ nolunt indulgere non ſunt abſoluēdi nec cum ſacramēto euchariſtie cōmunicandi. K Quartū ſignum eſt ſi officiū vel negotiū quod ſine peccato mortali non poteſt exercere paratus eſt reſignare:ergo illi qui habēt talia officia q̄ nullo modo ſine peccato mortali poſſunt perficere ſicut traditores vel lenones ⁊ huiuſmodi ⁊ pro quibus eis inhibetur cōmunio:ſemper ſunt in peccato mortali, ⁊ ī poteſtate diaboli die noctuq̄: et inſuper ſunt priuati omni bono totius eccleſie:⁊ nihil poſſunt in iſto ſtatu facere quod ſit eis meritoriū vite eterne:et licet quandoq̄ confiteātur:tamen nil valet eis talis cōfeſſio ex quo deſiſtere nolūt a tali officio. Sed hoc non intelligit̄ de illis qui habent artificia ⁊ officia honeſta et vtilia que licite poſſunt fieri ſicut ſutores, ſartores calciatores piſcatores:et ſic de alijs. Et tales quādoq̄ fideliter laborāt:⁊ ſunt ſine peccato mortali:tunc omnis eorū labor erit in eis meritori⁹. pſ. Labores manuum tuarū:quia mādicabis ⁊c. Itē queritur vtrum contritio poſſit tollere totum reatum pene? Reſpondet̄ ſm Pet. de tharantaſia. Cōtritionis intētio poteſt attendi dupliciter vel ex parte charitatis q̄ cauſat diſplicentiā peccati:vel ex parte doloris que in ſenſitiua excitatur. Et in vtroq̄ poteſt tantum intēdi contritio ꝙ tota pena dimittitur ſicut patet de latrone qui cū chriſto pependit in cruce. L Quantum ad ſecundū queritur de cōfeſſione quid ſit cōfeſſio. Reſpondetur ſecundū Ray. Confeſſio eſt legitima coram ſacerdote peccatorum declaratio. Unde queritur vtrum confeſſio ſit de neceſſitate ſalutis. Reſpondetur ꝙ ſic. Omnis enim fidelis ſaltem ſemel in anno tenetur ex precepto eccleſie poſtq̄ ad annos diſcretionis ꝑuenerit confiteri omnia pctā ſua:⁊ cōicare ſaltē in paſcha:vt patet extra de pe. Omnis. Nō enī ſufficit cōtritio, niſi ſequatur cōfeſſio. vnde Amb.lib. de paradiſo. Non enim quiſq̄ a peccato iuſtificari poterit:niſi peccatū ante cōfeſſus fuerit. Sed querit̄ qualis debet eſſe cōfeſſio? Reſpondetur ꝙ primo dȝ eſſe premeditata. M Sed diceres quantā diligentiā dȝ habere homo ad rememorandum pctā ſua? Rñdetur ꝙ maiorē ꝙ̄ vnq̄ in aliqua re trāſitoria habuit. Et hoc probatur:qꝛ ſi quis rōnem regi terre deberet dare de multis ⁊ arduis cauſis ſub pena priuationis oculorū vel aliorū mēbrorū ſi in ipſa ratione deficeret:tunc magnā diligentiam adhiberet vt debite rationē redderet. Sed maiorem rationē reddituri ſumus in cōfeſſione ⁊ ſub maiori pena:quia de tota vita noſtra ⁊ ſub pena dānationis eterne. Itē quilibet penitēs debet ad me-

moꝛiam reducere in ꝗbus locis fuit: et ꝗd in quolibet loco deliquit, ꝛ quotiens quodlibet peccatū cōmiſit. vñ Aug. in li. de pe. Vere penitens conſiderat qualitatē criminis in loco in tēpoꝛe in perſeuerātia: in veritate perſone: ꝛ qua tētatione hoc fecerit: ꝛ in ipſius vitij multiplici executione. Vñ ſciendū ꝙ non ſufficit in cōfeſſione dicere hoc peccatum ſepius commiſi: qꝛ confeſſoꝛ neſcit intelligere vtrū decies, vel vigeſies, vel cēties cōmiſeris. Et ꝗlibet cōfitēs ſi certum numerū ſcit dicat, ſi aūt non, dicat ſub indeterminato numero, ꝑut eſtimatione ſibi videt̄: vt dicendo hoc peccatum cōmiſi decies, vel vigeſies, vel centies vel plus vel minus. qꝛ certum numerum ignoꝛo. Tunc cōfeſſoꝛ pōt eū ſm̄ hoc expedire ꝛ pniam iniungere: qꝛ maioꝛ pena iniungenda eſt illi ꝗ aliq̄d pctm̄ decies commiſit: ꝗꝫ ꝗ ſemel, vel ter cōmiſit. Scd̄o confeſſio dꝫ eſſe nuda ꝛ integra: qꝛ deus dimidiam confeſſionē non acceptat: nec vnum peccatum moꝛtale ſine alio remittit. vnde Deute. xxxij. Dei ꝑfecta ſunt opera. Tertio confeſſio dꝫ eſſe ꝓpꝛia ꝛ accuſatoꝛia: ſcꝫ ꝙ ſua ꝓpꝛia peccata cōfiteat̄ ꝛ nō alioꝛum nec aliquē dꝫ nominare in confeſſiōe niſi in tali caſu in quo ſine noiatione pſone nō poſſet ipſum peccatuꝫ expꝛimere: vt ſi peccauit cū ſoꝛoꝛe vel cū matre. Item cōfitens nō dꝫ ſe excuſare ſicut aliq̄ dicūt in cōfeſſione dicendo. Deus oꝛdinauit mihi hoc ꝙ hoc malū cōmiſi ꝙ omnino eſt falſum: ꝛ cū hoc magnū eſt pctm̄ credere vel dicere ꝙ deus malū fecerit: ſed eſt ipſius hominis volūtas mala ꝛ malitia ꝓpꝛia. vñ Apl's. hec eſt volūtas dei ſanctificatio veſtra. Item aliq̄ dicūt. diabolus decepit me. Itē alij dicūt coactus ſum ab hoibus. Sen. Dimitte excuſationes: qꝛ nullus inuitus peccat: ꝛ tales ſic ſe excuſantes non ſunt abſoluendi. qꝛ confeſſio debet eſſe ꝓpꝛia ꝛ accuſans. Quarto debet eſſe lachꝛymoſa: qꝛ cū doloꝛe ꝛ amaritudine cordis peccata ſunt confitenda vt miam cōſequatur. vñ Gre. Illū quē cōſpicis delicta cum fletu ꝛ doloꝛe in conſpectu deitatis nō dubites conſequi miam. Contra hoc faciunt qui peccata ſua quaſi fabulam ſacerdoti ꝓponunt nullam verecundiam de peccatis habendo. Ber. ſunt ꝗdam qui confitendo ſicut fabulam peccatoꝛū ſuoꝛū narrant hiſtoꝛiam ꝛ egritudinē anime ſue ſine cōfuſione dinumerāt. Sed vere confitentes cum verecūdia debēt confiteri pctā ſua. vñ Ber. Ideo iubemur cōfiteri peccata vt erubeſcentiam habeamus pꝛo pena. Au. in lib. de pnia. Erubeſcentia nāqꝫ magna eſt pena: ideo ꝗ erubeſcit pꝛo xp̄o dign⁹ ſit miſericoꝛdia. Quinto cōfeſſio dꝫ fieri cum bona ſpe ꝛ cū magna humilitate. Ber. Humiliter confitenti peccatum remittit deus ꝛ diabolus cū quo in coꝛde hominis linquat ferat amittit pꝛincipatum. Itē penitēs dꝫ habere bonam fiduciam firmiter ſperādo ſe poſſe indulgentiam conſequi. Vñ Aug. Penitētia que ex fiducia non pꝛocedit eſt inutilis ꝛ ſterilis. ꝛ manet ſine miſericoꝛdia. vnde etiam Amb. nō poteſt bene agere penitentiā qui nō ſperat indulgentiaꝫ. ¶ Queritur vtruꝫ cōfeſſio in aliquo caſu ſit iteranda? Rñdetur ꝙ ſunt quatuoꝛ caſus communes, ꝛ vſitati in quibus doctoꝛes dicunt confeſſionem eſſe iterandam. Pꝛimus eſt pꝛopter peccati enoꝛmitatem ob quam opoꝛtet peccatoꝛem ad ſuperioꝛem remitti: ꝗ confeſſionē remiſſi audiat: ꝛ eum abſoluat: tunc talis peccatoꝛ tenet̄ illa peccata iterare pꝛo quib⁹ miſſus eſt ad ſuperioꝛem pꝛo abſolutione. Sed pꝛimus cōfeſſoꝛ dꝫ eū abſoluere ab alijs peccatis a quib⁹ abſoluere hꝫ: niſi penitens ſiue cōfitens ſit excommunicatus maioꝛi excommunicatione: qꝛ tunc talis confitens a nullo peccato poteſt abſolui: niſi ante ſit abſolutus a tali excommunicatione. vnde dicitur in decre. Excommunicatio abſolutionem impedit. xxiiij. q. j. audiamus ꝛ. c. ꝗcunqꝫ. Secundus caſus eſt pꝛopter ignoꝛantiam ſacerdotis vtpoꝛe quando ſacerdos eſt ignoꝛans: tunc debet queri ſacerdos qui ſciat ligare ꝛ ſoluere: ꝛ cum hoc diſcernere differentiā peccatoꝛum: ꝛ ei iterum confitendum eſt de licentia pꝛopꝛij ſacerdotis vel autoꝛitate ſuperioꝛis. Ex hoc patet quod illi ſepius decipiuntur qui ignaros ꝛ illiteratos querunt confeſſoꝛes. Tertius caſus eſt ſi confeſſio non fuit integra: vt quia ſciens obticuit aliquod peccatum moꝛtale: aut etiā ſi acceſſit cum volūtate vlterius peccādi. Quartus ſi cōtēpſit aut neglexit ſatiſfacere ꝛ oblitus eſt ſatiſfactionē ſibi iniunctā: nam ſi ſciret ꝛ eam implere vellet ꝛ cum vera cōtritione ꝛ bono pꝛopoſito cōfeſſus eſſet non opoꝛteret reiterare confeſſionē. Et intelligūtur duo vltimi caſus quādo mutat ſacerdotē. Si autem ad eundē ſacerdotē reuertit̄ tunc diſtinguendū eſt: qꝛ aut recenter: aut noniter cōfeſſus eſt: aut de memoꝛia ſunt elapſa ipſi ſacerdoti pꝛopter diuturnitatē tēpoꝛis. In pꝛimo caſu: ſcꝫ qñ peccata confeſſa adhuc ſunt in memoꝛia ſacerdotis tūc non tenet̄ oīa reiterare: ſed ſolū illud pctm̄ quod ſciēter obticuit vt illam fictionem quod cū volūtate ampli⁹ peccādi ad confeſſionē acceſſit. Sed in ſecūdo caſu qd̄ ſcilicet pctā elapſa ſunt a memoꝛia ſacerdotis: tunc tenet̄ oīa reiterare: etiā ſi decies cōfeſſus eſſet ꝛ ſemper aliqd̄ peccatū ſciēter obtinuiſſe: tunc oēs iſte cōfeſſiones ſunt iterāde: qꝛ confitēti vnum pctm̄ moꝛtale non dimittit̄ ſine alio. Itē querit̄ de peccatis ſciēter cōmiſſis: ꝛ poſtea oblitis vtrū requirat̄ penitētia ꝛ cōfeſſio de his. Reſpondet̄ ſi homo ita eſt oblitus ꝙ nullo modo recoꝛdat̄: tūc non tenetur ad penitentiā niſi in generali: ſed tñ tenet̄ laboꝛare ꝛ diligentiā facere recoꝛdādo. i. oꝛando deū vt reuelet ei pctm̄ oblitū: ꝛ audiendo ſermones cū maioꝛi diligētia vt ſic poſſet ad memoꝛiā reducere pctm̄ huiuſmodi oblitū. Si autem pōt recoꝛdari tūc tenetur in ſpeciali cōfiteri ſi autem oīno nō recoꝛdatur: tunc tenet̄ in generali confiteri dicēdo ſe deum multis offendiſſe pctis de quibus non recoꝛdat̄ ꝛ libēter vellet ſcire: ꝛ hoc eſt cōfiteri in generali ꝛ etiā penitere debet de negligētia per quam venit in hanc obliuionē. ¶ Sed ꝗꝫtum ad tertiū

3. ſcilicet de ſatiſfactione ſciendū ꝙ ſatiſfactio ſemper debet fieri per contrariū: vt ſuperbo iniūgēda eſt humilitas ꝛ pꝛoſtratio ꝛ veſtiū oꝛnatus depoſitio. Itē auaro iniuſtarū rerum reſtitutio: ꝛ de iuſtis rebus eleemoſynarū diſtributio. Itē guloſis, et ebrioſis abſtinētia, ꝛ ieiuniū: qꝛ vt dicitur Sap. xj. Per ꝗ ꝗs peccat per hec, ꝛ puniat̄. Itē luxurioſis ꝛ adulteris iniungēde ſunt afflictiones coꝛpoꝛis. vt ſcꝫ dure iaceāt: veſtes aſperas induāt: ꝛ diſciplinas cum virgis recipiāt: ꝛ ſic de alijs. vnde Greg. Nequaqꝫ ſatiſfacimus ſi ab iniquitate nō ceſſamus ꝛ niſi voluptas queqꝫ quas dilexerimus ecōtrario oppoſitis lamētis inſequētur. Item accidioſis ꝛ pigris iniungende ſunt vigilie: ſcꝫ vt mane ſurgāt ꝛ eccleſias frequētent: ꝛ etiā qñqꝫ peregrinationes faciant. Item iracūdis ꝛ rācoꝛoſis vt cū ſuis inimicis ſe recōcilient ꝛ oēm vindictā ꝛ iracundiā penitus ex coꝛde dimittāt, ꝛ cū inimicis amicabiliter loquātur, ꝛ erga eos ſe charitatiue teneant: ꝛ ſic de alijs. ¶ Queritur vtrum ſatiſfactionē iniunctā et cōpletam in peccato moꝛtali neceſſe ſit iterare. Reſpōdet̄ ſm̄ ſanctū Tho. in. iiij. diſ. xv. Alique ſatiſfactiones ſunt ex quib⁹ manet aliquis effectus in ſatiſfaciēte. Poſtqꝫ etiā actus ſatiſfactionis trāſit: ſicut ex ſatiſfactionib⁹ ex ieiunio ſequit̄ debilitatio coꝛpoꝛis: ꝛ eleemoſynis largitis ſub eſt diminutio: ꝛ ſic de alijs. Et tales ſatiſfactiones facte in peccatis non opꝫ ꝙ reiterent̄: quia quantū ad iſtud qd̄ de eis manet per penitentiā ſequentē accepte fiunt. Satiſfactiones autē que non relinquūt aliquē effectū in ſatiſfaciēte poſtqꝫ actus tranſit opoꝛtet ꝙ reiterent̄: ſicut eſt de oꝛatione ꝛ ſimilib⁹. Actus enim interioꝛ qui totaliter tranſit nullo modo viuificatur: ſed opꝫ ꝙ iteretur. Itē Albertus mag. addit ꝛ Guil. ꝙ talis tenet̄ ad ſuſcipiendū poſtea penitentiā ſiue ſatiſfactionē tamē nō eſt ei imponēda tāta penitētia ꝗꝫta ſi nulla pꝛius fuiſſet impoſita: quia pꝛeſumendū eſt pꝛopter illam pꝛius iniunctā quam fecit: licet extra charitatē: dominus maioꝛē contritionem ei dederit. Et nota ꝙ nō eſt in peccato moꝛtali qui eſt cōtritus hec ille. Ergo laudabilis conſuetudo eſt qñ homo vult perficere penitentiā iniūctam ſibi. vt pꝛius conteratur de peccatis ſuis: ꝛ in cōtritione penitentiā perficiat. ¶ Vltimo notandum eſt exemplū in quo magna dei miſericoꝛdia cognoſcitur ſuper penitētes. Legitur in dia. Ceſarij ꝙ tempoꝛe Innocētij

10. caſus ponit Summa Angel. v. confeſſio

pape. erat mulier quedam igne libidis
incenſa que proprium illecebriter adama-
uit filiũ. de quo cõcepit ⁊ peperit aliũ filiũ.
Terrore igitur compulſa timẽs ſe ſatha-
ne tradi, vel morte ſubitanea interire deo
miſerante, de ſatiſfactione anxiẽri cepit.
Prohibito igitur cõſilio ſacerdotis ſui in
fantulum ſecũ tollens romã venit: ⁊ cũ ma
gna importunitate, ⁊ magna contritione
domini Innocen. pape oculis ſe ingeſſit
cũ tantis lachrymis ⁊ clamoribus cũctis
audiẽtib⁹ faciẽs cõfeſſionẽ, vt omnes ver-
terẽtur in ſtuporem. Geſtauit eñi in bra-
chijs infantẽ commiſſi facinoris teſtẽ. Ui-
dẽs dominus papa in muliere tãtã cõtri-
tionẽ, ⁊ qr vere penitens eſſet mĩa motus
ſuper eã ſicut prudens medicus valens in
firmitatẽ plene ⁊ cito curare ⁊ medicinã
vere cõtritiõis probare precepit vt in alia
veſte ibi corã eis appareret in quali vene
rat ad filiũ cũ peccaret. Ad illã cõfuſionẽ
eternã tẽporalẽm anteponẽs, mox exiuit
veſtes: exuit ⁊ in camiſia redijt, ⁊ q̃ para-
tiſſima foret ad oẽm ſatiſfactionẽ in ta-
li obedientia ſatis oſtendit. Conſide-
rans vir beatiſſimus tali obedientie tali
verecũdie: tali penitẽtie nullius pcti penã
poſſe reſiſtere corã omnib⁹ dixit ad mu
lierẽ. Dimiſſum eſt tibi peccatũ tuũ. vade
in pace, ⁊ nihil ãpli⁹ iniunxit ei. Audiuit
hoc quidã de cardinalibus qui murmurã-
do papã rephendit ⁊ dixit ad tantã culpã
tã breuem pniam nõ ſufficere: qui reſpon-
dit. Si ego iniuſte egi cũ iſta muliere ⁊ ſi
inſufficiens eſt ei iſta pnia corã deo, tunc
diabolus habeat ptãtẽ igrediẽdi corpus
meum ⁊ corã oĩbus me vexet. Si vero in-
iuſte me reprehendis ſimile tibi fiat. Sta
tim diabolus eũdem cardinalẽ vexare ce-
pit: per cuius vexationẽ perfectam pniam
mulieris deus palã oſtendit. Tandem cõ
muni oratione liberatus cardinalis diui-
ne miſe decetero cõtradicere nõ pſumpſit.

¶ De eadẽ dñica. ſ. xliiij. d pnia va ⁊ falſa.

[P]Enitentiã agite appropinqua-
bit enim regnũ celorum. Matt.
iij. Ariſt. v. phi. Omnis motus
tendit ad aliquẽ terminum per
debita media terminus motuũ
noſtrorum eſt regnũ celorũ ad quod per
uenięmus per verã pniam: ergo dicitur in
verbis premiſſis Pniam agite. ⁊c. Ex quo
eſt iam tẽpus penitẽtie in preſenti ſermo-
ne dicendum eſt de illis qui agunt verã
penitentiam, ⁊ qui falſã. R. Pro quo ſci
endum q̃ decẽ genera hominum agunt
penitẽtiam quorum ſolum vnum genus
hominum verã penitentiã agit: ⁊ alia no-
uẽ genera hominũ falſam ⁊ infructuoſã
agũt pniã. q̃ pmi falſã pniã agũt ſunt q
cõfitẽtur ⁊ tñ nõ integra omnia peccata:
ſed aliqua ſcienter occultant: illã confeſ
ſionem deus nõ acceptat: quia oportet ho
minem penitentem omnia pctã confiteri
que cognoſcit ſe cõmiſiſſe, ſi vult remiſſio
nem peccatorũ cõſequi a deo: quia deus
vnum peccatum ſine alio nõ dimittit. vn
de Deuter. xxxij. Dei perfecta ſunt opera.
Deus enim nõ poteſt dimidiare gratiã
ſuã ita q̃ partẽ dimittat: ⁊ partem reſer-
uet. vnde verſus Larga dei pietas veni-
am nõ dimidiabit. Aut nihil aut totum: te
lachrymante dabit. S Circa quod ſcien-
dum q̃ confitens debet duo facere. Pri-
mo debet rememorari omnia peccata ſua
⁊ oẽ poſſe ſuũ facere audiẽdo ſmões ⁊ ad
memoriam reuocando in quibus locis ⁊ qui
bus temporibus, ⁊ quotiens per totum
annum contra deum fecerit. Secundo de-
bet deum rogare, vt ſibi reuelet ⁊ cor ſu-
um illuminet ad cognoſcendũ peccata ſua
⁊ ſic accedere ad confeſſionem etiam om-
nia peccata nude ⁊ aperte confiteri: ſic q̃
confeſſor intelligat: nullũ ex humana ve-
recundia palliando, vel obticẽdo: ⁊ ſic ha
bere ſummã ſpem de indulgentia omniũ
peccatorũ: q: ſi quis centum peccata mor
talia cõmiſiſſet ⁊ ſuã diligẽtiã faceret au
diẽdo ſmões ⁊ ſcrutãdo ſuã cõſciẽtiã ad
recognoſcẽdũ ſua pctã: ⁊ non poſſet plura
peccata q̃ decem recognoſcere ⁊ illa inte
graliter cõfiteretur ⁊ libenter vellet om-
nia alia confiteri ſi ea cognoſceret: tunc
deus omnia peccata tam confeſſa q̃ obli
ta ſibi indulgeret: ſic econtrario ſi quis de
cem peccata mortalia commiſiſſet: ⁊ ſo-
lum nouem cõfiteretur: ⁊ vnũ de his ſciẽ
ter obticeret, nullam veniam conſequere
tur. vnde Amb. Non enim quiſq̃ a pec-
cato iuſtificari poterit: niſi peccatum an-
te confeſſus fuerit. ¶ Unde nota exem-
plum. Erat quidam rex qui habuit filiã
deuotã ⁊ caſtam que ſemper habuit vnũ
numerum pauperũ viduarum, ⁊ pupillo-
rum quos propter deũ nutriebat: que pro
poſuit intrare religionem: ⁊ papam con-
ſultum habuit. Qui audiens q̃ tot bona
fierent ab ea in mũdo pauperibus, diſſua-
ſit ingreſſum, que poſtmodũ oculos ſuos
in quẽdam ſcriptorem iniecit. qui ei mini-
ſtrabat ad menſam: ⁊ ex tali viſione ⁊ cõ-
cupiſcentia cecidit in lapſum carnis ⁊ con-
cepit puerum que territa propter hoc fa
ctum, timens dehoneſtare totum regnũ
⁊ totam parentelam cõſulit quandã vetu
lam antiquam que fecit ei abortum. ⁊ ex
hac re filia regis contriſtata eſt, ⁊ pertur-
bata: ſic q̃ amplius nũq̃ vel raro viſa eſt
ridere, vel gaudere. Ad quam pater ait.
Tu ſemper es perturbata nec delectaris
in his que ſunt mundi. Ecce mihi placet
vt intres aliquam religionem: que ingreſ
ſa religionem ita ſerioſe vixit q̃ raro viſa
eſt cum ceteris puellis conuerſari, vel le-
tari. ſic q̃ ipſa fuit exemplum omnib⁹ vir
ginibus que tandẽ infirmata grauiter de
functa eſt: ⁊ infra. xxx. dies apparuit abba-
tiſſe dicens ſe eſſe damnatam. Et abatiſ-
ſa ait. quomodo hoc factum eſt cum tu tã
religioſe vixiſti q̃ fuiſti ſpeculum noſtrũ
omnium. Reſpondit ſe quoddam pecca-
tum cõmiſiſſe in ſeculo, quod propter vere
cundiam humanã nunq̃ confeſſa fuit: q̃
uis ſemper propter hoc doluiſſet ⁊ ſemp
triſtis fuiſſet: ⁊ eſt illud perdidi meam vir-
ginitatem ⁊ inſuper puerũ quẽ cõcepi occi-
di. Et ſi hoc pctm̃ ꝯfeſſa fuiſſem deus mi-
hi induliſſet: etiam ſi milleſies hoc cõmi-
ſiſſem, ⁊ quia obticui ideo eternaliter dã-
nata ſuũ. ¶ Secundi ſunt qui omnia pec
cata que in memoria habent cõfitentur
ſed retinent vnum vel plura in voluntate
iterum faciendi. Iſtis nõ proficit talis cõ-
feſſio: quia ſicut nullum peccatũ reſeruã
dum eſt in actu: ſic etiã nec in voluntatẽ
q̃libet penitens dꝫ habere voluntatẽ am-
plius nõ peccandi ſi vult ꝯſequi remiſſio-
nem peccatorũ. Signũ autẽ q̃ quis non
habeat voluntatẽ amplius peccandi eſt
q̃ nõ ſolũ poſtponit peccata ſed ẽt occaſio
nes peccatorum. hoc in illis apparet qui
veraciter conuertuntur ⁊ firmum propoſi-
tum habent ſe emendãdi: quia tales pij-
ciunt ſuperbum habitũ ſed caputia magna
crinalia ⁊ pepla cum quibus peccauerunt
quia vere penitentes debent abijcere ⁊
poſtponere illa quibus ad peccandum
vtebantur. Ergo ſi confeſſor querit an ip-
ſe confitens plus talia committere velit: ⁊
ſi reſpondit vere penitens nunq̃ vſq̃ ad
mortem: tunc debet dicere confeſſor. ha-
bes adhuc illa ornamenta cũ quibus pec
caſti ad quid valent: tunc amplius non
vis vti illis ad peccandũ: nec talia debes
dare filijs vel filiabus tuis ne des eis oc-
caſionem peccandi: alr̃s reus eris omniũ
peccatorũ que ipſi cõmittunt. Ergo ver⁹
penitẽs debet abijcere non ſolũ actũ ſed
etiã voluntatẽ ⁊ occaſionẽ peccandi. Un-
de ſi quis illicite chorizaſſet, et actum lu-
xurie extra matrimonium commiſiſſet vel
inebriatus fuiſſet vel etiam ſuam propriã
vxorẽ ſine cauſa ⁊ rõne percuſſiſſet q̃uis
illa omnia cõfiteretur: tamen ſi nõ habe-
ret firmum propoſitũ amplius talia di-
mittere: confeſſio ſua ſibi nihil proficeret
ergo oportet tecũ tali propoſito ad con-
feſſionẽ accedere q̃ amplius nõ velis illi-
cite chorizare: nec ſuperbire: nec ad taber
nas ire ⁊ inebriari: nec vxorẽ tuã legitimã
nec alios homines verbo vel facto mole-
ſtare. ¶ Tertij ſunt qui dolent de pecca
tis ⁊ confitentur peccata ſua: ſed ablata
non reſtituunt: illis confeſſio nihil profi-
cit: quia ſm Augu. Peccatum non dimit-
titur niſi ablatum reſtituatur. Et in hoc
non poteſt ille excuſare qui habet facul-
tatem reſtituendi: ſed ſi non habet ⁊ non
poteſt ſufficit volũtas. Sciendum autem
q̃ quilibet ſtatim reſtituere et proximo
ſuo ſatiſfacere tenetur anteq̃ ad cõmunio
nẽ accedat ſi cõmode põt. Sed ſi diceres
q̃uo debet fieri reſtitutio? Reſpondeo ſi
furtũ cõmiſſum per te fuerit occultũ re-
ſtitutio debet fieri per ſacerdotẽ vel p cõ-
feſſorẽ ſine expreſſiõe tui nois ne teipſum

infamet vel alia notificatione que vel di
recte vel indirecte duceret in tui cognitio
nem. Uel ſi iã cõmode nõ poteſt fieri reſti
tutio. tũc per eundem ſacerdotẽ debes
petere dilationẽ ab alio. vel ſi iã manife=
ſtum eſt tunc p̄ teipſum debes reſtituere
vel per teipſum dilationẽ petere. ⁊ ſi no=
luit tibi dare: tũc teneris recedere ab oĩ=
b⁹ tuis vſq; ad extremã neceſſitatẽ vt ei ĩ
dilata reſtitutio fiat. Sciendũ aũt q̄ qui
debita tenentur ſoluere proximis ſi termi
nus ſolutionis aduenerit ⁊ poſſunt ſolue
re ⁊ nolũt tales nõ dñt abſolui pctis nec
ad ꝯionẽ accedere niſi oĩa ſoluãt. Itẽ ſciẽ
dum q̄ nõ ſolũ magna ablata ſunt. reſti=
tuenda: ſed etiã parua verbi gratia. Si
ad pratũ proximi tui iuiſſes ⁊ ei contra vo
luntatẽ ſuam vnũ pannũ plenũ gramini=
bus abſtuliſſes vel ei alias in fructibus
vel ſegetibus ſcienter dannũ cũ pecorib⁹
tuis intuliſſes vel botros pira poma acce
piſſes: tũc teneris ſecundũ cõſiliũ confeſ
ſoris pro his omnib⁹ ſatiſfacere. Unde ſciẽ
dum q̄ qui ſic diuerſis hoĩbus parua dã
na intuliſſet ſ; ignorat quibus hominib⁹
dãnũ intulit tũc talis debet facere vnam
ſummã de omnibus illis paruis rebus: et
tũc cũ cõſilio ſui ſacerdotis vel cõfeſſoris
debet illã ſummã dare ad ſtructurã alicu
ius eccleſie. Et finaliter ad illam eccl'iam
in cuius parrochia illa dãna fecit: aut p̄t
illã dare pauperib⁹: cũ cõſilio tñ ſui ſacer
dotis. Itẽ notandũ q̄ vſurari⁹ q̄ vſurã ac
cepit ⁊ luſores q̄ ex auaritia ⁊ pp̄ter lucrũ
luſerũt: ⁊ mercatores qui emendo vel ven
dendo proximos deceperũt: ⁊ mechanici
vel laboratores qui in laboribus ſuis ſci=
enter fraudẽ cõmiſerunt. ⁊ ſerui ⁊ ancille
qui bõa dñorũ ſuoꝝ abſtulerũt omnes il
li nõ poſſunt abſolui niſi reſtituãt vnde di
citur in decre. Falſa pñia eſt cũ aliena nõ
reſtituuntur. liiij. diſt. Generalis. xiiij. q.
vj. Si res ⁊c. vnde Aug. ponitur in decre.
Nõ dimittitur pctm̃ ⁊c. Y Item ſciendũ
q̄ iſta reſtitutio nõ ſolũ de rebus iniuſtis
debet fieri: ſ; etiã de fama ⁊ honore hoĩs.
Grauius enim peccamus auferendo pro=
ximo famã bonã q̄ ſi auferamus ei quaſ
cunq; res temporales: q: fama eſt melior
q̄ res temporales poſſunt eſſe. Salomõ
prouerb. xxij. Melius eſt nomẽ bonũ q̄
diuitie multe. Ex quo patet q̄ d̄tractores
bone fame peiores ſunt q̄ fures ⁊ rapto=
res rerũ tẽporaliũ. Amb. Tolerabiliores
ſunt fures qui bona tẽporalia diripiunt q̄
detractores q̄ bonã famã noſtram dilace
rant. Ergo qui falſe proximũ infamat te
netur erga illos ad quos dixit reuocare
ſi vult conſequi veniã ſuorum peccatoꝝ
ergo detractores illi difficulter faciunt. vn
de Hieroni. Nõ facilis venia praua dixiſ=
ſe de rectis. Similiter illi grauiter peccãt
qui detractores libenter audiũt. vñ Ber.
Detrahere aut detrahentẽ audire quid
horũ dãnabilius ſit nõ facile dixerim. Un
de inter omnia peccata difficilius dimit
tuntur illa duo peccata: ſc; detractio: ⁊ in
iuſta rerũ ablatio. Et ratio eſt: q: ibi non
ſufficit cõtritio nec cõfeſſio: niſi fiat bone
fame ⁊ rerũ ablatorũ reſtitutio. A Quar
ti ſunt qui cõfitentur pctã ſua nec tñ ſuis
offenſorib⁹ idulgere volũt: ⁊ talis ꝯfeſſio
nõ ẽ ꝯfeſſio: q: nequaq̄ deus dimittit ſuã
offenſam niſi ⁊ nos noſtris offenſorib⁹ di
mittamus. vnde Aug. Unuſq̄ſq; talem in
dulgentiã accepturus eſt a deo qualẽ ip=
ſe dederit proximo. Sed diceres: qualiter
oportet me indulgere inimicis meis. Rñ
detur q̄ ſic oportet te indulgere vt vc; nõ
velis te ex vindicta vel rancore vindicare
nec verbo nec facto. Item vt nec vindictã
petas a deo ſuper ipſum euenire in futu=
rum. Itẽ vt omnia ſigna cõia charitatis
exhibeas q̄ alijs hominib⁹ prebere con=
ſueueras. ſ. loquendo vel ſalutando ⁊ ſic
de alijs. Sed cõtra hoc faciunt qui nolũt
aliquibus loqui nec ad domos eoꝝ ire:
nec eos in via ſalutare: nec ſalutantibus
reſpondere que omnia ſunt ſigna rãcoris
in corde q̄uis dicant ore ſe eis indulſiſſe
vnde Ray. ſuper mat. Nil prodeſt ore di=
mittere ſi ſeruant irã in corde. Ergo vere
penitens nõ ſolũ ore ſed etiã corde debet
indulgere. Unde ⁊ tanta poſſet eſſe iniu=
ria ⁊ offenſa ⁊ ex tanto feruore poſſet quis
indulgere ⁊ ignoſcere eã in ſe delinquẽti
q̄ per hoc cõſequeretur remiſſionem om
nium pctõꝝ. vnde Gre. Qui in ſe peccanti



clementer indulſit nullũ pcti veſtigiũ in
eius anima remanebit. Exẽplũ. Erat qui
dam miles qui occidit patrem alterius
militis. ⁊c. quere infra. ſer. cxx. S Scien
dũ tamẽ q̄ñ q̄s alteri iniuriã facit. tunc il
le tenetur offenſam dimittere. ſed iuſtitiã
p̄t ab eo exigere vt ei ſatiſfaciat ⁊ dam=
nũ recõpenſet ſecundũ q̄ iuſtitia dictaue
rit. Quinti ſunt qui ⁊ ſi vere peniteant ⁊
cõfiteantur pctã ſua omnia tamẽ imedia
te reſidiuãt talis penitẽtia erit inutilis. vn
de Aug. Inanis eſt penitẽtia quã ſequẽs
inquinat culpa. Idem nil vc; a malis ve=
niã poſcere ⁊ mala denuo iterare. B Sciẽ
dum q̄ recidiuãs poſtq̄ eſt cõſecutus re=
miſſionẽ omnium pctorũ ⁊ denuo peccat
peior efficitur q̄ antea. Lu. xj. Erunt no=
uiſſima illius hominis peiora prioribus.
Itẽ tales deum grauiter offendunt pro=
pter ingratitudinem. vnde Iſid. de ſum.
bo. Deriſor ⁊ nõ penitens eſt qui adhuc
agit propter quod penitet. v. g. Ebrioſus
de ebrietate ſua cõfitetur: ⁊ tamẽ ſtatim
econuerſo poſt paſcha inebriatur. Simili
ter blaſphemus: iracundus: ſuperbus lu
xurioſus: ⁊ ſic de alijs. Ergo pñia vera de
bet eſſe perſeuerans: hoc eſt vt ſemper do
leat ſe peccaſſe ⁊ itm̃ ei pctm̃ diſpliceat vt
nũq̄ ei libeat reiterare. Hug. de ſctõ vic.
Quando deus per cõtritionẽ abſoluit ho
minem a peccatis ligat eũ vinculo perpe
tue deteſtationis: vt peccatũ decetero ſẽ
per deteſtetur. Mat. x. Qui perſeuerauer=
rit vſq; in finem hic ſalu⁹ erit. C Sexti
ſunt qui cõfitentur tamẽ propter multitu
dinẽ pctõrũ: vel propter malã conſuetudi
nẽ peccandi diffidunt ſe facere poſſe peni
tentiam: nec per ꝯñs veniam cõſequentur.
Aug. Pñia que ex fiducia nõ procedit inu
tilis eſt ⁊ ſterilis manet ⁊ ſine miſericor=
dia. vnde Amb. Nõ poteſt bene agere pe
nitentiã qui non ſperat indulgentiã. Sic
cayn egit pñiam dicens. Maior eſt iniqui=
tas mea q̄ vt veniam merear. Sic etiam
iudas egit pñiam dicens: heu quia tradi=
di ſanguinem iuſtum: ⁊ ſic deſperans ſe=
ipſum ſuſpendit. Unde leo papa in quodã
ſer. Sceleratior omnibus o iuda ⁊ infeli
cior extitiſti: quem nõ pñia duxit ad do=
minum ſed deſperatio traxit ad laqueũ.
Unde verus penitens debet cum fiducia
bona cõfiteri ⁊ penitẽtiam agere etiam ſi
mille millia pctã mortalia cõmiſiſſet. vñ
Ber. Maior eſt dei pietas q̄ queuis ini=
quitas. xxvj. q. vj. his qui. Sicut enim ſcien
tia in medio maris: ita omnis iniquitas
hominis ad dei miſericordiam immo nul
la eſt comparatio quo ad pctã hoĩm que
ſunt finita ⁊ quo ad miſericordiam dei q̄
eſt infinita. vnde Ari. viij. phi. Finiti ad
infinitum nulla eſt proportio. Unde domi
nus dicit per Eze. In quacunq; hora pecca
tor ingemuerit. ⁊c. Item. Nolo mortẽ pe
catoris ⁊c. Septimi ſunt qui confitentur
peccata ſua: ⁊ tamẽ non reſignant officia
prohibita que ſine peccato mortali perfi=
cere nõ poſſunt. De hoc quere ante ſerm.
xliiij. R Octaui ſunt qui confitent̃ ex cõ=
ſuetudine ⁊ timore humano: nõ ex gratia
vel charitate ⁊ talis cõfeſſio nõ eſt deo ac
cepta nec homini ſalutifera: q: nõ ex cha=
ritate procedit: ſed ſolũ ex timore huma=
no ⁊ ex verecũdia: vt ſe alijs chriſtianis cõ
forment ⁊ ne ab alijs hoĩbus deſpician=
tur. D Et illorum qui ſolum ex timore ⁊
verecũdia humana ꝯfitentur ſunt duo ſi=
gna per que cognoſcuntur. Primum eſt
q̄ tales differunt ſuam cõfeſſionem vſq;
ad vltimam ſeptimanam quadrageſime
⁊ tunc quia vltra differre nõ poſſunt: cõfi=
tentur ex quadam verecundia ne videan
tur eſſe heretici vel pagani: ⁊ ne poſt mor
tẽ priuent̃ eccleſiaſtica ſepultura. q: ſecũdũ
ius canonicũ qui nõ cõfitentur in quadra
geſima nec cõicant in paſcha nõ debẽt ſe=
peliri i cymiterio vel ĩ aliq̄ loco ſacrato: ſ;
in cãpo: ſ; ſi liceret ⁊ nõ eẽt verecũdia: tũc
tales q̄ ſic diſtulerũt ꝯfeſſionẽ ſuã ad vlti
mam ebdomadã cũ tamẽ bene habuiſ=
ſent tẽpus ⁊ oportunitatẽ cõfitẽdi vlteri=
us differrent ⁊ raro vel nunq̄ cõfiterent̃
ſi hoĩes nõ timerent: ⁊ hoc eſt ſignũ q̄ nõ
hñt gratiã ⁊ charitatẽ q: ſcdm̃ Gre. Gra=
tia dei nõ ẽ otioſa operat̃ eñi magna ſi ẽ.
vñ Ber. O bone ieſu nõ eſt amor tu⁹ otio
ſus q̄ te diligũt nõ torpeſcunt: nõ ẽ amor
tuus trãſitoꝛi⁹ ſ; etern⁹. ex his ſequitur
q̄ ſi tales haberẽt grãm ⁊ charitatẽ tẽs

peſtiue fuiſſent moti ad cõfeſſionẽ ⁊ ad penitentiã agendã vt digne poſſent cõicare ⁊ ſacramentũ accipere: ⁊ vt opa eoꝝ eſſent deo accepta: qꝛ vnũ pater noſter vel vna dies ieiunij poſt cõfeſſionẽ ⁊ contritionem plus valet ꝙ̃ mille pater noſter: vel totam quadrageſimã ieiunaſſe in vno pctõ mortali. Scdm ſignũ eſt ꝙ tales tam cito poſt paſcha recidiuant ⁊ in nullo vitã ſuã emẽdant: qꝛ immediate poſt paſcha viuunt ſicut ante vixerunt ⁊ eadẽ peccata iterato cõmittunt que antea confeſſi fuerunt. Et hoc eſt ſignũ ꝙ nõ ſunt vere penitentes ſed ficte: ⁊ ꝙ nõ ex charitate ſed ex cõſuetudine penitentiã egerũt: nec firmũ ꝓpoſitum emendandi ſe habuerunt. Et de hoc quere exemplũ de illo q̃ triginta duos annos orauit ꝓ patre ſuo defuncto vt infra ſer. xcij. O Noni ſunt q̃ cõfitentur ⁊ penitentiam ſuſcipiunt: ſed eandẽ pniam non perficiũt: ⁊ talis cõfeſſio nõ ꝓficit ad ſalutem hoc patet ex eo: qꝛ eſt vnus caſus de quatuor caſib⁹ de q̃b⁹ cõfeſſio eſt iterãda. hoc quere ante ſer. xliij. N E Decimi ſunt q̃ vere penitent ⁊ quoꝝ pnĩa eſt ſalubris ⁊ ꝓficua: vt ſunt illi q̃ dolent de oĩb⁹ peccatis ſuis ⁊ cõfitent̃ oĩa peccata ſua integre in q̃b⁹ cognoſcũt ſe deliquiſſe: et hñt firmũ ꝓpoſitũ ampli⁹ nunq̃ velle peccare ⁊ parati ſunt ſatiſfacere ſm conſiliũ ſui cõfeſſoris, ⁊ ſm ſuã poſſibilitatẽ. ⁊ qui iſta hñt illi remiſſionẽ pctõꝝ ſuoꝝ conſequẽtur, etiã ſi tot pctã cõmiſiſſent quot ſũt gutte in mari: qꝛ mĩa dei ſuper oĩa opera eius. Et de iſta materia q̃re ſupra ſer. xx. N Item. xiiij. F Item ſermo. xiiij. Q.

Dominica in paſſione. Sermo. xlv.

Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eũ. Io. viij Ariſto. viij. ethi. vera amicitia hꝫ reamationẽ. Et qꝛ xp̃s vere nos dilexit: ſcḋꝫ illud Io. xv. Maiorẽ charitatẽ nemo ⁊c. Ideo de iure debemus eũ reamare: et ſpiritualiter in hoc vt paſſionẽ eius ſemp in mente habeam⁹ ac grãs ei referamus. Igitur in verbis p̃miſſis paſſio xp̃i nobis ad memoriã reducit̃ vbi dicit̃. Tulerunt ergo lapi. ⁊c. Notandũ ꝙ hec dñica vocatur dñica in paſſione: qꝛ occaſione reſuſcitationis lazari iudei celebrauerũt cõſiliũ in ſabbato ſicut heri: ⁊ diffinierunt oẽs cõſentiẽtes in necẽ dñi firmiter cõſpirando. Igitur eccleſia dñi ſuo xp̃o compatientes incipit ſicut heri in nocte cantare de paſſione xp̃i ⁊ ſingulis dieb⁹ cõtinuat vſq̃ ad paraſceuem. Unde in p̃nti ſer. de paſſione dñi tria ſunt dicenda. Primo quare eccl'ia cũ luctu preuenit paſſionẽ xp̃i. Scḋo quot modis iudei quiſierũt ieſum interficere. Tertio in quib⁹ xp̃s paſſus eſt pro nobis.

F Quantũ ad primũ ſciendũ eſt ꝙ eccleſia hodie incepit legere ⁊ cantare de paſſione xp̃i volens in hoc ſeruare modũ antiquoꝝ q̃ longo tpe flebant in veteri teſtamento mortẽ alicui⁹ reuerẽde perſone: et precipue ſi fuit ſctũs hõ. Unde Ioſeph cũ egyptus ſeptẽ dieb⁹ fleuit patrẽ ſuũ Iacob. Ge. vlti. Et filij iſrael in campeſtribus moab. xxx. dies fleuerũt moyſeꝫ defunctũ. Deut. xxxiiij. ſed eccleſia qꝛ non vult flere xp̃m iam reſuſcitatũ ideo p̃uenit eũ deflere ante diẽ mortis vt ſic multis dieb⁹ flere poſſit. Et merito qꝛ ipſe eſt ſctũs ſctõꝝ. Et ꝓpter hoc legit̃ etiã in ep'la hodie de effuſione ſanguinis xp̃i ⁊ de redẽptiõe humani gñis p ip̃m facta. Scḋo vt q̃ pro circulũ anni nõ cõpatiunt̃ xp̃o: ſaltẽ mõ illo tam ſacratiſſimo tpe incitent̃ ad cõpatiendum xp̃o. Tertio vt ſi aliqui adhuc nõ ſuſceperunt crucem penitentie: ſaltẽ modo ꝓuocati paſſione xp̃i accipiant crucẽ penitentie. Qui em̃ a peccatis alio tpe non cauebant ſaltẽ hoc tpe cauere dñt. Et qui ante non erubeſcebãt de ſuis pctis: ſaltẽ illo tẽpore dñi erubeſcere q̃m ſol irrationabilis creatura cõpatiẽdo creatori ſuo ſacco tenebrarũ ſe operuit quaſi erubeſceret ꝙ pro peccato creature ſue ceator moreret̃: ⁊ qui prius nõ timebat nec dolebat de peccatis ſuis modo dꝫ dolere ⁊ timere cũ paſſionem creatoris ⁊ ſaluatoris ſui audit ad quam terra tremuit. alioquin terre ponderoſior eſſe videtur ⁊ durior ſaxis que ſciſſa ſunt tempore paſſionis chriſti: vnde Grego. Cum ſaxa in paſſione chriſti ſciſſa ſunt duriora corda illa videt̃ur que audita paſſione domini non ſcinduntur. Item quod prius nõ ↄfitebatur peccata ſua modo ſaltem dꝫ ea cõfiteri cũ ad mentẽ ei reducitur paſſio dñi ad quã monumẽta aperta ſunt. Alioquin labia eius tenacius cõglutinata videntur ꝙ̃ lapides in monumentis cemẽto ad inuicẽ cõpacti. Itẽ q̃ prius nolebant deo ſeruire ſaltem dñt ei ſeruire illo ſacratiſſimo tempore: in quo dominus noſter ieſus xp̃s ſeruit nobis ſuſtinẽdo amaram mortẽ pro ſalute aĩarum noſtrarum. Eſa. xliij. Seruire me feciſtis: pro peccatis tuis: prebuiſti mihi laborẽ in iniquitatibus tuis. Unde etiã Berñ. Uniuerſi ſiquidẽ xp̃iani ſacra hac ſeptimana aut pro ſolito: aut preter ſolitũ pietatẽ colũt: modeſtiam: exhibent: humilitatem ſectãtur: induunt grauitatem, vt xp̃o patienti quodãmodo cõpati videantur. Quis em̃ tam irreligioſus vt non cõpungatur: quis tam inſolens vt nõ humilietur? quis tam iracũdus vt non indulgeat? quis tam delitioſus vt non abſtineat ⁊ ieiunet? quis tam flagitioſus ⁊ luxurioſus vt non contineat? quis tam malitioſus, vt non peniteat his diebus? Mirabilis paſſio tua domine ieſu chriſte que paſſiones omnium propulſauit ꝓpitiata eſt omnibus iniquitatibus: ⁊ nulli vnq̃ peſti noſtre inuenitur inefficax, quis enim tam vulnerat⁹ eſt ad mortem qui non tua morte ſaluetur?

2 G Quantũ ad ſecundũ ſciendũ ꝙ iudei xp̃o quatuor mortes volebant inferre. Primo volebant eum occidere cũ eſſet paruulus cum gladio vt herodes qui occidit innocentes pueros in betheleem ⁊ in omnibus eius finibus. Mat. ij. Sic eum occidimus cum iſtos perſequimur qui ſunt nouiter ad chriſtũ reuerſi. Similiter cũ damus illis pueris qui vſq̃ ad innocentiam ſeruauerunt malũ exẽm ⁊ occaſionem peccandi. ſimiliter deriſores bonorum hominum bonis operibus qui quandoq̃ bona opera extinguunt: ⁊ bonas voluntates in talibus bonis hominib⁹ quos ſic deridẽt ⁊ ſubſanãt. vnde p̃s. Qui habitat in celis irridebit eos. Luc. vj. Eadẽ menſura qua menſi fueritis remetiet̃ vob. hi oẽs iam dicti ſimiles ſunt herodi. Scḋo cum patriote xp̃i de nazareth tentauerũt eũ occidere p̃cipitio. Luc. iiij. Duxerũt illũ vſq̃ ad ſupercilium montis vt precipitarent eũ. Nazareth interpretat̃ flos ⁊ ſignificat cor hoĩs in quo xp̃s delectat̃ habitare tanq̃ in ſua ciuitate: qꝛ delitie eius ſunt eſſe cum filijs hominũ ſic educunt eũ indigne accedentes ad ſacramentũ euchariſtie de nazaret. i. de flore. ſ. de manibus mundi ipſius ſacerdotis ⁊ precitant eũ in fetidiſſimum ſtabulũ cordis ſui qḋ plenũ eſt ſpurcicijs peccati. hoc figuratum eſt in hiere. miſſo in lacũ lutoſum. Sed audi quid hic dicat celeſtis hiere. ſ. xp̃s Ecce ego in manibus veſtris ſum: facite mihi qḋ vobis iuſtum videtur. Et indigne cõmunicantibus dicit apoſtolus. j. Cor. x. Quicũq̃ manducauerit panem ⁊ bibe. ca. do. indi. reus erit cor. ⁊ ſan. do. Tertio iudei tentauerũt eũ occidere lapidibus vt in hodierno euangelio dicitur. Tulerunt ergo lapides. Iſti ſunt qui cũ malis cogitationibus ⁊ peruerſis voluntatibus eum lapidant. Similiter ⁊ iſti lapides tollunt contra euꝫ qui ſcꝫ ingrati ſunt de eius beneficijs ⁊ tales non ſolum ſunt ingrati: ſed etiam inſenſati. vnde etiam Augu. de ci. dei. Quiſquis dei beneficia non videt cecus eſt, nec laudat ingratus eſt, et quiſquis in laudando reluctatur: inſanus eſt. Quarto occiderunt eum crucifigendo ipſum, ⁊ tales ſunt qui iam xp̃m blaſphemant iurãdo p vulnera ⁊ ſanguinẽ, ⁊ mortẽ ipſi⁹. De quibus dicit Apoſtol⁹ heb. vj. Rurſum crucifigẽtes filium dei. ⁊ de pctõ blaſphemie: quere inferius ſer. cliiij. 3

O h Quantũ ad tertium ſciendum ꝙ xp̃s pati voluit in oĩb⁹ in q̃b⁹ nos peccamus. Peccam⁹ em̃ in trib⁹. ſ. corde: corpe: ⁊ in rebus. In his oĩa pctã q̃ cõmittim⁹ includunt̃. Quia autẽ vt Eſaias dicit. Dominus poſuit in eo iniquitates oĩm noſtrũ. Ideo ⁊ in his oĩbus pati voluit. Primo paſſus eſt in corde: qꝛ plenum erat omni triſtitia. vñ ipſe xp̃s dixit in mõte oliueti ad diſcipl'os. Triſtis ẽ aĩa mea vſq̃ ad mortem. Pro quo ſciendum ꝙ triſtitia chriſti ante paſſionem eius principaliter tribus cauſabat̃. Primo qꝛ oĩa que pati voluit pro redemptione generis hu

mani ſibi pſītia fuerunt. Cognouit enim
ſuam amarā paſſionē. ⁊ ſua debilia mem
bra. Ergo quādo rogabat patrē in monte
oliueti dicens. Pater mi ſi pōt fieri tran-
ſeat a me calix iſte, tūc cepit triſtari: paue-
re: ⁊ tedere ⁊ ſanguinē ſudare vt gutte p ve
ſtem ipſius vſq₃ ad terrā decurrent; quia
alias nunq̄₃ auditū fuit. Et ex hoc perfe-
cta cognoſcitur anxietas ⁊ triſtitia cordis
xp̄i. Scd̄o ex hoc q̄ cū mors ſua pretioſa
eſſet ſufficiēs reddimere infinitos mūdos
⁊ tñ in tam multis peccatorib⁹ fruſtrata
eſſet: ⁊ adhuc in futuro fruſtrabit̄. Nā xp̄s
cognouit in illa hora mortis ſue oēs ho-
mines qui ſaluandi: ⁊ qui dānandi eſſent.
Ideo conquerit̄ de dānandis per Eſa. di-
cens. In vanū laboraui: ſine cauſa fortitu
dinem meā cōſumpſi. Tertio ſuper oīa tri-
ſtabatur ſuper blaſphemiam qua dītas
patris ſui ſpreta ⁊ blaſphemata fuit dum
licet multū doleret in flagellatione ⁊ coro
natione ⁊ crucis afflixione ⁊ ſic de alijs. tñ
ille luctus ⁊ dolor intrinſecus quē habuit
de hoc q̄ inhonorabatur deitas: exceſſit
omnes alios dolores. ſic exēplo xp̄i: in no-
bis eſſe deberet q̄ in nulla re intantū tri-
ſtaremur: ſicut de iniuria dei. Secūdo xp̄s
paſſus eſt in ſuo ſanctiſſimo corpore. Sed
quis hoc ad plenū enarrare ſufficit q̄ta ⁊
qualia p nobis in ſuo ſanctiſſimo corpore
ſuſtinuit? Fuit enim penoſum ieſu chri-
ſto martyrium ex hoc q̄ omnes artus ſui
vulnerati ſunt: ita q̄ a planta pedis vſq₃
ad verticē in eo non fuit ſanitas: vbi pun-
ctus acus poſſet infigi. I Sed querit̄ qua-
re xp̄s ſic fuit vndiq₃ afflictus in toto cor-
pore ⁊ in oib⁹ mēbris? Reſpōdetur primo.
Ideo q̄ p oibus paſſus eſt: ⁊ homines in
oibus ſenſib⁹ ⁊ mēbris peccauerunt. ideo
ad ſatiſfaciendū in oib⁹ paſſus eſt artub⁹.
Et hoc eſſet cogitādū cuil₃ homini in me
moria paſſiōis xp̄i: nec ampli⁹ peccaret il
lis mēbris in quib⁹ xp̄s pro eo paſſus eſt.
Secundo ppter vniuerſalem mancipatio
nem. vnde apoſtolus. ij. Cor. v. Pro omni-
bus mortuus eſt chriſtus vt q̄ viuunt iam
non ſibi viuant: ſed ei qui pro ipſis mor-
tuus eſt. totus igitur eſt mortuus eſt vt to
tus homo eſſet ſuus ⁊ ſibi ſeruiret cū to-

to corpore ⁊ omnibus membris. Et ad hoc
quilibet etiam tenetur. vnde apoſtolus. i.
Cor. vj. Empti enim eſtis pretio magno
glorificate ⁊ portare deū in corde ⁊ corpo
re veſtro. Tertio ratione integre dilectio-
nis que nobis oſtendit cū totū corpus ſuū
⁊ oīa mēbra morti expoſuit. vnde Ber. Si
dn̄s noſter ieſus xp̄s habuiſſet tot mēbra
in corpe ſuo q̄t ſunt ſtelle in firmamento:
⁊ vnūquodq₃ mēbrum vitā habuiſſet: oīa
ſingulatim morti expoſuiſſet anteq̄₃ vnā₃
aīam in faucib⁹ diaboli dimiſiſſet. Tertio
paſſus eſt in reb⁹ p pauptatē. Nā pauper
fuit: paupior: pauprim⁹. Pauper: q̄ veſti-
bus denudat⁹ corā notis ſuis ⁊ omni po-
pulo in cruce nudus extēſus eſt. Paupior
q̄ hauſtū vinum habere nō potuit q̄n di-
xit in cruce. Sitio. vbi nec vinum: nec me-
donem: nec ceruiſiam noīauit: ſ₃ dixit ſim-
pliciter Sitio. Et p tunc ipſe creator mū-
di de oibus liquorib⁹ in extrema hora vi-
te ſue vnū hauſtum habere nō potuit.
Pro quo ſciendū q̄ xp̄s triplicem ſitim ha-
buit. Primo habuit ſitim naturalē pp̄ter
penas quas ſuſtinuit. nec mirū ſi ſitiuit:
q̄ minuti naturalr̄ ſitiunt. Ipſe eīm xp̄s ex
oibus membris ⁊ oib⁹ venis ſui ſanctiſſi-
mi corpis ſanguinē emiſit ppter q̄d corp
ſuū ſanctiſſimū iam totalr̄ a ſanguine ex-
citatū fuit in cruce: ⁊ ideo naturaliter ſiti-
uit. ſecūdo habebat ſiti₃ ſalutis nr̄e: ⁊ hoc
ppter maximā charitatē ſuā qua nos dile
xit. Unde etiā Amb. xp̄s ppter inflāmati
dilectionē ſui cordis ſitiuit noſtrā ſalutē
ſpiritualiter. vnde etiā Ber. O bone ieſu
cur de cruce taces ⁊ d̄ ſiti clamas? an ſitis
te plus cruciat q̄₃ crucis ſuppliciū? Et q̄d
tu bone ieſu ſitis? Et reſpondet Ber. in p̄-
ſona xp̄i. Sitio plane ſed plus ſitio veſtrā
ſalutē: fidem: penitētiam: ⁊ cōpaſſionem.
Tertio ſitiuit ideo vt penam ſuſtineret in
lingua ſua: ſicut in ceteris mēbris ſuis. vn
de p̄s. Dederunt in eſcam meā fel ⁊ in ſiti
mea potauerunt me aceto. L Tertio paſ
ſus eſt xp̄s in rebus: q̄ pauperrimus fuit
hoc patet: q̄ nō habuit vbi caput ſuum re
clinaret. Quis vnq̄₃ tam pauperrimus
exul mortuus eſt ſicut xp̄s. Nam oēs qui
moriuntur in terra: vel ſaltem habent ſtra



minā aut ſtropodia ſeu lectiſternia. Ieſus
autem marie fili⁹ creator redēptor ⁊ ſal-
uator noſter his oibus caruit in cruce. Itē
ſi pauperes nō habent vti lectiſternijs ſup
quibus leniter quieſcere poſſunt: tamē ad
capud corū habent lineū vel lapideū face
re ceruical: aut ſtropidiū: ſicut legitur de
ſancto dominico q̄ pernoctando in eccle-
ſijs reclinauit caput ſuū ante altare: ⁊ ſu-
per vnū lepidē. Similiter de ſancto fran-
ciſco. Sed xp̄s ieſus non habuit in cruce
vbi caput ſuū reclinaret. Matt. viij. Vul-
pes foueas habent ⁊c. ſed ex hoc te cōpun
gat ſup oīa ad lachrymas fundēdas ama
riſſimas q̄ ſi etiā habuit oīa mollia mun
di ſtramenta nō alleuiaſſent eius dolorē
capitis nec totius corpis: ex eo q̄ caput
ſuum dire infixu ⁊ cōpunctum ⁊ cruentatū
portauit coronam ſpineam: ⁊ ſicut corona
voluiſſet ⁊ potuiſſet alicubi reclinaſſe: pl⁹
ipſum leſiſſet ⁊ cruentare feciſſet. Quādo
ergo aliquē dolorē capitis ſenſerimus ad
memoriam debemus inuocare hanc coro
nationem ieſu xp̄i. Et q̄n etiā ſuauiter dor
mimus in lectis mollibus: tunc durū lectū
xp̄i in cruce pendentis: extenſis mēbris: et
venis recordemur. M Sicut quidā deuo
tus amator paſſionis ieſu xp̄i ſolebat no-
cturnis temporibus ſingulis medijs nocti
bus ſurgere ad memorandū dn̄icam paſ-
ſionem et genibus flexis protenſiſq₃ ma-
nibus in celū ita orare cōſueuerat multis
annis. O mi dn̄e ieſu xp̄e tu pro me ⁊ om
nibus peccatoribus tam paſſus es: ⁊ nul-
lus tecum vigilat aut ibi dignatus eſt cō-
pati. Hec ⁊ ſimilia orabat. ⁊ demū in bono
fine ſalubriter moriebatur ſic ⁊ nos facere
deberemus quando dormitum iremus vt
memoriā dn̄ice paſſionis ad lectū quietis
nobiſcum portaremus. Ultimo nota exē-
plum. Legitur q̄ quidam erat aſſuetus q̄
quotiens lectum intrabat: ⁊ quotiens de
eo ſurgebat: deprecabatur vt ille qui eſt
rex iudeorum ideſt confitentium daret ei
de hoc ſeculo migrare cum vera cōfeſſione
ſuorum peccatorū: ⁊ dicebat illum titulū.
Ieſus nazarenus rex iudeorum miſerere
mei: imprimēdo crucē cū pollice ſup caput
ſuum ⁊ ſuper faciem ⁊ ſub pectus. Et quo

tiens illa verba dicebat ſemper cōcluſit in
fine. In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſan
cti. Amē. Cum autē deo permittente ſubi
tanea morte preuentus eſſet: ⁊ demones
vellent eū rapere vir lucidus eos ab eo fu
gauit. Et cū duceret eum per medias te-
nebras ſubito diſparuit. Et vbi ſignu₃ cru
cis imprimere cōſueuerat inde nimius ſplē-
dor egrediebatur qui eum in medijs tene
bris illuminauit. Dum autē demōes aſcē-
derent de abiſſo eū rapere volentes: ſplen
dor crucis ita eos terrebat q̄ non aude-
bant ei manus imponere. Tunc predictus
vir lucidus et ſplendidus ſubito a longe
apparuit: ⁊ accedens dixit ei q̄ ſummus iu
dex licet eſſet condēnatus ſm̄ ſuorū pecca
torum exigentiam: tamen ppter deuotio-
nem quā habuerat circa eius paſſionem
⁊ noīs eius triūphalis tituli inuocatione₃
⁊ crucis impreſſionē ei parcebat volēs vt
rediret ad priſtinam vitam ⁊ confiteretur
peccata ſua: ⁊ ſi vellet vitā in melius emē
daret: q̄d factū eſt. Et laudabiliter poſtea
vixit: ⁊ in domino quieuit.

¶ De eadem dn̄ica in paſſione.

Qui ex deo eſt verba dei audit ⁊c.
Iſtum ſermonem quere ante. ſer.
xxxv. U.

¶ In dn̄ica palma. ſer. xlvj. de indigne cō
municantibus.

Benedictus qui venit in no-
mine domini. Matthe. xxj.
Marc. xj. Lu. xix. Jo. xij. Ho
die ſancta mr̄ eccleſia duas
proceſſiones recolit. Prima
fuit quando iudei ſe xp̄o a
monte oliueti vſq₃ in hieruſalem cum ra-
mis palmarum ⁊ oliuarum ⁊ magnis can
ticis aſſociauerunt de qua agitur in euan
gelio hodierno. Secunda pceſſio fuit qua
a hieruſalem vſq₃ ad locu₃ caluarie igno
minioſe fuit ductus. De qua habetur in
paſſione que hodie legitur ſolēniter in ec-
cleſia. vnde in pn̄ti ſer. tria ſunt dicenda.
Primo quō differūt ille due pceſſio. Scd̄o
de iſta ſanctiſſima ſeptimana in q̄ ſingu-
lis dieb⁹ xp̄s opa nr̄e ſalutis exercuit. Ter
tio de idigne cōicātib⁹. N. Quātū ad pmū.

ſciendū ꝙ ille due ꝓceſſiones differunt. Primo qꝛ ſicut hodie cū honore iudei xp̄o obuiauerūt ⁊ eū in hierl'm introduxerunt ſic ecōuerſo quinta feria poſt cenā miniſtri principum ⁊ ſacerdotum obuiauerūt ſibi cum gladijs ⁊ fuſtibus vt apprehēderent eum. Itē ſicut hodie cuꝫ honore a diſcipulis ſuis ſuper aſſellū eſt poſitus: ita in ſexta feria a iudeis ignominioſe eſt eleuatus in crucē. Itē ſicut hodie veſtimenta ſua ſtrauerūt in via: ita ſexta feria ſpoliauerunt eū veſtimentis proprijs. Iteꝫ ſicut hodie cum palmaꝝ ramis eū honorauerunt ita ſexta feria cuꝫ virgis eum flagellauerunt ⁊ cū ſpinis eū coronauerunt. Item ſicut hodie regem ⁊ ſaluatorē eum appellauerunt dic. Oſanna filio dauid: ſic ecōtra ſexta feria eū regē ⁊ ſaluatorē negauerūt dicē. Nō hēmus regē niſi ceſarē. Itē alios ſaluos fecit: ſeipſum ſaluū facere non pōt. Itē hodie bn̄dictum eū nominauerūt dicētes. Bn̄dictus q̄ venit in noīe dn̄i: ſic ecōtra ſexta feria noīauerunt eum malefactorē ⁊ ſeductorē ⁊ dignum morte clamantes crucifige: crucifige eū. Itē ſi nō eſſet hic male. ⁊c. ¶ Quātū ad ſcdm ſciēdum ꝙ in illa ſanctiſſima ſeptimana ſingulis diebus xp̄s opera nr̄e ſalutis exercuit. Vn̄ ꝓpter exercitia ⁊ officia que fecit ſingulis diebus vnū ſpūale nomē eſt ſibi ſortitū. nā heri. ſ. in ſabbato palmaꝝ fuit hoſpes amicabilis. Vn̄ eſterna die venit bethaniam ad Marthā ſuā hoſpitē ⁊ dilectam ſuam mariā magdalenā q̄ fecerunt ei cenam in qua Lazarus reſuſcitatus cuꝫ xp̄o comedebat in ſignū vere reſuſcitationis: vt hr̄ Jo. xij. Tunc multi iudei qui de diuerſis mundi partibus hierl'm venerant ad feſtū pache vt ſe ſanctificarent iuxta p̄ceptum dn̄i. Hi cum audiſſent ꝙ ieſus hoc miraculum famoſum in reſuſcitatione Lazari fecerat. vn̄ hr̄ Jo. xij. tūc venerūt i bethaniam eo ꝙ xp̄s eſſet ibi vt eū viderēt: ⁊ etiā Lazarum quē a morte ſuſcitauerat ſicut legit̄ i craſtino euang. Itē xp̄s hodie nominat̄ rex humilis: manſuetus. ſicut in ꝓceſſione hodierna audiſtis cantare: et inſuper eum ſup aſinam hodie ſicut regē vidiſtis eqtare. Itē cras. ſ. in. ij. feria poſt palmarum xp̄s noīatur iudex miſericors qꝛ feria ſecunda diluculo iterum venit de bethania in hierl'm ⁊ intrauit tēplum. tūc ſcribe et phariſei adduxerunt ad adulteram volentes ieſum capere in ſermone vt accuſarēt eū dicētes. Magiſter hec mulier dep̄hēſa eſt in adulterio. in lege autem moyſes mandauit nobis huiōi lapidare: tu ergo qd dicis? Tūc dixit eis. Qui ſine peccato eſt veſtrū primus in illā lapidem mittat. hoc aūt audiētes vnus poſt vnū exibāt de tēplo incipientes a ſenioribus ⁊ remanſit ieſus ſolus ⁊ mulier in medio ſtās ⁊ ſic ieſus diſſipauit inſidias phariſeorum ⁊ ſcribaꝝ ⁊ mulierē peccatricem nō ſolum de manib⁹ eoꝝ liberauit: verum ēt a peccato abſoluit dicens. Nec ego te condēnabo: vade ⁊ amplius noli peccare. Itē tertia feria noīatur chriſtus ꝓpheta ſapiens: qꝛ tūc deſtructionē hierl'm predixit qn̄ diſcipuli oſtenderūt ei edificiū templi dicentes. Ecce magiſter q̄les lapides ⁊ quales ſtructure. Rn̄dit. Non relinquet lapis ſup lapidē q̄ nō deſtruat̄. itē p̄dixit diem iudicij dicens. Cū venerit filius hominis ſtatuet oues a dextris hedos autē a ſiniſtris. itē predixit mortē ſuam dicens. Adhuc modicū xp̄s vobiſcū ſum. itē quarta feria manſit chriſt⁹ in bethania: nec illo die iuit in hierl'm. Et tūc iudas iuit ad principes ſacerdotū ⁊ ad ſeniores populi dicens. Quid vultis mihi dare, ⁊ ego eum vobis tradam? Et ſic xp̄s illa die vēditus fuit pro. xxx. denarijs. vn̄ eadē die legitur in ꝓphetia miſſe. Ecce merces eius cū eo. itē q̄nta feria xp̄s nominat̄ panis viuus, qꝛ poſt eſum agni xp̄s ſacr̄m euchariſtie inſtituit: vn̄ ipſe dicit vt hr̄ Jo. vj. Ego ſum panis viuus qui de celo deſcendi. itē ſexta feria nominatur agnus occiſus in cruce immolatus. vn̄ dr̄. Eſai. liij. Sicut ouis ad occiſionē deducet̄ ⁊ quaſi agnus corā tondente ſe obtumeſcet: ⁊ nō aperiet os ſuū. itē ſabbato xp̄s nominat̄ granū frumenti in terra mortuū. i. ſepultum. vnde Jo. xij. Si granū frumenti cadens in terra mortuum fuerit: multū fructū affert. Item in die paſche xp̄s nominat̄ leo. vnde Ap. v. Ecce vicit leo de tribu iuda. Nā xp̄s illo die mortem vicit: diabolū ſuperauit: et clauſtra iferni deſtruxit: ⁊ ſanctos patres inde liberauit.



¶ Quantū ad tertiū ſciēduꝫ ꝙ ſicut qlibet homo illo ſacratiſſimo tēpore paſche dꝫ cōmunicare: tunc iā dicendum eſt de periculis indigne cōmunicantium. Quorum primū eſt ꝙ tales indigne cōmunicantes homicide ſunt xp̄i. vn̄ vj. Co. vj. Quicūqꝫ manducat panē ⁊ bibit ca. do. indi. reus erit cor. ⁊ ſan. do. Ambro. Qui indigne xp̄m ſumit idē eſt ac ſi xp̄m interficeret. Unde dicit Guil. lug. Si quis ſciret qui fidem haberet ſe ſemel xp̄m crucifixiſſe: ipſe vellet nudis pedibus toto tēpore vite ſue penitentiā agere. Quid ergo deberent illi facere qui tam multotiēs indigne communicauerunt: ⁊ peccatuꝫ ſimile illi peccato totiens commiſerunt. vnde Gre. Magis peccat qui ſpernit regnanteꝫ in celo: q̄ꝫ qui crucifixit degentē in terra. Secundo tales quandoqꝫ puniunt̄ in corpore: quia interdum infirmantur poſt indignaꝫ cōmunionē: vnde Apl's. j. Cor. xj. Ideo iter vos multi infirmi ⁊ imbecilles: ⁊ in ſignum huius poſt paſcha tales indigne communicantes cum infirmitatib⁹ a deo plagant̄: imo quod maius eſt quandoqꝫ poſt indignam cōmunicationē morte ſubitanea moriuntur. vnde legitur ꝙ q̄dam ſacerdos prohibuit quemdaꝫ peccatorem a communione qui confuſione humana ductus acceſſit ad cōmunionē cuꝫ ceteris hominibus. Et q̄ꝫ cito corpus chriſti ad inquinatuꝫ os ſuū accepit tam cito infelicem animam ſuam tradidit ⁊ expirauit morte ſubitanea coram omni populo. Tertio peiores ſunt tales iudeis. Primo in hoc quod iudei ignoranter chriſtū crucifixerunt. vnde Apl's. j. Cor. ij. Si cognouiſſent nunq̄ꝫ dominum glorie crucifixiſſent. Si iſti chriſtiani indigne communicantes peccant ſcienter: quia ibi credunt eſſe creatorem ſuum: ſcꝫ ieſum chriſtū marie filiuꝫ. Et q̄ꝫto grauius eſt peccare ſciēter q̄ꝫ ignoranter: tāto peiores ſunt indigne communicantes ipſis iudeis. Et in ſignum iſtius xp̄s non pōt orare pro talib⁹ prēm ſuū ſicut orauit ꝓ iudeis dicēs. Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciūt, Secundo qꝛ cōtumelia crucifixionis xp̄i tantū ſemel a iudeis eſt illata: ſꝫ ab indigne cōmunicātibus totiens quotiēs indigne ad ſacramentū acceſſerit. vn̄ Apl's. ad He. vj. Rurſum crucifigentes filiū dei. Quarto qꝛ tale iudiciū ſibi manducat et bibit. vn̄ Apl's. j. Corint. xj. qui mādūcat ⁊ bibit indigne iudicium ſibi manducat ⁊ bibit. Et ſic ꝑiter incidūt in illam ſententiam quam dn̄s dicturus eſt in extremo iudicio ad illos q̄ a ſiniſtris eius erūt. Ite maledicti in ignē eternum. Quinto tales īdigne ꝯmunicantes ſimiles ſunt iude: et eis cōtinget ſicut iude. De quo legit̄ ꝙ ſathanas in eū introiuit ⁊ xp̄m tradidit: et deſperauit ⁊ poſtmoduꝫ ſeipſum ſuſpendit. Sic indigne cōicans incidit in maiorē ꝑtātē diaboli q̄ꝫ antea fuit. ſecūdo iudas xp̄m tradidit ⁊ iudeis vendidit: ſed indigne cōicans peius facit. Vn̄ Remigius. ve tradētibus xp̄m ad crufigendū: ſed ve cū maligna cōſcientia ſub ſacramento ſumētibus illū. Et ſi non tradant iudeis ad crucifigēdum tradunt tamē ipſum membris inimici ad ſumēdū. vn̄ ēt Aug. magis peccant qui tradūt xp̄m peccatoribus q̄ꝫ q̄ tradidit euꝫ iudeis crucifixoribus. Ergo xp̄s poteſt dicere ſecūdum Grego. de quolibet ſumēte corpus ſuū indigne ſicut dixit de iuda. Verūtamē ecce manus tradētis me mecum eſt in menſa. Sicut iudas tradidit xp̄m perſecutoribus: ſic ſumēs corpus ſuum indigne tradit illū inquantum in ſe eſt demonibus: dū ponit eū in locū qui eſt demonum. Sexto qꝛ eſt magna ingratitudo que ibi cōmittit̄. Nā in ſacramēto illo mors xp̄i figurat̄ quā ꝓ hoībus ſubſtituit: vn̄ Apl's. j. Co. xj. Quotiēſcunqꝫ manducabitis panē hūc ⁊ calicē bibetis mortem dn̄i annūciabitis, donec veniat. vnde ēt xp̄s qn̄ hoc ſacramētū īſtituit dixit. hoc facite in meā commemorationem. Valde enim magna ingratitudo eſt ei contumeliam inferre ⁊ eius vulnera renouare quē recordatur mortuum pro ſuo amore ⁊ ſalute. Unde dominus poteſt dicere īdigne cōmunicanti illud ps. Sup dolorē vulneꝝ meorū addiderūt. Item magna ingratitudo eſt qꝛ ibi venit diuina maieſtas viſita

re hoīez in ſacramēto altaris: ⁊ hoc cũ ple
nitudine chariſmatũ ⁊ gratiarũ. Uñ illud
ſacramētũ vocat̃ euchariſtia. i. bona gr̃a.
miſer homo nõ timet ei cõtumeliã inferre
quē pro poſſe tenet̃ honorare. ſatis admi-
rari poſſum⁹ in hoc diuinã bonitatē ⁊ in-
humanã peruerſitatē. vnde bene põt dici
de dño noſtro Jeſu xp̃o illud. Eccľia. xix.
Paſcet. ſ. cũ proprio corpore ⁊ portabit. ſ.
cũ ſanguine ſuo p̃rioſo ingratos: ⁊ adhuc
amara audiet. Septimo qꝛ tales indigne
cõicãtes infeliciores videnť eſſe ceteris pec
catorib⁹. Ip̃m eñ ſummũ bonũ eſt eis no
xiũ: ⁊ ex ipſa medicina infirmanť: ⁊ ex ipſa
vita moriunť. qꝛ ſicut ex illo ſacramēto di
gne cõicantes acq̃rũt ſibi vitã eternã. ſm̃
illud Jo. vj. Qui mãducat hũc panē viuet
ineternũ. Sic ex eodē ſacramento indigne
cõicantes incurrũt eternã dãnationē. Uñ
Chry. ſuper Jo. Sicut corporalis cib⁹ cuꝫ
ventrē inuenerit diuerſis morbis occupa
tũ amplius ledit magis nocet: ⁊ nullũ pre
ſtat auxiliũ. Ita ſp̃ũalis cibus ſi aliquē re
perit malignitate pollutũ: magis eũ ꝑdit
nõ ſua natura: ſed accipiētis vitio. ¶ Uñ
ſciendũ ꝙ q̃libet cũ deuotione ⁊ reueren-
tia ⁊ cũ timore ad hoc ſacramentũ dꝫ ac-
cedere. Et ad hoc incitãt nos diuerſa exē-
pla ſacre ſcripture. Nã ſctũs Joan. bap. in
vtero matris ſanctificat⁹ a pueritia in he
remo cõuerſatus inuitat⁹ a dño vt cũ ba-
ptizaret timuit tãgere verticē dñi. Unde
cãtat eccleſia. Baptiſta cõtremuit: ⁊ non
audet tãgere ſanctũ dei verticē: ſꝫ clamat
cum tremore ſanctifica me ſaluator. Quã-
tomagis eũ timere debemus q̃n totũ cor-
pus ſumimus: ex quo Jo. in tantũ timuit
verticē dñi tãgere qui tante ſctitatis fuit
ꝙ xp̃s de eo in euan. teſtimoniũ perhibet
di. Inter natos mulierũ nõ ſurrexit maior
Jo. bap. Itē btũs Mar. abſcidit ſibi polli-
cem vt ineptus eſſet ſacerdotio. tm̃ eñ ve
rebatur corporis dñi cõſecrationē. Itē qui
dam ſenior inter heremitas cũ ab illis eli-
geretur in ſacerdotē ⁊ ab ep̃o eſſet ordina
tus ait. Licet ergo ſacerdos ſim ordinat⁹:
tñ in vita mea nunq̃ conficiã. reputans ſe
indignũ cõficere corpus xp̃i. vnde Matt.
viij. Legitur ꝙ cēturio dixit xp̃o dicēti ei.

Ego veniã ⁊ curabo puerũ tuũ. Dñe non
ſum dignus vt intres ſub tectũ meũ. Sic
quilibet cum vera humilitate ⁊ reuerētia
ad hoc ſacramentũ dꝫ accedere cogitãdo
ſic. O deus ad illud venerabile ſacramen
tum nõ ſufficerēt mille anni ad p̃parati-
nem cõdignã. Quãtomagis ego miſer in-
dignus ſum: qꝛ quotidie pecco: ⁊ heu im-
preparatus accedo q̃uis eñ non ſum di-
gnus tñ bene ſum neceſſarius hac ſalubri
medicina. vnde Amb. Qui vulnus hꝫ que
rat medicinã. vulnus eſt qꝛ ſub pctõ ſum⁹
medicina eſt celeſte ⁊ venerabile ſacramē
tum. ℞ Ultimo nota exemplũ de digne
⁊ indigne cõicãtibus. Legitur in li. de do-
nis ꝙ quidã ſctũs ep̃s in feſto paſche do-
minũ rogauit vt ſibi reuelaret merita tũc
cõicantiũ. Et dñs oſtēdit ei. Et vidit ali-
quos quaſi piſcem nigros: aliquos quaſi
ferrũ ignitos: aliquos vero ſanguinolen-
tos ceteros vero vt ſolē fulgidos. Et dixit
ei angelus dñi. Nigri ſunt luxurioſi ⁊ ſu-
perbi. Igniti auari ſanguinolēti iracũdi ⁊
blaſphemi qui oēs ſunt indigni ⁊ indigne
acceſſerũt q̃uis eñ ſunt contriti ⁊ cõfeſſi
non tñ habēt firmũ propoſitũ in futurum
abſtinēdi. Ceteri vero qui ſunt lucidi ſunt
iſti qui digne acceſſerũt cum firmo ꝓpoſi
to abſtinēdi emēdandi vitam ſuam.

¶ In cena domini. Sermo. xlvij.

Probet aũt ſeip̃m homo ⁊ ſic de
pane illo edat ⁊ de calice bibat.
j. Cor. xj. Ariſt. ij. de anima. Si
mile a ſimili nutriť: ſic ptꝫ in ci
bo digeſto a quo corpus nutri-
tur. Cum autē cibus iſte: ſcꝫ corpus chri
ſti ſit mũdiſſim⁹ cibus exigitur ꝙ anima
que nutriri dꝫ ab iſto cibo ſit mũda. alio-
quin non nutriret: ſed potius corrũperet.
ergo in verbis premiſſis admoneť vnuſ-
quiſq̃ noſtrum vt ſeipſum probet ⁊c. Ex
quo eſt tēpus cõmunicandi: tunc in preſen
ti ſer. tria ſunt dicēda. Primo ponēde ſunt
alique queſtiones de acceſſu ad ſacramē-
tum euchariſtie. Secũdo q̃ꝫ bonum ſit cõ-
municare digne. Tertio quomodo et per
que homo dꝫ ſeipſum probare. ℥ Quan-
tum ad primũ tũc queritur vtrum omnis
homo teneatur illo ſacratiſſimo tempore
cõmunicare.



cõmunicare. Rñdetur ꝙ ſic. Nam eccleſia
ſtatuit ꝙ omnis fidelis ſaltē ſemel in an-
no teneť ex p̃cepto poſtq̃ ad annos diſcre
tionis ꝑuenerit confiteri omnia peccata
ſua ⁊ cõmunicare ſaltē tempore paſche et
qui nõ ꝯmunicat in paſcha: viuēs ab igreſ
ſu eccleſie prohibeat̃: ⁊ mortu⁹ careat ec-
cleſiaſtica ſepultura: vt ptꝫ extra de pe. et
re. ca. Omnis vtriuſq̃. Circa qđ q̃riť vtruꝫ
pueris: ⁊ in qua etate ſit dãdum ſacramē-
tum euchariſtie? Rñdetur ſm ſanc. Tho.
in. iiij. diſt. ix. Pueris carentibus vſu ratio
nis q̃ non pñt diſcernere inter cibũ ſp̃ũa-
lem ⁊ corporalem non dꝫ corpus xp̃i dari-
ad ipſum exigiť actualis deuotio quã ta-
les pueri habere non pñt ſed pueris inci-
pientibus habere diſcretionē etiã añ per
fectam etatem puta cũ ſunt. x. vel. xj. an-
norum poteſt dari ſi in eis diſcretionis ſi
gna ⁊ deuotionis appareant. hec ille. Et
ratio huius eſt qꝛ ad percipiēdũ ſacramē-
tum euchariſtie requiritur deuotio actua-
lis, ⁊ tales pueri quandoq̃ maiorē diſcre
tionem: deuotionem: ⁊ effectum habēt ad
ſacramentum q̃ꝫ alius qui eſt quãdoq̃. xx.
annorum. ℭ Unde exēplũ legiť in dial.
Ceſarij ꝙ cum q̃daꝫ puer infirmareť vſq̃
ad mortem ſp̃ũſancto afflatus corpus dñi
ſibi dare petijt. Cumq̃ parentes compe-
ſcerēt: ille fortiter clamauit: date mihi cor-
pus domini date mihi hoc tertio repetēs
delatum igitur hoc verbũ ad ſacerdotem
qui dũ diceret nõ eſſe ſecurum tali puero
qui nõ intelligit q̃d ſacramentum ſit dare
corpus dñi: ⁊ cum puer nollet quieſcere: ſꝫ
ſemper ⁊ inſtanter peteret corpus domini
tunc ſacerdos detulit ſibi hoſtiã nõ bene-
dictam: quã cum ei porrigere vellet, ⁊ dice
ret ei ecce hoc eſt corpus dñi vt dñs ex ore
infantium perficeret laudē: ⁊ deſtrueret
perfidiam multorum q̃ de eodē ſacramē-
to male ſentiunt inſpirauit puero vt rñde-
ret quare vultis me decipere non eſt cor-
pus domini qđ mihi offert̃. Ad qđ verbuꝫ
ſacerdos admirans, ⁊ puero aliq̃d diuinũ
inſpiratum arbitrans ei ſacram commu-
nionem attulit quã puer deuote ſuſcepit:
⁊ ſic vitã ſuã in bono finiuit: ergo paren-
tes debent pueros informare q̃uo confite

ri debent de decem p̃ceptis: ⁊ de ſeptē pec
catis mortalibus ſi ſaltē rei ſunt: ⁊ q̃uo de
bent habere firmũ propoſitũ ampli⁹ ab-
ſtinendi a peccatis: ⁊ que bona eueniunt
ex digna cõicatione. Itē q̃ritur vtrum cor-
pus xp̃i debeat dari amētibus? Rñdetur
ſm. b. Tho. i. iiij. di. ix. ꝙ diſtinguendũ eſt
q̃dam eñ dicunť large amētes: qꝛ debileꝫ
habent mentē: tñ ſunt aliquo modo doci
les eorũ que ad fidem ⁊ deuotionē ſacra-
menti pertinent ⁊ talibus non dꝫ corpus
xp̃i denegari. Quidã eñ ſunt oĩno caren-
tes iudicio rõnis, ⁊ iſti ſi fuerint tales a na
tiuitate non dꝫ eis dari: qꝛ non pñt ad de
uotionem induci que requiriť ad ſacramē
tum. Si vero inciderũt in amentiã poſt fi
dem ⁊ deuotionē ſacramēti tũc debet eis
dari niſi timeať periculũ de vomitu vľ de
expuitione vel aliquo hm̃oi ℭ Item que-
ritur vtrũ corp⁹ xp̃i tm̃ a ieiunis ꝑcipi de-
beat. Rñdetur ꝙ ſic: qꝛ poſt ſumptionē aq̃
vel alterius cibi aut potus vel etiam me-
dicine in q̃ꝫtũcunq̃ parua q̃ꝫtitate nõ licet
hoc ſacramentũ recipere ⁊ ideo ſi poſt me
diam noctē ſumpſerit aliquid per moduꝫ
cibi aut potus non debet ea die hoc ſacra
mentum ſumere. ⁊ Jo. de ſctõ Gemi. dicit
ad hoc ſacramentũ debent homines acce
dere ſobrij. Primo q̃dem vt Augu. dicit in
honorem huius ſacramenti. vt: ſcꝫ nullus
alius cibus intret in nos ante iſtũ ſicut eſt
in vtero virginis marie nullus alius fuit
preconceptus: nec in ſepulchro xp̃i aliq̃s
fuit ante poſitus. Secũdo propter figura
tionem: vt ſcilicet detur intelligi ꝙ xp̃s q̃
eſt res huius ſacramenti ⁊ charitas eius
debeat ante omnia primo fundari in cor-
dibus nr̃is. vñ Mat. vj. Primũ querite re-
gnum dei ⁊ iuſtitiã eius. Tertio per peri-
culũ vomit⁹ q̃ q̃nq̃ ꝑuenit ex inordinato
cibo ⁊ potu: ⁊ ēt qꝛ ieiun⁹ magis eſt diſpo
ſitus ad deuotionē ſed ab hac regula ex-
cludunt infirmi q̃ ſtatim cõicandi ſunt ēt
poſt cibũ ſi de eoꝝ periculo dubitat̃ ne ſi-
ne cõione decedãt: qꝛ neceſſitas non hꝫ le
gē. vt hr̃ de cõſe. di. ij. p̃ſbyter. ℞ Itē q̃riť
vtrũ poſt factã cõionē liceat ſtatim come
dere? Rñdeo ſm Tho. de aq̃no ꝙ nõ licet
immediate comedere. ſed aliqua mora dꝫ

eſſe inter ſumptionē eiꝰ ⁊ reliquos cibos: vnde etiā dicit̄ in decre. Nullꝰ ſtatim poſt cõmunionē ſumat cibū materialē de conſe. di. ij. tribꝰ gradibus. Et in ſignū huius tūc in miſſa oratio gratiarū actionis dicitur poſt cõionē: ſic ⁊ illi qui cõicāt ſuas priuatas orõnes dicere dn̄t et regr̄ari deo de ſua maxia charitate, et memorari deuote paſſionem xp̄i: quia hoc ſacr̄m inſtitutum eſt ad memoriā paſſionis xp̄i. vn̄ ipſe xp̄s ad diſpulos ſuos dixit quando hoc ſacr̄m inſtituit. Hoc facite i meā cõmemorationē vn̄ etiam ap̄ls in hodierna ep̄la. Quoticūcunqꝫ mandudabitis panem hunc et calicem bibetis mortem dn̄i ānunciabitis dõec veniat. Item aliq̄ i die cene nõ ieiunāt ꝓpter cõionē cum tn̄ bene poſſent ieiunare: et in hoc peccāt quia ſingulis diebus per totam q̄dragesimā tenet̄ q̄lꝫ ieiunare qui põt p̄ter dies dn̄icales. Item aliqui in die cene cum cõicāt vtunt̄ lacticinijs cum tn̄ per totā .xl. alꝭ ab his abſtinuerūt, ⁊ i hoc deum grauiter offēdunt, quia tenētur i illo die abſtinere ſicut in ceteris diebus. Item ſciendū ꝙ poſt cõmunionē inmediate non dꝫ quis expuere: ſꝫ poſt comeſſionem aliorum ciborum põt expuere, ſꝫ ſi neceſſitas cogit tūc ad locum honeſtum ſeorſum dꝫ expuere. Item ſciēdum ꝙ aliqui ſimplices reputāt hoc eē pctm̄ ſiquis in illo die quo cõicauit cruētauerit vel nudis pedibus terram tetigerit. Itē ſciendū ꝙ pueri i formādi ſunt ꝙ credere debeāt ꝙ xp̄s qui eſt de virgine natus et pro nobis paſſus in hoc ſcr̄o ↄtineatur: et ꝙ non eſt ibi panis: ſꝫ ſolummō ſpēs panis: quia i ↄſecratione tūc panis trāſſubſtātiat̄ in verū corpus xp̄i, et in qualibet ꝑte hoſtie eſt verus xp̄s: et in minima q̄ꝫdiu manet ſpecies panis. Item ſciendum ꝙ laicis ſolum ſub vna ſpē datur ſacr̄m euchariſtie. ſ. ſub ſpē panis. et hoc ꝑmo ꝑꝑ periculum quia damnum poſſet inde oriri: quia poſſet effundi de calice: quia ſub minima guta eſt totus xp̄s: et ſi tūc aliq̄d effūderet̄ d calice ſup terrā: tota terra poſſet ꝑire qñ deꝰ vellet exercere ſuā iuſticiā. Scd̄o ad oñdēdū ꝙ ſacerdotes ſpāliter dn̄t eſſe mūdiores alijs hominibꝰ ergo ipſi in miſſa ſumūt illud ſacramentū ſub vtraqꝫ ſpecie. Tertio ne ſimplices crederēt ſub ſpē vini eſſe ſolū ſanguinē: ⁊ ſub ſpecie panis eſſe ſolū corpus xp̄i. Nā quilibet chriſtianꝰ credere dꝫ: q: totꝰ ieſus xp̄s ſm̄ corpus: ⁊ animā deitatē eſt ſub vtraqꝫ ſpē cõſecratus: ⁊ ꝙ ipſi laici ſumūt totū ieſum xp̄m ſm̄ corpꝰ animā ⁊ deitatē ſub ſpē panis. vnde beatꝰ Tho. ſup. iiij. di. x. Lꝫ ex virtute ſacramēti ſub ſpē panis ſit tm̄ corpus: ⁊ ſub ſpecie vini ſanguis tn̄ ꝓpter naturalē cõcomitātiā ſub vtraqꝫ ſpecie eſt totus chriſtus. ſ. ſm̄ corpꝰ ⁊ animā ⁊ diuinitatē: q: hec tria ſeparata ſunt. A Itē queritur quare xp̄m ſumimꝰ vel tn̄ in hoc ſacramēto. Reſpondet̄ primo ꝓpter fidei meritū: nā per hoc meremur ꝙ ſub ſpē panis credimus totū xp̄m cõtineri: q: hoc per rõnem non poſſumꝰ cõprehēdere. vnde dicit̄ in dec. Fides cõprehendit que ſunt ſupra rõnem. xxiiij. q. j. non turbat̄. vn̄ etiā Greg. in omel. Fides eſt carū rerū que apparere nõ poſſunt que em̄ apparēt fidē nõ habent: ſed agnitionē. Nec fides hꝫ meritū vbi humana rõ prebet experimentū. Secūdo ꝓpter crudelitatē: q: ſi viuū hoīem ⁊ carnē crudam ſumere deberemꝰ natura hoīs adhorreret. Tertio ꝓpter imbecillitatē: q: ſi deberemus chriſtū videre in ſua claritate: ſenſus viſus ſuſtinere nõ poſſet: q: millesies eſt ſole clarior. B Ultimo queritur q̄ꝫdiu manet chriſtus ſub ſpē panis? Reſpondet̄ q̄ꝫdiu ſpecies panis nõ digeſte ſunt, tandiu manet in ſtomacho ſub dictis ſpeciebꝰ, ⁊ in qualibet parte viſibili: ⁊ ſi ille qui cõicauit eſt bonꝰ ⁊ bene diſpoſitꝰ: tunc poſt digeſtionē manet effectus. i. grā ſacramēti ſi aūt malus. tūc poſt digeſtionē recedit chriſtus ab eo, natura in os Iude chriſtus in ſacramēto intrauit ⁊ ſi mundū cor habuiſſet: tūc cū gratia ſua cū eo manſiſſet. ſed q: immūdū ⁊ pollutū cor habuit ideo chriſtus cū gratia ſua ab eo receſſit. Simile eſt ſi in igne vel in aliquā immūdiciā caderet: tunc adhuc maneret ſacramētum q̄ꝫdiu maneret ſpēs: q: in os ipſiꝰ peccatoris pollutū intrat: ⁊ tamen nullū fructum conſequit̄: ſed incurrit maximū periculum. Unde canitur in ſequētia de corpore chriſti. Sumūt boni: ſumunt mali: ſorte



tamen inequali. vnde de ſacramēto dicit Damaſ. Dū ſpecies ſentitur ſacramētū eſt dum aūt deſinit ſentiri ſacramentū nõ eſt.

2 C Quantū ad ſecundū principale: ſcilicet q̄ꝫ bonū ſit ſe digne p̄parare ad percipiendum ſacramentū euchariſtie poſſumꝰ elicere ex his particulis q̄ ibi ſumunt̄ in hoc ſacramēto. Pro quo ſciendū ꝙ quinqꝫ ſumūtur in hoc ſacramēto. Primū eſt ipſum corpus qd̄ ſumpſit de virgine: qd̄ ſpūſſanctus de puriſſimo ſanguine marie formauit. Secundū eſt ſanguis ipſius quā fudit in cruce. Tertiū eſt ipſa aīa chriſti quam pater miſit in corpe ſuo in vterū virginis. Quartū eſt vita cū corde. Quintū eſt ipſa ineffabilis deitas. In primo cū digne accipis corpꝰ chriſti efficeris particeps omniū bonorū que chriſtꝰ operatꝰ eſt in vita ſua ieiunādo: diſcurrēdo: predicādo: orādo: vigilādo: ⁊ ſic de alijs. Inſuper totius meriti paſſionis. nā ſanctꝰ Tho. de aquino dicit ꝙ in qualibet miſſa inuenit̄ oīs fructꝰ: ⁊ vtilitas quē vel quā chriſtꝰ in die paraſceues operatꝰ eſt in cruce cū morte ſua. Et eādē gratiā ⁊ fructū quilibet deuotus q̄ digne cõicat percipit. Itē accipis ibi in hoc ſacramēto participationē oīm meritorū totiꝰ eccleſie ⁊ ſctõrum in celo, hinc eſt ꝙ in ſymbolo fidei catholice dicimus. Credo ſctõrum cõionem. vnde Albertus magnꝰ. Per verū corpus chriſti oēs non oībus chriſti gratijs: ⁊ oīm fideliū cõicamus ꝓpter qd̄ etiam cõmunio dicitur. Ideo autē bonorū chriſti ⁊ oīm ſanctorū meritis facit nos cõmunicare, vt ſi quid deficit in ſingulis per oīm ſanctorū abūdantiā ſuppleat̄. Ibi in hoc ſacramēto habemus virtutes patriarcharū: reuelationes, ⁊ illuminationes prophetarū. dignitates apoſtolorū: victorias martyrū: ſanctitatē confeſſorū: mūdicias virginū: charitatē angelorū: ⁊ conſequēter bona opera ⁊ merita oīm electorū, que oīa a chriſto in corpus eius myſticū fluxerūt ⁊ de quolibet in qualibet per charitatē ſpūſſancti redundant. Unde Ieſus chriſtus põt dicere ad quēlibet digne cõicantē illud qd̄ Iacob ad Labā dixit vt habetur. Gene. xxx. Modicū habuiſti ante q̄ꝫ venirē ad te: ⁊ nunc diues effectus es: benedixitqꝫ tibi dn̄s ad introitū meum. D Secūdo cū accipis ſanguinē mūdaberis a pctõ. vnde ad Heb. ix. Sāguis xp̄i emundauit conſcientiā noſtrā ab operibꝰ mortuis ad ſeruiendū deo viuenti: q: ſi ſanguis hircorū ⁊ taurorum in veteri lege Iudeos mūdauit q̄ꝫtomagis ſanguis chriſti qui effuſus eſt pro peccatis noſtris emundauit animas noſtras quāto eſt maior et precioſior ⁊ carior. Queritur vtrū in hoc ſacramēto deleātur peccata venialia. Reſpõdetur ſm̄ Tho. in. iiij. diſ. xij. ꝙ ſic. Nõ tamē oportet ꝙ ſemꝑ oīa venialia deleantur: ſed ſm̄ menſurā deuotionis. Poſſet tamē tātus feruor eſſe ꝙ omnia venialia deleret. Item querit̄ vtrum per hoc ſacramētum deleat mortalia? 1 Reſpõdetur ſm̄ beatum Tho. vbi ſupra ꝙ non delet mortalia niſi oblita. Unde dicitur ꝙ abſolutio ſcelerum dupliciter põt intelligi: ſcꝫ vel qd̄ ſic crimina abſolueret inquantū ea impedit: vel de his que nõ ſunt in hominis cõſcientia, vel memoria. Qd̄ autē per ſacramētū: ſcꝫ ſumēdo corpus ⁊ ſanguinē chriſti pctā deleātur oſtendit Chryſ. dicēs honorabilis ſanguis chriſti quādo cum bona volūtate ſumitur omnē egritudinē anime extinguere poterit. Amb. Debeo ſemꝑ illud accipere: vt mihi ſemꝑ pctā dimittant̄. vn̄ etiam Ber. Euchariſtie ſacramētū potēs eſt peccata cõſumere debellare obuias poteſtates: ⁊ iferre celis animas reuertētes de terra. Tertio qñ accipis animā xp̄i tūc recipis pignꝰ vite eterne: ſi ſic in tali ſtatu decedis: vnde canit̄ de hoc ſacramēto. Et future gloria nobis pignus datur: q: hoc ſacramētū dat vitā gratie in preſenti. Io. vj. Qui māducat me ipſe viuet ꝓpter me. In futuro dabit vitā glorie. vnde etiā Io. vj. Qui māducat meā carnē ⁊ bibit meum ſanguinē habet vitam eternā. vnde Beda in omel. Pro obtinenda ſalute eterne beatitudinis beatiſſima illa caro ⁊ ſanguis ſumitur ſaluatoris. Quarto accipis ibi ſpiritum chriſti: id eſt vitam chriſti. ⁊ accipiendo ſic vitam cum corpore mutaberis in deū. ſicut cibus ⁊ potus mutatur in te. Unde vox diuina ad Augu. dicit. Non tu me mutabis in te: ſꝫ tu mutaberis in me. Sic

xp̄s dicit cuilibet digne cõmunicãti. Nõ
tu me mutabis in te ⁊c. q: quicq̄d de⁹ eſt
ex natura: hoc hõ fit per gratiã q̄ indigne
cõicat. Cũ aũt deus habeat potentiã infi-
nitam ⁊ ſapientiã eternam ⁊ immẽſaʒ bo-
nitatem: ex eius potẽtia homini in hoc ſa-
cramento communicata erit homo poten-
tior tam ad operandũ q̄ ad imperanduʒ
ex eius ſapientia efficitur ſapiẽtior ad ele
ctionem boni refutationẽ mali: ex eius bo-
nitate homo fit magis pꝫius ⁊ charitati-
uus ⁊ pacificus. Quinto recipiendo eius
deitatem anima hominis implebitur gra-
tie dulcedine: quia nullus põt aiam hois
ſatiare niſi ſolus deus. vnde Ber. Ad ima
ginẽ dei quippe facta eſt aĩa rationalis: ce
teris oĩbus occupari põt: impleri oĩno nõ
poteſt. Capax eñ dei eſt, ⁊ q̄cq̄d deo min⁹
eſt nõ eã implebit. vnde p̄s. Satiabor cuʒ
apparuerit gloria tua. ¶ Quantũ ad ter
tium ſciendũ ꝙ licet nemo ſciat certitudi-
naliter vtruʒ dign⁹ ſit accedere ad eucha-
riſtiam, cũ tamen de hoc ſunt quedam ſi-
gna in quib⁹ cõiecturaliter poteſt hõ ſeip
ſum probare: ⁊ ſic ↄfidẽs de miſericordia
dei ſecure accedere. Primũ ſignũ eſt ſi q̄s
de p̄teritis peccatis dolet: ⁊ de futuris ca-
uere intẽdit, ⁊ paratus eſt ſatiſfacere ⁊ bo-
nam voluntatẽ habet deo amodo ſeruiẽ-
di. Secundũ ſignũ cũ q̄s ſe promptũ in-
uenerit ad bõa opa. vñ Gre. ſup Eze. Habe
re charitatẽ dei ⁊ gratiam teſtis eſt bona
operatio, que ſi fortaſſis defuerit profecto
certum eſt nec cognouiſſe te deũ nec dili-
gere ipſum. Ergo pigri ⁊ diu dormientes
non hñt ſignũ prõptitudinis ad bona ope
ra. vnde Gre. Amor dei nũq̄ eſt otioſus.
operatur eñ magna ſi eſt. ſi vo operari
renuit amor nõ eſt. ergo ſi ſentis te ab in-
tra moueri ad bona exercitia ⁊ ad emen
dationem vite ꝙ amodo velis ſic viuere: ⁊
ſic vitã tuã ordinare: ⁊ ſic deo ſeruire: hoc
eſt bonũ ſignũ ꝙ deus cũ grã ſua illũ ope-
ratur in hoĩe. ¶ Tertiũ ſignũ ſi q̄s ver-
bum dei libenter ⁊ delectabiliter audit: q:
deus eſt cibus aĩe. vñ Jo. viij. Qui ex deo
eſt verbũ dei audit. vñ Greg. Interroget
ſe vnuſq̄ſq̄ ſi verba dei aure cordis perci
piat ⁊ intelliget vñ ſit. Vñ quilʒ cum ma-
gna reuerentia ⁊ deuotiõe ⁊ attentiõe dʒ
verbum dei audire. vñ Aug. ⁊ ponit etiaʒ
in decre. Nõ minus reus erit q̄ v̄bum dei
negligenter audit q̄ ille q̄ corpus xp̄i ſua
negligentia in terrã cadere ꝓmiſerit. i. q. i.
interrogo ¶ Quartũ ſignũ ſi q̄s inuene-
rit in ſe ſitim tpaliũ rerũ diminutam, vt ſi
q̄s inuenerit in ſe ꝙ añ carniſpriuium deſi-
derabat ſex, vl ſeptẽ tunicas ⁊ multas diui
tias ⁊ domos pulchras, agros plimos ⁊c.
⁊ iã inuenerit in ſe ꝙ ↄtentat in his q̄ deꝰ
ſibi adminiſtrat: ⁊ nihil ↄ deũ habere de-
ſiderat, ſed confidit deo ꝙ nunq̄ eũ dere-
linquat: ſʒ neceſſaria ſibi ꝓuideat ſi ei fide
liter ſuiat. vñ Ma. vj. p̄mũ q̄rite regnũ dei
⁊ iuſtitiã ei⁹: ⁊ hec oĩa adijciẽt vobis. Vñ
etiam p̄s. Jacta cogitatũ tuũ in dño ⁊ ipe
te enutriet, ꝙ eñ gratia extinguit ſitiʒ tẽ-
poralium rex: oñdit Jo. iiij. Si quis bibe-
rit ex aqua quaʒ ego dabo ei non ſitiet in
eternuʒ. vnde etiã Chry. Nõ eſt ſuper ter
ram quod amet q̄ donum dei in virginita
te guſtauerit. Quintũ ſignum eſt ſi ex cor
de parcit leſoribus, ſic ꝙ nullã amaritudi-
nem contra aliquem habeat, cui malum
vellet fieri. Et inſup in tali ꝓpoſito ſtet ꝙ
ſi cum grauius offendiſſet eiusʒ ſibi indul
gere vellet, vt ſibi deus propria peccata
ſua ignoſceret, vel etiam ſi alique aduer-
ſitates ſibi occurrerent quod illas patien-
ter vellet ferre quia talia ſine gratia ha-
bere non poteſt. Unde Ariſtoteles ſepti-
mo Ethicorum. Triſte fugit natura. In-
ſuper ſi habet animum paratum ſatiſfa-
cere proximis quos leſit, ſiue in rebus ſi-
ue in fama: ſiue in corpore. Iſta ſunt q̄n-
que ſigna in quibus vnuſquiſq̄ commu-
nicatus probare ſe poteſt. Item ſciendum
ꝙ quilibet debet caſte viuere ante cõmu-
nionem, ⁊ poſt cõionem. de cõſe. diſ. ij. om-
nis hõ ante ſacrã cõionem a ꝓpria vxore
abſtinere dʒ tribus diebus, quatuor aut
quinq̄ ſex ſeptem. ¶ Vñ legitur ꝙ q̄dam
in ſabbato ſancto paſche propriã cogno-
uit vxorẽ: a cuius ore q̃n in die paſche cõ-
municare voluit corpus chriſti reſiliit. vñ
confuſus ⁊ contritus poſtea confeſſionem
fecit ⁊ penitentiam egit: et digne commu
nicauit.

[illegible] ſigna digne cõmunicantium [illegible]



Item pro ſcđo ſermone in hac
die tria ſunt dicẽda. Prio quõ
quatuor genera hominũ ſpũali-
ter ſumũt hoc ſacramentũ ho-
dierna die inſtitutũ hoc quere
infra ſer. lxxx. ¶ Scđo quare hoc ſacra-
mẽtũ hodierna die inſtitutũ ſit. quere hoc
infra ſer. lxxix. ¶ Tertio exemplũ de mi
lite que ſingulis diebus orauit quinq̄ pa-
ter noſter. hoc quere ſer. lxxx. ¶

¶ In die ~~paſche~~ Ser. xlviij. de memoria
paſſionis chriſti.

O Vos oẽs qui trãſitis per viã at
tẽdite, ⁊ videte ſi eſt dolor ſilis
ſicut dolor meus. Tre. j. vñ Jo.
de ſctõ Geminiano. Cõueniens
eſt vt ſentiat membrũ qđ ſentit
caput, vt nõ ſit diſtinctio in corpore. Siqui-
dẽ patitur vnũ membrũ cõpatiunt oĩa mẽ-
bra: hoc aũt cõtigit ſi non ſunt paralitica.
Nã membrũ paraliſi occupatũ alteri⁹ mẽ-
bri dolorẽ nõ ſentit. In verbis igitur ꝓpo-
ſitis imitamur ſentire in nobis ꝙ xp̄s ſen-
ſit in ſua paſſione: q: ipſe eſt caput noſtrũ.
⁊ nos ſumus mẽbra eius. vñ dicit ad nos.
O vos oẽs ⁊c. ¶ Unde in p̄nti ſer. dicen-
dum eſt de fructib⁹ quos q̄s conſequit ex
deuota meditatione paſſionis xp̄i. Prim⁹
fruct⁹ eſt cõuerſio ad deũ, ⁊ auerſio a pec-
catis: q: hõ per meditationẽ paſſionis xp̄i
diſponit ad contritionẽ cõfeſſionẽ, ⁊ ſatiſ-
factionẽ. Primo ad contritionẽ. ⁊ in ſignũ
huius petre ſciſſe ſunt ⁊ terremot⁹ factus
eſt ſic ⁊ pctõr moueri dʒ ad contritionẽ ne
videat eſſe durior lapidibus ⁊ immobilior
terra. Itẽ ad confeſſionẽ ⁊ in ſignũ huius
ſepulchra tpe paſſionis xp̄i apta ſunt. Itẽ
diſponit ad ſatiſfactionẽ que cõſiſtit in ie
iunio: i eleemoſyna ⁊ oratiõe. Nã xp̄s pro
nobis ieiunauit vt nos exẽplo ipſi⁹ ꝓ pctis
noſtris ieiunem⁹. Silr eleemoſynã largã
dedit. vnde Ambr. in ſer. Author pietatis
in cruce pẽdẽs teſtm̃ cõdidit ſingulis ope-
ra pietatis diſtribuẽs, aplis perſecutionẽ,
Judeis corpus: patri ſpm̃: virginib⁹ para-
nimphũ: latroni paradiſuʒ: pctõri infernũ:
chriſtianis penitẽtib⁹ crucẽ. Silr et orauit
in cruce pendẽs vt nobis orãdi daret exẽ-
plũ. vnde Augu. tota vita chriſti in terris
que per hoĩem geſſit diſciplina morũ fuit.
vnde etiã Greg. oĩs chriſti actio nr̃a eſt in
ſtructio. Ergo quicũq̄ cupit ad ſtatũ veri
penitẽtis peruenire ad paſſionẽ xp̄i dʒ re-
currere: ⁊ ſic in illa deuota meditatiõe mi
ſericordiã dei implorare. Unde pctõres ob
ſtinati ⁊ indurati ſi volũt miam cõſeq̄ tũc
debẽt ſe dare ad meditãdũ paſſionẽ xp̄i.
¶ Scđs fructus eſt ꝙ xp̄s de hoĩe vitioſo
vult facere hoĩem virtuoſum, q̄ libẽter me
ditatur paſſionẽ ſuã: ⁊ hãc virtuoſam vitã
vnuſquiſq̄ appetere dʒ: q: ſm Ari. ix. ethi.
Virtuoſitas beatiſſima vita eſt. Vñ ſi eſſes
ſuperb⁹ ⁊ appetis fieri humilis tũc cogi-
ta paſſionẽ chriſti, ⁊ humilitatẽ ipſius, tũc
deus dabit tibi humilitatẽ et auferet a te
ſuperbiã. Silr ſi auarus tũc cogita paup-
tatẽ xp̄i: ſi iracũdus: tũc cogita mãſuetudi
nẽ chriſti: ⁊ ſic de alijs. Nã paſſio xp̄i eſt re
mediũ cõtra oĩa alia vitia. Qđ probat ſic.
Nã primo cõtra inobedientiã mãdatorũ:
reſpice coronã ſpineã cerebrũ perforantẽ.
Itẽ contra ſuperbiã ⁊ ingratitudinẽ: vide
caput inclinatũ. Cõtra malitiã ⁊ liuorem.
attende lachrymas ⁊ gemitus xp̄i. Cõtra
detractiones ⁊ inſidias, attende maxillas
colaphizatas: ⁊ linguã pro inimicis oran-
tem. contra gulã: fel ⁊ acetum: contra aua
ritiam: chriſti nuditatẽ paupertatẽ: contra
inuidiam: brachiorũ extenſionẽ ⁊ precipuã
charitatẽ: contra luxuriam: flagella ⁊ vul
nera: contra iram: lateris apertionẽ: cõtra
accidiam: clauos pedum: que remedia et
alia infinita contra bella vitiorũ reperiun
tur efficaciſſima in ſpeculo paſſionis chri-
ſti pro nobis crucifixi. vnde quicũq̄ vult
vitia deponere ⁊ virtutes acquirere: paſſio
nem chriſti debet meditari. Tertius fru-
ctus eſt ꝙ chriſtus vult facere firmam pa
cem inter hominẽ illum ⁊ patrem ſuũ om-
nipotentem: quia per mortem chriſti pax
inter deum ⁊ humanum genus eſt facta.
Et illa renouabitur per deuotam medita
tionem paſſionis chriſti: ſanctificationẽ in
anima illius hominis facientẽ. Unde Bo-
na. Nihil ita in homine operatur vniuer-
ſalem ſanctificationẽ: ſicut meditatio paſ-
ſionis chriſti. Quartus fructus eſt ꝙ om-
nis tribulatio erit homini leuis ad portan

fructus quos conſequitur, meditans christi paſſionem.

dum ⁊ quotiēs hō triſtis rememorabitur paſſionē xp̄i ⁊ totiēs a chriſto cōſolabitur in quacunq; tribulatione vel neceſſitate fuerit: vnde ipſe dixit per p̄s. Cū ipſo ſum in tribulatione eripiā eū ⁊ glorificabo eū: ergo ſpūale refugiū tribulatis debet eſſe memoria paſſionis chriſti. Nā ſi q̄s dolet caput cogitare debet dolorē xp̄i quē habuit qn̄ cū ſpina coronatus fuit. ſi oc̄los vel faciē vel manus vel pedes dolet cogitare debet dolorē chriſti quē habuit in cōſimilibus. Similiter ſi quis patit̄ ſitim frigus vel al's triſtat̄: cogitare debet ꝙ xp̄s eadem ſuſtinuit. vñ Iſid. de ſum. bo. Si paſſio xp̄i ad memoriā reducit̄: nihil tam durū qđ nō equo aīo toleret̄. vñ etiā Ber. Quid eſt qđ tibi ſuaue nō videt̄: ſi collegeris ⁊ memorat⁹ fueris omnes paſſiōes ⁊ amaritudines ſaluatoris? Quintus fruct⁹ eſt ꝙ tali hoī volūtas dei notificabitur ad cognoſcendū q̄d deus velit: ⁊ cum hoc datur hoī poſſe ad perficiendū agnitā dei voluntatē. Ioh xv. Sine me nihil poteſtis facere: ergo qui indubijs eſt implicatus recurſum debet habere ad bonos diſcretos viros: ⁊ principaliter ad paſſionē chriſti: ⁊ debet dicere cū ꝓpheta Dauid. Doce me facere voluntatē tuā: quia deus meus es tu. Sextus fructus eſt chriſtus vult dare tibi homini deuotionē ⁊ cū hoc vult exaudire ipſius orationē. Unde quando quis eſt aridus ab omni deuotiōe tūc debet habere recurſū ad paſſionē domini. Ibi enim poteſt haurire deuotionis dulcedinē. vnde Augu. in lib. de virgi. Inſpice vulnera pendentis: ſanguinē morientis: p̄ciū redimētis: cicatrices reſurgentis: caput habet inclinatū ad oſculādum: cor apertū ad diligendum: brachia extenſa ad amplexandum: totū corpus expoſitū ad redimendū: heu q̄ſta ſunt cogitate hec in ſtatera cordis veſtri appendite vt totus vobis figuratur in corde qui totus pro nobis fixus fuit in cruce. Similiter ſciendū ꝙ qn̄ quis aliquid ſerioſe petere vult a deo ſiue ſit pro ſeipſo ſiue pro alijs: ſiue etiā pro defunctis: tūc prius debet ſe dare ad meditandū paſſionē xp̄i: et ſic in illa deuota meditatione debet xp̄o ſupplicare: ⁊ tūc oīs exaudietur ſi aliquid ſalubre ⁊ vtile petit. Septimus fructus eſt ꝙ xp̄s talē ſcripſit in triplici parte ſui corporis. ſ. in manib⁹ ad auxiliandū ei in omnibus anguſtijs ⁊ neceſſitatib⁹: in pedib⁹ ad ſecū manendū: in corde vt nunq̄ obliuiſcatur ſui: ſed ſemper ei bonū optet. Unde Eſa. xlix. Si obliuiſci poteſt mater filij vteri ſui: ⁊ ſi illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiſcar tui. Octauus fructus eſt ꝙ homo per deuotā ⁊ continuā meditationem paſſionis xp̄i maiorē poteſt a deo impetrare gratiā: q̄ ſi tota eccleſia ⁊ oēs homines in hoc mūdo exiſtētes pro eo orarent. vnde Chry. ſuper Mat. Nulla enim res eſt que magis ad ſalutē hominū pertineat, q̄ mors xp̄i. Non⁹ fructus eſt ꝙ precellit illa meditatio alia bona opa ⁊ exercita corporalia q2 nihil eſt deo tā acceptū ⁊ homini tam meritoriū poſtq̄ penitentiam egit de ſuis peccatis, ſicut paſſionis xp̄i memoratio. vnde Alb. mag. Simplex recordatio paſſionis chriſti ſicut quando homo cogitat lignū, vel lapidem tantum plus valet q̄ ſi integrū annum ieiunaret quis in pane ⁊ aqua: ſi quotidie virgis ⁊ flagellis cederetur vſq; ad effuſionē ſanguinis: vel ſi quotidie legeret integrum pſalteriū. Decimus fructus eſt ꝙ continua ⁊ deuota meditatio paſſionis chriſti eſt homini magis ſalutifera q̄ ſi btā Maria cum omnibus ſanctis pro eo intercederet, ⁊ hoc reſpectu paſſionis chriſti que infinite: eſt efficacie. Nā in oratiōib⁹ ſanctorū non cōſiſtit principaliter ſal⁹ hoīm: ſed in paſſione chriſti. vnde Chry. ſuper Matt. Oīs ſalus hominū in morte chriſti poſita eſt. Undecimus fructus eſt ꝙ ſi homo aliquis negligenter vixiſſet: ⁊ tandem paſſionem chriſti deuote recolleret ⁊ pertractaret per hoc tantum premium adipiſcitur, ſicut alius qui non habuit tantam deuotionē ad paſſionē chriſti: ſed in alijs ſeruitijs ⁊ exercitijs deo a iuuentute ſeruiuit: ergo qui negligenter vixit recuperare debet neglectum ex vulneribus ieſu xp̄i. Unde Ber. Scio ꝙ merita mea mihi non ſufficiunt ergo cōfidenter qđ ex merito mihi deeſt vſurpo mihi ex vulnerib⁹ domini. Duodecim⁹ fructus eſt ꝙ xp̄s illū qui cōtinue ⁊ deuote meditatus eſt paſſionem



ſuam in hora exitus ſui vult letificare in eterna conſolatione. Et poſt mortē eterna regna ⁊ gloriam ſempiternam bona ſibi dare, ⁊ hoc eſt vnicuiq; homini ſumme neceſſarium ꝙ chriſtus ſibi aſtet in tempore ſue mortis: quia tūc inſtat maxima tentatio homini. Unde quilibet hō dz mori in meditatione paſſionis chriſti, ⁊ debet illa quinq; habere que chriſtus moriendo habuit: de hoc quere infra ſer. cxxv. D i L Unde nota exemplum ꝙ quilibet homo debet mori in meditatione paſſionis chriſti. Unde legitur ꝙ quidam magnus peccator in agone conſtitutus fuit percuſſus in repercaſſione peccatorū ſuorum. ⁊ in tali anguſtia dedit ſe ad meditandum paſſionē chriſti: ⁊ ſingulis membrorū chriſti paſſiōib⁹ ſuorū mēbrorū iniquitatem adiunxit. vt puta quando cogitauit ſuorum crinium ornatū ad genas euulſas domini ieſu comparationē facit: ⁊ vult⁹ ſui ad compoſitionē ad domini ieſu conſputā faciē equiparauit: ⁊ oculorū ſuorum magnam ⁊ diſſolutam viſionem ad chriſti ieſu oculorū velationem comparauit ⁊ luxuriam ⁊ delitias corporis flagellationibus chriſti aſſimilauit: ⁊ gulam ⁊ ebrietatem ſuā felli ⁊ aceto adiunxit: ⁊ ſic de alijs reddēdo ſingula ſingulis. Et nō eſt ambigendum quin ſalutem cum latrone obtinēs ab hac luce emigrauit. Poſtremo queritur vtrum homo plus teneatur regratiari deo de beneficijs creatiōis, q̄ de beneficio redēptionis. Reſpōdetur ꝙ homo tenet plus regratiari deo de redēptione, q̄ de creatione. vnde Amb. in lib. de virgi. Plus enim domine ieſu debeo tuis iniurijs q̄b⁹ redēpt⁹ ſū, q̄ tuis v̄tutib⁹ q̄b⁹ creat⁹ ſū. Nō eñ hoc ꝓdeſſet niſi ⁊ redimi profuiſſet. vnde Chryſo. ſuper Mat. Nec eſt aliquid aliud propter quod magis deo gratias agere debemus, q̄ propter mortem ipſius. M Quod autē deo nihil ſit tam acceptū ⁊ homini tam ſalutiferum ſicut deuota meditatio paſſionis chriſti oſteditur in illo exemplo. Legitur enim ꝙ quidā heremita extitit ſanctiſſime vite qui inſtantiſſime dominum exorauit vt ſibi oſtenderet qđ ſeruitiū inter omnia ſeruitia ſibi magis placeret: ſz q2 multū valet deprecatio iuſti aſſidua, cōtingit quodā vice cū idē heremita eſſet in cella ſua ⁊ orādo deū honoraret audiuit cuiuſdam pauperis vocē: de quo multū admiratus ſurrexit tentans quid hoc eſſet. Et cū exijſſet vidit hominē nudū, ⁊ pauperē frigore trepidātē, ⁊ crucē magnā ſuper ſe baiulantē: quē cū vidiſſet dixit. Quiſnā es ⁊ vnde veniſti? At ille reſpondit. De celo veni. ⁊ ille quis es tu? Reſpondit. Ieſus chriſtus marie filius ego ſum. Cui ille ait. Quid o bone ieſu hic facis corā me miſerrimo pctōre? Rñdit. Tu me huc tuis orationibus cōpuliſti. Nā diu me rogaſti vt oſtenderē tibi quod ſeruitiū inter omnia ſeruitia maxime acceptarē. ⁊ nūc veni hic tibi indicare magnā crucē quā porto ī humeris meis, ⁊ hoc eſt mihi acceptiſſimum ſeruitiū quod tu ⁊ quilz homo mihi exhibere poteris vt tollas crucē meā: ſemper meditādo quotidie paſſionē meā deuote hoc ſeruitiū eſt mihi acceptabiliſſimū.

N Sed diceret aliquis. Quē honorem debeo exhibere paſſioni chriſti? Pro quo ſciendū ſecūdū Iorda. Quicūq; quotidie dixerit. xv. pater noſter p vnū annū cōtinuū hic completo anno cuilibet vulneri chriſti dixit vnū pater noſter: ita ꝙ quindecies tot ſunt vulnera chriſti quot dies in anno accipiendo quālibet plagā flagellationis pro vno vulnere ⁊ puncturā cuiuſlibet ſpine pro vulnere vno. vnde verſus. Septuaginta quinq; quatercētū milia quinq;. Tot fertur xp̄s pro nobis vulnera paſſus. Que quidē oratio multū efficax eſſe ꝓhibet̄. vnde Ber. nos ad deuotionem incitans dicit. Uolue ⁊ reuolue huc ⁊ illuc dñi cū corp⁹ vbiq; īuenies dolorē abiq; cruorē. Unde etiā Aug. Ieſus dñs q̄ celū diuerſis veſtiuit ſyderibus nudus ventis ⁊ ardoribus ⁊ ad maioris pudoris cumulū per iudicis miniſtros ē cruci diris ⁊ magnis clauis affixus. vnde Ber. Chriſtus oſtendit nobis manus, vt faciamus quā fecit. latus vt ſentiamus que ſenſit: pedes vt ambulemus quo perrexit. vñ idē Ber. in perſona chriſti in quodam ſermone. O homo vide q̄ pro te patior non eſt dolor ſicut de

lor quo crucior: ad te clamo q̃ pro te mo-
rior vide penas quib⁹ afficior: vide cla-
uos quib⁹ confodior: cũ dolor eſt tantus
exterior: interior eſt planctus grauior cũ
te tam ingratum experior.

¶ In die paraſceues. Ser. xlix. de paſſ.

INclinato capite emiſit ſpi-
ritum. Jo. xix. Johã. de ſan-
cto gemi. Mors ſaluatoris
chariſſimi quam hodie re-
colimus fuit vltima cõclu-
ſio dominice paſſionis: ⁊ fuit
cõſummatio noſtre redemptionis: ⁊ fuit
oſtenſio immẽſe dilectionis. Siquidẽ cõ-
pleto certamine dominice paſſionis con-
ſummatoq̃ʒ opere noſtre redẽptionis in-
clinauit caput, ⁊ emiſit ſpiritũ. Ergo dicit
in verbis premiſſis. Inclinato capite ⁊c.
Ex quo in preſenti ſermone dictum eſt q̃ʒ
ſalubre ⁊ vtile eſt habere memoriã paſſio-
nis chriſti: nunc iam in ſermone preſenti
dicendum eſt ꝙ homo cogitare debet dũ
videt crucifixi imaginẽ: ⁊ ſic ex paſſione
chriſti deuotionem hauriãt. ¶ Pro quo
notandum ꝙ chriſtus pendens in cruce
quatuor habuit. Primo habuit caput in-
clinatum. Secundo habuit manus perfo-
ratas ⁊ extenſas. tertio pedes confixos ⁊
affixos. Quarto latus apertũ. Caput ha-
buit inclinatum primo in ſignum reconci-
liationis tanq̃ʒ oſculaturus hominem ad
gratiam eũ recipiendo. Multis enim an-
nis deus pater homini fuit inimicus. ſed
chriſtus per paſſionẽ reconciliauit homi-
nem deo patri. Ro. v. Cũ inimici eſſemus
recõciliati ſumus deo per mortẽ filij ei⁹.
Ergo in ſignũ recõciliationis chriſtus ca-
put ſuũ inclinauit in cruce ꝓbendo nobis
oſculum: imo ẽt petit a nobis oſculari di-
cens ad quẽlibet pctõrẽ illud. Gen. xxvij.
Accede ⁊ da mihi oſculũ fili mi: ⁊ hoc fit
per penitentiã ⁊ emendationẽ vite: ergo
peccator quondã fuiſti dei inimic⁹: nunc
per contritionẽ poteris dei fili⁹ fieri quõ-
dam a deo per pctm̃ receſſiſti: nũc aũt ac-
cede per cõtritionẽ ⁊ pñiam: q2 ipſe eſt pa-
ratus te ad gratiã recipere: ⁊ tibi oĩa pec-
cata tua indulgere. Et hoc figuratũ eſt
nobis Lu. xv. de filio ꝓdigo redire volẽtẽ
ad patrẽ: cũ adhuc longe eſſet vidit eum
pater ſuus et miſericordia motus eſt: et
occurrẽs cecidit ſuper collũ eius ⁊ oſcula-
tus eſt eũ. ¶ Scd̃o chriſtus habuit ca-
put inclinatũ tanq̃ʒ nos ſaluaturus bonũ
nobis optando. Solent autẽ hoĩes ſalu-
tando quadrupliciter bonũ ſibiĩnuicem
optare. ſ. bonã diem: noctẽ ⁊ bonum ma-
ne: ⁊ bonum veſper. Sic xp̃s cruce optat
hoĩs bonã diẽ eternitatis: quã diem de-
dit latroni cũ dixit vt habet Luc. iij. Amẽ
dico tibi ho. me. eris in paradiſo. Itẽ bo-
nam noctem optat homini tẽpore preſen-
tis aduerſitatis cũ ſibi dat gratiã ⁊ vir-
tutem patientie. vnde Mat. v. Beati eri-
tis cum maledixerint vobis homines et
perſecuti vos fuerint ⁊ dixerint omne ma-
lum aduerſum vos mentientes propter
me: gaudete ⁊ et exultate in illa die: quia
merces veſtra copioſa eſt in celis. Ergo
o homo noli timere aduerſitates huius
ſeculi: quia chriſtus propter te aduerſi-
tates ſuſtinuit. Item optat homini bonũ
mane. ſ. operationis. vñ Cant. vij. Mane
ſurgam⁹ ad vineã o hõ cogita q̃d xp̃s ſu-
ſtinuit tota nocte: ⁊ mane hora prima ꝓ
te. Et ſurge ⁊ regratiare ei. Itẽ optat hoĩ
bonũ veſper: ⁊ hoc cõtingit in agone mor-
tis. Iſtud figuratũ eſt Jo. xx. vbi pri⁹ cũ
ſero factũ eſſet venit ad diſcipulos ſuos ⁊
dixit eis. Pax vobis. Sic ſi deuote ſeruis
xp̃o paſſionẽ eius portãs in corde tuo ve-
niet ad te per gratiã ſuã in vltima hora
mortis tue: ⁊ faciet tibi pacẽ et defendet
te ꝙ demones tibi nocere nõ poterũt. Vñ
Gre. Aliqñ in cõſolatione egredictis ani-
me ipſe apparere ſolet autor ⁊ retributor
vite. Tertio habuit caput inclinatũ tanq̃ʒ
prius dñs volẽs exaudire ꝑces hoĩs. So-
lẽt eñ principes ſeculi qñ aliquẽ pauperẽ
petentẽ volũt exaudire caput inclinare ⁊
attẽte aduertere. Sic xp̃s rex glĩe volens
hoĩem exaudire caput inclinauit in cruce.
vñ p̃s. Inclinauit dñs aurẽ ſuã mihi ⁊ in
dieb⁹ meis inuocabo cũ. q. diceret. Ex q̃ vi-
deo caput ĩ cruce ĩclinatũ cert⁹ ſũ ꝙ exau-
diet me: ⁊ iõ cõfidẽter inuoco. Quarto ha-
buit caput inclinatũ tanq̃ʒ grãs agẽdo ⁊
deum patrem benedicendo. p̃s. In ꝑpl̃o



graui laudabo te. Populus grauis fuit
populus iudeorũ qui grauis fuit chriſto
ad puniendũ eum: inter iſtum populum
chriſtus laudauit deum patrẽ. Sed dice-
res. O chriſte quomodo poteras gratias
dicere deo patri qui tot penis te expoſuit
nec ab illis te eripuit? Reſpõdetur ꝙ chri-
ſtus gratias egit in tempore mortis ſue
principaliter propter duo. Primo quia hu-
manum genus redemit per ſuã amaram
mortem ab eterna morte ⁊ dannatione.
Secundo vt exm̃ nobis daret vt ⁊ nos deo
patri gratias ageremus in tribulationi-
bus noſtris. vnde Gre. Recte mentis eſt
deum nõ ſolum in proſperis benedicere
ſed etiã in aduerſitatibus collaudare. vn-
de Caſſio. ſuper illud p̃s. Voluntarie ſacri-
ficabo tibi volũtarie deo ſacrificãt q̃ inter
anguſtias paſſionũ iugiter deo gratias
agunt. Secundo etiã chriſtus habuit ma-
nus perforatas ⁊ extenſas: ⁊ hoc ad dãdũ
⁊ protegendũ ⁊ ad vocandum ⁊ ad percu-
tiendũ. Primo dandũ vnde Prouer. vlti.
Manũ ſuam aperuit inopi. Quando ei
diues extendit manus ad pauperem ſi-
gnũ eſt ꝙ ſibi aliquid vult dare: ſic ⁊ chri-
ſtus in cuius domo ſunt diuitie ⁊ glorie.
extẽdit man⁹ apertas ⁊ ꝑforatas ad nos
in ſignum ꝙ vult nobis omnia neceſſaria
largiter miniſtrare ſi boni ſerui ipſius fue-
rimus. vnde p̃s. Nunq̃ʒ vidi iuſtum dere-
lictum nec ſemen eius querẽs panem. Vn-
de etiam ipſe dicit Mat. vj. Nolite ſolli-
citi eſſe dicẽtes quid manducabimus. aut
q̃d bibem⁹ aut q̃ operiemur: ſcit eñ pater
veſter ꝙ his oĩb⁹ ĩdigetiȝ. Ergo cõſiderare de-
bemus chriſto qui velit nos nutrire de iu-
ſtis bonis: ⁊ cauere nobis de rebus iniu-
ſtis cũ quibus ſaluari nõ poterimus. Se-
cundo habet manus extenſas ad prote-
gendũ nos ab inſidijs diaboli ⁊ ab omni
malo. vñ p̃s. Et in velamẽto alarũ tuarũ
exultabo. Nã ſicut gallina pullos ſuos
protegit ſub alis: ſic xp̃s ſub laceratis bra-
chijs nos protegit a cunctis ꝑiculis. Ter-
tio extẽdit manus ad vocandũ hominem
peccatorem ad ſe. Pro quo ſciendũ ꝙ xp̃s
reuocat de cruce peccatorẽ ad ſe: ſicut au-
ceps niſum ſuũ qñ auolauit ab eo: tunc ei
extendit manũ: ⁊ clamat: ⁊ ſi nõ redit tũc
accepit carnẽ ſanguinolẽtã: ⁊ eaȝ oſtẽdit
niſo vt viſa carne redeat. Sic xp̃us vocãs
pctõrẽ crucẽ aſcẽdit: man⁹ extẽdit valdẽ cla-
mauit: et tãdẽ ſãguinolẽtas man⁹ expã-
dit: vt ſic ſaltẽ pctõr viſo ſanguine xp̃i quẽ
pro eo fudit citius reuertatur. Sed heu
abſurdũ eſt ꝙ auis indomita in q̃tuor ſe-
ptimanis domatur ⁊ inſtruitur ꝙ ad ma-
nũ dñi ſui volat: ſed pctõr indomitus qñ-
q̃ʒ in. xx. vel. xxx. annis nõ poteſt domari
cum omnibus bñficijs vt ad xp̃m realiter
⁊ veraciter redeat. vnde ipſe cõqueritur de
multis pctõribus quos diu vocauit ⁊ q̃b⁹
multiplicia bñficia exhibuit dicens illud
Prouer. j. Vocaui ⁊ renuiſtis: expãdi ma-
nus meas ⁊ nõ fuit qui aſpiceret. Quarto
manus extẽdit ad percutiendũ pctõres in-
duratos ⁊ obſtinatos qui nolunt ad ip̃m
redire iam tẽpore gratie: nec poſſunt emo-
liri per bñficia dei: nec ꝑ paſſionẽ chriſti
nec per penã inferni: nec per gaudium ce-
li. vnde p̃s. Nõ eſt illis. ſ. peccatorib⁹ obſti-
natis cõmutatio: gl. q2 nõ cõmutatur in me-
li⁹ ⁊ nõ timẽt deũ. Extẽdit manũ ſuam in
retribuendo: ſed qualis erit iſta retributio
Rñ. Sententia eterne dãnationis cũ qua
percutientur a xp̃o in extremo iudicio: cũ
dictur⁹ eſt malis ⁊ obſtinatis illud Mat.
xxv. Ite maledicti in ignẽ eternũ. Tertio
chriſtus habuit pedes cõfixos. p̃s. Fode-
runt man⁹ meas ⁊ pedes meos. Pro quo
ſciendũ ꝙ primo habuit pedes cruci affi-
xos in ſignũ ꝙ vult manere nobiſcũ, vnde
Mat. xl. Ecce ego vobiſcũ ſum vſq̃ʒ ad cõ-
ſummationẽ ſeculi: ideo vocatũ eſt nomẽ
eius emanuel. i. nobiſcuȝ deus. Secundo
vt pedes noſtros inferiores ideſt affectio-
nes cordis noſtri cruci chriſti affigerem⁹.
Ac ſi de cruce ad hominem diceret. vide
pedes meos corporaliter cruci affixos
vt exemplo meo interiores pedes tui cru-
ci cõfigantur vt crux chriſti nunq̃ʒ a tuo af-
fectu ſeparetur. vt poſſis dicere illud ad
Gal. ij. chriſto confixus. ſuȝ cruci. Tertio
vt nos ꝑſeuerẽtiã in bono doceret ꝓpter
ꝙ cũ iudei clamauerũt. Si fili⁹ dei es de-
ſcende de cruce: noluit deſcẽdere: ſed vſq̃ʒ
in finem vite in ea permanſit: vt nobis exẽ-

plum daret vt perſeuerare debeam⁹ in bo
no vſqꝫ ad finē. vnde Gre. in li. mora. In-
caſſum bonū agit̄ ſi ante vite terminū de
feratur. vnde Iſi. de ſum. bo. Tunc placet
deo noſtro cōuerſatio qn̄ bonū qđ inchoa
mus perſeuerāti fine cōplem⁹. Quarto vt
nobis viam ad celū oñderet. Si em̄ aliqs
vulneratis pedib⁹ precedit ex ſanguine de
pedibus ei⁹ fluente via ſignat̄ adeo ꝙ ſe-
quens errare non pōt ſi ſaltē vult inſpice
re veſtigia. Sic xp̄s pedes ſuos trāſfigi fe
cit: vt oſtenderet nobis viā ad celū q̄ non
eſt alia niſi tribulatio. vnde Act. xiiij. Per
multas tribulationes opꝫ nos ingredi re
gnū celoꝝ. vñ Mat. vij. Arcta eſt via que
ducit ad vitā. Quarto dico ꝙ xp̄s habuit
latus apertū. Primo vt dilectionē ſuā no
bis exprimeret. vñ Jo. xv. Maiorē hāc di-
lectionē nemo hꝫ q̄ꝫ vt aīam ſuā ponat qs
pro amicis ſuis. Ideo em̄ xp̄s cor ſibi ape-
riri voluit in cruce vt nobis oſtēderet ſuā
intimā dilectionē: ac ſi diceret. Ex corde ho
minē diligo ꝛ hoc ī apertiōe cordis oñdo.
¶ Circa qđ notandū eſt ꝙ xp̄s valde ac-
cenſus fuit in paſſione ſua in amorem no
ſtrū qđ p quatuor oſtēdit. Primo q: val-
de ſudauit. Lu. xxij. Factus eſt ſudor eius
ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terrā.
Quando em̄ aliqs ſtat circa paruū ignē
tunc ſudat in facie ſꝫ qñ ſtat circa magnū
ignem tunc ſudat in toto corpe. Igit̄ ma-
gnus ignis in xp̄i pectore erat q: toto cor
pore ſudauit. Secundū ſignū eſt: q: valde
ſitiuit. Ideo dixit vt habetur Johan. xix.
Sitio: homo enim valde inflāmatus con
ſueuit eſſe ſitibundus multū Bern. Sitio
ait nō doleo. O dñe quid ſitis. Et reſpon-
dit in perſona chriſti. fidem veſtram: ſalu
tem veſtram ꝛ gaudium veſtrū: plus ſal⁹
animarum veſtrarum q̄ꝫ cruciatus corpo
ris mee me tenet. Et ſi non mei ſaltem ve-
ſtri miſeremini. Tertium ſignum eſt ꝙ to
tus in corpore rubuit: ex eo ꝙ totus ſan-
guine rubeus erat. Homo enim ſtans ad
paruum ignem rubet in facie: ſed ſtans
ad fornacem rubet in toto corpore. Sed
quia magnus feruor in corde chriſti arſit:
ideo in toto corpore rubuit ꝛ inſuper ve-
ſtes in cruce ferre non potuit: ſed nudus
crucem aſcēdit: ac ſi ipſo facto diceret. Tā
to igne charitatis ardeo ꝙ veſtes ferre nō
valeo. Quartum ſignum eſt ꝙ latus aper
tū habuit ad oñdēdū vt nos ex corde ꝛ fer
uenter diligeret. Secundo latus apertum
habuit vt nobis ſufficientiā ſatiſfactionis
pro oībus peccatis oſtenderet. vnde p̄s.
Apud dñm mīa ꝛ copioſa apud eum redē
ptio. Attende q̄ꝫ ſufficienter xp̄s ſatiſfecit.
Nam quedam peccata ſunt manifeſta q̄
apparēt exterius quedam occulta que la
tent in corde interius. vt ergo xp̄s oſtende
ret ſe ſufficienter ſatiſfacere tam p manife
ſtis q̄ꝫ pro occultis peccatis. Ideo exteri⁹
de corpore fudit ſanguinem: ꝛ interi⁹ etiā
de corde. Tertio vt nos aperiendū ſibi cor
noſtrū alliceret. vnde Canti. v. Uox dile-
cti mei pulſantis aperi mihi ſoror mea et
colūba mea: amica mea immaculata mea
q. d. Aperi mihi cor tuū in deuotione qui
tibi cor meum aperui in paſſione. Nota ꝙ
xp̄s aīam fidelem appellat ſororem ſuam
ppter nature ſue ꝛ formitatē amicā ppter
ſinceram charitatē: colūbam ppter operū
fecunditatē, immaculata ppter peccati im
munitatē. Quarto xp̄s latus apertum ha-
buit vt homini refugiū prepararet. Canti.
ij. Ueni columba mea in foraminibus pe
tre. Foramina petre ſunt vulnera chriſti:
columba ſecundum Grego. ſolet nidifica-
re in cauernis petre cum videt miluum re
fugit ad nidū ne rapiatur a miluo: ſic ani-
ma debet nidificare in vulnerib⁹ chriſti vt
ad illa refugiat cum diabolus vult eam
ad peccatū trahere. ℞ Quod autē valde
bonū ſit homini venerari paſſionē xp̄i pre
tereundo imaginem crucifixi oſtendit̄ in
iſto ſequenti exemplo. Legitur de quodā
heremita qui longo tp̄e duxit aſperam vi
tam: ꝛ cum quidā latro ad eum veniſſet q̄
per multos annos homines ſpoliauerat ꝛ
latrocinia perpetrauerat facta cōfeſſione
nullam ab heremita voluit recipere peni-
tentiam niſi valde breuem. Tandem he-
remita iniunxit ei vt quotiens [illegible] aliquam
crucem videret flexis genubus dominicā
orationem diceret ꝛ ille latro dixit. hāc pe
nitentiam libenter accipiam. Et cum hāc
penitentiam ſuſcepiſſet, ꝛ paululū a cella



heremita diſceſſiſſet: tūc vidit hoſtes ſuos
eum inſequentes, quorū conſanguineos
iugulauerat, ꝛ videns eos cepit immedia-
te fugere. Qui fugiens ſtatim vidit crucē
in via erectam: ꝛ ſic flexis genubus cepit
orationem dominicam dicere. Et cum effu
gere potuiſſet mori maluit q̄ꝫ penitentiā
ſibi iniunctā preterire: ꝛ ſic obtulit vitam
ſuam deo, ꝛ recōmendauit ſibi animā ſuā
vt illam penitentiam pro omnibus pecca
tis ſuis acceptaret: ꝛ cū ſic in eodē loco ab
inimicis ſuis occiſus fuiſſet: tunc heremi-
ta vidit ꝙ angeli dei animā latronis ſuſce
perunt ꝛ cum magno gaudio immediate
ad celū deduxerunt. ¶ Quantum ad ſe-
2 cundam partē iſtius ſermonis ſciendum
eſt ꝙ chriſti paſſio fuit valde amara: imo
amariſſima: ꝛ hoc propter nouem cauſas
ꝛ rationes. Prima ratio fuit ex parte cor-
poris quia delicatioris nature fuit, q̄ꝫ ce-
teri homines ex eo ꝙ de puriſſimo ſāguie
marie corpus ipſius a ſpirituſſancto for
matū eſt. Et hec eſt vna ratio quare chri-
ſtus fuit pulcherrimus hominum ſine om
ni deformitate: quia ſecundum pphetam.
Dei pfecta ſunt opera: ſꝫ ſpūſſctūs opat⁹ ē
corpus ieſu in vtero ꝟginis: igr̄ ꝛc. immo
xp̄s delicatior fuit et tenerior oībus mē-
bris: imo ēt. in pedib⁹ ꝛ plātis ſuis q̄ꝫ ali⁹
hō ſit in facie ſua ī q̄ tñ eſt tenerior caro ſi
hoīe. Et ergo ſua paſſio fuit amariſſima
pre ceteris paſſionibus hoīꝫ. Hoc etiam
pbatur naturaliter: quia ſi eſt aliquis hō
groſſe nature: ſicut ruſticus qui qñqꝫ tā-
git vrticas vl̄ vepres minus inde leditur
q̄ꝫ ali⁹ hō delicatioris nature. Item etiam
ptꝫ ex hoc: q: aliqui qui ſūt tenere nature
valde et ſupra modum dolent quādo cū
virga verberātur: quod tamen aliqui qui
ſunt groſſioris nature modicum curant.
2 Secūda ratio propter anime lympiditatē:
q: chriſtus omnia ſua vulnera ſenſit ſin-
gulariter. In nobis autem non eſt ſic. q:
quādo vnus noſtrum habet quatuor vul-
nera tunc vulnus in quo eſt maior dolor
magis ſentit et de eo plus conquerit̄: et de
alijs quaſi nihil curat: quia hoc vulnus
attrahit ſenſationem ad ſe: ergo de cete-
ris minus ſentit. Modo vulnera ī corpore
chriſti fuerunt quinqꝫ milia quadraginta
et ſeptuaginta quinqꝫ: accipiendo quam-
libet plagam flagellationis pro vno vul-
nere et puncturam cuiuſlibet ſpine p vul-
nere vno. et quolibet vulnus itulit chriſto
ſingularem dolorē: ergo paſſio chriſti fuit
amariſſima. Tertia ratio: quia chriſtus
fuit in omni conſolatione priuatus. Nam
pater dereliquit eum. ergo clamauit in
cruce: heloy heloy ꝛc. hoc eſt. Deus meus
vt quid dereliquiſti me. Unde dicit p pro-
phetam Ozee. xiij. Conſolatio eſt abſcon-
dita ab oculis meis. Notandum an paſ-
ſio chriſti excedit paſſionem aliorū ſctōꝝ
quantum ad dolorem et amaritudinem
et ſignanter in hoc ꝙ gaudium anime re-
dundabat in corpus propter nimietatem
paſſionis ſed oppoſitum eſt factū in alijs
martyribus in quibus interior conſolatio
redundabat in corpus exterius ꝛ per hoc
paſſio eorum dulcorata fuit. Item a nullo
hominum habuit chriſtus aliquam con-
ſolationē exteriorē vnde dicit p p̄s. Queſi-
ui qui conſolaretur et non inueni: imo ſup
hoc improperia et opprobria ſuſtinui. vñ.
p̄s. Improperiū expectauit cor meū ꝛ mi-
ſeriā. Hoc ēt patet in hoīe tribulato q̄ qñ
nō conſolatur ab alijs: tunc eſt ſibi que-
dam ſubleuatio ſue tribulationis: ſꝫ quā-
do ſuper hoc deridetur tunc multo plus
aggrauatur ſua tribulatio. Quarta ratio
eſt ſua innocentia. j. Pe. ij. Qui peccatum
nō fecit nec eſt inuentus dolus in ore ei⁹.
Hoc patet quia cum homo iniuſte leditur
et īnocenter patitur: tūc pl⁹ dolet. Quinta
ratio eſt ex parte illorum qui ſibi marti-
rium intulerunt. quia chriſtus multa bene
ficia contulit eis in veteri et nouo teſta-
mētis. Quia liberauit p̄res eorū de egypto
et eduxit eos p mare rubrū ꝛ pauit eos mā
na in deſerto. xl. an. ꝛ poſtremo introduxit
eos in terrā pmiſſiōis. Itē in nouo teſtō. ſ.
in hūanitate ſua mortuos eoꝝ ſuſcitauit:
cecos eoꝝ illuminauit: leproſos mūdauit:
ꝛ ſaluberrima documēta ip̄is dedit. vñ p̄s.
Retribuebāt mihi mala p bonis. Sexta
cauſa ē vilitas mortis. vñ ſcriptū eſt Mor
te turpiſſima condemnemus eū. Quia nul-
lum genus mortis turpi⁹ tūc fuit q̄ꝫ mors

crucis, etiã circũſtantie aggrauantes dolorem xp̃i fuerũt ſocietas: q2 in medio duorum latronũ fuit ſuſpenſus. Eſa. liij. Cum ſceleratis reputat9 eſt. Itẽ in cõſpectu matris aliorũ preſentiã nudus in cruce pepẽdit. Item in tp̃e paſcha. i. cũ alij hoĩes habuerunt gaudiũ ipſe occiſus eſt. ¶ Septima eſt multitudo paſſionũ. Nam in locis neruoſis, ꝛ in omnib9 ſenſibus ꝛ in omnibus mẽbris paſſus eſt. Unde Eſa. j. A planta pedis vſq3 ad verticẽ non eſt in eo ſanitas. vnde etiã Berñ. in ſer. Caput qđ ſpiritibus angelicis tremebundũ eſt denſitate ſpinarũ pungit. Facies pulchra pre filijs hoĩm ſputi iudeorũ deturpat. Oculi lucidiores ſole caligant in morte. Aures q̃ audiunt angelicos cãtus: audiũt peccatorum inſultus. Os qđ docet angelos felle ꝛ aceto potatur. Pedes quorũ ſcabellum adoratur cruci clauis affigunt. Manus que formauerũt celos extenſe ſunt in cruce ꝛ clauis affixe. Corpus verberat: latus lancea perforat. Et quid plura nõ remanſit in eo niſi lingua pro peccatorib9 exoraret ꝛ mr̃em diſcipulo cõmendaret. Octaua cauſa ꝓpter laboris ſui vacuitatẽ: q2 tp̃e paſſionis cognouit ꝙ in pluribus hominibus fruſtraret amara mors ei9 cũ tñ oẽs redemit ꝛ oẽs cupit ſaluari. p̃s. Que vtilitas in ſanguine meo. vnde etiam Eſa. xlix. Inuanum laboraui ꝛc. hoc heu iam patet in multis hoĩbus q̃ raro cogitãt de paſſione xp̃i ꝛ ingrati ſunt ipſi xp̃o immo qđ peius eſt plures peccatores ipſum xp̃m iterato crucifigũt cũ ſuis peccatis, ꝛ blaſphemijs. De quib9 dicit apoſtolus ad heb. vj. Rurſum crucifigentes filiũ dei. Nona cã que eſt ſuꝑ omnes cauſas iam dictas eſt ꝙ iudei ſe intromiſerũt de honore ꝛ poteſtate dei patris. Item ꝙ ſapientiam filij reputabant iudei inſipientiam ꝛ ſtultitiã. Item ꝙ dulcedinem ſpiritusſancti commutabant in amaritudinẽ: q2 ipſi iudei ſpreuerunt opera ſpiritusſancti. ¶ Quantũ ad tertiã partẽ huius ſermonis tunc queritur autẽ quot ſunt documẽta que chriſtus docet nos in ſua paſſione. Reſpondet ꝙ ſeptẽ. Primo docet nos ſibi gratias agere ꝓpter bona que cõſecuti ſumus ex paſſionibus ipſius. vnde Aug. Nihil acceptius ꝛ laudabilius xp̃o offerre poſſumus q̃3 ꝙ ei gratiarum actiones referamus. Et merito q2 pro nobis pati voluit qui ſine peccato ꝯceptus ꝛ natus fuit vt nos a noſtris voluptatibus ꝑ ſuã paſſionẽ retraheret. Item in omnib9 membris paſſus eſt: vt noſtra membra ſibi ſeruire quodammodo deberẽt. Item totũ ſanguinem ꝑ nobis obtulit i pretiũ a ꝛ lauacrũ: vt nos ſanguinẽ nr̃m ꝛ vires corpis noſtri in eius ſeruitio cõſumere debemus. Scđo docet nos ipſum diligere: q2 ipſe ſuꝑ oĩa dilexit nos ꝛ hoc oſtẽdit in tribus. ſ. in dignitate creationis: in aſſumptione carnis ꝛ in tolerantia paſſionis. De hoc quere infra ſermone. cij. ¶ Tertio q̃tum odiat peccatũ ad qđ delendũ tam amarampaſſionem ſuſtinuit. vnde Ber. Grauis aĩe caſus q̃ nõ niſi morte xp̃i poterat expiari. vnde Ambro. Tantum fuit peccatũ nr̃m vt ſaluari non poſſemus: niſi vnigenitus dei pro nobis moreretur. Immo adhuc intantũ odit peccatum mortale ꝙ hoiem peccatorẽ quem tam chare redemit in eternũ condẽnat. O q̃3 graue onus ꝛ grauis offenſa eſt peccatum ꝙ quidã homines tam leue reputant ꝛ tam parum formidant. Quarto docet nos cognoſcere q̃3 glorioſũ eſt regnũ celorum: q2 parua res non emitur chare ſed vna gutta ſanguinis xp̃i pretioſior eſt toto mundo. Quinto docet nos fortificari ad ſuſtinendum aliqđ durum in corpe noſtro ad honorem dei ꝓpter ſalutẽ animarum noſtrarũ. vnde Iſido. de ſum. bo. Si paſſio xp̃i ad memoriã reducit nil tam durum qđ nõ equo animo tolerẽt: parua enim toleramus ſi recordaremur quid ille ſuſtinuit qui nos vocat ad celũ. Ille opprobria deriſiones: contumelias: alapas: ſputa: flagella: ſpineam coronam, crucemq3 ſuſtinuit, ꝛ nos miſeri ad noſtram cõfuſionem vno modico ſermone fatigamur: ꝛ vnolo verbo deijcimur. vnde ſi volumus cum chriſto regnare debemus cum eo hic pati. apoſtolus. Corin. j. Si ſocij paſſionum erimus ꝛ cõſolationum. Sexto docet nos per quam viam itur ad celũ: q2 per tribulationẽ ꝛ paſſionẽ. vnde Luc. xxiiij. Nonne oportuit xp̃m pati et ſic intrare in gloriam ſuã. Et vbi caput intrauit: ꝑ eandẽ viam ꝛ portã oportet mẽbra ſequi: vnde Act. xiiij. Per multas tribulationes ꝛ paſſiones opꝫ nos intrare in regnum celorũ. vnde Aug. in ſer. Non putet quiſq3 vt ſibi proſit xp̃i paſſio: niſi illis q̃ ſequuntur veſtigia eius. vnde Grego. ſuper Ezechi. Si dulcia querimus, neceſſe eſt vt amara toleremus. ¶ Septĩo docet nos xp̃s in paſſione ſua largos eſſe: q2 xp̃s q̃uis in vita ſua largus fuit ꝛ multa beneficia dedit: tñ in morte quodãmodo ꝓdigus fuit q2 nihil ſibi retinuit: ſed oĩa dedit etiã vſq3 ad veſtes. Nam petro dedit eccleſiã qñ eum in vicariũ ſuũ inſtituit: ꝛ regimẽ eccleſie ſibi cõmiſit. Johanni euangeliſte dedit matrẽ ſuã qñ dixit in cruce. Ecce mater tua. Latroni paradiſum: cũ dixit hodie mecũ eris in paradiſo. Patri celeſti dedit aĩam ſuã dicẽs. Pater in man9 tuas cõmẽdo ſpiritum meũ. Nicodemo ꝛ ioſeph abarimathia corpus ſuũ ad ſepeliendum. Nobis ſanguinẽ ſuum ꝛ omnia merita ſua dedit. Et crucifixoribus dedit veſtimẽta ſua. p̃s. Diuiſerunt ſibi veſtimenta. ꝛc. Non enim homo debet ab eleemoſynas eſſe auarus qñ cõſiderat ꝙ xp̃s in paſſione ſua ſic largus fuit. ¶ Ultimo ſciendum ꝙ quilibet libenter dꝫ venerari paſſionẽ xp̃i ꝛ ſemper ei aliquid orare ꝛ humiliter inclinare quã docunq3 pertranſit aliquã imaginem crucifici. vnde de hoc legitur vnũ exm̃ in dia. Ceſa. ꝙ quidã prior de ordine regularium tempore quodã tanto ſapore cepit affici vt niſi cito dormiret moreretur. qui cum in lecto ſe reclinaſſet mox quidem cõuerſus affuit dicens. Domine cũ licentia veſtra vado. ꝛ ille. quo vadis? Reſpondit cõuerſus. vado ad deũ: q2 mortuus ſum hac hora. Et prior cũ multi perfecti tranſeunt ad purgatoriũ: quid eſt ꝙ tu tam abſolute dicis te ſtatim iturũ eſſe ad deũ. at ille. habebam conſuetudinem vt quotienstrãſirem coram crucifixo hanc dicerem orationem. domine per illam amaritudinem paſſionis quam ſuſtinuiſti in cruce: ꝛ maxime quãdo anima tua egreſſa eſt de corpore tuo: miſerere anime mee in egreſſu: ꝛ exaudiuit orationẽ meã: dñs ſmeiq3 miſertus eſt. Et ait prior. Quomodo fuit tibi morienti? Reſpondit. videbat mihi in agonia q̃3 totus mundus eſſet lapis vnus ꝛ premeret pectus meũ. ¶ Item ſi quis in meditatione paſſionis xp̃i primitus non ſentiret dulcedinẽ. tamẽ ꝓpter hoc nõ debet deſiſtere: ſed perſeuerãter cõtinuare. Unde de hoc legitur aliud exm̃ in dia. Ceſa. ꝙ in quodã clauſtro fuit iuuenis quidã bone idolis huic iuueni erat ſtudiũ in die ad minus ſemel percurrere paſſionẽ ieſu xp̃i: in quo ſtudio tantam per mediũ annum circiter paſſus eſt difficultatẽ: vt quaſi ſibi non valeret huiuſmodi ꝛ meditationẽ paſſionis dñi noſtri ieſu xp̃i arbitrare: vnde cũ poſt modũ quodã tempore in angulo chori cõuerſorum diutius ac deuoti9 orationi incubuiſſet diuinũ implorans auxilium. Et cũ oratione ceſſaſſet ſurrexit ꝛ tranſiuit ante altare. Et ecce dñs ieſus ibi ſtetit ante altare quaſi pendẽs in cruce q̃ piiſſima brachia ſua abſtrahẽs a cruce ſeruum ſuũ amplexat9 eſt ꝛ tanq3 precordialem ſibi in ſignũ mutue familiaritatis eũ ad pectus ſuũ attrahẽdo ſtrinxit. q̃ in illa hora tantã accepit a dño gratiam lachrymarum: vt infra matitudinas vix aliqua hora oculi eius ſiccarentur. Item quoq3 in xp̃i poſtmodũ feruebat paſſionis meditatione: ꝛ tantam ſenſit in ea dulcedinem vt ꝛ ipſe palmam martyrij plurimũ affectaret. Item nota aliud exm̃ de dulcedine paſſionis xp̃i. Erat quidam bonus homo qui multũ dilexit deum ꝛ ob reuerentiam quinq3 vulnerum xp̃i quotie dixit quinq3 Pater noſter. et huic apparuit dñs ieſus ꝛ dedit ei de ſingulis ſuis vulnerib9 mirã dulcedinẽ ita ꝙ oĩa gaudia mundi deſpexit: ꝛ ſolũmodo deo ſeruire ſtuduit, ꝛ in bonis operibus ꝛ virtutibus valde profecit ꝛ ſic vitam ſuam tandem in bono finiuit ꝛ poſt mortem celũ intrauit.

¶ Item tertium ſermonem de paſſione domini quomodo chriſtus aſſumpſit decẽ defectus humane nature: quere ſupra ſermone. xxvij. ¶ Item exemplum de paſſione domini de milite illo qui quotidie quinq3 Pater nr̃ orauit quere infra ſermo

ne.lxxx.V

¶ In die ſancto paſche. Ser. I.

HEc eſt dies quam fecit dñs
exultemus ⁊ letemur in ea.
ps.cxvij. A Sciendũ ꝙ pre
ſens feſtiuitas precellit al's
feſtiuitates in ſolennitate:
⁊ iocunditate. vnde canitur
per integram hebdo. ſingulis diebus hec
eſt dies quam fecit dñs exultemus ⁊ lete
mur in ea ⁊c. Lʒ omnes dies fecit dñs: tñ
ſingulariter illã dignificauit ⁊ letificauit
per ſuã reſurrectionẽ. vñ Aug. in ſer. de re=
ſurrectione dñi. Quomodo glorioſa virgo
mater xp̄i inter oẽs mulieres principatũ
tenet ita inter oẽs ceteros dies hec dies
reſurrectionis oĩm dierũ pater eſt. vnde
etiã Amb. ſuper Mat. Reſurrectio xp̄i de
functis eſt vita penitentibꝰ eſt venia ſan
ctis eſt gloria. vñ merito dicit̃ hec eſt dies
quam fecit dñs ⁊c. Letari debemus hodie
quia ſuperiores. i. angeli hodie letati ſunt
de redemptione humani gñis: ⁊ de repa=
ratione ſue ruine: ⁊ de glorificatiõe xp̄i. nã
omnes angeli ſuperiores inferiores ⁊ me=
diocres multũ gaudent ⁊ magnũ gaudiũ
habent de noſtra redemptione: maius de
ſua reparatione: ſed maximũ de xp̄i glori
ficatione. vñ Gre. in omel. paſche. Redem
ptoris noſtri reſurrectio noſtra feſtiuitas
exiſtit: q̄ nos ad immortalitatẽ reduxit:
⁊ angelorum feſtiuitas exiſtit: q̄ nos re=
uocando ad celeſtia numerũ eorum adim
pleuit. Itẽ inferiores. i. patres ĩ limbo exi
ſtentes gauiſi ſunt q̄ erant in magna de=
ſolatione ⁊ erãt in infimo loco qui eſſe de
bebant in ſupremo. ſ. in celo. Item q̄ erãt
in caligine qui eſſe debebant in aperta dei
viſione. hi letificati ſunt per deſcenſuʒ xp̄i
⁊ reſurrectionem eiꝰ. Eſa. xxxv. Gaudiuʒ ⁊
letitiam obtinebũt ⁊ fugiet dolor ⁊ gemi=
tus. vñ canit̃. Aduenisti deſiderabilis quẽ
expectamus in tenebris. vñ Aug. in ſermo
ne ad imperium dñi ac ſaluatoris omnes
ferrei confracti ſunt vectes: ⁊ ſubito innu=
merabiles ſanctorum populi q̄ tenebãtur
in morte captiui ſaluatori genibus obuo=
lutis ſuos lachrymabili obſecratio=
ne depoſcunt dicentes. Aduenisti redem
ptor mũdi: aduenisti quẽ deſideran
tes quotidie expectabamus: aduenisti quẽ
nobis venturũ lex annunciauerat ⁊ pro=
phete: aduenisti donãs in carne viuis in
dulgentiam peccatorũ ſoluens defunctos
⁊ captiuos inferni. Et hi omnes hodie in
die reſurrectionis valde exultauerunt: q̄
xp̄s eos de loco infimo extraxit: ⁊ in ſua
aſcenſione eos in celũ deduxit: ⁊ ſuam bea
tam viſionem eis eternaliter oſtendit. B
Et ſimr̃ medie creature. i. hoĩes in terra exi
ſtentes hodie letari debẽt. Primo q̄ frater
noſter. i. xp̄s q̄ mortuus fuerat reuixit. vñ
Luce. xv. Fili gaudere opʒ q̄ frater tuus
mortuus fuerat ⁊ reuixit. Sic pater cele
ſtis dixit ad quẽlibet xp̄ianũ ꝙ eñ fratres
xp̄i ſumus oſtẽdit in euãgelio. Jo. xx. vbi
xp̄s poſt reſurrectionem ſuã dixit ad ma
riam magdalenã. Uade ad fratres meos
⁊ dic eis. Aſcendo ad patrem meũ ⁊ patrẽ
veſtrum. Secundo q̄ peccata noſtra no=
bis indulſit per illud ſacrum tempus qua
drageſimale: ⁊ hoc per penitẽtiã quã egi
mus. Tertio letari debemus: q̄ ſuo ꝓprio
ſo corpore ⁊ ſanguine nos hodie cibauit ⁊
potauit in quo vniti ſumus deo. vñ meri
to gaudere debemus q̄ dicit Ap̄ls. Gau
dete in domino ſempiterũ dico gaudete.
Nam ad gaudiuʒ incitãt nos hodie crea
ture. In xp̄i enim reſurrectiõe omnia gau
dent. Iuxta quod canitur. Uenit dies tua
in qua florent oĩa. Nã ſol maiori luce re
ſplenduit. vñ maximus. In chriſti reſurre
ctione elementa oĩa gloriant̃. Nã ⁊ ſolem
ipſum arbitror clariorẽ ſolito in hac qui
Neceſſe eſt eñ vt eius reſurrectione gau
deat in cuius paſſione cõdoluit. Item tãc
illo tempore celũ ſerenat̃: terra: arbores
⁊ flores incipiũt florere. ſimiliter ⁊ aues in
cipiunt cantare: q̄ oĩa debẽt nobis eſſe in
citamentũ exultationis ⁊ letitie. Sciẽdũ
ꝙ reſurrectio xp̄i eſt exemplar noſtre fu
ture reſurrectionis: q̄ ſicut xp̄s reſurrexit
ita nos reſurgemus. Ap̄ls. i. ad Corin. xv.
Oẽs quidem reſurgemus. ¶ Sed queri
in qua etate reſurgemus. Reſpondetur ꝙ
omnes reſurgemus in etate xp̄i ſicut ipſe
tempore paſſionis fuit. ſ. xxx. annor. Ratio
huius eſt quia tunc homo eſt in meliori



perfectiori ſtatu. Sed oẽs reſurgemus in
perfectiori ſtatu. Itẽ querit̃ de q̄ntitate re
ſurgentium? Rñ. ꝙ q̄libet reſurget in ea q̄n
titate corporis ſicut creuiſſet ſi ad perfe=
ctam etatem perueniſſet ⁊ nullum impedi
mentum ſui augmenti habuiſſet. Ei ergo
non oẽs reſurgemus in equali q̄ntitate: q̄
in p̄nti vnus naturaliter maior eſt alio ſcʒ
curſum nature: ⁊ oĩa ſuperflua ſicut q̄nq̄
hoĩes naſcunt̃ monſtruoſi cũ duobus ca=
pitibus ⁊ vndecim digitis. hec omnia per
diuinam potẽtiã reſecantur: ⁊ hi defectus
per eandẽ diuinã potẽtiam ſupplebuntur
in his hoĩbus q̄ defectuoſa corp̄a habue=
runt. ſ. qui caruerunt aliquibꝰ mẽbris. Uñ
Amb. In illa reſurrectione nulla alicuius
remanebunt iudicia leſure: nulla penitus
apparebunt veſtigia vlcerũ aut debilita=
tũ in carne. Au. Reſurgẽt corp̄a ſctõꝝ ſine
vllo vitio ſiue vlla d̃formitate: ſine vlla cor=
ruptione: ſed in claritate ẽt differunt: q̄ ſi
cut ſtella differt a ſtella ĩ claritate ſic vnũ
corpus glorioſum differt ab alio corpore
in claritate ſcḋm ꝙ hõ in p̄nti fuit perfectio
ris vite: q̄ claritas aĩe redũdabit in corpꝰ.
Et ſicut nõ oẽs ſunt equalis meriti ſic nec
erunt equales in claritate. Sciẽdũ ꝙ oẽs
reſurgemus tam boni q̄ʒ mali: cum eiſdeʒ
corporibus ⁊ aĩabus ſicut viuimus: ſʒ erit
magna diſtantia inter bonos ⁊ reprobos
quo ad claritatem corporum: q̄ electi ful
gebunt vt ſol: reprobi autem denigrabũ
tur ſuper carbones. D Sed quo ad cla=
ritatem corporum electorum: tunc qua=
tuor poſſunt conſiderari in ſole que quili=
bet iuſtus in corpore debet habere poſt
diem iudicij poſtquam reſurrexit a mor=
tuis. Primum quod conſideratur in ſole:
eſt pulchritudo vel claritas. Inter omnes
creaturas quas deus creauit in mundo:
nihil eſt communiter ita clarum ⁊ pulchrũ
vt ſol: q̄ ipſe eſt fons ⁊ origo omnium lu=
minum. hanc autem claritateʒ debent ha
bere iuſti poſt diem iudicij in corporibus
ſuis. Corpus eñ illud quod modo eſt pal
lidum ⁊ deforme erit poſtmodum ſepties
pulchrius quam ſol iam eſt: q̄ ſol ſepties
clarior fuit quaʒ iã eſt anteq̄ʒ primꝰ homo
peccauit. Sed poſtquam Adaʒ ⁊ Eua per
petrauerunt peccatum: tunc perdidit ſol
ſue claritatis ſeptem partes: ⁊ niſi octa=
ua pars remanſit ſibi. Sed poſt diem iudi
cij erit vt prius fuit: et luna erit taʒ lucida
ſicut ſol iam eſt. Unde Eſay. xxx. Erit lux
lune ſicut lux ſolis. Unde dico. Sicut ſol
fuit olim antequam primus homo pecca
ret: ita pulcher debet eſſe quilibet iuſtus
homo in ſuo corpore: vt dicit dominus in
euangelio. Math. xiij. Tunc fulgebunt iu=
ſti ſicut ſol ⁊c. Secunduʒ quod conſidera
tur in ſole eſt agilitas ſiue celeritas: quia
ita agilis eſt ſol quod quamcito de mane
oritur emittit ſplendorem ſuum quaſi per
totam terram ⁊ in vno breui tempore per
currit ſpacioſum ⁊ latum mundum. hanc
agilitatẽ habebit q̄libet iuſtus. Nota ꝙ
corpus noſtrum quod modo graue eſt et
pigruʒ ad ſeruiendum deo ⁊ ad bona ope
ra ⁊ ad laborem: tunc erit ita agile vt mo
do cogitationes ſunt: verbi gratia. Ego co
gito iam ad finem mundi ⁊ quãcito iam
illud cogitaui tamcito cum corpore ⁊ ani
ma poſſum tũc eſſe in fine mũdi: ſi volue
ro vbicunque locorum. Unde Auguſt. vbi
vult ſpiritus ibi protinus erit ⁊ corpus. q̄
ſicut iam poteſt videre celum ⁊ immedia=
te viſuʒ declinare ad terram: ita velox erit
corpus glorificatum quia ſimiles erimus
angelis qui ĩ ictu oculi poſſunt a terra ad
celum volare: ⁊ econuerſo redire. vñ An=
ſel. In illa vita pulchritudo iuſtorũ ſolis
pulchritudini qui ſeptempliciter q̄ʒ modo
eſt fuit ſplẽdidior adequabitur. Uelocitas
ſiue agilitas tanto nos concomitabitur:
vt angelis dei eque celeres ſimus qui a ce
lo ad terram citius quam in ictu oculi di=
labuntur ⁊ econuerſo. Tertium quod cõ=
ſideratur in ſole eſt ſubtilitas. ſol enim tã
ſubtilis eſt quod nullum vitrum tam ſpiſ
ſum eſt quin ſplendor eius penetret. Et
tam ſubtilis eſt quod nulla criſtallus tã
dura ⁊ tam magna eſt quin per ipſam ſplẽ
deat. Et eandem ſubtilitateʒ habebit tũc
quilibet iuſtus. Corpus enim quod modo
eſt ineptũ et groſſũ tã ſubtile: tũc erit ꝙ
nulla res tam durra eſt vel firma q̄ poſſit
eam pertranſire ſine vllo impedimento.
Uñ ſi poſſibile eſſet quod murus ferreus

de celo ad terram cõtingeret: per hũc poſ
ſet homo iuſtus trãſire cum corpore ⁊ ani
ma ita facile ac ſi ibi nihil eſſet. Qḋ hoc
verũ ſit teſtimoniũ habemus in euã. Jo.
xx. ꝙ Jeſus ianuis clauſis hodie ad diſci=
pulos introiuit. ⁊ ſtans in medio eorũ di=
xit eis. Pax vobis. Per hoc oſtendit̃ ꝙ nul
la res tam dura ⁊ firma eſt quin homo iu
ſtus poſſit pertrãſire cũ corpore ⁊ aĩa poſt
iudiciũ: qꝛ eandẽ gloriã quam chriſtus ha
buit in ſuo corpore poſt reſurrectionẽ qui
libet iuſtus habebit poſt diẽ iudicij. Un=
de apl̃s ad Phil. iij. Saluatorẽ expectemꝰ
qui reformabit corpus humilitatis noſtre
configuratũ corpori claritatis ſue. Quar=
tũ qḋ conſideratꝰ in ſole eſt impaſſibilitas.
Splendorẽ enim qui a ſole procedit nullꝰ
poteſt ledere: ſiue verberet̃ ipm̃ vel ledet̃
vel lapidibꝰ ei iaciat̃: hoc nihil p̃t ei noſce=
re. Eãdẽ impaſſibilitatẽ habebit pro tũc
quilibet iuſtus Nam illḋ corpus: qḋ iã ita
fragile eſt ꝙ ipm̃ fames: ſitis: eſtus frigus
ledere põt qḋ ⁊ mortale eſt: immo qḋ mo=
ri opꝫ: tũc erit ita ſubtile ⁊ ſecuꝝ ⁊ ipaſſi=
bile ꝙ ei nihil nocere p̃t. Nã ſi oẽs gladij
acciperent̃ qui a p̃ncipio mundi fabricati
ſunt ⁊ percuterent̃ in vnũ corpꝰ gl̃ificatũ
nihil hoc ledere poſſent. Nam oẽs hoĩes
cum oĩbus armis non poſſẽt ei nocere: qꝛ
corpus glorificatũ erit in mortale ⁊ ipaſſi=
bile: ꝙ ſic nec eſuries: nec fames: nec ſitis
nec frigus: nec aliqḋ incõmodum poterit
ei nocere. vñ. Apo. iij. Nõ eſuriẽt neqꝫ ſi=
tiẽt: neqꝫ cadet ſup̱ eos ſol neqꝫ vllus eſtꝰ
Item Apoc. xxj. Neqꝫ luctus neqꝫ clamor
erit vltra. Item corpus qḋ iã eſt mortale
tũc erit immortale. Et apl̃s dt̃ ḋ xp̃o. mors
illi vltra non dñabitur. Sic ſil̃r intelligit̃ ḋ
q̃libet iſto. Ergo nec mortẽ nec q̃cq̃ꝫ mali
timebũt ãpliꝰ. Eſa. xxv. Precipitabit dñs
mortẽ i ſempiternũ. Quis tñ ſtultus iter
oẽs qui hãc gloriã ⁊ beatitudinẽ nõ que=
rat: vbi inuenit̃ oẽ bonũ ⁊ nullũ malũ. vñ
Ter. Non ſurget ibi malitia non carnis
miſeria: nulla ibi egritudo: nulla neceſſitas
nõ ibi fames: nec ſitis: nec frigus: nec eſtꝰ:
nec laſſitudo ieiunij: nec vlla tentatio ini=
mici: nec peccãdi volũtas: non derelinquẽ
di facultas: ſed tota letitia: tota exultatio

homines angelis ſociati ſine vlla carnis
infirmitate venerabũtur hoc iam dictum
eſt de corporibus ſaluandorũ. ¶ Nunc
autem reſtat enucleare cõditiones corpo=
rum cõdemnandorũ. Pro quo ſciendũ ꝙ
corpora damnatorũ in reſurrectione ha=
bebunt principaliter quinqꝫ conditiones.
Primo erunt valde difformia: qꝛ ſicut cor=
pora electorum ſunt valde clara ⁊ lucida:
ſic corpora damnatorũ erunt valde nigra
⁊ obſcura. vnde Aug. in lib. de natura dei
ſic dicit. Si ignis iſte omnia lucida et de=
cora deturpat ⁊ denigrat. q̃tomagis ignis
infernalis eſt deturpãs obſcurans ⁊ deni
grans. vt exemplariter patet in igne ſan=
cti Antonij qui in preſenti valde deturpat
⁊ denigrat membrũ in quo eſt. Et idẽ etiã
patet in ſole qui ſic denigrat facies ⁊ cor=
pora ethiopũ q̃tomagis ignis infernalis
denigrat facies ⁊ corpora ſuperborũ ⁊ re
proborum. Johe. ij. Omnes vultus redi=
gentur in ollam. Secundo erunt debilia.
Job. Conſumet mors fortitudinem eius.
Exemplũ poſſumus videre in debilitate
preſentis vite que ſic debilitat fortiſſimos
in agone mortis ꝙ nec ſtare nec ambula=
re poſſunt quãtomagis illa mors amara
que eſt eterna reddet illa corpora debilia
ad reſiſtendũ ⁊ ad ſe mouendum. Tertio
erunt valde grauia: quia eis datur locus
infimus. Exoḋ. xv. Deſcẽderunt in profũ
dum quaſi lapis. vnde etiã Job loquitur
de peccatoribus in delitijs viuẽtibus di=
cens ſic. Ducunt in bonis dies ſuos in pũ
cto autem ad inferna deſcẽdunt. Quarto
erunt nuda ad cõfuſionẽ. vnde Naum. iij.
Oſtendã gentibus nuditatẽ tuam. Et ſi=
gnanter illi peccatores qui hic ſuperbiã
cum veſtibus exercuerũt ⁊ ſe ad compla=
cendum hominibꝰ ornauerunt. vnde Sa=
piẽ. xj. Per que homo peccat per hec ⁊ tor=
quetur. Quinto erunt valde paſſiua ⁊ ple
na omni miſeria ⁊ tamen incorruptibilia.
Judith. xvj. dabit dominus ignem et ver=
mes in carnem eorum vt vrantur ⁊ viuãt
⁊ ſentiant penas vſqꝫ in ſempiternũ habe=
bunt enim fletum in oculis: ſtridorem in
dentibus fetorem in naribꝰ. vincula in pe=
dibus ⁊ manibus: ignem in toto corpore.

pſ. Repleta

pſ. Repleta eſt malis anima mea ⁊ ſignã
ter in illo mẽbro ipeccator maxime torq̃bi
tur cũ quo creatorem ſuum plus offendit.
vñ Ber. In quo aũt mẽbro creator plꝰ of=
fenditur in eodẽ peccator grauius torq̃=
bitur. ⁊ hec dicta ſunt de reſurrectione re
proborum. ¶ Ulterius querit̃ quare xp̃s
primo reſurrectionẽ ſuã oſtendit mulieri=
bus? Rñ. primo ꝓpter dignitatẽ vt in hoc
nobis exm̃ daret vt ob reuerentiã glorio
ſe virginis marie oẽs mulieres honoremꝰ
ſiue ſint maritate: ſiue vidue: ſiue virgĩes:
qꝛ mortem quã femina Eua intulit: femi=
na beata v̾go fugauit. vñ canit̃. Paradiſi
porta per euã cunctis clauſa eſt ⁊ per v̾gi
nem mariã iterũ patefacta. Scḋo qꝛ voluit
ꝙ reſurrectio eius manifeſtaret̃ alijs: ſed
qꝛ mulieres vix aliq̃d celare p̃nt: ſed quic=
quid audiũt hoc ſtatim alijs manifeſtãt.
igitur ⁊c. Exemplũ legitur de quibuſdam
monialibus in quodã monaſterio conſti=
tutis: q̃ inter ſe deliberauerunt vt due ex
ipſis deberent accedere dñm papã ⁊ eis
impetrare ꝙ ſibi mutuo poſſent confiteri:
eſtimantes indignũ ꝙ ſua ſecreta ⁊ ſuas
infirmationes vni viro. i. ſacerdoti ſuppli
care deberent. Cum aũt ad papã veniſſẽt
⁊ ſummus apl̃icus intelligens eaꝝ ſimpli
citatem ⁊ diaboli fraudẽ. dedit eis vnam
pixidem clauſam dicens vt illã ſecũ ad ho
ſpicium portarent ⁊ de mane eam ſibi ſic
clauſam reportarent ⁊ ſic obtinerẽt qḋ pe
terent. q̃ venientes ad hoſpiciũ pixidẽ di
ligenter inſpexerũt ⁊ eã libenter aperuiſ
ſent: tandẽ vna dixit. Aperiamus eã ⁊ vi=
deamus q̃d in ea ſit. Alia dixit: non aude=
mus: qꝛ ſummus põtifex apl̃icus nobis in
hibuit. Tãdẽ per tẽtationes victe aperue
runt eã volẽtes eã ſil̃r mõ recludere ⁊ ſic
auis in ea recluſa aufugit: q̃ ꝑterrite ſunt
⁊ cum de mane redirent ad papã ⁊ ipſe co
gnouiſſet factũ dixit eis. In hoc cognoſci-
tur veſtra inſtabilitas ⁊ infirmitas. ſic fa
ceretis vobis mutuo ſi deberetis alteruꝝ
audire confeſſiones veſtras. Cum eñ vna
offenderet aliã illa nullo modo culpã al
terius ſibi confeſſam obticeret. Et ſic re=
dierunt ad ſorores ſuas.

¶ In ſecunda feria paſche. Sermo. lj. de
ſignis digne communionis.

Mane nobiſcum dñe. Luce
xxiiij. hec verba canit ec=
cleſia per illud ſacrum tẽ=
pus paſchale vſqꝫ ad aſcẽ
ſionẽ. In q̃bus verbis q̃=
libet hõ deuote xp̃m pete
re dꝫ quẽ hodie in ſacra=
mento ſumpſit vt ſecũ maneat: qꝛ nõ ſuffi
cit ꝙ q̃s xp̃m in ſacro ſumpſit niſi ſecũ eũ
retineat. vñ deuote dicere debemus. Ma=
ne nobiſcũ dñe. Sciendũ ꝙ ſi q̃s xp̃m pe=
tere vult vt ſecũ maneat neceſſe eſt p̄co=
gnoſcere vtrũ eũ ſecum habeat vt tũc di=
cere poſſit. Mane nobiſcum dñe. ¶ Pro
quo ſciendũ ꝙ ſunt ſeptẽ ſigna per q̃ co=
gnoſcitur vtrũ q̃s digne communicauit:
q̃diu xp̃m apud ſe retineat qꝛ ſicut vita
corporalis cognoſcitur ita ſpũalis quam
xp̃s prebet in hoc ſacramento. vñ Joã. vj.
Qui mãducat me ipſe viuet ꝓpter me. pri
mum ſignũ eſt gemitus cõpunctionis: qꝛ
recte ſicut fit de infirmo in agone conſtitu
to cũ nõ ſcitur vtrum anima adhuc ſit in
corpore: tũc pennã ponũt añ os infirmi: et
ſi anhelitũ trahit ⁊ emittit ſignũ eſt ꝙ aĩa
adhuc ſit in corpore ⁊ ꝙ adhuc viuit. Sic
ſi gemis de peccatis tuis cũ dolore cor=
dis ſignum eſt ꝙ digne cõicaſti: ⁊ xp̃s ad=
huc in te viuit. imo nõ ſolũ hõ dꝫ gemere
pro peccatis ſuis in quadrageſima. ſed ẽt
dꝫ dolere ⁊ penitere qñ recordat̃ de pecca=
tis ſuis ſm̃ Aug. vſqꝫ ad mortẽ. vñ etiam
Hugo de ſancto vic. Qñ deus in contritio
ne abſoluit hoĩem a peccatis ligat eũ vin
culo perpetue deteſtationis: vt pctm̃ ſem=
per de cetero deteſtet̃: que vcꝫ deteſtatio
nõ eſt aliud niſi pnĩa. Qñ autem hõ deſi=
nit gemere ⁊ deteſtationẽ de peccatis p̄=
teritis habere incipit: ſignum eſt mortis.
Mõ cõſidera ꝙ qñcũqꝫ gemis ⁊ q̃diu diſ
plicentiã habes qñ occurrũt tibi tua pec
cata preterita ſignũ eſt vite ſpũalis q̃ eſt
a chriſto. vnde Ber. Quãtomagis hõ pec=
cata ſua intelligit tãto amplius ſui ſuſpi=
rat ⁊ gemit. Qualiter autem gemendum
ſit pro peccatis ſuis Baſilius oſtendit di=
cens. Grãdia peccata grandia lamenta de
ſiderant. Secundum ſignum eſt color bo=

ne cõuerſationis:qꝛ q̃diu videmus homi
nem bene coloratũ dicimus ꝙ non ſit di=
ſpoſitus ad mortẽ:ſic q̃diu homo bene cõ
uerſatur timẽs alios ſcãdalizare ꝛ deum
offendere ſignũ eſt ꝙ chriſt⁹ adhuc eſt in
anima eius.Mat.v.Sic luceat lux veſtra
corã homĩnib⁹ vt videãt opera veſtra bo
na ꝛ glorificẽt patrem veſtrũ qui eſt in ce=
lis.Ex quo ſequitur ꝙ q̃diu conaris ver=
ba ꝛ facta ꝛ mores tuos tẽtare:ꝛ appetis
prodeſſe ꝓximis ad gloriã dei xp̃s adhuc
in te viuit.Et hoc homini multũ fructuo=
ſum ꝛ deo valde acceptũ eſt.vnde Gre.ſu=
per Ezech.in omel'.xxj.Nullũ omnipotẽti
deo tale ſacrificiũ quale eſt animarũ zel⁹.
h Sciendũ ꝙ bonum exemplũ in eccl'ia
dei eſt valde vtile qꝛ multi mali hoĩes qui
deum nõ multũ diligũt in quadrageſima
ieiunant:qꝛ vident alios ieiunare:q̃ alias
nũq̃ ieiunarẽt:qꝛ inimici dei ſunt,nec deo
multũ curãt.Itẽ ad opera miſericordie ali
quãdo prouocãtur.ſ.qñ vident alios elee
moſinas dare,vel opera miſericordie exer
cere.Itẽ ad audiendũ miſſas ꝛ verbũ dei:
ꝛ ſic de alijs bonis operib⁹.Unde propter
exemplũ bonorũ multi a peccatis cõuertũ
tur:ꝛ ſic ſaluant:qui alias dãnarent:ſi exẽ
pla bona in alijs non vidiſſent.vnde Gre.
Nunq̃ peccatores ad lamentũ penitẽtie
redirẽt ſi nulla eſſent bonorũ exẽpla:que
mentẽ eorũ retraherẽt.Inſuper mali pro=
uocãtur ad virtutes per bona exẽpla.ſ.ad
humilitatẽ ꝛ miſericordiã:ꝛ ſic de alijs.er=
go diues [illegible] humilis multa meretur.
propter exemplũ:qꝛ pauper ex hoc verecũ
datur in ſeipſo dũ diues humiliter incedit
cat ſm opa ſua ⁊ merita: ſed q̄tū ad ꝓxi-
mos ⁊ ſubditos ꝓlati debēt eſſe humiles:
ſic ꝙ non debēt ſpernere ſubditos ꝓpter
paupertatē. vñ Gre. Oēs fratres ſumus
vnius imperatoris poteſtate cōditi ⁊ ſan
guine redēpti. ⁊ idcirco fratres nr̄os q̄tū
libet paupes ⁊ abiectos in nullo deſpicere
debemꝰ. L Sed q̄tū ad ſcđm ſciēdum ꝙ
hoies tam nobilis q̄ ignobilis tam iuue-
nes q̄ ſenes ſunt ſiles in quatuor ⁊ iſta ſi
militudo dꝫ eſſe cā dilectionis adinuicē.
Primo q2 deꝰ nos omnes creauit. ps. Ipſe
fecit nos ⁊ nō ipſi nos. Ergo deꝰ eſt pater
oīm nr̄m ſm dictū xp̄i in euāgelio vbi di-
cit. vnius eñ eſt pater veſter ⁊c. Item in
euāgelio Iohā. dicit̄. Omnes eñ vos fra-
tres eſtis. Itē ab adā oēs nati ſumus: et
de eodē limo oēs formati ſumꝰ. Secundo
q2 nudi ſumꝰ. Iob. j. Nudus egreſſus ſum
de vtero matris mee ⁊c. Diciſſimꝰ rex mū
di paupior natus q̄ pauperrimꝰ hoīꝫ mū
di mortuus ſit. hoc ꝓbatur: q2 q̄tūcunq3
paup morit̄ aliquid poſt ſe relinquit imo
ad minꝰ panniculos aliquos quibꝰ tege-
bat nuditatē ſuā: vel ſtramina aliqua ſup
quibꝰ dormiebat: ſed ditiſſimꝰ rex mundi
nullū horū ſecū portauit: ſed nudꝰ de vte
ro matris hūc mundū intrauit: ergo oēs
quo ad natiuitatē ſumꝰ ſimiles ⁊ ꝯñr fra
tres. Tertiū eſt ꝙ oēs ſumus breues vite
Iob. xiiij. breues dies hoīs ſunt. hoc intel
ligitur tam de diuitibꝰ q̄ de pauperibus:
q2 q̄tūcunq3 q̄s ſit diues ſiue nobilis ſiue
potens ſup alios: tamen non hꝫ ſecurita-
tē vite q̄uis qñq3 eſtimet ſe hr̄e Lu. xij.
Stulte hac nocte repetent aiam tuam ⁊c.
Et inſuper oēs eundē finē habebūt: q2 om
nes tam diuites q̄ pauperes erunt cibus
vermiū ⁊ vertentur in cadauer fetidum.
Si hoc vis probare vade ad oſſa mor-
tuorum oſtende mihi que ſunt nobilium
vel ruſticorū ſed nulla eſt differentia: quia
omnes habebimꝰ eundē finē. Quartum ꝙ
omnes hoies tam diuites q̄ pauperes: tā
dñi q̄ ſubditi tam dñe q̄ ancille ⁊ tā dñi
q̄ ſerui ſtabunt ante tribunal xp̄i. Apoſto
lus. ij. Coꝛ. v. Oēs nos manifeſtare opor-
tet añ tribunal xp̄i: vt referat vnuſq̄ſq3 ꝓ-
ut geſſit i corpe ſuo ſiue bonū ſiue malū.
Ex his patet ꝙ oēs ſumꝰ fratres: ergo fra
terna dilectio ⁊ fidelitas dꝫ eſſe inter nos
ex quo oēs fratres ſumus. Sed cōtra hoc
faciūt qui pauperes ꝓpter paupertatem
deſpiciunt vel defectuoſos ſubſannant: q2
in hoc deū offendūt multū. Mat. xxv. Qđ
vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis.
Exemplū de quodā diuite q̄ ſpernebat
pauperes. Legitur ꝙ quidā diues aduo-
catus qui de paupertate deuenit ad ma-
gnas diuitias tāte ſupbie fuit ꝙ propter
ſuā ſublimitatē ⁊ ſupbiā loqui de paupe-
ribus dedignabat̄: q̄ diuino iudicio ad tā
tam cecidit miſeriā ꝙ infirmatꝰ ſe viſitan
tibus reſpōſum dabat ſe eſſe cattū. vnde
etiā ſeipſum ſub lecto ⁊ ſub ſcanno abſcon
debat ſicut cattus. ⁊ qñ interrogatus fuit
cur hoc faceret. Reſpondit ego ſum cattꝰ:
⁊ ſic ſine omni cōtritiōe ⁊ cōfeſſione obijt.
M Sed quantū ad tertiū ſciendū ꝙ ſub-
diti tenent̄ in tria dñis. Primo vt ſint eis
fideles in corpe ne eos tradāt. nā hoc eēt
peccatū iude q̄ xp̄m dñm ſuū tradidit. Itē
debent eis eſſe fideles in rebꝰ tꝑalibus vt
preueniant dāna dñorum ſuorū vbi poſ-
ſunt ⁊ bona eorū eis augmētant. Item in
anima debēt ipſis eſſe fideles ne aliquod
malū ipſis cōſulant cōtra qđ faciunt illi q̄
cōſulunt dñis vnde ledūtur alij in rebus:
⁊ tales tenētur ad reſtitutionē: ſi alias nō
fuiſſet factū illud malū ſine eorū cōſilio:
etiā ſi nullū ex hoc emolumentū conſecu-
ti ſint. Iob. xviij. Precipitabit impium cō-
ſilium ſuum. Boni conſiliarij ſunt vt ange
li qui ſemper bona conſulūt: ⁊ tales boni
conſiliarij habebūt magnā gloriam cum
angelis in celo: q2 ſe eiſdē angelis ſimiles
fecerunt dando bonū conſiliū. Mali vero
conſiliarij ſunt vt angeli mali qui ſemper
conſulunt mala ⁊ nociua: ⁊ tales mali cō-
ſiliarij propter talia mala cōſilia ardebūt
cū demonibꝰ in inferno. Secūdum qđ ſub
diti tenētur ſuis dñis eū vt ſint eis obediē
tes in licitis: ⁊ in quibus tenent̄ eis obedi
re q2 ſecūdū. b. Tho. in ſeculari ꝑtāte obe
diendū eſt in licitis: q2 eis poteſtas a deo
eſt. ⁊ q̄ ꝑtāti reſiſtit ordinationi dei reſi-
ſtit. Et hoc ſumit̄ qđ vxor tenetur obedire
marito ſuo in oībus licitis ⁊ honeſtis. vñ
Gen. iij. dixit deus ad euā. Sub ꝑtāte viri
eris. ⁊ ipſe dominabit̄ tui. ſimiliter pueri
dñt obedire ſuis parētibus in licitis ⁊ ho-
neſtis: ſic etiā ſerui ⁊ ancille tenent̄ obedi-
re dñis ſuis ⁊ ꝯñr oēs ſubditi: ſiue ſint ci-
ues: ſiue ruſtici tenent̄ obedire ſuis ſupio-
ribus in oībus licitis ⁊ honeſtis. vñ. Ber.
Quicquid vice dei ꝑcipit homo qđ nō ſit
certū diſplicere deo hoc oīno eſt accipien
dū quaſi ꝑcipiat deꝰ. Itē Ber. Obediētia
que maioribꝰ prebet̄ deo exhibet̄. Tertiū
qđ ſubdite tenent̄ dñis ſuis vel ſuperiori-
bus eſt ꝙ de debitis reditibus ſiue de re-
bus dñoꝝ nihil auferre nihilq3 detinere
debēt: ſed plene ⁊ integre perſoluere oīa:
cōtra hoc faciūt illi ſubditi q̄ ſciēter ſubtra
hunt ⁊ nō plene ꝯſoluūt decimas ⁊ reddi
tus ſuis ſupioribus ⁊ tales mortalr pec-
cant ⁊ tenent̄ ſatiſfacere ſuis ſupioribꝰ. ſi
volūt cōſequi remiſſionē oīm pctōꝝ ⁊ eu-
chariſtiā digne recipe. Itē ꝯ hoc faciunt
officiales dñorū q̄ qñq3 ex vna parte extor
quent a ſubditis: ⁊ ex alia pte nō dāt dñis
ſed ſemꝑ partē vel totū ſibi reſeruant ⁊ ta
les etiā tenētur ad reſtitutionem.

¶ De eadem dominica.

EGo ſum paſtor bonꝰ. hic xp̄s
ſeipſum cōmendat. vñ hic eſt
dicendum quod quis poteſt ſe
licite commendare: ⁊ quando
eſt veniale: ⁊ qñ mortale vel ēt
nullum peccatū. hoc quere infra Sermo-
ne. cvij. lx.

¶ De eadem dominica.

ANimam meā pono pro ouibꝰ
meis. hic eſt dicendū de chari-
tate dei quā hꝫ ad nos ⁊ etiā
de charitate quā nos ad ipſuꝫ
habere debemus. Iſtuꝫ ſermo
nem quere infra. Sermo. cxix. P.

¶ Dominica. ij. poſt octa. paſche. Ser
mo. lx. quere antiqui ꝑtes tandiu olim
vixerunt.

MOdicū ⁊ nō videbitis me.
Iohan. xvj. hec verba locu
tus eſt dominus ieſus ante
paſſionē ſuam poſt cenā in
illo ſermone quem fecit di-
ſcipulis qui incipit. Nō tur
betur cor ⁊c. Legitur autem hoc euange.
hodie in quo dominus paucis verbis an-
nunciat apoſtolis tria ſcilicet mortem re-
ſurrectionē: ⁊ aſcenſionē ad patrē. de prio
ait. Modicū ⁊ iam nō videbitis me. ſ. poſt
mortem vna die ⁊ duabus noctibus dum

facro in ſepulchro.de ſcdo ſubdit. Iteruꝫ
modicū ⁊ videbitis me.ſ.poſt reſurrettio
nem.xl.diebus quibus apparebo vobis.
de tertio addit. Quia vado ad prēm. Sciē
dum.ꝙ in euang.ſepties reperitur modi=
cum:qꝛ in hac vita ⁊ iam noſtris tpibus
ſeptē etates hoīs ſunt breues ⁊ modice.
¶ Quod eñi vita noſtra iam in preſenti
ſit modica ⁊ breuis oſtendit multipliciter.
Primo per ſacrā ſcripturā. Job.xiiij. Ho=
mo natus de muliere breui viuens tpe re
pletur multis miſerijs. Item breues dies
hoīs ſent.vnde Jac.iiij. Que eſt eñi vita
veſtra vapor eſt ad modicū parēs. Sap̄.
v. Nos nati cōtinue deſinimus eſſe. Secū
do oſtendit ꝙ vita noſtra ſit breuis ī hoc
ꝙ vita cōparatur rebus que ſunt breuiſſi=
me pmanētie. Primo cōparatur feno. Ps.
Omnis caro ⁊c. Nam ſicut hodie fenū vi
ret:⁊ cras in clibanum mittitur ſic homo
hodie viuit ⁊ cras morit ⁊ ſepelitur:⁊ ſicut
flos hodie floret ⁊ cras decidet ⁊ areſcet:
ſic homo in iuuentute floret ⁊ in ſenio are
ſcit ſed in morte decidet ⁊ in puluerē reuer
tetur. Item vita noſtra eſt tanq̄ fluuius
pertranſiēs ⁊ tanq̄ nauis percurrēs. Gre.
in regiſ. Noſtra vita nauigāti ſimilis eſt.
Is namq̄ qui nauigat ſtet:ſedeat:iaceat
ſemper vadit:qꝛ impulſu nauis ducit. Ita
ergo ⁊ nos ſumus qui ſiue dormiētes ſiue
vigilātes:ſiue iacētes ſiue ambulātes:ſi=
ue nolentes ſiue volētes:per momenta tē
porum ſemp ad finem ducimur. Aug. vita
noſtra nihil eſt niſi curſus ad mortē ī quo
nemo nec diues nec pauper nec nobilis
nec ignobilis ſtare permittitur ſed ſemp
dictam vnā quolibet die quiſq̄ noſtrū fa=
cit. Itē vita noſtra cōparat vmbre:hoc pa
tet ſi habeatur reſpectus ad pene inferni
eternitatē,vnde dicunt dāñati in inferno
illud Sap̄.v. Trāſeunt oīa illa tanq̄ vm=
bra.⁊ poſt ſubdit. Nos nati cōtinuo deſi=
nimus eſſe. Itē vita noſtra eſt tanq̄ ven=
tus.vnde Job.vij. Memēto mei dñe quia
ventus eſt vita mea. Tertio oſtendit com
parando vitā noſtrā ad vitam antiquoꝝ
patrū qui in principio mūdi vixerūt. Un=
de iam eſt dicendū ꝙ q̄diu patres antiq̄
vixerunt:quare ⁊ q̄uo poſtmodū diluuiū

creortum ſit. Pro quo ſciendū ꝙ adā poſt=
q̄ ipſe expulſus fuit de paradiſo cognouit
vxorē ſuā Euā.⁊ peperit ei Cayn: rurſum
poſt peperit Abel. Cayn agricola fuit et
Abel paſtor ouiū. Factū eſt poſt multos
dies vt offerret Cayn de fructibus terre
munera dño. Abel vero obtulit de melio
ribus gregis ſui. Et reſpexit dñs ad Abel
⁊ ad munera eiꝰ. Ad cayn vero ⁊ ad mune
ra eius nō reſpexit. Iratuſq̄ eſt cayn ve=
hementer ⁊ dixit ad Abel fratrē ſuū. Egre
diamur foras. Cūq̄ eſſent in agro cōſur=
rexit cayn aduerſus abel fratrē ſuū ⁊ occi=
dit euꝫ. Et ait dñs ad Cayn. Ubi eſt Abel
frater tuus. Qui reſpōdit Neſcio. Nunqd
cuſtos fratris mei ego ſum? Dixitq̄ deus.
Quid feciſti:vox ſanguis fratris tui Abel
clamat ad me de terra. Nūc autē maledi
cta erit terra ī ope tuo.que aperuit os ſuū
⁊ ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu
tua. Dixit autē Cayn ad dñm. Maior eſt
iniquitas mea q̄ vt veniā merear. Et poſt
hoc adam vixit centū triginta annis ⁊ ge
nuit filium ⁊ vocauit nomē eius Seth. Le
gitur in hiſtoria ſcholaſtica ꝙ poſt mort
abel adam nō voluit amodo vxorē cogno
ſcere:ſed deo iubente p angelū fregit vo=
tum ⁊ cognouit eam ⁊ genuit Seth.⁊ di=
xit. Poſuit mihi deus ſemen aliud p abel
quē occidit Cayn. Uixit autē adam poſtq̄
genuit ſeth octingentis annis ⁊ genuit fi
lios ⁊ filias. Dicitur autē in ſcholaſtica hi
ſtoria adaꝫ habuiſſe.xxx.filios ⁊ tot filias
preter cayn ⁊ Abel. Et factū eſt omne tē
pus qđ vixit adam nongēti.⁊.xxx.anni et
mortuus eſt. Uixit quoq̄ Seth centū quin
q̄ annis ⁊ duxit vxorem cū qua genuit pri
mogenitū ſuum Enos: vixit quoq̄ Seth
poſtq̄ genuit enos octingentis ſeptē an
nis:genuitq̄ filios ⁊ filias. Et facti ſunt
omnes dies ſeth nongenti.xij. anni ⁊ mor
tuus eſt. vixit vero Enos.xc. annis ⁊ ge
nuit Caynam. Poſt cuius ortum vixit oc
tingentis.xv.annis ⁊ genuit filios ⁊ filias.
factiq̄ ſunt omnes dies Enos nongenti
quinq̄ anni ⁊ mortuꝰ eſt: vixit quoq̄ Cay
nam.lxx.annis ⁊ genuit. Malalehel ⁊ vi
xit Caynam poſt genuit Malalehel octin
gentis.xl.annis ⁊ genuit filios ⁊ filias. Et



facti ſunt omnes dies caynam nongenti
decem anni ⁊ mortuus eſt. Uixit autem
Malalehel.lxv.annis ⁊ genuit Jared:⁊ vi
xit Malalehel poſtq̄ genuit Jared octin
gentis.xxx.annis ⁊ genuit filios ⁊ filias.
Et facti ſunt omnes dies malalehel octin
genti nonaginta quinq̄ anni ⁊ mortuus
eſt. Uixitq̄ Jared.clxij. annis ⁊ genuit.
Enoch ⁊ vixit Jared poſtq̄ genuit enoch
octingentis annis ⁊ genuit filios ⁊ filias.
Et facti ſunt omnes dies Jared nongenti
ſexaginta duo anni ⁊ mortuus eſt. Porro
Enoch vixit.lxv.annis ⁊ genuit Mathuſa
lem ⁊ ambulauit Enoch cū deo. Uixit aūt
Enoch poſtq̄ genuit Mathuſalem trecen
tis annis:et genuit filios et filias. Et facti
ſunt omnes dies. Enoch.ccclxv.anni:⁊ am
bulauit cū deo ⁊ nō apparuit:qꝛ tulit eum
deus. Uixit quoq̄ Mathuſalē centū octo=
ginta ſeptem annis ⁊ genuit Lamech ⁊ vi
xit Matuſalem poſtq̄ genuit lamech ſe=
ptingētis.lxxxij.annis ⁊ genuit filios ⁊ fi=
lias. Et facti ſunt omnes dies Mathuſalē
nongēti.lxix.anni ⁊ mortuus eſt. Uixit au
tem Lamech centum octogintaduobus
annis ⁊ genuit Noe. Uixit auteꝫ Lamech
poſtq̄ genuit Noe quingentis ⁊ nonagin
taquinq̄ annis ⁊ genuit filios ⁊ filias. Et
facti ſunt omnes dies Lamech ſeptingen
ti ſeptuaginta ſepteꝫ anni ⁊ mortuus eſt.
Noe vero cum quingētorum annorū eſſet
genuit Cham Sem ⁊ Japhet. Et cuꝫ mul
tiplicati ſunt homines ⁊ malitia hominū
ſuper terram:tunc dominus iuſſit Noe fa
bricare archam ⁊ cū i Noe eſſet quingen=
torum annorū iuſſus eſt fabricare archā:
⁊ cum eſſet ſexingētorum annorum tunc
intrauit cum tribus filijs ſuis ⁊ cum tribꝰ
vxoribus filiorū ſuorum ⁊ cum vxore ſua.
Tunc aperte ſunt caracte celi et factum
eſt diluuium.xl.diebus ⁊ noctibus ⁊ eleua
uerunt archam aque. Operuerūtq̄ aque
diluuij terras centum quinquaginta die=
bus poſt centum quinquaginta dies de=
creſcebant. Poſt quadraginta dies ape=
riens Noe feneſtram arche emiſit coruuꝫ
qui non eſt reuerſus ſed manſit cum cada
uere vno poſt emiſit columbam que eſt re
uerſa:quia non inuenit vbi pes eius quie=

ſceret. Poſt ſeptem dies iterum emiſit co=
lumbam que de ſero reuerſa eſt portās ra
mum oliue in ore ſuo. Iterū poſt ſeptem
dies emiſit columbam que nō eſt reuerſa.
Tunc intellexit Noe ꝙ exiccata eſt terra.
tunc dixit dominꝰ ad noe Egredere de ar=
cha tu ⁊ vxor tua ⁊ filij tui ⁊ vxores eorū.
Et poſt dixit eis. creſcite ⁊ multiplicami
ni ⁊ replete terram. Et edificauit Noe al
tare domino ⁊ obtulit ei ſacrificium. tunc
Noe plantauit vineam:⁊ cū creuiſſet:h inde
bibit ⁊ de illo inebriatus eſt: qꝛ nō nouit
fortitudinem vini:vixitq̄ Noe poſt dilu=
uium trecentis quinquaginta annis:⁊ to
tum tempus Noe fuerunt nongenti quin
quaginta anni:⁊ ab Adam vſq̄ ad dilu=
uium fuerunt mille ducenti quadraginta
duo anni:ſed poſt diluuiū homines tan=
diu nō vixerunt ſicut ante diluuiū:qꝛ tunc
debilitate ſunt vires herbarum ⁊ fructuū.
¶ Queritur quare antiqui patres tan=
diu vixerunt,⁊ iam homines noſtris tem=
poribus deſcreſcunt.ita ꝙ raro inuenitur
aliquis qui perueniat vſq̄ ad ſeptuageſi=
mum vel octuageſimū annum. ſed quaſi
omnes moriūtur in iuuētute. Reſponde=
tur ꝙ ſunt octo cauſe. Prima eſt ſecūdum
Hen.de baſſia ſcilicet ſuper Geñ. qꝛ ipſa
complexio erat propinquior ade nobiliſſi
mo viro a deo ſolo creator:ſed nos ſumus
cōcepti de fragili ⁊ corrupta materia igi=
tur ⁊c.⁊ cum hoc ſumus elongati a princi=
pio noſtro ideſt ab adam per multū tem=
pus. Exemplū de fonte ⁊ riuulo eius. Nā
q̄to riuulus eſt propinquior fonti: tanto
magis eſt aqua recentior ⁊ melior: ſed in
fonte eſt optima : ⁊ q̄to remotius fluit a
fonte:tāto magis trepida erit. Item quia
deus eſt creator ade ⁊ deus eſt perfectior
in operibus q̄ creatura poſſit eſſe in ſuis
operibꝰ. Deut.xxxij. dei perfecta ſunt ope
ra. Adam enim fuit pulcher: fortis et ſa=
piens:quia filius naturaliter aſſimilatur
parentibus:⁊ ſi natura poteſt hoc qui tūc
deus a quo adam immediate fuit creatus
immo:adam habuit cognitionē ⁊ notitiā
dei cuius preſentiam quadam interiori aſ
piratione cōtemplabatur nō tamē ita ex=
cellenter vt ſancti iam in patria nec ita in

enigmate: vt nos modo in via. Itē Adam nouit res factas: qꝛ eis noīa impoſuit ꝛ ẜꝫ ſanctū Tho. de aquino. Noīa naturis rerum congruere debēt: ergo Adā ſciuit naturas oīm aīalium ꝛ herbaꝝ. Scḋa cauſa ꝯſimilis: qꝛ plāte ꝛ aīalia erant fortioris nature ꝛ maioris ꝗtitatis. Vñ Geñ. vj. dr. Erant aūt gygantes ſuꝑ terrā illis diebus. ꝛ Nuñ. xiij. Mētio fit de ingenti botro apportato de terra ꝓmiſſiōis ad oſtēdendum moyſi ꝛ filijs iſrael q̄ erant in deſerto. Et ſi in botro cur nō in alijs ſegetibus ꝛ alijs fructibus ſimile fit? Manifeſte cū apparent iā ſemꝑ de die in diē fruct⁹ decreſcere: qꝛ añ centū annos fructus maiores ꝛ meliores fuerunt qḋ ꝓbatur teſtimonio antiquoꝝ ꝛ añceſſoꝛuꝫ nr̄oꝛū: ergo iam finis mundi appropinquat. Apl's .j. Coꝝ. x. Nos ſumus in quos fines ſcloꝛuꝫ deuenerunt. vñ etiā Ariſt. viij. phi. hō dicitur minor mundus ꝛc. Sicut ergo qñ incipit ſeneſcere: tūc deficit ſic ꝛ mundus ꝙ̄tomagis fini appropinquat: tāto plus incipit deficere in fructibus ꝛ ſegetib⁹. Tertia cauſa: qꝛ nutrimentū antiquoꝛuꝫ erat ſimplicius quale natura optimū fecit: et non tā artificiale ſicut mō fit: ꝙ nō tam ſalubre ꝙ̄ delectabile fit ex ingenio alicu⁹ artis coquinarie ꝙ cū appetitū effrenē ad exceſſum ꝓuocat: vires eneruat: morboſqꝫ multiplicat: ꝛ ꝯñr vitā minuit. Señ. in epiſtola. Multos morbos multa fercula fecerunt. ¶ Vñ Macrobius ꝓbat per quinqꝫ ꝙ multiplicitas ferculoꝝ nocet: nō ſolum aīe: ſed ēt corpori. Primo ꝓbat per hoc: qꝛ aīalia vt frequenter ſunt ſana: qꝛ vtuntur ſimplici cibo ꝛ aſſueto ſue nature ꝯuenienti. Nullo mō libenter vtunt̄ illis q̄ ſunt cōtraria ſue nature. Cuius oppoſituꝫ hō rōnalis ſepe facit comedendo ꝛ bibendo ea que nō cōpetunt ſue nature: ſed ſolū ſatiſfaciat delectationi ꝛ appetitui. Scḋo probat hoc per artē medicinalē: qꝛ medici ſuadent infirmis comedere ꝛ bibere ſimplicē cibum ꝛ potū nō diuerſa fercula .ſ. aſſata: vel frixa. Et rō huius eſt: qꝛ ſimplex cibus ꝛ potus magis eſt digeſtiuus. Et etiaꝫ: qꝛ nimis ante repleuerūt ſe diuerſis cibarijs ꝛ ẜm Ariſt. ij. ethi. Medicine fiunt per contraria: ergo opꝫ eos poſtmodū abſtinere ꝛ ſimplicem cibum ſumere. Tertio ꝓbat per hoc. v.g. Si duo homines eiuſdem cōplexionis biberēt eandē menſurā ꝛ vnus biberet diuerſa vina ſimul ꝛ ſemel: tunc citius infirmaret̄ ꝛ minus cōpeteret ſue nature ille multiplex potus ꝙ̄ iſte q̄ biberet ſimplicem potum: cū tñ eandē menſuram biberunt ꝗtum ad ꝗtitatē. Sic ſimile eſt de cibo intelligendū. Quarto ꝓbat ꝑ hoc. Si quis infirmatur tūc medici pñt eo facilius cognoſcere vnde habeat illā infirmitatem ꝙ̄ ſi diuerſa cibaria comediſſet: vel diuerſa pocula bibiſſet. Quinto ꝓbat per hoc quia natura que eſt vniformis in operratione ſua. Cum aūt diuerſa ꝛ multiplicia fercula homo comedat: tunc natura digerit illum cibum qui magis eſt digeſtiuus remanente illo cibo qui eſt minꝰ digeſtiuus in ſtomacho. Et cū homo guloſus ſuperaddit iterum aliū cibum ſuper cibum comedēdo ꝛ replendo ſe ante digeſtionem: tunc ille cibus qui manet in ſtomacho indigeſtus fit putridus: ſic ſtomachus corrumpitur: ꝛ communiter homo infirmatur ꝛ quādoqꝫ moritur. Unde Sen. Multa fercula morbos multos fecerunt. Unde etiaꝫ Sap. dicit̄ gula plures interficit ꝙ̄ gladius. Ex his omnibus ptꝫ ꝙ vilius ꝛ ſalubrius eſt ēt ꝗtum ad corpus comedere ſimplicem cibū ꝛ bibere ſimplicem potum ꝛ aſſuetū ꝙ̄ incōſuetuꝫ. Sed abſtinentia in cibi ꝛ potu eſt ſanitas corporis ꝛ prolongatio vite. Eccleſiaſti. xxvij. Qui abſtinēs eſt adijciet vitā. Vñ ēt Ari. de regi. prin. Abſtinere a comeſtionib⁹ nimijs ꝛ ſuperfluitate eſt ſumma medicina. Hec patet non ſolum in antiquis patribus qui ante chriſtum fuerunt: ſed etiam in illis qui poſt chriſtum vixerūt. vñ Jo. euā. vixit nonaginta nouē annis ꝛ vixit a paſſione xp̄i octoginta ſex annis. Item beatus hiero. vixit nonaginta octo annis. Item bea. Antho. fuit. xx. annoꝛum qñ heremum intrauit: ꝛ in heremo vixit octoginta quinqꝫ annis: ꝛ ſic totum tempus vite ſue fuerūt centum quinqꝫ anni. Item beatus paulus primus heremita fuit. xvj. annoꝝ qñ heremum intrauit ꝛ in heremo vixit nonaginta ſeptem annis: ꝛ ſic totū tēpus vite ſue fuerunt centum tredeciꝫ anni. Itē ptꝫ hoc in religioſis ſicut in carthuſiēſib⁹ ꝛ alijs qui ꝓpter abſtinentiaꝫ diutius viuunt ꝙ̄ iſti diuites ſeculares q̄ ſemper ſunt in delicijs ꝛ voluptatibus. Nam tales guloſi occidunt ſeipſos. Nam plures diutius viuerent ſi in abſtinentia viuerent. Itē plures incurrunt diuerſas infirmitates .ſ. ꝙ aliqui efficiunt̄ cōtracti: aliq̄ idropici aliq̄ paralitici: ꝛ ſic de alijs. ꝛ hoc ꝓpter voluptatem carnis. vnde hier. in ep'la. Mater ſanitatis abſtinentia: mater egritudinis voluptas. Quarta cā ẜm henr. de haſſia eſt qꝛ antiqui morari ſolebāt in aere puro. Nō eñ tot ciuitates ꝛ caſtella cōpacto fuerūt hoc iam ptꝫ ēt in quibuſdam ciuitatibus vbi in plateis eſt magnus fetor de quo fetore plures infirmant̄ ꝛ eo citius moriunt̄ ꝛ ergo ciuitates munde ſeruande ſunt qḋ valet pro ſanitate ꝛ ꝓlongatiōe vite. Quinta cauſa eſt: quia antiq̄ magis caſti fuerūt hoc ptꝫ quia cum fuerunt octoginta vl' nonaginta annoꝛum tunc primo matrimonium contraxerunt. Sed iam noſtris temporibus caſte viuunt: ideo citius moriuntur quod ait Ariſtote. de regi. princi. Coitus eſt deſtructio corporis ꝛ abbreuiatio vite. Itē cōmentator de breuitate ꝛ longitudine vite dicit. Qui multū coeunt parū viuunt. Unde etiam Grego. in moral. Per luxuriā natura corrumpitur: ſenectus inducitur: vita minuitur: ꝛ morti appropinquatur. Sexta cā eſt infectio: ꝛ corruptio elementoꝛum ex peccato iam augmentato: ꝛ in futuro augmentando: quia iniquitas quotidie ſuperabundat in mundo. vnde hō ꝯpoſitus eſt ex quatuor elementis. Nam elementuꝫ aque manifeſtatur in ipſis humoribus: elementuꝫ ignis in calore naturali ꝛ in luce viſiua. elementum aeris in reſpiratione flatus. elementum vo terre in carne ꝛ oſſibus. Et quando pugna fit in homine inter quatuor elementa ex quib⁹ homo eſt coniunctus: tunc homo diſtemperatur ꝛ infirmat̄ ꝛ morit̄. Septima cā eſt forte ex in ſecundarum influentia planetarum. Et ex eadem cauſa olim peſtilentie nō tam crebres fuerunt vt modo ſunt.



Nam ẜm hen. de aſſia. Aſtra diuerſimode inferius influūt ẜꝫ quod homines bene vel male ſe habent ad deū. Octaua cā pōt eſſe: quia vnus puer generat aliū: qꝛ iam adoleſcentes in mr̄imonium cōueniūt: ſicut cū maſculus eſt. xviij. annoꝝ ꝛ puella xv. tunc pñt cōtrahere ẜm ſcripturam matrimoniū etiaꝫ ſine peccato. Sed oliꝫ diu expectauerunt ſicut ſeth qui fuit centuꝫ ꝛ quinqꝫ annoꝛum quando genuit ſuum primogenitum .ſ. enos: ſimiliter enoch q̄ adhuc viuit ꝛ raptus eſt in paradiſum fuit ſexaginta ꝛ quinqꝫ annoꝛum quando genuit ſuum primogenitum .ſ. mathuſalem. Sed qꝛ iam noſtris tēporibus parētes q̄ſi in adoleſcentia conueniunt: ꝛ adhuc debiles ꝛ defectiuoſi ſunt ſic ꝛ pueri erunt. Ergo primogeniti talium raro ſuperuiuunt nec antiqui efficiunt̄. Quarto oſtēdit̄ breuitas vite noſtre cōparādo eā ad eternitatem. Minus enim eſt vita noſtra reſpectu eternitatis: ꝙ̄ gutta aque reſpectu maris vel etiā momētū oculi. Vñ Remigius ſuꝑ ep'la ad Phil. Tp̄s nr̄m in ꝯparatiōe eternitatis aut nihil eſt aut hora breuiſſima. ¶ Querit̄ quare tunc diligitur pñs vita: tam momentanea. Rñdet̄ ꝙ carnales homines breuitatem ipſius non perpendūt. vñ Grego. in morali. Carnales mentes idcirco penitentiā diligunt: qꝛ vita carnis ꝙ̄ fugitiua ſit minime attendunt. Naꝫ ſi voluntatem tranſitus eius aſpicerent: hanc etiam proſperitatem minime amarent. et hec eſt etiam cauſa quare mali hoīes ſine omni timore perpetrant multa mala. Gre. li. xiij. moral. Reprobi idcirco q̄ multa nequiter agunt: qꝛ ſe diutius viuere arbitrātur. Sed diceret quis: iuuenis ſum: longo tempore viuere valeo: ꝛ in ſenectute vitā emendabo. Reſpondet̄ ẜm Iſid. ꝙ in reb⁹ humanis nihil certius morte eſt: ꝛ hora mortis nihil incertius inuenitur. Quod ſi ſcire deſideras vade ad ſociuꝫ o iuuenis in extremis iam laborātem: ꝛ queras an ꝓpoſuit mori in tali ſtatu. Reſpōdebit nō propoſuit ſed in ſenio ꝛ ſic decipiunt̄ plures. Exemplū habemus in iuuēcula que in chorea cecidit ꝛ mortua eſt q̄ nō ꝓpoſuit mori quādo ad choream acceſſit: ſꝫ chori-

zare propoſuit. Aliud exemplũ de bibulo
qui ciphum in manu tenens ⁊ globum ro
tãs dixit ter ſoluat: ⁊ poſt ludi interdictio
nem ſubitanea morte mortuꝰ eſt. Et alius
dixit. Certe tibi ludum dimitto.

De eadem dñica. Sermo. lxj. de partu
mulierum.

Mulier cũ parit triſtitiaꝫ
habet. Joã. xvj. Ex qua
in verbis p̃miſſis fit mẽ
tio de partu mulierum:
tunc in preſenti ſermo-
ne tria ſunt dicẽda. Pri
mo de geſtibꝰ quos mu-
lieres habent in partu.
Secundo de dolore parturientiũ ⁊ de his
que moriũtur in partu. Tertio de labore
quẽ habẽt parentes cũ pueris. ℞ Quã-
tum ad primũ ſciendũ ꝙ inuenio quinq̃
geſtus quos mulieres habent tẽpore par
tus quos chriſtus etiã habuit in cruce par
turiens ⁊ redimẽs nos per paſſionẽ ſuaꝫ.
Primo veſtes denudãt pre dolore partus.
Sic chriſtus expoliatus ⁊ denudatꝰ eſt in
cruce vt nobis ſtolã glorie mereretur. Et
alia cogitare debent mulieres: ſcilicet quõ
chriſtus extẽſis venis ⁊ expanſis brachijs
plenus vulneribꝰ ⁊ ſanguinolentus ⁊ de-
nudatus pepẽdit in cruce: ⁊ ſic offerre do-
lores ſuos ipſi chriſto. Secũdo mulieres
extẽdunt manus ſupra capita pre dolore
partus. Sic in cruce brachia chriſti tracta
ſunt ſuper caput eius: quia expanſis bra-
chijs pepẽdit in cruce. Et hoc eſt ſecũdum
quod mulier parturiẽs debet cogitare vt
in patiẽtia maneat. Tertio mulieres par
turientes naturaliter ſitiunt. Sic chriſtus
in cruce ſitim habuit quando obtulerũt
ei acetum ad bibendũ cum felle mixtum.
Hoc mulier parturiens cogitare dꝫ quo-
modo chriſtus in cruce ſitiuit: nec hauſtũ
aque habere potuit ⁊ cum quanto deſide
rio deſiderauit ⁊ ſitiuit noſtram ſalutem.
Et ſic debet eſſe patiens ⁊ offerre deo do-
lorem ſuum. Quarto q2 mulier pregnãs ⁊
parturiens plena eſt doloribꝰ ⁊ pre angu-
ſtia doloris clamat. Sic chriſtꝰ parturiẽs
nos in cruce clamauit pre dolore: ob cuiꝰ
clamorẽ ⁊ dolorẽ petre ſciſſe ſunt terra mo

ta eſt: ⁊ ſol obſcuratus. Quare chriſtꝰ cla-
mauit. Reſpõdeo vt nos p̱ clamorẽ ſuũ ad
cõpatiendũ ſibi excitaret. Treno. j. O vos
oẽs qui trãſitis per viam attendite ⁊ vide
te ſi eſt dolor ſicut dolor meꝰ. Quinto q̃
mulier parturiens caput inclinat ⁊ amare
flet. ſic chriſtus inclinato capite pepẽdit in
cruce: ⁊ lachrymoſis oculis fleuit: vt nobis
inſinuaret ſuã amaram paſſionẽ ⁊ dolo-
rem: vt nobis oſtẽderet ꝙ per triſtitiam ⁊
fletum intraturi erimus in celũ. Matth. v.
Beati qui lugent ⁊c. ℞ Quantũ ad ſe-
cundã partem ſermonis. tunc primo que-
ritur vtrum dolor parturientiũ ſit vehe-
mens. Reſpõdetur ꝙ ſic ⁊ probat̃ per Da
uid qui dicit de penis inferni. Ibi dolores
vt parturiẽtis: non ꝙ ſit non maior pena
gehẽne ignis: ſed talis pena comparatur
dolor parturiẽtis propter vehementiã do-
loris q̃m vix ita vehemens dolor inuenit̃
in preſenti vt dolor parturiẽtiũ: vnde Ari
ſto. ix. animaliũ. Mulieribus tempore par
tus accidit fortiſſimus dolor. Tñ talis do-
lor non eſt equalis dolor omnibꝰ mulieri
bus: q2 vna maiorẽ dolorem ſentit q̃ alia.
Jtẽ querit̃ vnde originẽ habet ille dolor.
Reſpondet̃ a ſupbia prime matris noſtre
Eue que occaſionaliter eiecit Adã de pa
radiſo ⁊ vitam abſtulit mũdo ⁊ totum ge-
nus humanũ obligauit ad infernũ. Et hoc
totum proceſſit ex ſuperbia: q2 Eua cre-
dit ſerpenti: ⁊ appetijt ſimilitudinẽ dei. ſed
Adam non credidit: ſed experiri voluit ⁊
cõplacere mulieri: ⁊ ideo recepit ⁊ come-
dit. Sciendũ ꝙ Adam in duobꝰ peccauit
ſcilicet in comedẽdo contra preceptũ dei
de fructu vetito: et ſic inobediẽs fuit deo.
Secũdo excuſando ſe ⁊ inculpãdo deum ⁊
mulierẽ dicẽs. Mulier quam dediſti mihi
in ſociã ⁊c. Eua aũt in quatuor peccauit.
Primo deitatẽ rapere voluit. ſcđo fructũ
prohibitũ comedit. Tertio virũ ad pecci
dum prouocauit. Quarto culpã ſuam de-
fendit ⁊ ſe excuſauit ⁊ ſerpentẽ inculpauit
dicẽs. Serpẽs decepit me. Jtẽ querit̃ qua
re date ſunt tales erũne mulieribꝰ in par-
tu earũ. Reſpõdetur ꝙ he pene date ſunt
mulieribꝰ vt ſint eis admonitiones ne de-
cetero ſuperbiẽt. vñ ſciendũ ꝙ valde deus
deteſtatur



deteſtatur ſuperbiam mulierũ ⁊ econuer-
ſo valde diligit humilitatem eaꝝ: ꝙ ſic p̱
batur quia nunq̃ aliqđ peccatũ ita p̃ pu-
nitum eſt in mundo vt peccatũ eue qđ añ
ſex milia annoꝝ perpetrauit. ⁊ adhuc ho-
die ⁊ vſq̃ in finem mũdi in filiabus Eue
iſta ſuperbia punietur. ſic ꝙ nec mulieres
iudicia ſecularia exercent: nec teſtimoniũ
p̱ferre poſſunt. nec ſacros ordines ſuſcipe
re nec predicare: nec audire confeſſionem.
Jtem ꝙ viris ſuis ſubdite ſunt: ⁊ pueros
ſuos cũ põdere portant: ⁊ cum dolore pa-
riunt: ⁊ ſic de alijs. He penalitates date
ſunt mulieribus pro quadã admonitione
ne aliqua femina decetero ꝯ deum ſuper
biat. Nã q̃ mulier amplius que ꝯ deũ ſu-
perbit talem mulierem deus punire vult
poſt hoc tormẽto infernali. vñ Ber. dicit ꝙ
ſcitilla gehẽne ignis plus ledit petoreꝫ q̃
ſi vna dña in labore ⁊ in partu plus perſe
uerando duraret mille annis. Jtẽ ſciendũ
ꝙ humilitas mulieꝝ valde placet deo. vñ
pre omnibus ṽtutibus oim ſanctoꝝ humi
litatem vnius femine plus remunerauit:
id eſt humilitateꝫ beate marie virginis.
imo ẽt omnibus ṽtutibꝰ ipſius marie ṽ-
ginis humilitatẽ quodãmõ p̃tulit ſicut ip-
ſa de ſe teſtat̃ dicens. Reſpexit humilita-
tem ancille ſue q2 p̱ hac humilitate in ma
trem eam elegit ⁊ pro hac ṽtute eã ſuper
angelos ſanctos in celo exaltauit. Jteꝫ p̱
hac ṽtute laudat̃ ab angelis ⁊ ſanctis in
celo: ⁊ ab oĩbus in terris. Lu. ij. Fecit mihi
magna q̃ potens eſt. Et ſequit̃ poſt. Ecce
eñ ex hoc beatã me dicẽt omnes gñatio-
nes. Et que mulier eſt magis hũilis beate
marie virgini in celo vicinior erit: ⁊ q̃ mu-
lier eſt ſuperbior erit ei remotior ⁊ lucife-
ro in inferno p̱pinquior. ℞ Jtẽ queritur
q̃ñ mulier in partu morit̃: vel immediate
poſt partũ vtrum ei noceat in ſalute: aĩe.
Rñdetur ꝙ q̃tum ad hoc qđ eſt in puer-
perio nihil obeſt ſi alias bñ diſpoſita eſt:
imo ⁊ melius eſt cõiter loquẽdo ꝙ omnes
ſe preparent per contritionẽ ad ꝯfeſſionem
⁊ ſacramenti perceptionẽ añ partũ ergo il
li errãt q̃ dicunt ꝙ mulier in puerperio de
cedens per velamen dei faciem videt ⁊ eſt
contra apoſtolũ qui dicit. Nos deuꝫ vide

bimus in celo facie ad faciem. Quid eñ in
celo haberet ſi facie dei careret. Vñ Aug.
dãnati potius vellent eſſe in inferno ⁊ vi-
dere faciẽ dei q̃ in celo ⁊ eius viſione care
re. Jo. xvij. hec vita eterna vt cognoſcãt te
ſolum deum. Jtem alique antique vetu-
le dicunt. Si mulier in puerperio moritur
⁊ cadauer añ ſepulturã in eccl'iaꝫ introdu
citur ꝙ noceat ei in aĩa: ꝙ eſt falſiſſimum
⁊ ſuperſtitioſum. Sciendũ tñ ꝙ ſi mulier ĩ
partu moriens adhibuiſſet fideꝫ ſuperſti-
tionibus que cõtingũt circa muleres par-
turientes: hoc ei p̱culdubio noceret in aĩa
verbi grã. Sicut qui mulierẽ difficultateꝫ
habentem in pariendo circũcingunt cum
cingulo viri vt eo leuius pariat. Jtem qui
cum gladio euaginato bñdicũt mulieres
in puerperio ⁊ exufflant candelas accẽſas
in faciem earum qđ eſt ſuperſtitioſuꝫ. Jtẽ
qui ponũt pueꝝ infra ſcannũ ⁊ ponũt ſco
bam infra lectum mulieris q̃ oĩa ſunt ſup
ſtitioſa: ſed ſi thus ibi adolet̃ ſiue accendi
tur lumen conſecratum vel aqua bñdicta
ibi aſpergit̃ vel ſignũ crucis ibi hr̃. talia li
cet ⁊ ſimilia. Queritur q̃ñ mulier aborſum
patitur an noceat ei. Rñdetur ꝙ ſi ipſa nõ
eſt rea ⁊ fecit diligentiã ſuã cuſtodiẽdo ſe
p̱pterea nõ damnabit̃: tñ p̱pter cautelam
conteri ⁊ confiteri dꝫ ſi põt ne ex negligẽ-
tia eius contigerit: vel ne occaſionẽ ſibijp
ſi dederit. ſ. latos cingulos portando: vel
tunicis ſtrictis ſeipſam ſtrigendo: vel cho
rizando vel equitando: ⁊ ſic de alijs. vnde
Alb. mag. ſup Lu. dicit ꝙ motus mulieris
duobus tẽporibus nociuus eſt. ſ. poſtq̃ no
uiter cõcepit tunc eſt valde mollis mate-
ria ⁊ faciliter ledit̃. Scđo q̃ñ eſt vicina par
tui: tunc poſſet ſeipſam per motũ ledere: ⁊
ſic fetuꝫ occidere: ſed vir reus erit de pue
ro ꝙ ante baptiſmũ moritur. ſ. verberãdo
vel trudendo: vel verbis vel factis pertur
bando vxorẽ ſuã grauiter peccat. Et etiaꝫ
mulieres nõ dñt ſe ſuper hoc remittere ꝙ
ſint impregnate: ⁊ p̱pterea viros ſuos ad
iracundiã p̱uocando ſed viros ſuos debẽt
honorare ⁊ eis ſpõte obedire. Vñ dicit do
minus ad Euã Geñ. iij. Sub poteſtate vi-
ri eris ⁊c. Et mulier exiſtens pertinaciter
inobediens viro ſuo in licitis contemnens

preceptũ eius in his quibus tenetur ſibi
obedire peccat mortaliter ⁊ offendit deũ
grauiter. Ergo dicũt ſimul pacifice viue=
re: tũc deus moratur cũ eis. pš. In pace fa
ctus eſt loc⁹ eius. Sic ↄcõuerſo cũ ſimul li
tigãt: tunc diabolus habitat cũ eis. Item
ille grauiter peccant que occidũt pueros
in vtero matris ſciẽter: ſicut ille meretri=
ces que gerũt ſe pro virginib⁹ cum impre
gnate fuerint: ⁊ tũc fetũ in vtero occidũt.
Ue eis ⁊ illis antiquis vetulis que talibus
dant auxiliũ vel conſiliũ ad occidendũ ta
les pueros in vtero matris qđ eſt maximũ
pctm̃: qꝛ quoad aliquid expuerat homici
diuz cuiuſcũqꝫ proximi baptizati. Et ratio
eſt: qꝛ in puero iſto occiditur anima cũ cor
pore: ſed in hoc baptizato occidit̃ ſolũ cor
pus. vnde Matt. x. Nolite timere eos qui
occidũt corpus ⁊c. Et vna anima p̃cioſior
eſt q̃ꝫ mille corpora. Aug. Maius damnũ
eſt in amiſſione vni⁹ anime q̃ꝫ mille corpo
rũ. Itẽ vir ⁊ mulier tpe puerperij abſtine=
re debẽt ab actu matrimoniali ⁊ etiã ante
partũ qñ vxor vicina eſt partui: ⁊ etiã tpe
mẽſtrui ⁊ ſacris dieb⁹ ⁊ noctib⁹: qꝛ vt dicit
Hie. Tũc cõcipiunt̃ pueri mẽbris condẽna
ti ⁊ leproſi: ⁊ ſic tũc patebũt pctã parẽtũ.
vnde etiã Aug. Si q̃s mulieri in puerpe=
rio cõmiſcet̃ pctm̃ valde magnũ ꝑpetrat:
qꝛ mulieres qñqꝫ non pariũt tũc amplius:
qꝛ ſemen viri cõmiſcet̃ cum ſanguine mor
tuo. Ultimo querit̃ vtrũ meritoriũ ſit mu=
lieribus ꝙ cũ tanto grauamine ⁊ ſollicitu
dine pueros portãt: ⁊ cũ dolore pariũt: et
cũ labore nutriunt. Rñdeo q̃uis talis do
lor mulierũ parturientiũ ſit naturalis: tñ
ſi mater ordinat hũc dolorẽ in deum: ⁊ cũ
patiẽtia cordis offert preſſurã doloris deo
omnipotẽti: ⁊ libẽter ſuffert talem dolorẽ
propter deũ: ſperandũ eſt ꝙ per talẽ dolo
rem meretur augmentũ meriti ⁊ diminu=
tionẽ pene purgatorij. vnde exemplũ. Ma
trona quedã nobilis inſtabat precibus vt
deus daret ſibi hãc gratiã ꝙ eadẽ die ⁊ ea
dem hora qua chriſtus pro ſalute nr̃a mo
ri dignatus eſt: ⁊ ipſa moreret̃ tantãqꝫ pe=
nam ſuſtineret quã tam poſt eũ vnq̃ꝫ ali
quis hominũ ſuſtinuiſſet: qꝛ ipſa ſpecialẽ
gratiã deuotionẽ habuit ad paſſionẽ xp̃i:
quia quintis ferijs abſente marito ſuo nõ
iacuit in plumis. Et ſextis ferijs cũ nõ au
debat nudis pedibus incedere ob reuerẽ=
tiã nobilitatis ſue paruos lapillos ad cal
ceos poſuit: vt ſic tranſeũdo ſeipſam lede
ret. ⁊ in hoc paſſionem chriſti honoraret.
Contingit autẽ eadẽ hora ⁊ eadẽ die qua
chriſtus in cruce mortuus eſt ipſa p̃gnans
parturiendo puerũ tantã penã paſſa eſt:
vt iudicio ſpectãtiũ pena ſua penas alia=
rum pregnantiũ excederet: ⁊ ſic pre nimio
dolore defuncta eſt: ſed puer quẽ genuit
ſuperuixit. Frater aũt ordinis predicato=
rum qui cõfeſſor eius extiterat in ſabbato
ſancto paſche miſſam ſibi pro defunctis di
cere ꝓponebat. Cum aũt ante altare pro=
uolutus: ⁊ ad miſſam ſe prepararet: fatiga
tus vigilijs obdormiuit: cui apparuit ma=
trona ſupradicta dicẽs ei. Non cantabis
mihi miſſam pro defunctis: ſed glia in ex=
celſis: qꝛ iam ſum in requie beatorũ. Eui=
gilans frater fidẽ noluit ſomno adhibere:
volẽs miſſam pro defunctis celebrare. Mi
ſit aũt prior ad ip̃m: vt pro ſe miſſam diei
in conuentu diceret: qꝛ ipſe eſſet exiturus.
Qui dũ inſtãter peteret vt illã miſſam alij
iniungeret: noluit prior dicens: vt miſſam
illo die in conuẽtu diceret. Quod cũ face=
ret ſm̃ verbũ matrone que ſibi in ſomnis
apparuerat contigit. Non eñ pro defun=
ctis cantabat: ſed glĩa in excelſis deo. T
Tertio ⁊ vltimo querit̃ vtrũ labores quos
habẽt parẽtes in educãdo ⁊ nutriẽdo pue
ros ſint ei meritorij. Reſpõdeo ꝙ parẽtes
qui filios ſuos educãt tali intẽtione: vt effi
ciãtur boni chriſtiani ⁊ famuli dei: quicqđ
tunc erga illos faciũt totũ erit eis merito
riũ cũ in gratia ſunt: ⁊ ſine peccato morta
li. Ergo mater quotiẽs lactat puerũ ſuum
⁊ quotiẽs inquietat̃ a puero ⁊ quotiẽs por=
tat vel balneat vel quicũqꝫ puero admini
ſtrat ſemper meret̃. vnde aplš ad Ro. viij.
Scimus qm̃ diligẽtibus deũ oia coopera
tur in bonũ. Ex quib⁹ patet ꝙ parẽtes poſ
ſunt mereri in ſuis filijs gloriã ſempiter=
nam: vel etiã eternã dãnationẽ: ergo pueri
a parentib⁹ informãdi ſunt in his que ſpe
ctant ad ſalutẽ: ſcꝫ Pater noſter. Aue ma
ria: ⁊ ſymbolũ ⁊ decẽ precepta, ⁊ ꝙ eccliã



viſitent ⁊ diligẽter miſſas ⁊ verbũ dei au=
diant: ⁊ ſi pueri excedũt tunc a parentib⁹
corigendi ſunt: qꝛ omnia pctã que pueri cõ
mittunt in parentes redũdabũt ſi eos nõ
corrigũt. vnde aplš Ro. j. Digni ſunt mor
te non ſolũ qui faciunt: ſed etiã qui cõſen=
tiunt faciẽtibus. Et ſignãter matres debẽt
lactare proprios filios exẽplo Marie que
beata dicta eſt. vt habetur Luc. ij. Beatus
venter qui te ⁊c. Item propter meritũ: qꝛ
quotiẽs mater puerum lactat: totiẽs me
retur eternam gloriã. Et ſi mater ex infir=
mitate non poteſt lactare puerũ ſuũ tunc
debet honeſtã ⁊ pudicam nutricẽ quere=
re: qꝛ pueri vt cõiter imitãtur naturã nutri
cis. Exemplũ legitur ꝙ quedã nobilis mu
lier peperit ſimul ⁊ ſemel duos filios vnũ
per ſe nutriuit ⁊ aliũ nutrici cõmiſit: quia
non poterat ambos nutrire ⁊ nutrix non
habuit ſufficiẽtiã de lacte ꝙ puerũ poſſet
bene nutrire: nec etiam libẽter reſignauit
puerum propter nutrimentũ quod ipſa a
parẽtibus pueri habuit: ⁊ poſuit puerum
ad porcũ vt eum nutriret: qui puer nutri=
tus a porco creuit vſqꝫ dũ ablactatus fue=
rat. Et cum ambo fratres creuiſſent: ⁊ ad
perfectã etatem perueniſſent: tũc ad curiã
regis ſunt promoti. Et primus erat valde
curialis: ſed ſecũdus erat valde ruſticalis
⁊ groſſus: quia in menſa vaſa effundebat
⁊ ſine coclearib⁹ ⁊ ſcutellis bibebat ⁊ qñ
perambulabat viam lutoſam equitando
cum alijs: tũc deſcẽdit de equo ⁊ intrauit
lutum. ⁊ in hoc ſupra modum delectabat̃:
quod rex admirãs cum eſſent duo germa
ni ſimiliter ⁊ parẽtes qui hoc cognouerũt
queſierũt a nutrice ⁊ nutrix fatebatur ve
ritatem: ⁊ tunc cognouerũt cauſam huius
rei: quia de porco fuit nutritus.

De eadem dominica.

Vos autem cõtriſtabimini. Hic
eſt dicendũ quare deus per=
mittit aliq̃s bonos hoĩes ita
acerbiſſime tribulari in p̃ſen=
ti. Iſtum ſermonẽ quere ante
ſer. xxix. O. ⁊. x.

De eadem dominica.

Mundus aũt gaudebit. Hic eſt di
cendũ quare gaudiũ mũdi eſt
fugiendũ: ⁊ quando eſt morta=
le. Et iſtum ſermonẽ quere an
te ſer. xxvj. D. ⁊. I.

Dominica. iij. poſt oct. paſche. de
credentibus in deum. Sermo. lxij.

Arguet mundũ de pctõ: qꝛ nõ
crediderũt ĩ me. Io. xvj. Sciẽ=
dũ ꝙ plura ſunt genera hoĩm
qui dicũt ſe verbis credere in
deũ ⁊ ſcripture que deus locu
tus eſt per ſe ⁊ ſctõs ſuos: ⁊ tamen factis
oppoſitũ oſtẽdunt: ergo merito arguendi
ſunt. aplš ad Thi. j. Confitent̃ ore ſe noſſe
deũ: factis aũt negant. x Primi ſunt qui
nimia ſollicitudine tpalia querunt ⁊ ſemꝑ
timẽt ſibi deficere: ⁊ quaſi adhuc fame pe
rire deberẽt ꝙ tales non credũt ṽbis chri
ſti ptꝫ. Mar. vj. vbi dicit. Nolite ergo ſol=
liciti eſſe dicẽtes quid mãducabimus: aut
quid bibem⁹: aut quo operiemur. Quidã
enim oẽm curam ⁊ ſollicitudinẽ habẽt ſu=
per tpalia cõtinue cogitando quõ tpalia
congregẽt: ⁊ talis ſollicitudo facit chriſtia
num ſimilẽ pagano. vnde dicit chriſt⁹. Hec
enim oĩa gentes inquirũt: ſed chriſtianus
primo dꝫ querere regnũ dei ſm̃ dictũ chri=
ſti. ſed multi ſunt qui raro miſſas audiunt
niſi forte in dieb⁹ feſtiuis: cũ tamen quili=
bet dies naturalis habeat. xxiiij. horas. et
cum expẽdit. xxiij. pro corpore merito vnã
horam in die deberet expẽdere pro ſalute
anime ſue: ſcꝫ audiẽdo miſſam: ⁊ tunc pro
ſperaretur ſibi in omnib⁹ faciẽdis ⁊ omit=
tẽdis. Eſt ergo laudabilis cõſuetudo ꝙ q̃
libet: ſiue ſit in via: ſiue in peregrinatione
vel in ciuitate: vel vbicũqꝫ locorũ. ꝙ omni
die ſi aliquo modo poteſt vnã miſſam in=
tegram audiat: ⁊ ſe deo cum omnib⁹ ſuis
negotijs recõmendet: vt ſit ipſe adiutor et
protector eius. Scit enim Pater noſter ce=
leſtis quibus indigemus: ⁊ poteſt ſubue=
nire nobis ⁊ vult ſubuenire: quia bonus ⁊
fidelis pater eſt omniũ noſtrũ. Et hoc per
pendi poteſt in ſarracenis: et Iudeis qui
a lege naturali edocti filijs ſuis prouidẽt

⁊ etiam bruta aīalia fetibus ſuis ꝓuidēt. Quomodo ergo pater miſericordiarum filijs ſuis nō ꝓuideret. Ergo q̄ filios iſrael pauit in deſerto cū māna qđ pluit de celo. ⁊ qui pauit Heliā per coruū fererentem ei panes: vt hr̄. iij. Reg. xvij. Ille etiā te paſcet ſi ſibi confidis. pſ. Iacta cogitatū tuū in dn̄o ⁊ ipſe te enutriet. j. Petri. v. Oēz ſollicitudinem veſtrā ꝓijcientes in eum: ipſi eñi cura eſt de vobis. Noſtruz eñi eſt deo fideliter ſeruire ⁊ ad deum ſpectat nobis de neceſſario ꝓuidere. Rabanus. Serui ē ſollicitum eſſe q̄uō dn̄o ſuo ſeruiat. Domini vero eſt cogitare vt ſeruus ſuus neceſſaria habeat. Sed ſi ſeruus de ſeipſo cogitat ⁊ nō de dn̄o nō eſt mirū ſi dn̄s ei non prouideat. Sic ⁊ nobis continget ſi volumus dn̄m deū noſtrū deſerere ⁊ noſipſos querere.

Secundi ſunt ꝙ peius eſt q̄ iniuſtas res ſcienter poſſident. Un̄ dixit xp̄s in euangelio. Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire q̄ꝫ diuitem regnū celoꝝ tranſire. qui. ſ. iniuſtas res poſſident. Augu. Peccatum non dimittit̄ niſi ablatū reſtituatur. Si tales veraciter crederēt vtiq̄ꝫ crederent ꝙ q̄ꝫdiu iniuſtas res poſſident priuati ſunt oīm bonoꝝ qui in p̄n̄ti ab omnibus fidelibus in eccleſia fiunt ⁊ in futuro carebunt deo ⁊ ſocietate oīm ſanctorū. ⁊ inſuper poſt hanc vitā eternam paupertatem incurrēt. Quis ſane mentis paruo tempore vellet hic eſſe diues ⁊ in futuro ſeculo pauꝑ fieri eternaliter. Et nullo modo remediari ſibi pōt: nec per cōtritionem nec per cōfeſſionē nec per aliquā p̄niam: nec etiā per quecūq̄ꝫ bona opera niſi iniuſtas res reſtituat. Lȝ tales ſe v̄bis dicant credere ꝙ cū iniuſtis rebus nullus ſaluat̄ tn̄ factis oppoſitū oſtēdūt cū iniuſtas res reſtituere nolunt: ⁊ tn̄ ſaluari intendunt.

Tertij ſunt guloſi ⁊ ebrioſi qui in delicijs corporis aiūnt. q̄ꝫuis dicūt ꝙ credunt verbis xp̄i ⁊ ſacre ſcripture tn̄ factis oppoſitū oſtendūt cū in crapulis ⁊ ebrietatibus viuunt. Hoc ptȝ q: xp̄s dixit Luc. vj. Ue vobis q̄ ſaturati eſtis. Itē dixit per prophaȝ. Ue vobis q̄ potentes eſtis ad bibendū vinum vſq̄ꝫ ad ebrietatem. ſi tales crederēt ꝙ guloſi ⁊ ebrioſi ſūt adeo maledicti q̄uō auderēt ampli⁹ viuere in crapulis ⁊ ebrietatibus. Jo. vj. Quis guſtare pōt ꝙ guſtatum cōfert mortē. q. d. Nullus qui hoc ſciret ⁊ firmiter crederet ꝙ ex hoc cibo vl̄ potu incurreret mortē. Itē Sap. xj. Per que homo peccat per hec ⁊ punieť. Sed tales qui peccant cū crapula ⁊ ebrietate puniētur cum fame ⁊ ſiti perpetua. vn̄ pſ. Famē patientur vt canes. Eſa. lxv. Serui mei comedent ⁊ vos eſurietis. imo talē eſuriem ſuſtinebunt ꝙ ſm̄ dictū ꝓphete. vnuſquiſq̄ꝫ carnem brachij ſui comedet. Itē ebrioſi ſuſtinebunt eternam ſitim. Patet Lu. xvj. De diuite qui guttaȝ aque petiuit dicens. Pater abraham miſerere mei: et mitte Lazarum vt extremuȝ digiti ſui intingat in aquam vt refrigeret lingam meā. Etiā vltra mille annos vnā guttā aque petijt nec tn̄ vnq̄ꝫ obtinebit. Quis aūt potus eorum erit qui hic in ebrietatib⁹ viuūt: oſtēdit dauid, dicens. Ignis ſulphur ſp̄us procellarum pars calicis eoꝝ. ⁋ Un̄ etiaȝ legitur ꝙ quidam noīe Udo quaſi quotidie inebriabat̄ ⁊ in voluptatib⁹ ſue carnis vixit. ſ. in bn̄ conditis dapib⁹ ⁊ pretioſis potibus: att̄n aliq̄n aliqua bona opera fecit propter que bona opera deus miſit angelum ad eum qui admonuit eū ſemel ⁊ bis de emendatione vite: q: ſic nullo mō ſaluari poſſet. Et tertio admonuit eum angelus ⁊ ſuperaddidit. Si te non emendaueris in breui malam mortem ſuſtinebis. Et ſic angelus diſparuit. Qui tamen ſe nihil emendauit: ſed in peccatis ſuis vt prius ꝑſeuerauit ⁊ vna nocte ebrius dormitū iuit ⁊ famulus ſuus qui bonus homo fuit vidit de nocte animam domini ſui a demonibus de corpore extrahi: ⁊ ad penas inferni deduci. ⁊ princeps demonuȝ ſurrexit ⁊ obuiā illi iuit ⁊ cum fecit collocare ſuꝑ ſedem ignitam ⁊ iuſſit ferri potum cū ſulphure ⁊ igne mixtum ⁊ dedit ei bibere dicens. Quia in ebrietate vixiſti hic potus tuus erit. Et coegerunt eum bibere: et tamen potum exhibere nō potuit: quia vas illud immediate econuerſo repletum fuit. poſt princeps demonum fecit ei preparare balneum de igne piſce ⁊ ſulphure mixtuȝ in quo ille miſer balneat⁹ eſt. Et dixit ei princeps demonū hoc balneū tuū erit: q: creatorē tuū balneādo: ⁊ in delitijs viuēdo ſepius offendiſti. tertio fecit ſibi preparare lectū: ⁊ tūc fuit proiectus in ꝓfundā foueā que fuit plena igne ⁊ fumo ⁊ ſulphure ⁊ fetore: ⁊ p̄nceps demonū dixit ei. Nunq̄d legiſti ⁊ audiſti ꝙ dn̄s per prophetā Amos dicit. Ue q̄ dormitis ī lectis eburneis ⁊ laſciuitis in ſtratis v̄ris. Sȝ q: tu talis fuiſti: hec erit requies tua: ſcȝ illa fouea in ſeculū ſeculi.

A Quarti qui arguēdi ſunt ꝙ nō credūt verbis xp̄i q̄ꝫuis ore profiteant̄: tn̄ factis oppoſitū oſtēdūt ſunt ſuperbi q̄ hic honores ⁊ exultationē querūt. Nā chriſt⁹ dicit in euā. Luc. xviij. Oīs qui ſe exaltat humiliabit̄ ⁊c. Item dicit ꝑ prophetā Ozee. iiij. Gloriā eorū in ignominiā cōmutabo. Itē dt̄ cōtra ſuperbiā veſtiū cōminādo eiſdē: vt habetur Sophie. j. Uiſitabo ſuper oēs pueros regis: ⁊ ſuper oēs qui induti ſunt veſte peregrina. Item ſm̄ dictū ꝙ xp̄i: vt habet̄ Matt. vj. Nemo pōt duob⁹ dn̄is ſeruire: ſcȝ deo ⁊ mūdo: q: nemo pōt huic mūdo placere ⁊ chriſto. vnde apl's ad Gal. j. Si adhuc mūdo placerē ſeruus xp̄i nō eſſem imo ſm̄ beatū Ja. Amicitia huius mūdi inimica eſt deo: vn̄ Chry. ſuper Matt. O q̄ꝫ miſerrim⁹ eſt mūdus et miſeri qui eū ſequunt̄. Itē de ſuperbis dicit Aug. in ep̄la. Quē ſuperbū videris eſſe filiū diaboli non dubites. Itē de illis qui querūt ⁊ deſiderāt primatū: ⁊ poteſtatem ſuper alios habere. dicit Chry. ſuꝑ Matt. Quicunq̄ꝫ deſiderauerit primatū in terra inueniet cōfuſionē in celo. nec inter ſeruos chriſti cōputabitur qui de primatu tractauerit: q̄m non qui maior fuerit in honore: ille iuſtior eſt: ſed qui iuſtior fuerit ille maior eſt. Et qui iam p̄dicta firmiter ⁊ veraciter crederet quō auderet amplius ſuꝑbire vel honores q̄rere?

Quinti q̄ arguēdi ſunt ꝙ non credūt verbis chriſti: q̄ꝫuis ore profiteant̄ ſe credere: tn̄ in operibus oppoſitū oſtēdunt: ſunt qui nō refrenāt linguā ſuā: hoc patet: q: chriſtus dicit in euā. vt habetur Mat. xij. De omni verbo otioſo qđ locuti fuerint homines reddēt rationē in die iudicij: ⁊ qui hoc firmiter crederet vtiq̄ꝫ ⁊ a multiloquio ⁊ inutilibus verbis ſibi caueret: imo non ſolū ab vtilibus: ſed multomagis a nociuis et a ſcādaloſis verbis ſibi caueret. Quomodo aūt blaſphemi et maledicti qui proximis ſuis maledicūt et iuratores qui ſine cauſa iurant ⁊ mēdaces qui cū magnis mendacijs proximos ſuos decipiūt: ⁊ ſic eis damna inferūt quib⁹ tenētur reſtituere: ⁊ etiā luxurioſi qui verba ſcurrilia ⁊ luxurioſa proferūt cum quib⁹ ſe ⁊ alios ad malū prouocāt. Item irriſores qui proximos derident ſeu decipiūt ⁊ ſubſannāt. Itē detractores qui famā proximi denigrant: ⁊ ſic de alijs. Si iſti iam p̄dicti firmiter crederēt ⁊ attente aduerterēt dictum chriſti ꝙ de omni verbo otioſo reddituri ſunt rationē: vtiq̄ꝫ ſibi a talib⁹ verbis nociuis cauerēt.

Serti qui arguēdi ſunt ꝙ non credūt verbis chriſti: ſunt gaudētes in hoc ſeculo ſimiliter chorizātes ⁊ ſaltātes: ⁊ ſic de alijs. Quāuis tales dicunt ꝙ credūt verbis chriſti ⁊ verbis ſacre ſcripture: tn̄ oppoſitū oſtēdunt in factis: patet quia chriſtus dicit: vt hr̄ Luc. vj. Ue vobis qui nūc ridetis: q: lugebitis. Itē de gaudentibus in hoc ſeculo dicit Gre. ī quadā ome. Nemo pōt hic gaudere ī hoc ſeculo: ⁊ illic regnare cum deo. Itē de chorizantib⁹ dicit Augu. Oīs motus petulātic ſaltus eſt in profundū cloace quis ſane mētis q̄ hoc firmiter crederet ⁊ diligenter attenderet auderet hic breui tempore ridere ⁊ gaudere. vel chorizare. Unde eternam triſtitiaȝ incurreret? Unde Greg. Preſentia gaudia ſequūtur perpetua lamenta: ergo veraciter ſtulti ſunt qui illicite gaudēt cum hoc ſeculo. vnde Hier. Ridere ⁊ gaudere cum hoc ſeculo non eſt hominis ſenſati: ſed dementis: quia mundū cor cum hoc ſeculo: ſed cum deo letum eſt ⁊ iocundū.

B Septimi qui arguendi ſunt ꝙ non credunt verbis chriſti ſunt illi qui inhonorāt parētes ſuos ſicut filij inobedientes ⁊ proterui: q̄ꝫuis tales ſe credere dicūt deo ⁊ ſacre ſcripture: tamen oppoſitū oſtēdunt in hoc ꝙ parentes inhonorant: vt patet Exod. xxj. Qui maledixerit p̄ri vel matri morte moriatur. vnde dicit glo. morte: ſcilicet eterna quis autem mentis cōpos propter inhonorationē parentum vellet priuari hono

re perpetuo ⁊ carere eterna glorie: vnde
ps. Gloria ⁊ honore coronaſti eũ dñe. Et
inſuper incurrere maledictionẽ ⁊ mortez
eternã. Unde legitᷣ qđ quedã filia matrẽ
ſuã dehoneſtãdo ⁊ contriſtãdo plurimũ
perturbauit: tandẽ filia defuncta eſt: ⁊ ſe-
pulta in eccleſia: quia diues fuit. Unde in
nocte audite ſunt voces terribiles: ⁊ cuſto
des eccleſie viderũt eam eadẽ nocte exhu
mari: ⁊ a duobꝰ demonibus extra eccleſiã
trahi: ⁊ audierũt eam clamantẽ ⁊ dicentẽ.
Ue mihi: qꝛ in anima ⁊ corpore eternaliter
dãnata ſum ꝓpter dehoneſtationẽ parẽ-
tum meorũ: ⁊ de mane extra eccleſiã cimi
teriũ inuentũ eſt cadauer illud. videat er-
go quilibet hõ ꝙ honoret parẽtes ſuos et
eis obediat in licitis, exẽplo xp̄i qui ſubdi
tus fuit ioſeph ⁊ marie matri eius. Lu. ij.
Et erat ſubditus illis. ¶ Octaui ⁊ vltimi
qui arguẽdi ſunt qui non credunt verbis
chriſti ⁊ ſacre ſcripture ꝗuis ſe dicãt ver-
bis credere: tamen factis oppoſitum oſtẽ
dunt: ſunt illi qui in preſenti vita nihil vo
lunt pati. Ex hoc patet qꝛ xp̄s dicit in euã
gelio. Arcta eſt via que ducit vitã. Item
Lu. xiij. dicit. Cõtendite intrare per angu
ſtam portam. Item Act. xliij. Per multas
tribulationes oportet nos intrare regnũ
celorum. Si tales firmiter crederẽt ꝙ ali-
ter non intrabũt in celũ niſi per tribulatio
nes: tũc libenter aduerſa paterentur: ⁊ ſal
tem ſaluari vellent. Uñ hiere. in ep̄la. Li-
bens nũc tormenta patior: vt futura glo-
ria mihi ſeruetur. vñ. Iſid. de ſum. bo. Qui
vite future premia diligenter excogitat:
mala omnia vite preſentis equanimiter
portat: quoniã ex illius dulcedine huius
amaritudinem tẽperat. Itẽ per infirmita
tes corporis retrahimur a malis. Uñ hu-
go. li. iij. de anima. Quoſdã preſciens deꝰ
multũ peccare poſſe flagellat eos in infir-
mitate corporis, ne peccent: vt eis vtilius
ſit frangi laboribus ad ſalutẽ ꝗ̃ remãſare
incolumes ad dãnationem. vnde habetur
exẽplũ. Quidã laborans graui ⁊ mala in-
firmitate rogauit ſanctũ quendã propter
familiaritatẽ quã habebat ad ipſum ⁊ di-
lectionem vt ſibi impetraret a domino qđ
a ſua infirmitate curaretur: ⁊ facta oratio-
ne ſtati ſẽſit ſe curatũ: ⁊ cũ poſtmodũ ſenti
ret ſe magis pronũ ad peccandũ cepit co-
gitare ꝙ forte eſſet ſibi magis vtilis infir-
mitas ꝗ̃ ſanitas ad cuſtodiã ſui a pecca-
to ⁊ ad augmentũ meriti ⁊ ꝙ fatuus erat
qñ ſimpliciter petierat illã liberationẽ ab
egritudine. Unde econuerſo rogauit ſan-
ctum illũ vt rogaret deum vt daret ſibi qđ
magis expediret ſibi vel ſanitatem vel in-
firmitatẽ: ⁊ ſtatim reuerſa eſt priſtina in-
firmitas quã ipſe gratanter accepit tanꝗ̃
donũ dei cogitãs eũ ſibi eſſe vtilẽ ad cu-
ſtodiam ſui ⁊ ad augmentũ meriti.

¶ De eadem dñica. Sermo. lxiij.
de correctione.

ARguet mũdum de peccato. Io
han. xvj. Sciendum quod ſi-
cut deus arguet peccatores de
ſuis exceſſibus in futuro, ſic et
nos debemus corripere et ad-
monere noſtros ꝓximos in fraterna ad-
monitione de eorum exceſſibus. Unde in
preſenti ſermone tria ſunt dicenda. Pri-
mo quomodo debeat fieri fraterna corre-
ctio. Secũdo declarande ſunt alique que-
ſtiones de fraterna correctione. Tertio
exemplum. ¶ Quantum ad primum
ſciendum quod fraterna correctio debet
fieri ex charitate non ex indignatione vel
ex contemptu ⁊ debet fieri cum vtilitate il
lius quem corripis: ſic quod non queras
oſtẽtationem tue poteſtatis: ſed illius vti
litatẽ. Itẽ talis correctio debet fieri cũ le-
nitate nõ clamoroſe: alꝛ plus eſſet confu-
ſio ꝗ̃ correctio. Matt. viij. Si peccauerit
in te frater tuꝰ corripe eum inter te ⁊ ipſm
ſolum. Qđ aũt correctio fraterna fiat cum
lenitate ⁊ charitate: tũc ille qui vult corri-
gere aliũ debet quinqꝫ cõſiderationes ſer-
uare quarũ tres ponit Augu. ſuper Mat.
vij. Hypocrita eijce primo trabem de ocu-
lo tuo. Reliquas duas ponit Gre. i moral.
Prima eſt quod debet conſiderare ſeip-
ſum: ſi eſt ei ſimilis ideſt ſi in eodem pec-
cato vel equali, vel maiori: tunc maxime
ſi peccatum eſt notorium non debet eum
corrigere: ſed ipſum debet prius emen-



dare: ⁊ tunc ad penitẽtiam cõmouere: alꝛ
poſſet ſibi dici. vt dicitur Roma. ij. Qui
alium doces teipſuz nõ doces? Augu. Iu
dex in nullo eorum ſit iudicandus qui in
alio iudicare eſt paratus: qui enim ex offi
cio tenetur corrigere delinquentes nõ de
bet hoc facere in peccato mortali: ſed ad
minus debet prius confiteri de peccatis
ſuis. Si autẽ nõ eſt ei ſimilis: tunc debet
ſecundo cõſiderare ſi aliquãdo fuit ei ſi-
milis ⁊ tũc ſicut nolebat deſpici: ſed cõpaſ
ſionẽ ſibi impẽdi ſic nec ipſe debet fratrẽ
ſuũ peccantẽ ⁊ penitẽtem deſpicere: ſed cõ
paſſionẽ ⁊ miam ei exhibere. Eccꝉ. viij.
Ne deſpitias hominẽ ſe auertentẽ a pec
cato: neqꝫ improperes ei memento ꝙ oẽs
ſumus in corruptione. ſi aũt nõ es ei ſimi-
lis: nec aliquando fuiſti ei ſimilis: tũc de-
bes tertio cogitare ꝙ poſſes ei fieri ſimi-
lis in futuro ⁊ ratione talis dubij non de-
bes ſuperbire: ſed delinquẽtibus cõdeſcẽ-
dere. j. Cor. x. Qui ſe extimat ſtare vide-
at ne cadat. Au. Nemo eſt qui ſecurꝰ eſſe
poſſit in hac vita que tota tentatio nomi
natur. ſi aũt nõ es ei ſimilis, nec vnꝗ̃ fui-
ſti ei ſimilis: ⁊ de dei bonitate cõfidis ꝙ
nunꝗ̃ eris ei ſimilis: tũc debes quarto vi
dere ſi ille q̃ ſic eſt reprehẽſibilis ſit in ali
quo commendabilis. ſ. ſ. ille qui habet tot
defectus etiã habeat aliquos profectus
⁊ tunc ratione illorũ bonoruz que habet
debes ſupportare eũ in his que minꝰ ha-
bet. vnde Apo. ij. Uolens apoſtolus rep̄-
hẽdere epiſcopũ epheſiorũ primo. poſuit
quoddã vitiũ quod habuit dicẽs. Habeo
aduerſum te pauca: qꝛ charitatẽ tuã pri-
mam reliquiſti: ſed ſtatim ponebat quod
dam bonũ quod habebat dicens: ſed hoc
habes bonũ qđ odiſti facta nicolaitarum
que ⁊ ego odi. Similiter volens reprehen
dere ep̄m ſardis. Primo ponit quẽdam ſu-
um defectũ dicẽs. nõ inuenio opera tua
plena corã deo meo. Deinde ponit ſtatim
quendã ſuũ ꝓfectũ dicẽs. ſed habes pau-
ca noia in ſardis que nõ coinquinauerunt
veſtimẽta ſua. ecce poſtꝗ̃ apoſtolꝰ poſuit
illa in quibus illi epiſcopi erãt reprehenſi-
biles ſtatim ſubiunxit illa in quibus erãt
cõmẽdabiles: ad inueniendũ ꝙ ſi aliquis
propter aliquod vitiũ eſt reprehendẽdus
ſi tamẽ habet aliquod bonũ in ſe eſt nihi-
lominus ſupportãdus. Dato autẽ ꝙ ali-
quis videatur omnino eſſe malus nec ha
bere aliqđ bonũ ꝓpter qđ ſit tolerandus:
tunc debet cogitare quinto qđ ille qui ſic
videtur eſſe malus forte in cõſpectu dei ẽ
ſibi immerito p̄ferẽdus. Unde ponit exẽ-
plum ſctũs Greg. de ſancto ſtephano ⁊ de
ſctõ paulo. Nã cum ſctũs Stephanus cõ
ſentiente et adiuuante paulo lapidare-
tur: tunc ſtephanus erat omnino bonus:
⁊ paulus omnino videbatur eſſe malus: ⁊
tamẽ in cõſpectu dei paulus qui ſic erat
malus ſtephano immerito ⁊ premio fuit
preponendus. ¶ Quãtuz ad ſecundã par
tem illius ſermonis queritur vtrũ corre-
ctio fraterna ſit in precepto. Reſpondeo ſe
cũduz ſctm̃ Tho. ij. ij. q. xxxiij. In p̄cepto ẽ
ſed qꝛ preceptũ eſt affirmatiuũ. Ideo non
obligat ad ſemper: ſed pro loco ⁊ tẽpore.
Unde ⁊ omiſſio eius vno modo eſt pctm̃
mortale. ſ. cũ formidatur iudicium vulgi.
vel carnis cruciatio vel quodcũqꝫ tẽpora
le: cũ tamẽ hoc ita dñetur in animo ꝙ fra
tris charitati preponatᷣ. Scđo mõ omitti
tur cũ peccato veniali: quãdo. ſ. timor ⁊ cu
piditas facit tardiorẽ ad corrigendũ deli
ctum fratris nõ tamẽ ita ꝙ ſi cõſtaret ei
ꝙ fratrẽ poſſet a peccato retrahere dimit
teret ꝓpter timorẽ vel cupiditatẽ quini-
mo in animo preponit charitatez vt dicit
beatus Aug. Tertio fraterna omittitur
correctio ſine omni peccato immo merito
rie. vnde quãdo quis opportunũ tẽpus
inquirit, vel quãdo de ipis metuit ne de-
teriores fiãt: vel ad bonã vitã alios impe
diant ⁊ hmõi. Itẽ ſciẽdũ ꝙ ꝗuis correctio
fraterna ſit ſub precepto ⁊ ad hãc omnes
teneamur ꝓ loco ⁊ tẽpore ſicut iã dictũ ẽ:
ſunt tamẽ quinqꝫ caſus in q̄bus euadimꝰ
hoc p̄ceptũ. Primꝰ cũ nõ eſt ẽ ſpes corre
ctionis. Unde Prouer. ix. Noli arguere irri-
ſorẽ ne forte odiat te. Scđus dũ timetur
defectꝰ ꝓbationis, vt cũ quis de crimine
corripitur qđ nõ põt ꝓbari tũc eñ corripi
ens obligaretᷣ ad talionẽ ſi deficeret i pro
batione. Tertius cũ prelato tanꝗ̃ iudici
notum eſt factum. Quartus cum melio-

ri opere vel eque bono vacare quis intendit. Quintus cū multitudo ⁊ poteſtas eſt in culpa. Tūc enim correctio plus noceret ꝙ̄ prodeſſet: quia multitudo difficulter corrigit̃ ⁊ poteſtas. Queritur vtrum ſubditi teneant̃ prelatos corrigere. Reſpōdetur ſm Tho. ij. ij. q. xxxiij. Subditi non tenentur prelatos corrigere: nec debēt corrigere prelatos correctione illa que eſt iuſtitie per correctionē pene: tenent̃ tamē correctione illa que eſt charitatis ſi in eis eſt aliquod corrigibile: ita tamē quod nō ſit proterua: ſed cū manſuetudine ⁊ reuerentia. Corrigūtur eñ ⁊ aliquādo aliqui per monitiones ſibi factas a bonis viris: vnde exemplū legitur. Conuerſus quidā valde religioſus ⁊ contēplatiuus raptus ad iudiciū vidit duos viros magnos: vnꝰ erat comes, alius erat magnus prelatus valde accuſari coram dño. Contra quos licet multū videretur dñs iratus tñ ad preces aliquorū de illa curia diſtulit ſententiam dicēs illi cōuerſo: ꝙ per abbatē ſuum faceret illos moneri de correctione, quod factum eſt. Comes ergo ſe corrigens timore viſionis ⁊ in bona penitētia moriens. Prelatus autē paruipendēs viſionē ⁊ monitionem nec ſe corrigēs in lecto ſuo ſubitanea morte mortuꝰ ē. Querit̃ an liceat cauſa correctionis alicui conuictū dicere. Reſpōdetur ſm beatū Tho. ij. ij. q. lxxij. Sicut licitū eſt aliquē verberare: vel in rebus dānificare cauſa diſcipline: ſic etiam pōt aliquis alteri quē corrigere debet aliquod verbum conuitioſum dicere. Et hoc modo dñs cōuiciando vocauit diſcipulos illos qui fuerūt in emaus: quibꝰ apparuit in via poſt reſurrectionem ſtultos dicens eis. O ſtulti ⁊ tardi corde ad credē. ⁊c. Nōne ſic oportuit chriſtum pati et ita ⁊c. vt habet̃ Lu. vlti. Similiter ⁊ apoſtolus paulus galathas nominauit inſenſatos dicēs. O inſenſati galathe. Tamē ſicut dicit Augu. Ex magna neceſſitate obiurgationes ſunt adhibēde ⁊ nō leuiter ſunt proferende. ¶ Itē querit̃ vtrū hō debeat cōtumelias ſibi illatas ſuſtinere? Reſpondeo ſm beatū Tho. vt ſupra. Sicut in alijs iniurijs ſic ⁊ in verbis cōtumelioſis tenemur habere animum preparatū ad tollerantiam ſi expediēs fuerit. Quandoqȝ tamen oportet vt cōtumeliā repellamus. Et hoc propter tria. Primo quidē propter bonum eius qui contumeliā infert: vt videlicet eiꝰ audacia reprimat̃: vt decetero talia nō attentet. Scd̃o propter famā noſtram: quia quilibet tenet̃ defendere famam ſuam: qꝛ ſm Aug. Qui famā ſuā negligit crudelis eſt: qꝛ ſm Salo. Melius eſt nomē bonum ꝙ̄ diuitie multe. Tertio ꝓpter bonū multorum quorū profectus propter cōtumelias nobis illatas impediretur. Unde Augu. Duo ſunt tibi neceſſaria: ſcȝ cōſcientia ⁊ fama. Cōſcientia propter te: fama propter proximum. ¶ Sciendū ꝙ prelati et alij preſidētes qui habēt ſubditos tenentur eos corrigere ſi delinquunt alr̃s damnarentur vna cum ſubditis. Unde legitur de ſacerdote Hely. j. Regū. iiij. Qui qꝛ non correxit filios ſuos inique agētes punitꝰ eſt hic per mortē temporalē: qꝛ fractis ceruicibus cadens de ſella retrorſum expirauit: ⁊ ſi eſt in inferno non inueniemus aliā cauſam: niſi ꝙ filios nō correxit vt debuit propter qd̃ dñs eū ſubitanea morte interfecit. Unde cū filij a parentibus ſuis ⁊ laici a prelatis ſuis reprehendūtur: nequaꝙ̄ ipſi filij ⁊ ſubditi indignari debēt. Nā ad hoc tenentur prelati: alias cum ſubditis dānarentur. Unde Ezech. iij. Si dicēte me ad impiū morte morieris. ſ. pro ſua ſuperbia auaritia luxuria ⁊c. Et tu nō annūtiaueris ei: neqȝ locutus fueris vt aduertatur a via ſua impia ⁊ viuet: ipſe impius in iniquitate ſua morietur: ſanguinem eius de manu tua requiram. Omnia peccata que prelati poſſunt corrigere ⁊ non corrigunt eis imputabunt̃ ⁊ pro eiſdem damnabuntur. ergo Sap. vj. dicitur. Judicium duriſſimum fiet qui preſunt. Unde Grego. in regiſt. Cum in ſubito peccatum non corrigitur in eos qui preſunt ſententia retorquetur. vnde iterum Grego. Tot perſonas occidimus quot ad mortem ire quotidie tepidi et tacentes videmus. ¶ Ultimo ſciendum quod quilibet ſubditus humiliter ⁊ patiēter debet ſuſtinere correctionē pro ſuis exceſſibus: quia per hanc purgatoriū ipſius diminuit̃. Uñ exēplū. Erāt duo fratres in monaſterio vno. vnus erat gratioſus abbati ⁊ ceteris fratribus: alter autē nō erat gratioſus: ⁊ quicquid deliquit immediate ab abbate punitū fuit: ſȝ alio frequēter pepercit ipſe abbas in ſuis negligentijs: qꝛ gratioſus erat omnibus. Cōtigit autē ꝙ illi ambo morerent̃. Apparuit autē ille qui gratioſus abbati fuit dicens ſe eſſe i magnis penis: ⁊ abbas vbi eſt nunc ille infelix qui plures nelgigentias ꝙ̄ tu cōmiſit: ⁊ ille. O pater ipſe non eſt infelix nec miſer. qꝛ iā eſt in clara viſione dei qꝛ quicquid hic cū negligentia deliquit immediate hic punitū fuit ⁊ ſic ſatiſfecit: ſed mihi pater ſepius peperciſti in meis negligentijs eo ꝙ gratioſus fui tibi ⁊ ceteris fratribus: ergo iam grauiter torqueor in purgatorio: ſed pater ſctē ora deū ꝓ me ⁊ recommēda me ceteris fratribus meis in ſuis miſſis ⁊ orationibus: qꝛ valde affligor in purgatorio.

¶ De eadē dominica.

ARguet mundum de peccato. Glo. ſupple qd̃ habet. Und̃ hic dicendū eſt quomodo quis cōmittit ſeptē pctā mortalia. que re infra ſermo. cclj. I.

¶ De eadē dominica.

ARguet mundū de iuſtitia. Glo. ſupple quā nō habet. Unde dicēdum eſt hic quomodo homo iuſtus debet inueniri ſi vult ſaluari. Iſtum ſermonē eſt quere infra ſer. cliij. E.

¶ Dñica rogationū de orone Ser. cliiij

PEtite ⁊ accipietis Iohā. vj. Benignitas ſaluatoris dei noſtri maior eſt in exaudiendo petitiones filiorū ſuorū ꝙ̄ cuiuſcūqȝ filij reſpectu matris vel ecōtra matris ad filium ergo ſi aliquid petierimus a patre celeſti vel a chriſto vtiqȝ ipſe exaudiet. Unde dicit. Petite ⁊ accipietis. Sed ꝙ̄uis ſemp ſit orandū ſecundum illud Luc. xviij. Oportet ſemper orare et nō deficere. ſpiritualiter tamen tempus orandi eſt ab hac dominica vſqȝ ad feſtum penthecoſtes: ⁊ in his diebus qui ſunt ante aſcenſionē hoc ptȝ: quia vocantur dies rogationū in quibus implorare debemus diui. auxiliū ⁊ ſuffragia ſctōrum. Primo vt deus bella ſedeat qui in vera frequenter fiunt. Secundo vt teneres fructus cōſeruet ⁊ multiplicet. Tertio vt ad receptionē ſpiritusſcti habilitemur. In tempore eſcenſionis tempus orādi ē. Cōſueuerunt enim principes ⁊ reges cū de nouo recipiūt terras ſuas liberalitatē ſuā oſtendere ⁊ magna dona militibꝰ ſuis dare. In die ergo aſcenſionis cum ſecundum repreſentationē eccle. ſic rex regū ſuſcepit liberalitatē ſuā oſtēdit orātes exaudiēdo ps̄. Dominus audiet me cum clamauero ad eū. Poſt aſcenſionem vero in oratione expectandus eſt ſpiritusſanctꝰ ſicut diſcipuli chriſti fecerūt. vnde Actu. j. Hi oēs vnanimiter erant perſeuerantes in oratione cū mulieribus ⁊ maria matre ieſu ⁊ fratribus eius. ſic ⁊ nos orare debemus poſt aſcenſionē vt ſpūſancto repleamur: ⁊ poſt penthecoſtē tunc orationes ⁊ ieiunia ſunt inſtituta. vt deus munera nobis collata cuſtodiat. ps̄. Cōfirma hoc deꝰ qd̃ opatꝰ es in nobis. Diuiſio huius ſermonis conſiſtit in duobus. Primo excitatur pigritia humana cū dicitur. Petite: ⁊ fiducia cōfirmatur cū dicit̃ accipietis. Nā autē hortaretur vt peteremꝰ niſi vt exaudire nos vellet vt acciperemus dicit ergo. Petite ⁊ accipietis. hic oſtenditur liberalitas diuina que ad petēdū nos inuitat dicens. Petite. Pauci enim ſunt qui inuitāt vt ab eis petatur. Au. Nō eñ hortaretur vt peteremus niſi vellet dare. Erubeſcant̃ humana pigritia: qꝛ plꝰ vult ille dare ꝙ̄ nos accipere: plus vult ille miſereri ꝙ̄ nos a miſeria liberari. Unde loquēdo de oratione tunc quatuor ſunt hic dicenda. Primo quomodo oratio precellit elecmoſynā ⁊ ieiuniuȝ. Secundo quando orādum ſit. Tertio vbi orandum ſit. Quarto quomodo orânduȝ ſit: ⁊ que ſunt impedimenta orationis. I Quantū ad primū tunc ſciendum eſt ꝙ

tria que cõmendantur maxime a deo ſcʒ eleemoſina ieiunium ⁊ oratio: tamen oratio precellit alia duo. Primo in faciente q: debilis nõ poteſt ieiunare nec pauper eleemoſynam dare: ſed quilibet poteſt orare. Ps. Apud te oratio mea eſt ſemper. Iſido. Oratio eſt cordis non labiorũ. Non enim verba deprecantis deus attendit: ſed orãtis cor inſpicit: ergo mutus poteſt orare vt etiam homo in agone mortis conſtitutus: q: ſi non ore tamen corde. Unde queritur vtrum oratio debeat eſſe vocalis. Reſponſio ſm b. Tho. ij. ij. q. lxxxiij. dicendũ q duplex eſt oratio ſcilicet cõmunis ⁊ ſingularis. Cõmunis oratio eſt que p miniſtros eccleſie in perſona totius fidelis populi deo offertur. ⁊ ideo oportet q talis oratio innoteſcat toti populo pro quo offertur q nõ poſſet fieri niſi eſſet vocalis. Et ideo rationabiliter inſtitutũ eſt vt miniſtri eccleſie huiuſmodi orões etiã alta voce pronunciẽt vt ad notitiã oim peruenire poſſint. Oratio vero ſingularis eſt que offertur a ſingulari perſona: et de huiuſmodi orationis neceſſitate non eſt q ſit vocalis: adiungit̃ tñ vox tali orationi triplici ratione. Primo quidã excitando interiorem deuotionẽ qua mens orantis eleuet̃ in deũ q: per exteriora ſigna ſiue vocũ ſiue aliorum factoꝝ vt ſunt genuflexiones: eleuatio manuum proſtratio corporis: ⁊ ſic de aliis que ab extra fiunt mouet̃ mens hominis ad ampliorẽ deuotionem: ⁊ ideo in ſingulari oratione tantũ eſt vocibus ⁊ huiuſmodi ſignis vocandũ quantũ proficit ad excitandũ interius mentẽ. Si vero mens per hec diſtrahat̃ vel qualitercũq impediatur a talibus eſt ceſſandũ qd precipue contingit in illis hominibus quoꝝ mens ſine huiuſmodi ſignis eſt ſufficienter ad deuotionẽ preparata. Secundo adiungitur vocalis oratio quaſi ad redditionẽ debiti: vt ſcʒ homo deo ſeruiat totũ illud qd habet q deo. i. nõ ſolum mentẽ: ſed etiam corpe ſeruiat deo. vnde Oſee vlti. Reddemus vitulos labiorum noſtrorum. Tertio additur vocalis oratio ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectatione ſm illud Ps. Letatum eſt cor meũ ⁊ exultauit lingua mea. Tamen ſciendũ q ſi quis obligaretur ad aliquam orõnem ex voto vel ex ſatiſfactione iniuncta ſibi in cõfeſſione p pñia: tunc tali orationẽ deberet orare vocaliter propter pleniorem ſatiſfactionis exhibitionẽ. Secundo oratio precellit ieiuniũ ⁊ eleemoſinam in iocũditate ⁊ honorabilitate: q: nihil delectabili9 vel honorabilius q̃ loqui cũ deo. vnde Augu. ſuper ps. lxxxv. Oratio tua locutio eſt ad deũ. qñ eñi legis tibi loquit̃. qñ oras cũ deo loqueris: ergo in ſignum huius multa ſunt officia q aliquibus nobilib9 cederẽt in dedecus: ſicut arare in agro, vel fodere: ſed orare celeſti homini ad magnũ honorẽ quantũcũq nobilis ſit. ergo debem9 cũ magna reuerẽtia orare quaſi locuturi cũ rege celeſti. Tertio oratio etiã p̃cellit in dignitate. q: ſi orõ mõ fiat q debet eſſe deo valde gratum miniſterio angeloꝝ, valde dignum. vnde Tho. xij. dixit angel9 ad Tho. Quãdo orabas cũ lachrymis ego obtuli orõnẽ tuã dño nõ dʒ homini graue eſſe tale remittere deo cũ angelo nõ ſit graue offerre immo q pl9 eſt ipſe xp̃s in quantũ offert orationẽ nr̃am deo patri qd ſignificat in hac q diacon9 thuribulũ tradit ſacerdoti ⁊ ſacerdos thurificat: ſic xp̃s orationes eccleſie deo patri pñtat: q preſentatio multũ facit eas valere: quõ eñi hoc a deo cõtemneret̃ q a tanto mediatore ei pñtatur. Quarto orõ p̃cellit eleemoſynam ⁊ ieiunia in approximatione ad deũ: q: qui orat facie ad faciẽ ante deũ ſe conſtituit. Ps. Reſpice in me ⁊ miſerere mei. Eleemoſyna eñi p manũ paupis mittit deo: ieiunium p afflictionẽ corpis deo oſtendit: ſed orõ imediate deũ pñtẽ alloquit̃. Quinto precellit orõ ieiuniũ ⁊ eleemoſynã: q: eſt valde lucroſum ⁊ vtile orare: qd poteſt hoc oſtendi q nihil eſt ad qd oratio valere nõ poſſit. vnde. ij. Paralip. xx. cũ igno mus hoc locũ debemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. Et hoc eſt officium ex quo homo poteſt lucrari omni tempore in hyeme ⁊ in eſtate i ſereno ⁊ in pluuiali tempore ⁊ nocte ⁊ de die: feſtiui bus ⁊ ferialibus: in infirmitate ⁊ ſanitate



in iuuentute ⁊ ſenectute, ſtando ⁊ eundo: in domo ⁊ extra domum: ⁊ quandoq vna hora lucrat̃ homo plus orando q̃ regnum vnum: q: modica oratione cũ deuota eſt lucratur homo regnũ celoꝝ. quãq autẽ antequã inchoetur oratio eſt homo in ſtatu dãnationis. Hoc patet in publicano q peccator ad templũ acceſſit ⁊ iuſtificatus de templo receſſit per cõtritionẽ ⁊ deuotam orationẽ: qñ dixit. Deus propitius eſto michi peccatori, obtinuit remiſſionẽ omnium peccatoꝝ. Itẽ patet in latrone qui cũ xp̃o pependit in cruce qui paradiſum meruit orõne vel qua dixit. Memento mei domine dũ veneris in regnũ tuũ: nã reſpõſum eſt ei a xp̃o. Hodie mecũ eris in paradiſo. Quantũ igitur ad ſecundũ. ſ. qñ orandum ſit. Sciendũ q tp̃s orãdi dñs determinat Lu. xviij. Oportet ſemp orare ⁊ nõ deficere. Scutũ nõ dʒ miles deponere interim q bellum durat ita nec ab oratione ceſſandum eſt vſq ad mortẽ: q: bellũ durat vſq ad mortẽ. vnde Iob. militia eſt vita hominis ſuper terrã. Continue eñi indigemus dei adiutorio: ⁊ q: nunq̃ in preſenti deeſt miſeria, ideo cõtinue indigemus dei miſericordia: ideo ſi fieri poſſet continue eſſet orandũ: ⁊ ſuper illud. j. Theſ. v. Sine intermiſſione orate dicit gl. Semper orat qui ſemp bene agit. Iuſtus nunq̃ deſinit orare niſi deſinat eſſe iuſtus. ¶ Sed quia aliis opʒ nos etiã intendere q ſunt corpis: ergo ſciendũ q orõni p̃cipue intendendũ eſt: vel cuʒ maior eſt neceſſitas, vel maior tẽporis oportunitas. maior neceſſitas orãdi eſt cũ aliqua opa facturi ſumus. vnde Hiero. ad pauli. In principio cuiuſlibet operis premitte dñicam orationẽ, ⁊ ſignũ crucis in fronte: ⁊ ſic cõmitte te diuino auxilio ⁊c. Sicut militẽ ſine armis exire ad bellum nõ recõuenit: ita homini xp̃iano p cedere ad quecunq opera ſine oratione non licet: ergo opera noſtra oratio dʒ preuenire vt deus det nobis bonũ effectum ⁊ proſperitatẽ. ⁊ gratiarũ actio dʒ ſubſequi vt deus laudetur de adiutorio nobis collato. Item neceſſitas orandi eſt cũ imminet nobis tribulatio, vel etiã proximis nr̃is. vnde dñs imminente paſſione ſua ter orauit in monte oliueti. tempus autẽ orandi perſonis ſecularibus extra illas horas de quibus Dauid in ps. Septies in die laudem dixi tibi. eſt tp̃a matutinũ aut veſpertinum aut medie noctis ſacrificiũ adorandum mane monemur exẽplo dñi. Mar. j. Diluculo valde ſurgẽs ieſus egreſſ9 abiit in derſertũ locũ: ibiq orabat. ad orandum veſpere. Mat. xiiij. Et dimiſſa turba aſcendit in montẽ ſolus orare: veſpere autẽ facto ſolus erat ibi. orandũ nocturno tempore dat nobis xp̃s exẽplum. vt habet̃ Luce. vj. q erat pernoctans in oratione. Item his tribus tp̃ibus ad orandum monemur exẽplo Dauid q dicit in ps. Ueſpere ⁊ mane ⁊ meridie narrabo ⁊ exaudiet vocem meã. Itẽ media nocte ſurgebat ad cõ. ti. modo dauid erat rex ſup cunctũ pp̃lm iſrl̃: ⁊ in diuerſis occupat9: tñ illa tria tp̃a p̃ncipaliter in orãdo ſeruauit. Et ſignãter q frequẽter media nocte ſurrexit, ⁊ deũ laudauit: q̃ quõ tu te potes excuſare q deum his trib9 tp̃ibus nõ laudas. Item in ſolẽnitatib9 ⁊ in dieb9 feſtiuis eſt magis oportunũ tp̃s orandi. Cõſueuerunt eñi principes in magnis feſtis magna munera dare petẽtibus ſe. ¶ Quo ad tertiũ. ſ. vbi orãdum ſit. Notãdum q vbiq orãdum eſt: cũ vbiq ſint pericula ⁊ vbiq auxilio dei indigemus. j. Thi. ij. Uolo ergo viros orare i omni loco leuantes puras manus ſine ira ⁊ diſcretione. ſimiliter ⁊ mulieres in habitu ornato cũ verecundia, ſobrietate ornantes ſe nõ in tortis crinibus: aut auro: aut margaritis: vel veſte pretioſa: ſed qd decet mulieres promittentes pietatẽ per bona opera. Mulier in ſilentio diſcat cũ omni ſubiectione. Docere autem mulieri nõ permitto, neq dominari in virum: ſed eſſe in ſilẽtio ⁊c. Ex quo patet q homo poteſt orare in omni loco: in domo in agro: in menſa: in lecto: ⁊ ſic de aliis. Dicit tamen ſanctus Tho. ij. ij. q determinatus locus eligitur ad orandum non propter deum, qui adoratur quaſi loco cõcludatur, ſed propter ipſos orantes. ⁊ hoc triplici rõne. Primo quidẽ ppter loci cõſiderationẽ ex quo ſpecialem deuotionem cõcipiunt orantes vt magis exaudiant̃. Secundo propter ſa

gra myſteria ꝛ alia ſanctitatis ſigna q̄ ibi
cõtinentur. Tertio ꝓpter cõcurſum mul-
toꝝ adorantiũ ex quo fit oratio magis ex-
audibilis ſm illud Mat. xviij. Ubi duo vel
tres cõſenſerint ſuper terram de omni re
quãcunqꝫ petierint fiet illis a patre meo
qui in celis eſt. ¶ Quoad quartũ. ſ. qũo
orandũ ſit: ꝛ q̄ ſunt impedimẽta oratiõis
ſciendũ ꝙ quinqꝫ requirũtur ad hoc ſcꝫ vt
oratio noſtra exaudiat̃: ꝛ ſic per oppoſitũ
ſũt quinqꝫ impedimẽta quare orõ nr̃a nõ
exaudiat̃. Primũ impedimẽtũ orõnis eſt
pctm̃ orantis. Eſa. j. Cũ multiplicaueritis
orõnes vr̃as nõ exaudiã vos: qꝛ man⁹ ve
ſtre ſanguine plene ſunt. ps. Si iniq̃tates
aſperi in corde meo nõ exaudiet dñs. Jo.
ix. Scimus q̃m nõ exaudit de⁹ pctõres. vñ
querit̃ vtrũ de⁹ exaudiat pctõres. Rñſio ſꝫ
Tho. ij. ij. q. lxxxiij. Peccator dupl'r cõſide
ratur. Pmo inq̃ꝫtũ pctõr: ſic de⁹ nõ exaudit
eũ: qꝛ deus odit pctõres. ps. Iniquos odio
habui. i. pctõres. ſecũdo cõſiderat̃ q̃ꝫtũ ad
naturã: qꝛ homo eſt: ꝛ ſic cũ petit aliqd̃ ſa-
lutare humiliter tũc ex mĩa exaudit̃ a deo:
q̃ꝫuis hoc nõ meruit apud deũ. Sed pctõr
qui petit iuuari a deo cũ ꝓponit maleface
re vel luxuriari vel ſpoliare: ꝛ ſic de alijs.
tale adiutoriũ petere a deo eſt pctm̃: qꝛ ta
lis vult deuꝫ inuoluere ſuis delictis: qꝛ ſi
deus eũ iuuaret, tunc pcti ſui reus eſſet.
Ergo deus nõ iuuat ad maleficiendũ: ſed
bene permittit fieri malũ: qꝛ dedit homi-
ni liberũ arbitriũ. Chry. ſup Mat. Colon⁹
dei cõſiliũ diaboli nõ querit. Colonus au
tem diaboli ꝛ ſi dei auxiliũ querit nõ inue
niet. vt ſi fur orat vt proſperet̃: ꝛ fornicator
ſibi ſignũ crucis facit. vt nõ cõprehendat̃
ꝛ tanto citius capitur: qꝛ neſcit deus pa-
trociniũ dare criminibus. Ergo ex iam di-
ctis habet̃ ꝙ primũ qd̃ requiritur ad hoc
vt oratio noſtra exaudiatur eſt vt ſit pura
ꝛ munda. Scd̃m impedimentũ orationis
eſt q̃n homo cũ ꝓpoſito nõ attente orat.
Nõ em̃ ſufficit ſine pctõ orare niſi et hõ
attẽte ꝛ deuote oret. i. pet. iiij. Uigilate i
oratiõib⁹. vbi dicit. gl. Nõ anim⁹ cogitet
aliud preter illud ſolũ qd̃ pcat̃. Aug. in rł'a.
Hoc verſetur in corde quod profertur in
ore. Matth. vj. Orantes nolite multum
loqui. quia vnum pater noſter cũ atten
tione plus valet q̃ꝫ mille ſine attentione.
Iſi. Orõ ſine deuotione ẽ quaſi mugit[us]
bonum. ¶ Unde queritur vtrũ de neceſſi
tate orationis ſit ꝙ ſit attenta ꝑ q̃ ſciẽd[ũ]
ſecundum Tho. in oratione vocali eſt tri
plex effectus. Primus effectus eſt mereri
a deo et ad hũc effectum non de neceſſi
tate requiritur ꝙ attentio aſſit oratio[ni]
per totum: vt vis prime intẽtionis q̃ aliq̃s
ad orãdum accedit ea. ſ. intentiõe. vt velit
deuote orare. talis intentio reddit totam
orationem meritoriam q̃ꝫuis homo vltra
volũtatẽ diſtrahat̃. Scd̃s effect⁹ orõnis
impetrare a deo: et ad hũc et iã effectum
ſufficit prima intentio quam deus prin[ci]
paliter attẽdit. Tertius effectus quem
oratio ẽt principaliter efficit eſt quedã
ſpũalis refectio mentis. Et ad hũc effectũ
de neceſſitate requirit̃ in oratione atten
tio. vnde dicit̃. j. Corin. xiiij. Si orẽ lingua
mens mea ſine fructu eſt. Ergo q̃n homo
vult cõſequi ſpiritualẽ dulcedinẽ in ſuis
orationibus: tunc opꝫ ꝙ totã orationẽ ha
beat attentionẽ ꝛ deuotionem. ſed q̃ꝫtum
ad merendũ ꝛ ad impetrandũ tunc ſuffi
cit prima intentio. Si autẽ prima inten
tio deſit orõni neqꝫ meritoria eſt neqꝫ im
petratiua. Illam orationẽ deus non atten
dit cui ille q̃ orat non intendit: ſed q̃n p[rima]
intentio orantis eſt ꝙ libẽter vellet deuo
te orare: ꝛ ea intẽtione incipit tunc valet
illa oratio ad merendũ ꝛ ad impetrandũ
a deo. Ergo ſunt aliqui qui q̃n non habẽt
deuotionẽ tunc volunt deſiſtere ab orõne
qd̃ nullo modo faciendũ eſt: etiã ſi homo
intantũ diſtraheretur ꝙ oporteret eum
pater noſter dicere ꝛ perficere: qꝛ de⁹ reſpi
cit primã intentionẽ quã habuit q̃n inci
pit orare. ſ. ꝙ libenter deuote orare vellet.
Sed q̃n quiſ cũ ꝓpoſito indeuote orat tũc
em̃ nõ impetrat nec meret̃. Unde dicit de[us]
per prophetã. Populus hic labijs me ho
norat cor autẽ coꝝ longe eſt a me. Sic
heu plures ſunt que cũ corpore ſtant in ec
cleſia ꝛ orant: ſed cor diſperſum eſt quaſi
per totum mundũ. vnde Iſid. Quid pro
deſt ſtrepitus labiorũ vbi cor eſt mutum
ergo hoc eſt ſm qd̃ requiritur ad oratio
nem vt oratio fiat cum deuotione ꝛ atten
tione. ¶ Tertiũ impedimentũ ꝙ oratio
non exaudit̃ eſt q̃n petitur qd̃ non eſt ex-
pediens petẽti. vnde ſm Augu. tria ſunt
gña bonoꝝ. ſ. bona infirma: ꝛ media ꝛ ſum-
ma. Bona infirma ſunt tpalia q̄ quaſi ni-
hil ſunt. Hiere. iiij. Aſpexit terram ꝛ ecce
vacua erat ꝛ nihil ꝛ talia tpalia aut nõ de
bemus petere aut cũ cõditione ꝛ cũ mo-
deramine. Ber. in quodã ſer. In petendo
tpalia cauenda eſt ſupfluitas ꝛ voluptas.
Salo. Prouer. xxx. Mendicitatẽ ꝛ diuitias
ne dederis mihi: ſed tm̃ victui meo tribue
neceſſaria. apl's. j. Thi. vj. Habẽtes alimẽ
ta ꝛ quibus tegamur his contenti ſimus.
De cõditione ponẽda q̃n tpalia petimus
dicit Aug. q̃n a deo petitis tpalia cũ mo-
deramine petite: ꝛ cũ timore illi cõmittite:
vt ſi proderit det: ſi ſciat obeſſe nõ det. q̃d
obſit vel proſit nouit medic⁹ nõ egrotus.
Ergo q̃ncunqꝫ petim⁹ illa q̄ ſunt tranſito
ria ſicut res tpales: ſanitatẽ corporis vel
liberationẽ a preſentibus tribulationibus
ſed debem⁹ petere cũ cõditione: qꝛ homo
petit q̃nqꝫ aliq̃d a deo ſi exaudiret̃ ab eo
eſſet ſibi nociuũ ꝛ damnabile. Sicut paup
qui ꝓpter paupertatẽ ſuã ſaluabit̃ hic ſi
diues fuiſſet forte dãnatus eſſet. Similiter
infirm⁹ q̃nqꝫ cum infirmitatib⁹ ſuis ſalua-
bitur: ſi deus eũ exaudiſſet q̃n pro ſanita
te corporis petiuit forte dãnatus fuiſſet. ꝛ
ſic de alijs. Bona media ſunt ſpũlia: ꝛ iſta
petenda ſunt cũ attentione: qꝛ tanto maio
ra ſunt reſpectu temporaliũ q̃ꝫto mõs ex-
cedit paruum lapidẽ: ꝛ q̃ꝫto ſol excedit ſtel
las ꝛ huiuſmodi. vt ſunt remiſſio peccato-
rum: virtutes: gratia ꝛ humilitas: chari-
tas: patientia: pax ꝛ miſericordia: ꝛ cui de⁹
talia dederit: maius eſt q̃ꝫ ſi totũ mundũ
ſibi daret. Exemplũ de beato petro ꝛ de
maria magdalena ꝛ de latrone qui recepe
runt indulgentiã peccatorũ pro toto mun
do. Nec mirum. Cui enim talia bona dã-
tur ſi conſeruantur nequaq̃ꝫ damnabitur
ꝛ amicũ dei conſtituunt: ꝛ ab inferno libe
rant. ecce q̃ꝫtum differunt a primis bonis
ideſt a temporalibus bonis: quia cum pri
mis ideſt temporalibus multi damnant̃.
cum ſecundis bonis ideſt virtutibus nul-
lus damnabitur. Bona ſuprema tũc bona
celeſtia: ꝛ illa nõ tantũ petenda ſunt cum
attentione ꝛ feruore ſicut ſpiritualia ſed
etiã cuꝫ humilitate ꝛ ſine preſumptione.
Cum humilitate petunt qui de ſuis meri-
tis nõ confidunt: ſed in miſericordiã ꝛ bo
nitatem dei. Berñ. In petẽdo beatitudinẽ
elatio eſt cauenda: ne tanq̃ꝫ ex ꝓprioꝝ me
ritorum fiducia requiratur. Unde dñs no-
ſter ieſus xp̃s dicit Lu. xvij. Cum oĩa fece-
ritis que precepta ſunt vobis: dicite ſerui
inutiles ſumus qd̃ debuim⁹ facere fecim⁹.
Cauẽda eſt etiã preſumptio ne ſine nr̃o la
bore gloriã velimus hr̃e. De tali preſum-
ptione reprehendũtur filij zebedei q̄ ſine
labore ꝛ paſſione volebant cũ xp̃o regna-
re. mat. xx. Neſcitis q̃d petatis. Poteſtis
bibere calicẽ quẽ ego bibiturus ſum: ergo
tertiũ ꝙ requiritur ad hoc ꝙ orõ nr̃a exau
diatur eſt vt petamus ea que ſunt ſalutis:
qꝛ non ſufficit ꝙ homo petat ſine peccatis
ꝛ attẽte ꝛ cum deuotione niſi petat ea que
decet xp̃m dare, ꝛ expediat homini recipe
re. Quartum impedimentũ orationis eſt
quando quis cũ heſitatione petit ꝛ ſic ni-
hil impetrat. Quia quilibet qui vult impe
trare a deo cũ bona fiducia debet ſibi ſup
plicare. Mat. xj. Omnia quecũqꝫ orantes
petitis credite ꝛ accipietis. Jaco. j. Poſtu-
let in fide nihil heſitans: qui enim heſitat
ſimilis eſt fluctui maris qui a vento moue
tur ꝛ circumfertur. Non eſtimet homo ille
ꝙ accipiat aliquid a domino: qꝛ debemus
deũ cum bona fiducia inuocare in noſtris
neceſſitatibus ꝛ tunc vult nobis ſubueni-
re in omni neceſſitate ꝛ tribulatione. vnde
ps. Cum ipſo ſum in tribulatione eripiam
eum ꝛc. Idem. Ad dominum cum tribula
rer clamaui ꝛ exaudiuit me. In ſignũ hu
ius tunc xp̃s in cruce habuit manus per-
foratas dando nobis bona ſpiritusſancti
fortificando ꝛ adiuuando ꝛ conſeruando
nos in bono. Quintũ impedimentum ora-
tionis eſt defect⁹ perſeuerãtie in oratione
Jacob. v. Multũ enim valet deprecatio iu
ſti aſſidua. Apoſtolus ad Rom. xij. Ora-
tionibus inſtantes: ergo pſeuerare debe-
mus i orõnib⁹ nr̃is: ꝛ tũc obtinebim⁹. Lu.
xj. Si pſeuerauerit pulſans ꝛc. ¶ Sꝫ que

ſitur quare nõq; deus nõ exaudit orõnes bonorum hoim? Rñdet̃ q; hoc facit ꝓpter tria. Pͥo vt ꝓbet patientiã ipſoꝝ: ſicut fecit multis martyribus q̃ petiuerũt vt mortez ab eis auferret ⁊ ſanc. Paulus q̃ rogauit dñm ter, vt auferret ab eo ſtimulũ carnis. Rñdit ei ſufficit tibi gr̃a mea. Scd̃o vt deſiderium excitet. Facit eñ ſicut auceps qui ſubtrahit eſcã volucri: ſic etiã ſicut mulieri chananee. Greg. Differt dñs dare qd̃ petitur vt dilatũ petat̃ ardẽtius ⁊ habeatur gratius ⁊ humilius. Tertio vt meliora q̃ꝫ petant prouideat: q: facit ſicut pater qui denarium denegat puero: cui poſtmodum totã hereditatẽ dabit: q: forte expenderet ad peccandũ. Iſi. Multi petẽtes nõ exaudiũtur: q: prouidet illis meliora, q̃ꝫ petunt.

## De eadẽ dñica ⁊ de oratione dñicali ſiue pater noſter. Ser.lxv.

Petite ⁊ accipietis. Jo.xvj. Ex quo dñs noſter ieſus xp̃s in verbis premiſſis inuitat nos ad orandũ: tunc hic iam querit̃ que oratio ſit magis ſalutifera? Rñdet̃ q; oratio dñicalis. Unde hic tria in p̃nti ſermone ſunt dicenda. Primo qũo oratio dñicalis precellit alias orationes. Secũdo reſtat declarare ſeptẽ petitiones incluſas in dñicali orõne. Tertio que requirunt̃ ad hoc q; oratio facta ꝓ aliquo exaudiat̃. ¶ Quantũ ad primuz ſciendũ q; oratio dñicalis precellit alias oratiões in quatuor. Pͥo autoritate: quia xp̃s eã fecit ⁊ ordinauit: q̃ eſt ſummus magiſter ⁊ dñs oim. Scd̃o precellit in breuitate. Sed queritur quare eã tã breuẽ fecit? Rñdetur q; ſpẽaliter propter tria. Primo vt faciliter poſſet capi ⁊ intelligi ⁊ melius retineri ⁊ tardius obliuiſci. Scd̃o vt frequẽtius poſſet dici ⁊ reiterari ⁊ ne decentib⁹ faſtidium generaret. Tertio vt nullus ſe poſſet excuſare ab oratiõe q: q̃libet hõ rationalis põt eã addiſcere ⁊ oĩ die dicere. Ↄ hoc faciunt multi q̃ quãdoq; per vnuz vel per duos dies ꝓpter occupationes exteriores obliuiſcuntur dicere vnũ pater noſter. ſꝫ que pertinẽt ad neceſſitatẽ corporis nõ obliuiſcũtur: q: nũq̃ꝫ fuit talis occupatio quin tẽpus illud ſibi aſſumũt vt cibũ corporalem nõ negligãt: ſed q̃ ad aĩam ⁊ ad deum pertinẽt ſepius negligũt, ⁊ hoc eſt ſignum paruipenſionis dei: ⁊ ẽt ſalutis ꝓprie. vnde Ari. ij. retho. Obliuio eſt ſignũ paruipẽſionis. Tertio excedit oratio dñicalis in exaudibilitate. Eſt eniꝫ oratio dñicalis magis exaudibilis q̃ꝫ aliqua alia oratio. Rõ q: pater petitionem quam q̃s ordinauit ⁊ fecit rite nõ põt expellere. xp̃s autem hanc orationem fecit ⁊ ordinauit. vñ Cy. ſuper Mat. Pater illam orationem nõ libenter exaudit: quam filius non dictauit. Quarto precellit in fecunditate: nã omnia neceſſaria aĩe ⁊ corporis tã in p̃nti vita q̃ꝫ etiã in futuro in iſta orõne includunt̃, vt patebit infra in declaratione pater noſter. Quantũ ad ſcd̃m tũc pͥo querit̃ quare xp̃s ſic inchoauit orõnem dñicalẽ dicendo pater noſter. Et non dñs: vel deus: vel creator. Rñdetur q; talia nomina ſunt nomina timoris ſed pater eſt nomẽ amoris. Sed q: diligit nos paterne ⁊ vult a nobis ẽt filialiter diligi. iõ dixit pater noſter. Et in hoc noie pater memorari debemus q: ſimus filij eius ſi orationẽ noſtrã ſalubriter deo offerre volumus. Vñ. j. Joã. iij. Uidete qualẽ charitatẽ dederit nobis pater vt filij dei nominemur ⁊ ſcimus q; filij dei ⁊ heredes ſumus. heredes quidem dei: coheredes autem chriſti. Ad ro. viij. Sed noſter dixit vt nos deceat humiliari vt nullus ſe de bonitate generis iactet: ⁊ ſic alios ſpernat. Unde Augu. Monentur diuites ⁊ nobiles non ſuperbie minoribus vel contra minores. Non enim poſſunt dicere: pater noſter niſi fratres. Sciendum q; omnes homines tam nobiles q̃ꝫ ignobiles: tam iuuenes q̃ꝫ ſenes: tam diuites q̃ꝫ pauperes: in quatuor ſunt ſimiles: quare merito ſunt fratres. hoc quere in ſermone lix. ¶ Qui es in celis. queritur quare hic dicit. Mar. cum tamen vbiq; eſt deus ſecundum deitatem in terra per miſericordiam: in inferno per iuſtitiam: in celo per gloriam. Reſpõdetur primo ideo vt doceret nos celeſtia ⁊ non terrena appetere iuxta conſilium apoſtoli. Col. iij. Que ſurſum ſunt querite ⁊ nõ que ſuper terram. Secũdo vt oſtendat nobis locum ad quem creati ⁊ redempti ſumus ad quẽ omni die vnã dietã facere debemus. vnde Jo. xiij. In domo patris mei manſiones multe ſunt. vñ etiã ad heb. xiij. Nõ habemus hic manentem ciuitatem ſed futurã inquirimus. Sanctificetur nomen tuũ. hec eſt prima petitio: in qua petimus vt nomẽ ei⁹ ſanctificetur: q: pre omnib⁹ honorẽ dei deſiderare debemus: ſed diceret q̃s videtur q; hec petitio ſit inconueniẽs: q: ſemꝑ nomẽ ei⁹ ſanctum ergo eius ſanctificatio hic nõ dꝫ peti. Rñdetur q; nõ petimus ip̃m nomen dei in ſe ſanctificari: q: ſic nullo mõ eſt poſſibile magis ſanctificari: ſꝫ petimus in nobis ſanctificari. i. q; in nobis ſanctũ habeatur ⁊ tanq̃ꝫ ſanctũ honoret̃ in corde credẽdo: ⁊ amando: in ore ipſum laudando ⁊ predicando: in opere bene viuendo. Sꝫ heu iã a pluribus xp̃ianis nomẽ dei blaſphemat̃ poti⁹ q̃ꝫ ſanctificet̃ vñ de hoc cõq̃rit̃ ꝑ Eſa. lij. dicẽs. Jugit̃ tota die nomẽ meũ blaſphemat̃. vnde ad Rom. ij. Nomẽ dei per vos blaſphemat̃. hoc iam dici põt multis peccatoribus deum blaſphemantibus ⁊ q̃ cõtra preceptum diuinum iurando nomẽ dei aſſumunt in vanuꝫ. Adueniat regnũ tuũ. Sciendum q; ſm̃ quod poſt honorẽ dei nobis deſiderandum eſt regnũ celeſte: vt illuc perueniamus. ⁊ hec petimus in iſta ſecunda petitione dicẽdo. Adueniat regnũ tuum. i. ad nos, ⁊ in nos. ſ. vt tu regnes in nobis. Lu. xvij. Regnũ dei intra vos eſt: ⁊ vt in futuro tecũ regnemus cũ dicturus es electis tuis illõ Ma. xxv. venite be. pa. mei poſ. re. vo. prepa. ab ori mun. vñ ẽt Aug. ij. de ciuitate dei. O chare: illam vitam amplecti debuiſti vbi eſt vita ſine morte lux ſine tenebris iuuentus ſine ſenectute: pax ſine diſcordia: voluntas ſine iniuria: regnuz ſine commutatione: quia non amittitur. Fiat voluntas tua. ſicut in celo ⁊ in terra. Ubi notandum ſecundum Hen. de vr. per celum intelliguntur iuſti. per terram vero peccatores. vt ſit ſenſus quod ſicut voluntas tua ſit in bonis ⁊ iuſtis hominibus tibi fideliter obſequentibus: ita etiam fiat in terra id eſt ipſis peccatoribus: vt ſcilicet a te conuertantur ⁊ tibi ſeruiant: ergo homines orantes. pater noſter ſignanter in hac clauſula debent dirigere intẽtionez ſuam ad deum optando omnibus peccatoribus veniam: gratiam: ⁊ iuſtificationẽ a peccatis vt ⁊ ipſi voluntatem dei ſicut ⁊ iuſti ſalubriter perficere valeant. ſed ſecũdum beatum Tho. per celum intelliguntur ſancti ⁊ angeli in celo exiſtẽtes: ſed per terram homines viuentes in terra: vt ſit ſenſus ſicut in ciuibus celi: ſic ⁊ in ciuibus terre. hoc eſt ſicut ſancti ⁊ angeli conformant voluntatem ſuam diuine voluntati in celis: ſic homines etiam faciunt in terris. Sed contra hoc faciunt qui murmurant contra deum in tribulatiõibus ⁊ hoc eſt ſignũ carentie diuine gratie: ſicut vas vacuum magnam reſonantiam facit ⁊ currus non inunctus cum clamore incedit: ſic ⁊ tales. vnde Grego. Regnum celoruꝫ nullus murmurans accipit: nec vllus qui accipit murmurare põt: quare tales ſic murmurant: quia non aduertunt quod deus ex ſua bonitate hominem in preſenti affligit ſuis tribulationibus. Grego. in moral. Ille locus de flagello murmurat qui animum percuſſoris ignorat. Auguſtin. Tanto minus de flagello quo caſtigamur murmurare debemus quanto certius in eo pignus paterne dilectionis tenemus. Unde dicitur Apocalipſis. iij. Ego quos amo arguo ⁊ caſtigo. Sed boni voluntatẽ ſuaꝫ deo conformant exemplo chriſti qui dixit. Non mea voluntas ſed tua fiat: ergo dicamus. Fiat voluntas tua ⁊c. ℞ Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Hic petimus neceſſaria preſentis vite: naꝫ per panem omnia neceſſaria intelligũtur. Eccl. xxix. Initiũ vite hois panis ⁊ aq̃. Neceſſaria eñ [illegible] ſperãda ⁊ petẽda ſunt a deo: q: ipſe dat eſcã oĩ carni. Ps. Oculi oim i te ſperant quia tu das eſcã ⁊c. Modus autez qualiter petere debem⁹ iſta tẽporalia nobis pulchre in iſta petitione demõſtrat̃ nã hic inſinuatur qd̃ a nobis tolli debet cibi ſuperfluitas: ideo dicit panem: quan-

do deus tibi aliq̃d vltra panē largitur tūc plus tibi dedit q̄ȝ petiſti: ergo cū magna gratiarū actione debes accipere. Itē dicit da: vbi oſtēditur ꝙ nihil habem⁹ a nobis niſi a deo nobis detur. Ap̄ls. j. Corinꝫ. iiij. Quid habes qđ non accepiſti? Itē ꝑ hoc ꝙ dicit da: inſinuat̄ nobis quod non debemus per nos recipere tēporalia: ſed a datore oīm: id eſt a deo humiliter petere. Ille enim per ſe recipit qui iniuſte lucrat̄: quia hoc deus nō ſibi dat ſed recipit: quō ergo orant vſurarij: fures: raptores: ⁊ ceteri qui iniuſte lucrant̄ cum dicūt da: cum ipſi per ſe contra deum ⁊ ſalutē propriā talia recipiant. Itē dicit nobis per hoc inſinuās vt nullus ſibi tēporalia appropriet: ſed cū indigētibus cōicet ea que deus ſibi tribuit. vnde Augu. De meo vtiq; quero ait chriſtus. Da mihi vt reddam tibi habuiſti me largitorē fac me debitorē pauca mihi das plura vtiq; tibi reddā terrena mihi das: celeſtia vtiq; reddā tēporalia das eterna reſtituā: memetipſum etiam reſtituā tibi. Item dicit hodie. volēs a nobis tollere ſuperfluam ⁊ nimiā ſollicitudinē temporalium. vnde Mat. vj. Nolite eſſe ſolliciti in craſtinū. contra hoc faciūt illi q̄ ad annos plurimos hoc petūt: ⁊ cum nimia ſollicitudine illa tēporalia colligunt velut iſte diues. de quo in euāgelio dicitur qui dixit. anima mea habes multa bona in annos plurimos. Et reſpōſum eſt ei. Stulte hac no. re. ani. tu. a te. ⁊ que cō. cuius erūt. Dimitte nobis de. no. Hec eſt quinta petitio in qua petimus remiſſionē pctōrum nrōrū in deū. in proximos ⁊ in noſipſos. Queritur quare chriſtus dixit. Dimitte no. deb. no. ⁊ nō peccata noſtra. Reſpondet̄ ſm̄ Hēri. de vri. ꝙ chriſt⁹ melius dixit debita noſtra q̄ȝ ſi dixiſſet dimitte nobis pctā nrā. nam plus petimus dicēdo dimit. no. debi. no. q̄ȝ dicēdo dimit. nobis peccata noſtra. Nā in primo petim⁹ nobis dimitti tā culpam q̄ȝ penam quā tenemur exoluere pro peccatis. quod nō fieret in ſecūdo: ſcȝ dicēdo peccata: qꝛ qn̄q; dimittit̄ pctm̄ quantū ad culpā: ⁊ tn̄ manet reatus q̄tum ad penam. Sicut ⁊ nos dimit. de. no. hoc ſignanter addit̄: qꝛ alias non fieret remiſſio peccatorum ſicut clare pȝ in euā. vbi xp̄s dicit. Cum ſtabitis ad orandū dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquē vt pater veſter dimittat vobis pctā veſtra ꝙ ſi nō dimiſeritis: nec pater veſter celeſtis dimittet vobis peccata veſtra: vnde Ber. Si vis vt pctā tibi a deo dimittātur oīs rācor ⁊ indignatio a corde tuo eleuatur. Et ne nos indu. in ten. Hec eſt ſexta petitio in qua petimus ꝓſeruari a futuris malis, ⁊ a pctis: ſicut antea in quinta petitione petimus nobis indulgere peccata preterita: ſic hic in ſexta petimus preſeruari a futuris pctis dicēdo. Et ne nos indu. in ten. Sciendū ꝙ in hac petitione nō petimus vt ſimpliciter non tētemur: ſed ne ducamur in tentationem. Ille eñ inducitur in tentationē qui ſuperatur ⁊ capitur vt piſcis in rethi: chriſtus enim fuit tētatus: ſed nō in tentationem ductus. Sciendū etiam ꝙ neceſſariū eſt ꝙ tētemur: qꝛ magna pars meritorum noſtrorū cōſiſtit in ſuſtinēdo tribulationes ⁊ in vincēdo tētationes: qꝛ alias opera noſtra modica ſunt. Augu. Nullus hominū eſt tanta iuſtitia preditus cui non ſit neceſſaria tribulationis tētatio ad proficiendū. vnde Ber. Quotiēs reſtiteris totiens coronaberis. Permittunt̄ eñ ſuper nos tētationes a deo vt tētati reſiſtamus ⁊ reſiſtendo vincamus vincendo mereamur vitam eternā. ergo opȝ nos certare contra mundū diabolū ⁊ propriā carnem: qꝛ ſm̄ ap̄lm. ij. Thi. ij. Nullus coronabit̄ niſi qui legitime certauerit. Sed li. nos a ma. Hec eſt ſeptima ⁊ vltima petitio iſti⁹ dñice orationis in qua petimus ab omni p̄nti malo liberari: ⁊ merito: qꝛ totus mūdus eſt plenus periculis: ⁊ ideo vndiq; ſumus circundati multiplicib⁹ laqueis. A ſupra habemus timorem inordinatū: ab infra amorē inordinatū: ab ante voluntatē peruerſam a retro peccatorū preteritorū delectationem: a ſiniſtris impatientiā in aduerſis: a dextris extollentiam in proſperis: ſic ergo quocunq; vertimus nos diabolū inſidiantem nobis habemus: ergo merito ⁊ libenter dicere ⁊ clamare debem⁹. Libera nos a malo. ¶ Quantū ad tertiū ſciendū ꝙ qui petit orationes ſanctoꝝ in celo, vel etiā bonorum hoīm in terris quatuor in ſe dȝ habere vt orōnes pro eo facte a deo exaudiātur. Primo dȝ deſideranter illud concupiſcere ꝓ quo vult pro ſe orare ab alijs hominibus bonis. Ps. Deſiderium pauperum exaudiuit dñs Hier. xxix. Cum q̄ſieritis me in toto corde veſtro: inueniar a vobis. Scdō vt ipſe ſit in bono propoſito ſe ſe emendandi: qꝛ ſi ſtaret in malo ꝓpoſito ſcilicet peccandi deus orationes que pro eo fiūt nō exaudiret. Hier. xv. Si ſteterit moyſes et ſamuel coram me non erit aīa mea ad ppl̄m iſtū: ergo orōnes facte nihil profunt dānatis nec etiam demonibus: qꝛ ſemper ſunt in malo ꝓpoſito et in malis obſtinati: ergo cum petis orare ꝓ te: tūc debes habere bonam volūtatem. Unde legitur in vitaſpatrū: ꝙ quidaȝ relinquēs mundū iuit in heremū ⁊ factus eſt heremita ꝓbatiſſimus. Qđ audiens ſecularis qui fuerat ſocius eius viſitauit eū ferens panes in ſacco rogās ꝙ deuȝ oraret ꝓ eo ꝙ daret ei gr̄am abſtinendi a pctis ꝙ ille cū ꝓmiſiſſet rogauit vt poſt. xv. dies rediret ad eū. ⁊ cuȝ hoc feciſſet q̄ſiuit ſi adhuc placeret ei ſuū peccatū ſicut prius. R̄ndit ꝙ deterius erat ei peccatū q̄ȝ antea. tunc heremita rogauit eū vt iteꝝ poſt. xv. dies iret ad eū ⁊ tunc fortius ſe pro eo afflixit ⁊ orauit pro eo. Cū aūt rediſſet ⁊ ꝙ ſibi deterius eſſet ei diceret attendēs heremita hoc ꝓpter ei⁹ negligentiā eſſet: qꝛ delectabatur in hoc peccato nō reſtitit delectationi: tūc heremita accepit ſaccuȝ in quo ſibi panes detulerat, ⁊ impleuit arena: rogās vt humeris ſuis imponeret ⁊ portaret. Qđ cum ille facere attemptaret heremita retrahebat inferius: ꝙ cū ille aduerteret dixit non poſſuȝ illud onus ſubleuare: qꝛ in deorſuȝ trahis: tūc ille trahe ſuꝑ te, ⁊ ego iuuabo te. ꝙ cum vterq; faceret facillime onus ſuper humeros ipſius poſuerūt tūc heremita. ſic ego nō poſſuȝ te iuuare: qꝛ tu niteris q̄tū. ſ. retrahere deorſum temetipſum in culpā, ⁊ in prauā delectationeȝ: ſed appone manū tuā, ⁊ adiuua me. ſ. reſiſtendo peccato huic, ⁊ auerte te ab eo: tunc valebit adiutoriū dei ⁊ meū. Tertio vt reputet ſe indignū coraȝ deo ſtare ⁊ pro ſeipſo orare ⁊ indignū ſe a deo exaudiri. ⁊ alium ad quem accedit reputare dȝ dignū a deo exaudiri. Io. xlij. Seruus meus Iob orabit pro vobis ⁊ ego faciē eius ſuſcipiā. vñ Gre. in paſto. Talis reqrēdus eſt ad orādum qui ſit idoneus ad placandū: qꝛ cuȝ is qui diſplicet ad intercedendū mittitur, irati animus ad deteriora ꝓuocat̄. Quarto vt bona: ⁊ iuſta: ⁊ licita: ⁊ ſalutaria petat ſibi a deo impetrari. Chry. Illa pete a deo que tibi expediat accipe, ⁊ illū deceat dare. Sciendū ꝙ qñ ſumus in tribulationibus ⁊ anxietatibus vel peccatis tunc debemus deſiderare pro nobis fieri communem orationē ſicut cōmuniter fit finito ſermone: qꝛ hoc eſt valđ vtile. vñ ſcriptū eſt. Impoſſibile eſt preces multorum nō exaudiri. Et xp̄s in euange. dicit. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re quācunq; petierint fiet illis a patre meo: q̄to magis vbi quādoq; ducenti quadringenti: vel quandoq; mille homines ſunt congregati ⁊ cōmunem orationē pro aliqua cauſa faciunt, ⁊ quilibet libenter dȝ ꝓ alijs orare, ⁊ communem orationē facere: qꝛ hec eſt elemoſyna ſpūalis ⁊ deo valde placet. vñ Chr. ſuper Mat. Pro ſe orare neceſſitas cogit, pro alijs autē charitas fraternitatis hortatur. Dulcior autem eſt ante deum oratio, non quam neceſſitas trāſmittit: ſed q̄ȝ charitas fraternitatis commendat.

¶ In feſto aſcenſionis. Ser. lxvj.

POſtq̃ locutus eſt eis aſſumptus eſt in celū, ⁊ ſedet a dextris dei. Mat. xvj. Sciēdum ꝙ ab origine mūdi non fuit tale feſtum in celo nec vnq̃ vſq; poſt iudicium erit cū xp̄s redierit cū bonis ⁊ electis eos ducendo in celos. vñ leo papa in ſermo. de aſcenſione dñi: ſicut in ſolēnitate paſchali reſurrectio dñi nobis cauſa fuit letandi ita aſcenſio ei⁹ in celos preſentium nobis eſt materia gaudioꝝ recolentibus illum diem ⁊ rite colentibus quo natura noſtre humanitatis in xp̄o ſuper

omnes ordines angeloꝝ ⁊ vltra cunctarum altitudinē poteſtatū ad dei patris eſt ꝓuecta cōfeſſum. Itē Aug. in ſer. de aſcēſione. Reſurrectio domini ſpes noſtra eſt. Aſcēſio glorificatio noſtra. ſi ergo recte ſi fideliter: ſi deuote aſcenſionē domini celebramus aſcēdamus cū illo ⁊ ſurſum corda habeamus. Amb. in lib. de offi. Sicut chriſtꝰ ſua reſurrectione reſurgendū eſſe apꝉis edocuit: ita ſua aſcēſione aſcēſionē quēdam anime ſue iudicauit. Ber. ſup Cā. Mēte igitur in contēplatione celeſtium aſcēdamus: vt ſaltē auſit noxia videamꝰ: ⁊ timētes euadere ad deū fideliter accedamus. Sciēdū ꝙ feſtiuitas hodierna eſt fera oīm feſtiuitatū: qꝛ propter hoc incarnatus eſt. ⁊ .xxxiij. an. in mūdo iſto laborauit: deinde paſſus eſt ⁊ ſuſtinuit mortē vt celū nobis aperiret qđ hodie perfectū eſt qñ chriſtꝰ celos aſcēdit. vnde Augu. in ſer. de aſcēſione. Nos chriſti mors viuificauit nos chriſti reſurrectio erexit: nos xp̄i aſcēſio cōſecrauit: qꝛ nobis ſpiritū de celo tribuit: ergo feſtiuitas hodierna eſt cōcluſio oīm feſtiuitatū chriſti: ſcilicet annūciationis: natiuitatis: circūciſionis: paſſionis: et reſurrectionis. Cū hec omnia perficit: tūc hodierna die celos aſcēdit. Item hodiernum feſtū propter ſolennitatē ⁊ dignitatem poteſt etiā nominari feſtū oīm angelorum: qꝛ hodie eoꝝ ruina cepit reparari qñ chriſtus cū electis ſuis celos aſcēdit: ſi ſuper vno pctōre ſe conuertēte gaudiū eſt angelis. ſ. qui hic penitentiā agit. vel ſi de vno ſctō qui ad celū euolauit: vel de vna anima que de purgatorio liberat̄: qꝛ tunc qñ tot millia. i. oēs electi ab initio mundi cū chriſtus celū aſcēderunt. Item feſtū hodiernū eſt feſtum prophetarū patriarcharum: ⁊ oīm electoꝝ ab origine mūdi q̄ hodie oēs cū xp̄o aſcēderūt. Et ſi de vno ſancto feſtū fit cū euolat ad celū: et illa dies appropriat̄ ſibi nō ne tunc hodierna dies pōt appropriari ꝓphetis et patriachis q̄ oēs hodie cū chriſto aſcēderunt. Item hodiernum feſtū poteſt dici feſtū beate marie: qꝛ carnem filij ſui quam a ſe aſſumpſit hodie exaltari ſup oēs celos vidit: imo eſt feſtū totius humane nature que hodie in ipſo exaltata eſt. Ioan. xiiij. Si diligeretis me gauderetis vtiqꝫ: qꝛ vado ad patrem. Greg. in omc. hodierna. Illa enim natura cui dictū fuerat terra es: ⁊ in terrā ibis: hodie in celū iuit. Itē notandū ꝙ hodierna die non ſolū xp̄s corporaliter aſcendit: ſed etiā multi qui cū chriſto ſurrexerūt hodie cū chriſto vt creditur corporaliter aſcenderunt. vnde Aug. in ſer. reſur. quoꝝ ſepulchra in paſſione dñi ſunt patefacta horū corpa xp̄o reſurgēte de puluere ſunt reſuſcitata. Decebat eñ vt pꝰ ille reſurgeret: deinde illi vt dicit apl's. j. Cor. xv. xp̄s reſurrexit a mortuis primitie dormientiū: et ſicut cum dño reſurrexerūt. ita cū eo aſcēdiſſe credunt̄. Quātū ad ꝯm ſciendū ꝙ hodierna die chriſtus tria ſigna dilectionis oſtendit apl'is. Primo comedit cū diſcipulis ſicut amici faciūt cū ab inuicē recedere volūt. Act. j. Et conueſcēs precepit eis ab hieroſolimis ne diſcederēt: ſed expectarēt promiſſionē patris. Sc'do bñdixit illis ſicut homo vale dicit ſuis charis amicis cū ab eis recedit. Tertio locutꝰ eſt eis: primo increpādo eos de incredulitate quā ante habuerūt: non ꝙ iam adhuc illo die increduli fuerūt: ſed qꝛ ante tarde crediderunt his qui viderūt eū reſurrexiſſe. Ber. Audi chriſtū diſcipulos increpantē ea hora qñ ſubtracturus erat pñtiam ſuā: ergo nō dedigneris cū a ꝓximo tuo vel a vicario chriſti arguaris. Itē locutus eſt eis verba inſtructionis dicēs. Euntes in mundū vniuerſum predi. euā. omni crea. Querit̄ quare omni creature iuſſit euangeliū predicari cū non lapidibus ⁊ brutis animalibꝰ ⁊ volucribꝰ predicandū eſt euangeliū. Rñdeo primo: qꝛ homo dicitur microcoſmus. Unde Ari. viij. phi. Homo dicit̄ minor mūdus: qꝛ conuenientiā habet cū omnibꝰ creaturis: ergo chriſtus dixit. Predicate euā. oī crea. ſ. homini qui hꝫ eſſe cū omni creatura. ſ. cū lapidibus viuere cū plātis ſentire cū aīalibus irrationabilibꝰ ⁊ intelligere cū angelis. Sc'do qꝛ per hoc quod dicit omni creature oſtendit ꝙ vult oēs homines ſaluos fieri pauperes ⁊ diuites: nobiles ⁊ ignobiles: ruſticos ⁊ ciues ⁊ nullum ſpernit: qꝛ non eſt acceptio perſonarum apud deum.

Tertio i hoc ꝙ dicit omni creatore oſtēdit ꝙ homo ē dñs oīm creaturarum. ps. Oīa ſubieciſti ⁊c. Gen. j. Dñamini piſcibꝰ maris volucribus celi. ⁊ cūctis aīantibꝰ terre. Item dicit in euā. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſaluus erit: vbi querit̄ vtrū fides requiratur ī baptizandis. Reſpōdeo ſm Pet. de thara. ſuper. iiij. ſen. di. vj. In paruulis et naturaliter ſtultis non req̄rit̄ ꝓpria fides: ſꝫ ſufficit aliena: quia pueri in fide parētum vel patrinorum: vel eccleſie baptizantur. In adultis ⁊ ī diſcretis hoīꝰ qui habēt rationē requiritur fides ꝓpria: non quidem ad ſuſceptionem ſacri quia et ſine ea recipiēt caracterā ſacri: ſed quātū ad ſuſceptionē rei ſacri. i. gratie. ¶ Item queritur vtrū oībꝰ paruulis eq̄lis grā detur in baptiſmo. Rñdeo ſꝫ Boñ. in iiij. diſt. iiij. ſic. Quātum eſt de ſe equalis gratia datur in baptiſmo puulis: et hoc quātum ē ꝺ lege cōi. Primo rōne morbi. i. pcti originalis q̄ morbus eſt equalis in oībus pueris. Secūdo quia omnes ſunt equaliter diſpoſiti: nec plus nec minus vnus quā alter qꝛ nullū habent peccatum actuale: ſed ſolum originale. Tertio quia ſacramentum vnum et equale eſt in ſe ergo equaliter operat̄ in paruulis. Deus tamen qui non alligauit ſuam potentiam ſacramentis pōt vni dare plus vel minus ſi vult. Itenm queritur an in adultis baptizatis ſit equalis effectus baptiſmi. Reſpondetur ſecūdum Bonauenturā. vbi ſupra ꝙ triplex eſt effectus baptiſmi. Primo caracteris impreſſio. Secūdus reſtitutio innocentie: ⁊ quo ad illos duos effectus eſt equalis effectꝰ baptiſmi in omnibus digne ſuſcipiētibus. Tertius effectus eſt īfuſio gratie. Et hic effectus eſt maior in illis adultis qui magis ſunt diſpoſiti: quia qui plus diſponit: plus recipit de gratia. Et ideo quo ad hoc nō oportet ꝙ ſit equalis effectus in omnibus baptiſmum ſuſcipientibus. Si vis plus dicere de baptiſmo quere infra ſermo. lxxvj. ⁊ ſer. lxxvij. B.

¶ In eodem feſto. Sermo. lxvij. de ſignis veri chriſtiani.

Signa autem eos qui crediderint hec ſequentur. Marci. vlti. Quamuis neſciatur de quoqꝫ homine an ſaluetur: aut damnetur ſunt tamen quinqꝫ ſigna que dominus hic ponit valde expreſſiua ſalutis: et q̄ nobis in vltimo receſſu pro memoriali reliquit per que cognoſcuntur veri fideles a non veris. Oīs igitur fidelis ſaluari volēs vt hec quinqꝫ habeat neceſſe eſt ad minus ſecundum explicationem ſpiritualem. Habentur enim hec ſigna dupliciter: corporaliter et ſpūaliter. Apl'i et alij quidam ſancti in principio eccl'ie habuerūt illa ſigna vtroqꝫ modo ex hoc neceſſariū tunc erat quatenus apoſtoli ꝑ illa ſigna hoīes ad fidem conuerterent: et ideo hec ſigna corporaliter impendebant hominibus. ¶ Spūaliter vero quinqꝫ ſigna nos habere opꝫ: ⁊ ſunt certa ſigna ſalutis: qꝛ miracula corporalia oſtēdūt hoīem eſſe ſctm̄. ſed nō efficiūt ſꝫ illa efficiūt ⁊ oſtēdunt. Primū ſignū eſt ꝙ demonia eijciēt. Hoc apl'i et alij ſcti fecerūt corporaliter eijciēdo demonia ab obſeſſis. ⁊ ꝑ hoc oſtēderūt ſe eē diſcipulos xp̄i. Sic nos ſpūaliter demonia. i. pctā eijcere debemꝰ per pniam: ⁊ q̄ hoc fecit vere eſt xp̄ianus. dñs eñ q̄ non mentit̄ dicit. Signa aūt eos q̄ crediderint hec ſequentur. In noīe meo. i. ꝓ ſalute eterna demonia eijciēt. i. pctā mortalia. Quot aūt q̄s in ſe hꝫ pctā mortalia: tot diaboli etiā aīam eius poſſidēt. Unde legit̄ Mar. xvj. mariā magdalenā ſeptem demonia habuiſſe: qđ exponit Gre. ⁊ dicit. Maria ſeptē demonia habuit q̄ vniuerſis vitijs plena fuit. Et illa peccata que in nobis immediate cognoſcimus per veram contritionē eijcere debemus. ¶ Sed queritur vtrū quis immediate teneatur confiteri. Reſpondeo ꝙ ad contritionē tenetur homo q̄cito recognoſcit ſe peccaſſe mortaliter: ſed ad confeſſionem faciendam immediate non tenetur: niſi tempore paſche: vel etiam quandoqꝫ: alias vult ſacramentum euchariſtie accipere quamuis periculoſam ſit confeſſionem diu differre. Ergo cōſulēdum eſſet cui

libet ſeculari ꝙ ad minus in qualibet an=
garia confiteretur ſua peccata:q2 per hoc
retraheretur a multis peccatis qui alias
committit qñ in anno niſi ſemel cõfitetur.
Et inſuper talis hõ efficeretur timoroſus:
quo ad deum ⁊ etiam ſe recognoſceret:et
perpenderet ſuos proprios defectus.Sed
illi qui raro cõfitent̄ plura peccata obliui
ſcuntur:qđ valde periculoſum eſt:iõ bonũ
eſt ſepius ꝯfiteri.Vñ Ber.in epl'a.Ama cõ
feſſionem ſi affectas decorē.Reuera vbi cõ
feſſio ibi pulchritudo ⁊ decor. Si ergo im
mediate peccata ieceris cum peccaſſe te
cognoueris ſignũ eſt ſalutis.Vñ Chry.in
ſer.Peccare eſt humanũ.permanere autē
in peccatis eſt diabolicũ.Ergo eijcienda
ſunt peccata per confeſſionē nõ ſolum ma
gna:ſed etiam parua.Vñ Greg.in moral'.
In vno quoqꝫ lapſu minimis ſemper inci
pitur ⁊ ſuccreſcentibus defectibus ad gra
uiora peruenit.Et cũ quis nõ curat caue=
re parua peccata faciliter labit̄ in maiora.
Vñ Aug.in li.de penitentia.Nullũ eſt pec
catum adeo paruum ꝙ non creſcat negle
ctum.vñ etiam Iſid.de ſum.bo.Quemad
modum ad virtutum culmen tēdentes nõ
a ſummis inchoant:ſed a modicis:vt ſem=
per ad altiora perueniant:ita ⁊ qui dilabũ
tur ad vitia nõ ſtatim a magnis crimini=
bus incipiunt:ſed a modicis aſſueſcũt:et
ſic cum maximis corruũt. ¶ Secũduꝫ ſi
gnum fidei neceſſariuꝫ eſt vt noua lingua
loquat̄ deſerēdo antiquã quaꝫ diabolꝰ ab
initio adinuenit atqꝫ hoies mali.j.Reg.ij.
Recedãt vetera de ore veſtro.Lingua eñi
vetus eſt iracundie ⁊ dure ꝓximis rñdere
⁊ inſuper ipſis maledicere ⁊ eos ad iracũ=
diã ꝓuocare:⁊ hoc eſt valde periculoſum
q2 oĩa peccata que ille ſic ad iracundiam
prouocatus cõmittit oĩm peccatorum illo
rum ille qui eũ cõcitat ad iram particeps
erit.Sed queritur an homo ſuſtinere de=
beat maledictionē ſibi alijs hoibus impre
catam. Rñdeo ꝙ bonus homo nõ dꝫ cura=
re tales maledictiões:ſed eas patiēter ſuf=
ferre:q2 ſibi nihil obſunt.vñ Aug. ſup ps.
Qui iuſtus eſt ⁊ maledicitur premium ei
pro maledictione redditur.ps.Maledicēt
illi ⁊ tu benedices.Item vetus lingua eſt

blaſphemare ⁊ iurar̄.Ecc.xxiij.Vir multũ
iurans replebit̄ oĩ iniquitate.Iteꝫ lingua
vetus eſt adulari ⁊ verba fraudulenta lo=
qui.vñ Hier.Nihil eſt ꝙ tam facile corrũ
pit mentes hoĩm ſicut adulatio:ꝙ plꝰ eniꝫ
nocet lingua adulatoris q̄ꝫ gladius perſe
cutoris.Item lingua vetus eſt impudica=
⁊ luxurioſa verba proferre.Et alia verba
ſunt ſigna mali ⁊ ipudici cordis.Vñ Mat.
xij.Ex abundandia cordis os loquitur.vñ
Ariſt.iiij.Ethi.Qualiſcunqꝫ quiſqꝫ eſt:ta=
liter dicit:⁊ taliter operat̄:⁊ taliter viuit.
Item lingua vetus eſt loqui verba detra
ctoria ⁊ denigrare famam proximi.Unde
Hier.Nõ facilis venia praua dixiſſe dere
ctis.Item lingua vetus eſt iactanter loq̄
⁊ ſeipſum in peccatis ſuis cõmendare.vñ=
de Aug.Nullũ ſcelus tam abominabile
deo q̄ꝫ preterita peccata vnicuiqꝫ noſtruꝫ
dimiſſa reminiſcendo gaudere ⁊ inde exul
tare.Itē vetus lingua eſt loqui verba mē
dacia in damnũ ſui ꝓximi.Vñ ps.Perdes
omnes qui loquuntur mendacium.Item
lingua vetus eſt loqui verba otioſa ⁊ inuti
lia.vñ Mat.xij.De omni verbo otioſo ⁊c.
Item lingua vetus eſt libenter loqui de
mundanis ⁊ tranſitorijs.vnde Jo.iij.Qui
de terra eſt de terra loquitur.Iteꝫ.j.Joã.
iiij.Ipſi de mundo ſunt:ideo de mundo lo
quuntur ⁊ mundus eos audit.Sed noua
lingua eſt loqui manſuete:pudice:⁊ verifi
ce.Item informare proximum ⁊ corrigere
⁊ admonere proximum fraterna admoni
tione.Item libenter orare:deo regratiari
⁊ libenter confiteri:⁊ ſic de alijs bonis ho
neſtis ⁊ deificis verbis.Tertium ſignum
eſt quod ſerpentes tollent.i.malas ſugge
ſtiones:ſiue a diabolo ſiue a proximo im=
miſſe ſint immediate expellentes a diabo
lo immittuntur ſuggeſtiones male ⁊ cogi
tationes praue:quibus homo immedia=
te reſiſtere debet ⁊ eas violenter expelle=
re.Unde Grego.Non eſt cogitatio tã im=
munda que mentem polluat ſi ratio nõ cõ
ſentit.Unde etiam Ber.Demonũ eſt ma=
las cogitationes ingerere noſtrum eſt il=
lis non conſentire.Nam quotiens reſiſti=
mus totiens diabolum ſuperamus:ange
los letificamus:deum honoramus.Ergo



quandocũqꝫ ſentis te diabolũ tentare per
malas ſuggeſtiões.⁊ ſi immediate repel=
lis iam ſerpētes tollis:⁊ tibi nõ nocebũt.
vnde Ber.poteſt inimicus excitare tenta
tionis motũ:ſed in te eſt ſi volueris dare
vel negare cõſenſum.Item ſerpētes tolle
re eſt videre malam vitã ⁊ malũ exemplũ
proximi:⁊ tamen ſuo malo exēplo nõ cor=
rumpi,nec velle ſuam malã vitam ſequi.
v.g.Diues qui videt ſuperbiã aliorum in
veſtibus ⁊ moribus:⁊ ſi vellet etiam ſe ta
li modo extollere in veſtibus ⁊ moribus
poſſet:quia diues ⁊ iuuenis ⁊ pulcher eſt:
⁊ tamen ſe propter deum ⁊ ſalutem anime
ſue humiliat:illi ſerpētes tollit ſpirituali
ter.Item alius diues qui videt auarũ tē=
poralia querere cum vſuris,mendacijs et
fraudibus:⁊ ipſe poſſet ſimili modo dari
ſi vellet:⁊ tamē propter deum omittit:ta=
lis omnia iſta deo offert:qui ſic iniuſte lu=
crari potuit:ſed non voluit.Greg.hoc au=
rum deo obtuliſti ꝙ contra eius volunta=
tem accipere noluiſti.Item iuuenis qui in
iuuētute caſte viuit:⁊ tamen tentationes
carnis ſuſtinet:ſed tamen non cõſentit ſer
pentes tollit.Itē pulcher homo qui videt
alios homines chorizare ⁊ illicite gaude=
re:⁊ tamen ſibi ipſi reſiſtit:⁊ ſic ꝓpter deũ
quem non vult prouocare hoc dimittet ſic
vincit,⁊ ſerpentes tollit:⁊ ſic de alijs.Et
quanto maiorem occaſionē quis habuit:
⁊ ſibi reſiſtit ⁊ propter deum facere noluit
tanto maiori honore dignus eſt corã deo.
vnde ſcriptum eſt.Qui potuit tranſgredi
⁊ non eſt tranſgreſſus facere mala,et non
fecit.vnde Berñ.in lib.de libe.arbi.Poſſe
enim peccare datũ eſt homini non vt pro=
inde peccare:ſed vt glorioſior appareret
ſi nõ peccaret cũ peccare poſſet. ¶ Quar
tum ſignum eſt ſi mortiferũ quid biberint
non eis nocebit.vnde ſciendũ ꝙ mortife=
rum ſiue venenũ bibere ſignat magna in=
commoda ſuſtinere ſiue in verbis:ſcilicet
maledicēdo:ſiue in rebus ſpoliãdo:ſiue in
propria perſona percutiendo:ſiue infirmi
tates corporis ſuſtinendo:⁊ ſic de alijs.Si
illa predicta oporteat hominem bibere:id
eſt tolerare ⁊ pati:nec tamen ſibi noceant
quod videlicet per impatientiã eum non

corrumpunt hoc eſt ſignum ſalutis ⁊ vite
eterne.Et quãcito mortiferũ tale ſiue in=
commodũ eſt fortius ſi non crepuerit:aut
inflatur:aut petit per impatientiã:tanto
eſt laudabilius ſignum.vnde Greg.Ego
patientie virtutē maiorem ſignis ⁊ mira=
culis credo.Qui igit̄ patiētes ſunt in ma=
gnis infortunijs ⁊ tribulationibus ⁊ infir=
mitatibus habent quartũ ſignum ꝙ vere
filij dei ſunt.Grego.Qualis vnuſquiſqꝫ
apud ſe lateat illata contumelia probat.
Ex hoc ſequitur ꝙ illi non habent hoc ſi=
gnum qui non ſolum magna incõmoda:
ſed nec vnum verbum ſibi contrarium ſu=
ſtinere volũt.vnde Greg.xvj.Qui a ſtatu
patientie per linguarum vulnera corruit:
ipſe ſibi teſtis eſt ꝙ contra manifeſte per
ſecutionis gladios nõ ſubſiſteret. ¶ Itē
ſciendum ꝙ patientia in aduerſis eſt no=
bis multum neceſſaria:quia dupliciter me
reri:oportet vitam eternam:ſcilicet ſuſti=
nendo mala ⁊ operando bona.Sed quia
opera noſtra bona ſunt adhuc modica et
parua:ergo eo plus mereri debemꝰ in ſu=
ſtinendo patienter aduerſa vt recõpenſe=
mus modicitatem noſtrorum bonorũ ope
rum:quia in hoc conſiſtit patientia:vt in
mala ab alijs nobis illa patiēter ſuſtinea=
mus:⁊ deo de tribulationibꝰ gratias aga
mus.vnde Grego.in omel'.ſuper euange=
lium.Cum audieritis prelia.Patiētia eſt
aliena mala equanimiter perpeti.contra
euꝫ quoqꝫ qui ei mala irrogat nullo dolo=
re moueri.Caſſiodo.ſuper illud ps.Volũ=
tarie ſacrificabo tibi.Volũtarie deo ſacri=
ficant qui inter anguſtias paſſionum iugi
ter gratias agunt.Exemplum de patiētia
in collationibus patrum lib.xij.Legitur
ꝙ quedam vetula recluſa Alexandrie pe=
tijt ab epiſcopo qui ei multum familiaris
fuit.⁊ eam propter ſanctitatē ſuam multũ
dilexit vt traderet ſociam ei aliquam que
eſſet cum ea in ſolatium.Et epiſcopus tra
didit ei viduam honeſtã virtutibus pollē
tem mitem ⁊ dulcem in oratione perſiſtē=
tem:obedientē:⁊ ſibi fideliter ſeruientem.
Que conqueſta eſt epiſcopo ꝙ ei nõ eſſet
vtilis.Qui dedit ei aliam durã verboſam:
litigioſam:⁊ rebelloſam:⁊ multis cõuitijs

afficiētē: de qua nō eſt cōqueſta: ſed pacifice ſuſtinuit: vſqꝫ quo cum ea exercitata eius iniurijs addiſceret perfectā patientiam. Pro quo admirans epſ: cū quereret quō eſſet ei ipſa reſpōditqꝫ melius eſſet ei cū illa ꝙ cū prima: quia prima fuiſſet ita dulcis ⁊ pacifica ꝙ nihil lacrabat eius patientia: cū ſecūda autem exercitata multis iniurijs perfectā didicerat patiētiam.

¶ Quintū ſignū eſt ſuper egrotos manus imponent ⁊ bene habebūt. Duo ſunt genera egrorū adiutorio noſtro indigentium. Quidā enim exteriori indigēt adiutorio in corpore: vt pauperes vel infirmi quibus benefacere debemus exhibendo eis opera miſericordie: vt eſurientē cibemus: ſitientē potemus. nudū tegamus et peregrinū ad hoſpitium recipiamus, ⁊ ſic de alijs: ⁊ qn̄ hec opera facimus tūc ſpiritualiter manus ſuper egros ponimus: et melius habebūt: ⁊ quicquid ipſis fecerimus: hoc xp̄s reputat ſibi eſſe factū. vnde Matt. xxv. Qd̄ vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Et in iudicio dicet dominus electis ſuis qui hec opera miſericordie excuerūt. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi manducare ſitiui et dediſtis mihi bibere: nudus ⁊c. Uenite benedicti patris mei. vnde etiā Amb. Nihil ita cōmendat chriſtianā animā: quēadmodū miſericordia: ergo ſi volumus dei miſericordiā promereri: tunc debemus cū pauperibus opera miſericordie exercere. vñ Gre. Dei miſericordiā nō pōt promereri qui hic miſericors non fuerit. Unde leo papa in ſer. Mie virtus eſt tanta vt ſine illa cetere virtutes et ſi ſint prodeſſe nō poſſunt, exemplum legitur de ſctā Elizabeth ꝙ in hoſpitali in marckburgo qd̄ cōſtruxerat: erat quidā infirmus et leproſus tā immūdus ⁊ fetidus ⁊ tam horribilis aſpectu ꝙ cū oēs ancille ⁊ ſerui abhorrebāt nec ei ſeruire volebāt beata elizabeth vidit cū cōtēptū ab alijs: ⁊ ipſa cū magna hūilitate ⁊ diligētia miniſtrabat ei. Caput ei leuabat ⁊ cū balneabat: ⁊ ip̄z pp̄rijs hūeris ⁊ brachijs portabat: et in gremio ſuo eū quieſcere faciebat ⁊ hoc ſeruitiū quatuor dieb⁹ exhibebat. Poſtea infirmus diſparuit. Quinta vero die cū ſancta elizabeth eſſet in oratione chriſtus ei apparuit dicēs. Ego ſum chriſtus fili⁹ marie cui ſeruiuiſti illis dieb⁹: ⁊ qꝛ mihi prouidiſti in forma leproſi habebis mecū eternum gaudiū. Secūdi infirmi ſunt infirmi in anima: vt peccatores, qui te offēderūt. Et ſuper illos debes manus imponere. i. ipſis indulgere ⁊ ex hoc bene habebunt. Et hoc eſt deo valde acceptum ⁊ homini multum meritoriū. ſ. inimicos diligere et ipſis indulgere. vnde Aug. in ſermone de ſctō Stephano. Per amorem hoīs inimici efficieris inimicus dei. vñ Augu. in Enchiridion. Ea eleemoſina nihil eſt maius que ex corde dimittimus qd̄ in nos quiſqꝫ peccauit. Hec ſunt quinqꝫ ſigna vite eterne ⁊ veri chriſtiani que ipſe dn̄s iam ad celū aſcenſurus omnibus fidelib⁹ ſuis predicauit. Que ſigna poſtqꝫ dixit ſtatim aſſumptus eſt in celū in hoc innuēdo, ꝙ hec obſeruantes ſi mulier aſſumuntur in celum. Que ſigna poſtqꝫ dixi ſancti apoſtoli ceteros in ſignum habuerunt ⁊ oſtenderunt in exemplū. vñ ſequitur. Illi aūt profecti predicauerunt vbiqꝫ dn̄o cooperāte ⁊ ſermonem cōfirmante ſequentibus ſignis.

¶ De preparatione ad gratiam. Sermo. lxviij. In dominica infra octauam aſcenſionis.

Cum venerit paracletus quem ego mittam vobis. Johan. xv. Sicut in dn̄ica proxime ventura recolitur ſpūſſancti miſſio, ſic hodie in euāgelio recolitur ſpūſſancti promiſſio vt anim⁹ noſter preparetur ad ſuſcipiendū ipſum. Legitur ꝙ tēpore medio. ſ. inter aſcenſionē chriſti et miſſionē ſpūſſancti fuerunt diſcipuli cum mulierib⁹ ⁊ maria matre ieſu: ⁊ fratribus eius ſimiliter. Exēplo ergo illorū debent eſſe fideles tēpore illo in preparatione ſui ⁊ expectatione ſpūſſancti intenti. Preparatis em̄ debito mō dabitur ſpūſſanctus ad aliud ad quod indigebūt. j. Cor. xij. Unicuiqꝫ enim datur manifeſtatio ſpirit⁹ ad vtilitatem. Chryſt. in ſermo. Nunqꝫ deus defuit conſolator vbi perſeuerans et deuotus fuit exorator. Item orige. ſuper Canti. Omne tormentum cedit nobis in gaudium dū nobis ſupereſt diuine cōſolationis refugiū. Sciendū ꝙ in p̄ſenti ſer. tria ſunt dicenda. Primo qui debent mouere ad preparandū nos ad ſuſceptionē ſpiritusſancti. Secundo que ſunt illa que nos preparant ad ſuſceptionē ſpūſſancti. Tertio exēpla de ſpiritu ſancto. Quantum ad primū ſciendū ꝙ tria nos debent mouere ad preparandum nos diligēter ad ſuſceptionē huius hoſpitis. i. ſpūſſancti. Primū eſt huius hoſpitis ſublimitas. Hoſpes ſcilicet ſpūſſanctus cui nos preparare debemus hoſpitiū eſt deus: ſicut pater ⁊ fili⁹: ⁊ ideo cū magna diligētia preparandum eſt ei hoſpitiū: ⁊ ideo illi nō vident credere ſpiritum ſanctū eſſe equalē filio qui ante paſcha diligēter preparauerūt filio hoſpitiū ⁊ ante penthecoſtes nullā preparationē faciunt ſpiritui ſancto. De talib⁹ poſſet facere deriſionē ſpirituſſanct⁹ cū poſt in futuro feſto inuocabūt eū dicentes. Ueni ſancte ſpūs. Quale eſt hoc ad hoſpitiū vocare tantū dn̄m: cuius preſentia indignus eſt. vñ Hay. ſuper Jacob. Dn̄m deū tuū ſuſcepturus in habitaculo cordis tui emūda conſcientiā tuam ab operib⁹ mortuis ⁊ cogitationib⁹ ſuperfluis ⁊ immūdis: quia mundus inhabitator mundam querit domum. Bernard. ſuper Canti. Statio ſpirituſſancti balſamum puriſſimum eſt: et ideo purum ſolidum ⁊ profundum vas requirit. Utilitas vero huius hoſpitis innuitur nobis. Sap. xij. vbi dicitur. O quā bonus. O quam ſuauis eſt domine ſpiritus tuus in nobis. Bonitas ſiue vtilitas eius in nobis primo apparet ex hoc quod abſqꝫ eo etiam ad momentum anima viuere non poteſt ſicut nec corpus niſi ſpiritum ideſt anhelitum attrahi. Ps. os meū aperuit ⁊ attraxit ſpm̄. ⁊ ideo frequenter attrahēdus eſt ſpūſſctūs per ſanctū deſideriū. Vñ Aug. deſiderare auxiliū gratie q̄ ſola hoīes liberant a malo ſine qua nullū prorſus cogitādo ſiue volēdo et amando ſiue agendo faciunt bonū. ¶ Itē vtilitas ſpirituſſancti apparet in hoc ꝙ cōſolatur nos ⁊ hoc fit tripliciter. Primo tentationē mitigando. Eſa. xliij. Cum pertranſieris per aquas tecum ero et flumina non operient te cū ambulaueris in igne non combureris: per aquā que habet mollitiē intelligitur tentatio proſperitatis. In igne intelligitur tentatio vrens aduerſitatis. Dañ. iij. Fecit mediū fornacis quaſi ventum roris flantē. Unde Aug. ſup p̄s. Diabolus plerūqꝫ vult nocere ⁊ nō pōt, qꝛ poteſtas eius eſt ſub poteſtate dei. nam ſi tm̄ poſſet nocere diabolus qn̄tum vellet: aliquis iuſtorum nō remaneret. Secūdo ſpirituſſanctus cōſolatur dādo virtutem reſiſtendi tentationib⁹. vnde Luc. vj. Sedete in ciuitate donec indu. virtu. exalto. j. Cor. x. Fidelis eſt deus q̄ non patietur vos tentari ſuper illud qd̄ poteſtis: ſed faciet etiā cū tentatione prouentū vt poſſitis ſuſtinere. Iſtud. de ſum. bo. Nō amplius tentat electos diabolus qꝫ dei voluntas permittit. Tertio cōſolatur ſpūſſanctus infundēdo dulcedinem. Eccle. xxiiij. Spirit⁹ meus ſup mel dulcis. Aug. Guſtato ſpū decipit oīs caro. Vñ ſpūſſanctus tantam ſuauitatē offert vt totū mundum homini deſipere faciat. Ex hoc patet ſpiritum ſanctū eſſe deū ⁊ ſuper omnem creaturam. Bernar. Quid non tēperabit dulcedo illa que mortem quoqꝫ facit dulciſſimam que reſiſtere poteſt aſperitas vnctioni illi. Richar. de ſancto victo. Quod eſt cor tam durū vel lapideum ꝙ diuina preſentia ſua benignitate nō emolliat: et ſua dulcedine non alliciat. De malignitate vero alterius hoſpitis. ſ. diaboli qui neceſſario adeſt ſi ſpirituſſanctus deſit ſatis patere poteſt de hoc quod ipſe omnes hoſpites ſuos iugulat ⁊ omnibus bonis ſpoliat. Hiere. vj. Crudelis eſt et non miſerebitur. Grego. Nihil ſe feciſſe eſtimat cum animas non ſauciat. Unde. Augu. de ci. dei. Diabolus omnium diſcutit: conſuetudines ventilat curat: ſcrutatur affectus: et ibi querit cauſas nocendi: vbi quemlibet videt ſtudioſus occupari. Iſta tria dn̄t nos monere ad preparandū nos ad ſuſceptionē ſpirituſſancti. ¶ Sed quātum ad ſecundū ſciendum ꝙ ſeptem ſunt que preparant ad ſuſceptionem ſpirituſſancti. Primum eſt euacuatio a peccatis per veram contritionem ⁊ humilē con

feſſionē. Non eñ habitabit ſpūſſanctus
in corpore ſubdito peccatis: nec in corde
immūdo: hoc figuratum eſt Gen.viij. vbi
Noe emiſit columbā de archa que cū nō
inueniſſet vbi quieſceret pes eius ꝑpter
inundationē aquarum reuerſa eſt ad ar-
cham. Per noe intelligit̄ deus pater qui
emittit colūbam.i.ſpm̄ſanctum de archa
i.de regno celorū qui cū non inuenit vbi
quieſcat propter diluuiū aquarū.i. pecca
torū reuertitur ad archā.i.ad regnū celo-
rum. Nō enim immergebat ſe colūba in
aquas diluuij ſic nec ſpūſſctūs intrat vbi
eſt diluuiū peccatorū. Vaſi eñ immūdo
i.cordi vitijs pleno nō infundet deus pa-
ter balſamū ſpūſſancti ſiue conſolationē
eius. Augu. ſuper Lu. In corde mūdo con
ſciētia bona, ꝛ fide nō ficta habitat deus:
ergo preparare nos debemus ad ſuſce-
ptionem ſpiritusſancti ſicut tēpore paſche
preparamus nos ad ſuſceptionē ſacramē
ti euchariſtie. Sciendū ꝙ bonū eſt cōfite-
ri in qualibet angaria: qꝛ multa pctā mul
tiplicantur ꝛ cumulātur in his qui raro cō
fitentur ꝛ de multis pctis obliuiſcunt̄ que
diabolus bene cōſiderat: vt in agone mor
tis eadē pctā ſit ex negligentia oblita eis
obijciat: ꝛ ſi talē hoīem qui in omni an-
garia ꝓponit ꝯfiteri diabolus retraheret
ꝛ vellet impedire: tūc talis poſſet ſe per vo
tum aſtringere vt ſi vltra angariā confeſ-
ſionē differret ꝙ tādiu a carnibus vel a vi
no abſtineret donec cōfiteretur. Attamē ſi
quis in futuro angaria cōfiteri vellet: tūc
melius eſt ꝙ iā ante feſtū pēthecoſtes cō
fiteat̄ propter ſuſceptionē ſpiritusſancti.
Secundum qđ preparat ad ſuſceptionem
ſpiritusſancti eſt oratio deuota: qꝛ ſicut ali
quis libēter declinat ad hoſpitiū in quo
ſit deſiderari aduentū ſuum precipue cū
dñs hoſpitij multū ſuper hoc eū rogat: ſic
ſpiritusſanctus ad eos venit qui aduentū
eius ex corde deſiderāt et eum cum deuo-
tis orationibꝰ inuitāt. Anima que eſt ſpō
ſa chriſti inuitat ſpm̄ſanctum per deuo-
tā orationē. Cāti.v. Ueniat dilectꝰ meꝰ ꝛc.
Vñ oratio eſt vnū illorū que maxime pre-
parāt hominē ad ſuſceptionē ſpiritusſan-
cti. Sap.vj. preoccupat eos qui ſe cōcupi-

ſcunt. p̄s. Prope eſt dñs oībus inuocanti-
bus eum. Sap̄.vij. Uocauit ꝛ venit in me
ſpiritus ſapiētie. Unde in exemplū noſtrū
oēs apoſtoli cū mulieribꝰ erāt perſeuerā-
tes in oratione: vnde canitur. Orantibus
apoſtolis deū veniſſe nūciant. Caſſio. ſu-
per. p̄s. Oratio ſerenat cor: abſtrahit a ter
renis: mūdat a vitijs: ſubleuat ad celeſtia.
reddit capacius ꝛ dignius ad ſpiritualia
bona accipiēda. Tertiū eſt ieiunium. Un-
de apoſtoli credunt̄ tali tēpore ieiunaſſe
ſm illud Mat.ix. Nūquid poſſunt filij ſpō
ſi lugere q̄diu ſponſus eſt cū illis. Venient
aūt dies cū auferetur ab eis ſpōſus ꝛ tūc
ieiunabunt. Unde laudabilis eſt cōſuetu
do eorū qui aliquā ſpecialem abſtinen-
tiam faciūt hoc ſacro tēpore. Nam ſpiri-
tusſanctus ignis eſt ſicut ergo ligna cum
exiccantur ꝛ humiditas in eis cōſumit̄ pre
parantur ad ſuſceptionem ignis: ſic corda
hominum preparantur ad ſuſceptionem
ſpiritusſancti per ieiunium ꝛ abſtinentiā,
vnde Ber. in epiſtola. Caſtra nobis ſunt
noſtra ieiunia que nos a diabolica impu-
gnatione defendunt, ad virtutes diſpo-
nunt et deo nos ſanctificant ad ipſumqꝫ
perducunt. In ſignum huius tunc vigiliā
penthecoſtes tenemur ieiunare ſub pre-
cepto ecclesie. Sed heu plures ſunt qui
eandem vigiliam non ieiunant quod eſt
ſatis periculoſum: quia nulla dies a feſto
paſche vſqꝫ ad feſtum penthecoſtes ita
diſtricte precipitur ſm ius canonicum ad
ieiunandū ſicut illa dies. Quartum quod
diſponit ad ſuſceptionem ſpiritusſancti eſt
humilitas: que notatur in hoc qđ apoſto-
lis ſedētibus datꝰ eſt ſpiritusſanctus. Vñ
glo. Seſſio indicium eſt humilitatis, non
vult ſpiritusſanctus intrare aliqđ hoſpi-
tium niſi vbi honorandus ſit. Humilitas
vero deū honorat. Eccl.iij. Magna poten
tia ſolius dei eſt. ꝛ ab humilibus honora
tur. Gre. Semper ſolet ꝛ diuine gratie eſ-
ſe familiaris humilitas non veniet ergo
ſpiritusſanctus ad eum qui non eſt humi
lis. Jacob.iiij. Superbis reſiſtit deus: hu-
milibus autem dat gratiam. Hec eſt cau
ſa q̄re maria facta eſt mater xp̄i ꝛ reple-
ta ſpiritusſctō. ſ. ꝓpter humilitatē eiꝰ. Lu.



j. Reſpexit humi. ꝛc. Aug.ij. cōfeſ. O q̄z ex
celſus es dñe hūilia corda ſunt domꝰ tue.
Quintū eſt vnitas in charitate. vnde di-
ſcipuli erāt pariter i eodē loco cū ſpm̄ſctm̄
receperūt: ſicut erāt i vno loco corpalit̄ ſic
ꝛ ſpūaliter: habētes cor vnū ꝛ aīam vnā i
dño. Qui vult ergo ſpiritūſanctū accipere:
odiū ſeu diſcordiā a ſe remoueat. Sp̄us
enim hoīs nō viuificat membra corporis
niſi ſint vnita. Sic ſpiritusſctūs in corpore
eccleſie viuificat illos qui vniti ſunt in bo
no. Itē ſicut ignis in diuiſione lignorū ex
tinguitur: ſic ignis ſpiritusſancti in oībus
p diſcordiā extinguitur. vnde Gre. in pa-
ſto. Sicut nihil eſt precioſius deo virtute
dilectionis: ita nihil eſt deſiderabiliꝰ dia
boli extinctione charitatis. Ber. Parū ti-
met diabolus vigilantes ieiunātes. cōti-
nentes: qꝛ de iſtis omnibꝰ multos traxit in
laqueū ruine: ſed cōcordes vnanimiter vi
uentes in domo domini cōiuncti deo ſibi
per vinculū charitatis hi dolorē hi liuorē
hi timorē diabolo inferunt: ſicut concor-
dia diabolo diſplicet ſic concordia pla-
cet deo. Eccleſi.xxv. In tribus bene placi
tū eſt ſpūi meo que ſunt ꝓbata corā deo
ꝛ hoībus. cōcordia fratrū: amor ꝓximorū
vir ꝛ mulier ſibi cōſentiētes. Ubicūqꝫ eñ
homines ſunt vniti ꝛ pacifici inſimul in
deo: ibi deus in medio eorū morat̄. p̄s. In
pace factus eſt locus eiꝰ. Apoſtolꝰ.ij. Co.
xij. Diligite pacē ꝛ deus pacis ꝛ dilectio
nis erit vobiſcū. Et tales vocant̄ filij dei.
Mat.v. Bti pacifici: quoniā filij dei voca-
būtur. Sextū qđ diſponit nos ad ſuſce
ptionē ſpiritusſancti eſt auditꝰ verbi dei.
Unde bonū eſt: illo tēpore ſignāter audi-
re ſermones. vnde Act.x. Adhuc loquen-
te petro cecidit ſpiritusſanctus ſup omnes
qui audierūt verbū. ſ. dei. Multi enim ſūt
cōuerſi ꝛ gratiā ſpiritusſancti ſuſceperūt
per verbū dei. Hoc patet in btō petro aplo
qui tria milia hoīm conuertit in vno ſer-
mone: qꝛ in auditione verbi dei datur ho
mini gratia per quā a peccatis mundat̄:
ꝛ cognitio pctī que eſt initiū ſalutis: qꝛ ſi-
cut in ſpeculo facies corporea hominis
ſpeculatur: ſic facies anime in verbo dei.
Jo.xv. Iā mundi eſtis propter ſermonē

quē locutus ſum vobis. p̄s. Eloquiū domi
ni inflammauit eū. O quot peccatores
inflammati ſunt per verbū dei ad pniam.
Unde etiā legit̄ ꝙ fuit quidā comes lu-
bricus ſuperbꝰ ꝛ malitioſus: q̄ in talibus
pctīs diu vixit. Contigit autē vna dierum
cū eccleſiā intrare ꝛ ſermonē audiret au
diuit p̄dicare illud dictū Ezech. In qua-
cunqꝫ hora pctōr ingemue. ꝛc. Et ad ſei-
pſum reuerſus implorauit dei miām vt ſi
bi ſua peccata indulgeret: qꝛ amplius ei
vſqꝫ ad mortē ſeruire vellet. Et poſtmodū
mundū deſeruit ꝛ religionē īrauit: ꝛ deo
fideliter ſeruiuit. Et poſt mortē ipſius in-
uentū eſt ſuper ſepulchrū eius ſcriptū lite
ris aureis illud dictū p̄s. Miſit dñs verbū
ſuū ꝛ ſanauit eū. Septimū qđ diſponit ad
ſuſceptionē ſpūſſancti ē ꝙ homo ſe exerce
re debet in actiua ꝛ cōtemplatiua vita. in
actiua hoc oſtenſum eſt in hoc ꝙ in impo
ſitione manuū apoſtolorū homines acci-
piebāt ſpiritūſanctū. ac.viij. Tunc impo-
nebāt manus ſuper illos ꝛ accipiebant
ſpiritūſanctū. Que enim regē ſummum
accipere vult ad hoſpitiū debet ei fercula
p̄parare ꝛ illa fercula ſunt bona: quia tot
fercula preparat quot bona opera facit: ꝛ
ſinanter illo tēpore debet ſe quis exerce-
re in operibus mīe qꝛ ſpiritusſanctus do-
num dei dicit̄. Ergo dādo ꝓmo benefi-
cia meremur ipſum recipere. Luce.vj. Da
te ꝛ dabitur vobis. Itē in cōtemplatiua vi
ta ſe exercere debet ꝛ hoc oſtenſum eſt
in hoc ꝙ ſpiritusſanctꝰ datꝰ ē apoſtolis i
ſuperiori cenaculo. quia illi qui volunt re
cipere ſpiritūſanctum debent cor ſuū le-
uare per cōtemplationem per hoc enim
vadunt obuiā ſpirituiſancto. Item dicūt
ſe abſtrahere a carnalibus deſiderijs: ꝛ a
varijs gaudijs mundi. vnde. Aug. lib.v.
cōfeſ. Gaudiū diuine dulcedinis nō degu
ſtas. ſi carnali delectatione cor maculas.
Ber. Delicata eſt diuina cōſolatio nec
datur admittentibus alienam. Et quan
do homo abſtrahit ſe a carnalibꝰ delitijs
tunc erit dignus recipere diuinam cōſola
tionē. Exēplū huiꝰ pꝫ in filijs iſrael: quia
nō receperūt māna durante farina egy-
ptiorū ꝛ q̄diu fuerūt in egypto: ſed in de

ſerto deficiēte eis farina receperūt mānā.

¶ In eadē dominica. Ser.lxix. De excōicatione maiori ⁊ minori.

ABſqȝ ſynagogis faciā vos. Jo.xvi. Sciendū ꝙ ſicut iudei olim tenuerūt ſe ad diſcipulos xp̄i ſeparādo eos a participatione et cōione ipſorum: ſic nos iam tenere debemus quo ad iudeos: ⁊ etiā ſignāter quo ad excōmunicatos maiori excōicatione a quorū participatiōe ⁊ cōione nos abſtrahere debem⁹. Pro quo ſciendū ꝙ hic in preſenti ſermone tria ſunt dicēda. Primo ꝙ excōicatio eſt duplex ⁊ quare timēda ſit. Secūdo in quib⁹ caſibus incidit q̄s in maiorē excōicationē. Tertio declarāde ſunt alique queſtiōes de excōicatis. ſ. in quibus caſibus q̄s licite cū excōicato pōt cōicare ⁊ ſic de alijs. ℏ Quantū ad primū eſt ſciēdum ꝙ excōicatio eſt duplex. ſ. maior ⁊ minor. Minor ſepat a ſacramētis eccleſie: q2 nullū eſt ſacr̄m eccleſie accipiendum eſt in minori excōicatione: nec etiam oſculū pacis. Quā minorē excōicationē q̄s incurrit q̄ꝫ cito ſciēter cōtra ꝓhibitionē cōmunicat cū excōmunicato loquēdo: comedēdo: emēdo: vendēdo ⁊ ſic de alijs. Et ab iſta minori excōicatione pōt quilibet ſacerdos abſoluere q̄ talē ptātē hȝ ſup talē hominē ꝙ poſſit eū abſoluere a pctō mortali. Et iſta abſolutio fit ſolo ꝟbo dicendo. Ego abſoluo te a ſnīa excōicationis quaȝ incurriſti cōicādo cū tali excōicato in loquēdo ſiue comedēdo: ⁊ ſic de alijs. Et ēt diligenter eſt aduertēdum ꝙ plures ſunt laici tam viri q̄ꝫ mulieres qui nō curāt vitare excōicatos: ſed participant cum ipſis ergo cōfeſſor dȝ cōfitentē ad cautelā primo abſoluere a minori excōicatione ⁊ poſtmodū a peccatis: vt ſic dicēdo. Ego autoritate dei abſoluo te a vinculis excōmunicationis minoris ſi ligaris: ⁊ ab omnibus peccatis tuis mihi cōfeſſis: cōtritis ⁊ oblitis. In nomine p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti. Sed in oppoſitum plures ſacerdotes faciunt dicentes in cōfeſſionibus ſacramētalibus. Ego autoritate dei abſoluo te a peccatis: ⁊ poſtmodum ſubiungunt a vinculis excōmunicationis qđ tamē nō debet fieri: quia ſecundū petrū de palude ſup iiii. ſeñ. Abſolutio minoris excōmunicationis in cōfeſſione ſacramētali dȝ precedere abſolutionem a peccatis. Et iſta abſolutio etiā pōt fieri ſine ſacramētali cōfeſſione: ſic ꝙ ipſe excōicatus tali excōicatione minori exhibeat ſe fateatur ſe cōmunicaſſe cū excōicato in loquēdo vel comedendo: ⁊ ſic de alijs. Sciendū ꝙ maior excōicatio ſeparat ab ingreſſu eccleſie ⁊ cōione fideliū ⁊ a ſacramētis eccleſie. Et talis excōicatio timēda eſt merito a quolibet xp̄iano propter quinqȝ rationes. Primo q2 ꝑ ipſam excōicatus talis excluditur a cōſortio oīm fidelium in terra viuentiū: ⁊ a cōſortio dei ⁊ beatorū in eterna felicitate exñtiū. Ergo cōparaꝑ leproſo q̄ hȝ morbū infectiuū: q2 a cōſortio hoīm eijcitur. Ideo lepra corporalis ab hoībus multū timeꝑ: eo ꝙ eſt morbus cōtagioſus. ⁊ multi ſunt hoīes q̄ alias infirmitates potius ſuſtinerēt q̄ꝫ lepram. eo ꝙ ab hoīb⁹ ſeparat. Sed multo fortius timēda eſt excōicatio: q2 eſt ictus gladij ſp̄ualis q̄ magis timēdus eſt q̄ꝫ gladius corporalis. vnde Aug. dicit de illo q̄ excōmunicatur ꝙ grauius eſt hoc illi q̄ꝫ ſi feriretur gladio ⁊ a feris deuoraret: aut in flāmis exurereꝑ. Secūdo timēda eſt excōicatio. q2 eſt valde dānoſa. Aufert eñ homini partē ſuā de oībus miſſis orationibus ⁊ eleemoſynis: ⁊ alijs bonis operibus qui fiunt in eccleſia dei qđ nō eſt paruū damnum. Quis eñ digne ſufficeret eſtimare valorē vnius miſſe: quid tunc de oībus miſſis que celebrātur per totum mundum ⁊ de oībus bonis que fiunt ab oībus hominibus quoꝝ participatione ex toto caret: ⁊ priuatus eſt q̄ꝫdiu in tali excōicatione perdurat. Tertio timēda eſt: q2 ille qui excōmunicatur ſathane traditur: ⁊ etiam ſm̄ Henr. de vrina, excōmunicatus a poteſtate dei: ⁊ ſi loqui liceat etiam a defenſione ſanctorum angelorum eripitur; et tamen anima q̄ꝫ in corpore in poteſtate diaboli traditur. Quarto timenda eſt excōmunicatio: q2 excōmunicatus eſt velut mēbrū abſciſſū a corpe qđ āpli⁹ nulli⁹ valoris eſt. Quid enim valet manus abſciſa a corpore vel pes vl auris: ſic ille excōicat⁹ abſciſ⁹ eſt a deo ⁊ a ſanctis eius ⁊ nullius valoris eſt. Et ſicut ſuper oīa timēda eſt abſciſio mēbri a corpore hoīs: ſic nihil magis dȝ timere chriſtianus q̄ꝫ ſeparari a corpore xp̄i myſtico qđ eſt eccleſia ſancta. Unde Aug. ſup Joh. Nihil tam debet formidare xp̄ianus q̄ꝫ ſepari a corpore xp̄i q2 xp̄s eſt caput oīm fideliū: ⁊ oēs fideles in gr̄a exñtes ſunt ſubijnuicē mēbra. Sed qñ q̄s excōicatur tūc a capite. i. xp̄o: ⁊ a mēbris. i. a fidelibus aſcinditur: ⁊ nullā influentiaȝ diuine gratie ampli⁹ hȝ q̄ꝫdiu ſic abſciſus eſt: ſed areſcit. Quinto q2 excōicatus ad nihilū valet niſi ad eternū ignē. hoc ꝓbatur ex euāgelio Jo. vbi dicit xp̄s. Ego ſum vitis vera ⁊ vos palmites. Sed homo qui eſt excōicatus ſimilis eſt palmiti abſciſo a vite: qui ſic abſciſus ad aliud non valet niſi vt ad ignem ponatur ⁊ comburaꝑ. Et alijs ramis abſciſis multa vtilia poſſunt fieri: ſed non ſic ex palmite abſciſo. vnde Ezechi. xv. Fili hominis q̄d fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum q̄ ſunt inter ligna ſiluarū. Nunquid tolletur de eo lignum vt fiat opus aut fabricabitur de eo paxillus vt dependeat in eo quodcūqȝ vas. ecce igni datum eſt in eſcam. ℑ Item ſciendū ꝙ ab illa maiori excommunicatione nemo poteſt abſoluere niſi papa vel epiſcopus vel aliquis de autoritate ipſorum: ⁊ talis abſoluendus eſt cuȝ miſerere ⁊ virga ꝙ autem poteſtas eccleſie ⁊ prelatoꝝ ligādi ⁊ ſoluendi que eis a chriſto eſt tradita habeat magnā efficaciā: hoc poſſumus cognoſcere per tale exm̄. Fuit quidā comes tholoſanus fautor ⁊ receptor hereticorū ⁊ omnis talis ipſo facto eſt excōmunicatus vna cū hereticis. Et quidam ſanctus abbas fuit in eundem comitē miſſus admonendū eum: qui cū viro ſancto nollet acquieſcere: nec excōmucationē timere. Sciens vir ſanctus ꝙ cor peruerſum nō eruditur verbis dixit comiti: vt tu et tui videant factis q̄ꝫtuȝ infecta ſit anima que excōmunicationis vinculo eſt innodata: volo mihi apportari albū panē. Quo ſibi allato dixit. O panis licet tu nō merueris tamē vt in te oſtendatur veritas fidei noſtre ⁊ maledictio anime excōicationē non pertimeſcentis excōico te. Quo dicto panis qui inter manus eius erat candidus: mox niger factus eſt: quē precepit in duas partes diuidi: ⁊ intus ſilr apparuit niger muſcidus ⁊ corrupt⁹. Tunc ſubiunxit. Ut etiā ſciatis virtutē abſolutionis. Accepto pane abſoluit eum qui in priorē ſpeciem ⁊ candorē reuerſus eſt. ℏ Quantū ad ſecundū ſciendū ꝙ non ſolū illi qui denunciantur in ambone ſunt excōicati ſed etiā in pluribus caſibus ſm̄ ius canonicū quis incidit in excōicationē maiorē. Primo qui manus violentas in clericū vel aliū religioſum mittit. Itē qui hoc mādat vt poſt factum ratū hȝ. xvij. q. iiij. ſi q̄s ſuadente. Secundo cū quis incidit in hereſim. ſimiliter ⁊ receptor ⁊ fautor hereticorū. Tertio cū quis participat excōicato in crimine propter qđ quis excōicatus eſt: dando ei conſiliū auxiliū vel fauorē. Quarto cū quis incendit vel frangit eccleſiā: vel iubet vel conſulit: vel in eccleſia cōmittit aliquod enorme peccatū: vel capiēdo corpus xp̄i: vel deſtruendo altare: crucē vel ſimile ⁊ ſic de alijs. Quinto cum quis abutitur literis apoſtolicis. Sexto principes vel illuſtres qui inhibent ſubditis ne vendant ꝑſonis eccleſiaſticis: vel molāt vel pinſant vel alia ſeruitia faciant. Septimo qui pedagium vel theloneū recipiunt a perſonis eccleſiaſticis: ⁊ tales non debent abſolui niſi reſtituant ea que ab ipſis ſic receperunt. Octauo conſules ciuitatum: rectores ⁊ alij poteſtatem habentes qui faciunt ſtatuta contra libertatem eccleſie: ⁊ ſcriptores eorum ⁊ etiam qui ſeruant talia ſtatuta ⁊ conſuetudines et ſecundum ea iudicant omnes iſti iam predicti ſunt excommunicati. Nono poteſtates ⁊ rectores: conſules: iudices. officiales qui ſtatuta faciunt ſcribūt dictāt: per que cōpellaꝑ quis ſoluere vſuras: vel nō repetere iam ſolutas: aut qui obſeruāt illa ſtatuta ⁊ ſecundum ea iudicant ſunt excōicati. Decimo qui impediunt iudiciū cuiuſcūqȝ iudicis eccl̄iaſtici: vel iꝑediūt volētes recurre

re ad forum eccleſiaſticū in cauſis ad ipm pertinētibus. Itē q̄ occaſione ſnie excōicationis: ſuſpenſionis ⁊ interdicti late ī eos vel ſuos ſubditos aut coꝝ ruſticos dederunt licentiam grauandi eos qui tulerāt ſnias aut iudicis ſeruos qui literas tulerunt niſi licētiam huiuſmodi reuocauerit ⁊ etiā qui hoc ꝓprio motu attēperare preſumpſerint vel ſi in aliquo ꝓceſſu aliqua rapuerit de predictis: niſi reddiderint infra octo dies excōicati ſunt: ⁊ ſic de alijs caſibus quos in iure poteris inuenire.

¶ Quoad tertiū ſciēdum ꝙ in quinqꝫ caſibꝰ quis licite pōt cōicare excōicato. Primo qn̄ loquit̃ ei in his que pertinēt ad abſolutionem vel alias ad ſalutē anime: licet alia verba incidēter interponantur vt magis proficiat. Secundo quicunqꝫ orator cauſa orationis vadens: aut peregrinus aut viator in terram excōicatoꝝ deueniret vbi nō poſſet emere: vel ſi nō habeat alias vnde emat tali datur ſnia ab excōicatis accipiēdis ꝓpter neceſſitatē. Tertio vxor excōicati excuſat̃ a participatione mariti excōicati. Quarto filij excuſant̃ participatione patris excōicati: ⁊ intelligitur ſm Guil. de filijs qui adhuc ſunt in patris ptāte ⁊ cōmēſales patris. Alij vero filij extra domū patris exiſtentes nō excuſantur. Similiter ſerui ⁊ ancille q̄ ⁊ ante excōicationē fuerūt in ſeruitio illius dn̄i excōicati ⁊ adhuc ſūt. Quinto ꝓpter ignorātiā cum quis ignorat illum eſſe excōicatū actu ⁊ cōicat cum eo. Quid autē ſi ſcio habitu aliquem eſſe excōicatum ſed actu nō ⁊ cōico ei? Reſpōdeo ſecūdum Guil. ſi hoc facio ſubito ⁊ nō aduerto meipſum credo ꝙ non pecco: nec excōicationem incido. Queritur ſi excōicatus intret eccleſiam an alij teneātur exire vel procurare ꝙ ille exeat. Reſpondetur ſm Ray. ſi manifeſtū eſt eum eſſe excōicatū: tunc vel alij exire tenētur: vel ꝓcurare ꝙ ille exeat. xj. que. iij. ſicut apoſtoli. Quid ſi excōmunicatus intrat eccleſiam ⁊ ſacerdos iam incepit miſſam. Reſpōdetur ſecundum Ray. Si eſt occultum nō debet dimittere officium. Si vero manifeſtū moneat eum publice: vt exeat: ⁊ ſiquidem nō vult exire: ⁊ ſacerdos nō inchoauit canonem nō dꝫ ꝓcedere: ſed dimittere miſſam. Si vero priuſqꝫ ille eccleſiam intraret v[...] priuſqꝫ ſacerdos cum videret iam canon[...] inchoauit: dꝫ ſacerdos ꝓcedere in officio: ita tamē ꝙ finito canone ⁊ ſumpto ſacramēto ante dicat poſt cōmunionē mone[...] illum vt exeat: ꝙ ſi non vult pōt ſacerdo[s] eum eijcere: ⁊ ſi nō pōt eijci in ſacriſtiā re[...]diens dicat poſt cōionem ⁊ q̄ poſt canon[...] reſtabant. Item queritur ſi aliquis aſſu[r]gat vel reuerentiam exhibeat excōicato vel inclinat ei ſalutāti ſe: aut moueat la[...]bia quaſi reſultās eū cum tn̄ nihil dica[t] quid de illo. Reſpōdeo ſm Guil. nō incurrit excōicationē. qꝛ pene nō ſunt extendende: ſed reſtringēde. vnde etiā ſciendū [...] ſi verbo ſalutat̃ ab excōicato nō dꝫ reſalutare eum. ſed potius ei dicere deus te e[...]det: ⁊ hmōi. Itē ſi vir vocet excōicatū [...] mēſam nūquid vxor pōt ad ipſam mēſa[m] comedere. Reſpōdeo ſm Guil crede q[...] ſed tamē poteſt ad aliā mēſam in eade[m] domo: ita remote comedere ꝙ merito p[oſ]ſet dici ꝙ nō comedāt ſimul. Itē queri[tur] vtrū excōicatis poſſet aliquid dari. Reſ[pō]deo ſm Guil. ꝙ pōt: ⁊ hec cauſa huma[ne] ſuſtentationis qn̄ ſcꝫ indigentes ſunt [...] intellige ſolum quoad neceſſaria vite [...] alimēta veſtes ⁊ hoſpitia: ſic tamē q[...] pter hoc nō dimittant laborare ꝓ abſolutione. Secus ſi petunt alia vtenſilia: v[...]curim vel foſſorium ⁊ huiuſmodi: que n[on] ſunt eis concedenda. xj. q. iij. qm̄ mult[i].

¶ Ultimo ſciendum ꝙ illi q̄ participa[nt] cū excōicatis ſciēter ⁊ ꝑtinaciter grau[iter] peccāt: ſicut illi qui cū eis comedūt bi[bunt] emūt vel vēdūt: ⁊ ſic de alijs. hoc ptꝫ q[uia] talis cōicās excōicato contra prohibitio[nem] ſui p̄lati peccat in ſeip̄m: qꝛ non cauet [ſibi] ab eo q̄ habet mēbrū cōtagioſum in q[uo] videtur minus amare aīam ſuā q̄ꝫ corp[us]. Qui ſi ſciret ſe icurrere lepiā corporis [ꝓ]pter vnā comeſtionē vl' locutionē q̄ꝫ [...] accederet ad excōicatū: caueret ſibi om[ni]no a participatiōe excōicatoꝝ: ſed le[pra] anime. i. minorem excommunicationē [quā] incurrit participando cum excōmunica[to] non curat: que tamē pericloſior eſt q[uā] lepra corporis. Item temporalia prepe[...] talis anime ſue: qꝛ ſi prohibitū ſibi eſſet ſub pena vnius floreni ne loqueretur illi excōicato: caueret ſibi de damno temporali inquantum poſſibile eſſet: ſed de gratia xp̄i ⁊ anima ſua nō curat. Et talis excōmunicans potius vult priuari mēſa dei id eſt ſacramento altaris q̄ꝫ menſa excōicati cū quo in comedendo participat quia talis non debet excōmunicare: nec aliquod ſacramentū accipere: niſi ſit abſolutus ab illa minori excōicatione quam incurrit comedendo vel loquendo cū illo excōicato. Item talis cōicans excōicato potius vult habere ſocietatē illius excōicati q̄ꝫ ſocietatem filioꝝ dei qui in celo ſunt ⁊ in mundo. Ideo merito talis in inferno erit ſociꝰ diaboli ⁊ omniū dānatoꝝ ſi ſic pertinaciter decedit: qꝛ ſi aliquis ſciēter ⁊ pertinaciter in contemptū prohibitionis eccleſie participat excōicato mortaliter peccat. Itē ſententia prelatoꝝ valde timēda eſt cuilibet chriſtiano: qꝛ xp̄s dedit ſacerdotibus poteſtatem ligandi ⁊ abſoluēdi dicēs. Quodcunqꝫ ligaueritis ſuper terram erit ligatū ⁊ in celis: ⁊ quecunqꝫ ⁊c. Unde tale exemplum de excōmunicatione. Legitur ꝙ papa Greg. nonus quēdam diuitē excōicauit qui cū contēneret excōmunicationē pape: tunc miraculo dei ciconie que nidificaverant ſuper domū eius a domo eius receſſerunt: ⁊ nidū tranſtulerunt ad domū alterius: quod videns dictus cōtumax ⁊ admonitus a cognatis ſuis qui hic idem cōſiderauerunt in ciconijs: poſtea humiliauit cor ſuum petēs abſolutionem. Et q̄ꝫcito fuit abſolutus a ſententia illa: tunc dicte ciconie redierūt: ⁊ nidum ſupra domū ipſius reportauerunt. Item aliud exm̄. Legitur ꝙ in eccleſia ſancti vincen. ij. martyris multi paſſeres ſolebant intrare, ⁊ fedare eccleſiam: ⁊ diuinum officiū impedire. Cum autē nō poſſent excludi: ep̄s illius loci eos excōmunicauit mortē cōminans eis ſi eccleſiā deinceps intrarēt ⁊ defenderēt. Qui ab eccleſia recedētes nunq̄ꝫ ammodo eccleſiam intrauerunt. Immo ſi aliquis aliquē capiat ⁊ violenter in eccleſiam ponat ſtatim moritur.

¶ In feſto penthecoſtes. Sermo. lxx.



AD eū veniemus ⁊ māſionē apud eū faciemꝰ. Jo. xiiij. ℞ Sciendū ꝙ hodierna feſtiuitas īter alia feſta ſingularem obtinet dignitatem. Eſt eīm̄ feſtū liberalitatis qꝛ rex regū celi ⁊ terre aſcendēs in regni ſolium profuſa liberalitate dona cōtulit militibus ſuis. iuxta illud p̄s. Aſcendēs in altū captiuā duxit captiuitatē dedit dona hoībus. Quomodo autē dedit dona ponitur Acē. ij. ibi. Repleti ſunt oēs ſp̄ūſcō. Item ſcḋo eſt feſtū exultationis. vnde hodie canitur in miſſa. Quia ꝓfuſis gaudijs totꝰ in orbe terraꝝ mundus exultat. Unde hodie oībus hominibus gaudendū eſt. Primo nāqꝫ debent gaudere hoīes triſtes: qꝛ ſp̄ūſſctūs hodie datur ad cōſulandū. ſ. ſuā dulcedinē nobis infundēdo. vn̄ Aug. in quodā ſermone. Talis eſt gr̄a ſp̄ūſſcti vt ſi in corde triſtitiā inuenit cōſumit ⁊ diſſoluit. Item ſcḋo dn̄t gaudere pctōres q̄ in pctīs mortalibꝰ fuerūt: qꝛ hodie ſp̄ūſſanctꝰ dat̃ ad viuificādum. Joh. vj. Sp̄ūs eſt q̄ viuificat. Ezech. xxxvij. Ecce ego mitto in vos ſp̄m ⁊ viuetis. Itē tertio dn̄t gaudere iuſti: qꝛ ſp̄ūſſanctus datur ad ſaluādū iuſtos. Unde Aug. Gratia xp̄i ſine qua nec infantes nec etates grandes ſalui fieri poſſunt nō meritis reddit̃: ſed gratis datur ꝓpter qḋ gratia vocat̃. Itē Aug. in li. cōfeſ. Eſt gaudium qḋ nō datur impijs: ſed eis qui te colunt dn̄e: quoꝝ gaudium tu ipſe es: ⁊ ipſa eſt beata vita in terris. Item tertio eſt feſtum ſanctificationis qꝛ hodie xp̄s ſanctificauit eccleſiam ſuā ⁊ adhuc ſanctificat hodie corda fideliū per infuſionē ſpirituſſancti. p̄s. Sanctificauit tabernaculū ſuum altiſſimus. Itē quarto eſt feſtū amoris: qꝛ ſpirituſſanctus qui eſt amor patris ⁊ filij hodie mittitur. Idcirco hodie legit̃ euangeliū in quo agitur de dilectiōe quā deus nobis infudit per ſpiritū ſanctū ergo dicit̃ in euangelio hodierno. Si quis diligit me. q. d. pauci ſunt qui me vere diligūt. Nam ſuperbi diligunt honores et poteſtates: luxurioſi delectationes et voluptates: auari diuitias et poſſeſſiōes. Eſa.

j.Omnes diligunt munera.Sequit̄ in ver
bis p̄miſſis.ſ.ad eum veniemus ⁊c.Scien
duꝫ ꝙ triplices ſunt hoīes.Primi ſunt ad
quos ſpūſſanctus nunq̄ȝ veniet,vt ſunt in=
durati peccatores q̄ ſemper in malo ſtāt
ꝓpoſito vt ſuperbi:auari:luxurioſi:iracū=
di:⁊ guloſi:q: tales ſpūiſancto reſiſtūt in
hoc quia penitere nolunt de quibus dicit̄
Act.vij.Dura ceruice ⁊ incircūciſi cordibꝰ
⁊ auribus vos:ſemꝑ ſpūiſancto reſiſtitis.
Glo.q: nunq̄ȝ pniam agentes. Et lꝫ ſpūſ=
ſanctus pulſet ad corda coꝝ tamen intan
tum ſunt indurati ꝙ nolunt aperire.Apo
ca.iij.Ego ad oſtiū ſto ⁊ pulſo ⁊c.Miſeri=
cordia eñ dei magna eſt que ita diu pul=
ſat ad cor peccatoris: ⁊ magna ruſtici=
tas peccatoris quia aperire non vult ei.Gr.
debemus miſericordiam dei erubeſcere ſi
eius iuſtitiaꝫ nolumus formidare.Gratia
dei ſe hꝫ vt radius ſolis aperi ei feneſtraꝫ
cordis ⁊ intrabit.Hebr.c.xij.Contēplantes
ne q̄s deſit grē dei.j.Pe.j.Sperate in eaꝫ
que vobis offertur gratiam.Qui igit̄ gra
tie dei nolunt cor aperire vident̄ peccare
in ſpm̄ſanctū ingrati de bonitate dei quā
cōtemnunt.Item peccator induratus mul
tum eſt reprehenſibilis qui ſe videt pecca
tis inquinatum ⁊ a deo ⁊ ſanctis angelis
abominabilem factū.Juxta illud p̄s.Cor
rupti ſunt ⁊ abhominabiles facti ſunt in
iniquitatibus ſuis ⁊ tamen ad aquaꝫ gra
tie ſine qua mundari nō pōt non recurrit.
Itē videt ſe igne infernali ſuccēſum.ſ.igne
malarū cōcupiſcentiaꝝ ⁊ tñ pro aquā gra
tie qua ignis iſte extinguit̄ nō clamat. Ex
magna eñ negligentia vr̄ eſſe in omnibꝰ
defectus gratie iſto tēpore cum tamē ha=
beant in ꝓximos varios fontes grāꝝ.ſ.
ſacramenta penitentie ⁊ euchariſtie ⁊c.vñ
Chry.dicit ꝙ tp̄s auxilij eſt nūc.q: tp̄s me
ritorium bonorum:ergo q̄ iſto tēpore gra
tie ſunt arida gratia ⁊ ſe nō diſponūt ſunt
ſimiles eis qui iacent circa fontes ⁊ nolūt
ſe applicare ad bibendū ⁊ ꝓpterea ſic ſiti
moriunt̄ ſic etiam tales ſunt reprehenſibi
les. Scdi hoīes ſunt ad quos ſpūſſanctus
veniet:ſed manſionē nō facit:vt ſunt illi q̄
ſecundum Greg.in omel. hodierna cōpun-
guntur ⁊ a peccatis ſuis ſe vertunt:ſed tē=

pore tentatiōis hoc de quo compūcti fue
rant obliuiſcunt̄:⁊ ſic ad perpetrata pec
cata redeūt ac ſi hec minime planxiſſent
⁊ ſic extingunt gratiam dei in ſeipſis.Cō=
tra quos dicit Apl's.j.ad Theſſa.v.Spm̄
nolite extinguere.Tertij ſunt ad quos ſpi
rituſſanctus venit ⁊ manſionem facit:vi
digni ſunt recipere ſpm̄ſanctum ⁊ poſt re
ceptionem ſpūſſancti a pctis ſe cuſtodiūt
nec econuerſo ſpm̄ſanctū a ſe repellant
ſic in bono ꝓficiunt vſq̄ȝ in finem vite ſue
Aug.in li.iij.de pe.Preſto ſemper eſt gra
tia que nunq̄ȝ deficit:niſi prius expulſa
tinue neceſſario ꝙ ſuū eſt inſpirat ſic
cipiat.Item Aug.O q̄ȝ felix eſt anima
que ita vitam ſuam gubernare ſtudet a
xiliante deo ꝙ xp̄m hoſpitē ⁊ inhabita
rem mereatur accipere. O Quantū ad
cundum ſciendū ꝙ ſeptēꝫ ſunt genera
minum ad quos ſpūſſanctꝰ venit ⁊ man
ſionem ibi facit.Primi ſunt q̄ cōſolatio
mundi ꝓpter deū ſpernunt.p̄s.Renuit
ſolari aīa mea.Exēplum habeamus in
Joanne euangeliſta qui ante viſiones
vidit miſſus fuit in exilium vbi nullaꝫ
ſolationem mundanam habuit ⁊c.⁊ mo
to tales conſolantur a deo qui hic conſ
tiones ſpernunt carnales.Deuter.viij.A
flixi te penuria ⁊ dedi tibi manna.Sed q
hic in mundo conſolantur ⁊ querunt
ſolationes corporales non ſunt digni
ſolari a ſpirituſancto.Unde Bern.in ep
Qui carnalibus voluptatibus paſcit
narum delitiarū epulis indignus hab
Idē Ber.Quomō ignis ⁊ aqua ſimul
non poſſunt:ſic ſpirituales ⁊ carnales
litie in eodē ſe non cōpatiuntur. P
tamen ſciendū ꝙ ſunt quatuor genera
minum qui carent omni conſolatione
temporali q̄ȝ ſpirituali.Et ideo merito
les ſunt pauperrimi.Primi ſunt qui in
dientia ſunt reſtricti ad religioſam vi
⁊ tamen corde in ſeculo vagant̄.Et
vitam duram gerunt.Nam graue eſt
quicquid ad dei ſeruitium ſpectat.Et
q̄d faciunt hoc coacte ⁊ hoc timore fac
nullam ſpiritualem dulcedinem ſenti
nec carnalem etiam dulcedinem: nec
li conſolationem habere poſſunt.Ex

contingit quandoq̄ȝ ex illis pueris qui con
tra voluntatem ſuā tradūtur ad monaſte
ria:vel quia pater eſt pauper:vel q: puer
defectuoſus eſt:vel quia pater multos pue
ros habet:vel quia cum pacto ⁊ ſymonia-
ce talem puerum dedit ad monaſterium:
⁊ ſic de alijs.Ergo nulli conſulendum eſt
quod puerum ſuū ad aliquod monaſte=
rium tradat contra voluntatem ſuam vel
etiam vbi non ſeruatur religio,⁊ principa-
liter illa tria ſubſtantialia:ſcilicet pauper
tas id eſt communitas obedientia:⁊ caſti
tas ⁊ ad illa tria ſeruanda obligatur om
nis religioſus profeſſus cuiuſcunq̄ȝ ordi=
nis ſit.Et quicunq̄ȝ religioſus illa tria nō
ſeruat non eſt in ſtatu ſaluandorum ⁊ me
lius eſſet ꝙ eſſet bubulcus vnus: q̄ȝ quod
ſit religioſus malus,⁊ proprietarius: vel
non caſtus:⁊ ſic de alijs.Secūdi qui carēt
omni conſolatione tam temporali q̄ȝ ſpiri
tuali ſunt homines ſeculares ⁊ mundi ſe=
ctatores.Illi aliquando recipiunt, tempo
ralem conſolationem:ſed cum amaritudi
ne cordis:quia cognitionem habent quod
iſta vita in qua viuunt eos non ſaluat:
quia ſunt ſuperbi:luxurioſi:auari:⁊ res in
iuſtas poſſidentes:luſores:blaſphemato
res:iracundi:⁊ inuidioſi:⁊ ſic de alijs.Et
cum tales habeant leſam conſcientiaꝫ ex
hoc quod ſeipſos ſe recognoſcūt:ergo nū=
q̄ȝ poſſunt realiter gaudere:vnde Anſel.
Inordinatus animus ſibiipſi eſt pena.Iſi
do.de ſum.bo.Nulla pēa grauior eſt ma=
la conſcientia.Amb.de offi.Que pena gra
uior eſt q̄ȝ interioris vulnus conſcientie:
nonne hoc magis fugiendum eſt q̄ȝ mors:
q̄ȝ diſpēdium:q̄ȝ exilium:q̄ȝ debilitatis do
lor.Sic econuerſo bona ⁊ ſecura conſcien=
tia ſemper gaudium habet.Salomō.Se=
cura conſcientia quaſi iuge conuiuiuꝫ.Iſi
do.de ſum.bo.Uis nunq̄ȝ eſſe triſtis ſemꝑ
bene viue:reus namq̄ȝ animus non eſt ſe-
curus.Bona vero conſcientia ſemper gau-
dium habet.Tertij qui carent omni con=
ſolatione ſunt ypocrite qui corpus ſuum
a ſolatijs retrahunt.⁊ tamen deum in hoc
non pretendunt q̄ȝuis multum vigilent et
ieiunent:⁊ corpus ſuum caſtigent: tamen
non ſunt ſerui chriſti . Sed martyres

diaboli:⁊ poſſunt dicere ad dominium ſuū
diabolū illud p̄s.Quoniaꝫ propter te mor
tificamur tota die,⁊ tales carent omni cō
ſolatione:quia ſubtrahunt ſibi cōſolatio
nem mundi:⁊ etiam carent conſolatione
dei,ergo ſūt miſerrimi ⁊ a chriſto multipli
citer maledicti.Quarti qui omni conſolā
tione carent ſunt impatientes in aduerſi
tatibus ⁊ infirmitatibus.Et tales qui ſic
in tribulationibus ſuis contra deum mur
murant ⁊ impatienter ferunt habent du=
plicem infernum:quia hic puniuntur per
tribulationes ⁊ infirmitates:⁊ propter im
patientiam ſuaꝫ in futuro punientur a de
monibus:quia ſicut per patientiaꝫ homo
cuſtodit animam ſuam,ſic per impatien=
tiam poteſt perdere animaꝫ ſuam.Luce
xxj.In patientia veſtra poſſidebitis ani=
mas veſtras.Sed quādo homo infirmus
⁊ tribulatus patiens eſt tunc deus per in
teriorem conſolationem temperat exterio
rem tribulationem.Pſal.Cum ipſo ſum in
tribulatione.Secūdi ad quos ſpirituſſan=
ctus venit ⁊ manſionem facit ſunt illi qui
lugēt in ſeipſis qui cognoſcunt deo diſpli
cere:quia quod homo cognoſcit mala ſua
eſt bonum ſignum in homine.Senec. Ar=
gumētuꝫ eſt in melius tranſlati animi q̄d
vitia ſua que vſq̄ȝ huc ignorabat videt.q̄
ſic lugent ſunt beati.Mat.v.Beati qui lu
gent.Unde Chryſoſto.ſuper Matth. Nil
ita conglutinat,⁊ vnit hominem deo vt
penitentium lachryme. Iſido.de ſum. bo.
Lachryme penitentium apud deum pro
baptiſmate reputantur: ſic lugentes me=
rito ſunt beati:quia impetrant a deo quic
quid volunt.Unde Chryſoſtomus in ſer=
mone.Nemo ad deuꝫ aliquādo fluens ac
ceſſit qui nō quod poſtulauit accepit et ta
les dominus vult conſolari.Hie.xxxj.Con
uertant luctum eorū in gaudium. Sic iſti
qui propter damna temporalia ſupramo=
dum triſtantur nō conſolantur q: plus tri
ſtantur de bonis amiſſis temporalibus q̄ȝ
de datore quem ſepius peccando offen=
derunt.Queritur vtrum peccatum ſit q̄n
hō nimis de dānis tēporibꝰ triſtat̄. Rñde
turq̄ȝ ſic:quia eſt ſignum ꝙ iſte tpalia cuꝫ
magno affectu cordis dilexit,Unde Gre.

xxxj.moral.Sine dolore amittitur:quicq̄d
ſine amore poſſedit̄ que vero ardēter dili=
gimus habita:grauiter ſuſpiramus abla
ta:ergo omnia dāna tēporalia deo offerre
debemus cum patiētia cordis:⁊ dominus
retribuet nobis:⁊ recompenſabit in eter=
na vita.Tertij ad quos ſpūſſanctus venit
⁊ manſionē facit ſunt illi qui ſtrēnue ⁊ vi=
riliter tētationibus reſiſtunt.Apoc.ij.Uin
centi dabo manna abſconditū:id eſt gra=
tiam que dicitur abſcōdita:q̄ non videt̄:
ergo viriliter reſiſtere debemus diabolo:
⁊ hoc in principio tētationis:q̄ diabolus
eſt ſerpens lubricus:vt vbi caput poſuerit
ibi ſtatim totus illabitur.vnde Iſido.de
ſum.bo.Diabolus eſt ſerpēs lubricus cu
ius ſi capiti:id eſt prime ſuggeſtioni nō re
ſiſtitur:totus in inferno dum non ſentitur
illabitur.vnde Ber.ſuper epiſtolā Iaco.
Non enim cōtriſtari debemus ſi in tenta-
tiones inciderimus:ſed ſi in tētationibus
ſuperati fuerimus.Greg.Tētatio cui non
conſentitur non eſt peccatū:ſed eſt mate-
ria exercēde virtutis.Quarti ad quos ſpi
ritusſanctus venit ſunt qui eum affectant
per feruens deſiderium:⁊ eſt valde dignū
vt ſpūſſanctus pro ſua dignitate et vtili=
tate feruēter deſideret̄ ab hoīe.Aug.To=
ta vita chriſtiani eſt ſanctū deſiderium:
quod aūt deſideras nondū vides:ſed de=
ſiderando capax efficeris.ergo affectus
⁊ appetitus deſiderij datus eſt homini vt
magna debeat deſiderare:et hec ſunt do=
na gratie in preſenti et glorie in futuro.
Ergo ex corde affectare debemus gratiā
ſpiritusſancti:et eum inuitare per deuotā
orationem:quia q̄n deuote oramus:tunc
ſpiritum ſctm̄ inuitamus ⁊ ipſe paratus
eſt ad nos intrare:q̄ ipſe ſtat an̄ oſtiū:et
pulſat ⁊ expectat:ꝙ autē orādo accepturi
ſumus ſpm̄ ſanctū hoc docet nos xp̄s.Io.
xiiij.Rogabo patrē meum ⁊ aliū paracli=
tum dabit vobis.Item docet hoc cetus
apoſtolorū q̄ inter aſcenſionē ⁊ penthecoſ=
ſtem orationi inſtabāt:vt ſpiritum ſanctū
accipere mererent̄.Act.j.Hi oēs erant per
ſeuerātes vnanimiter in oratione.Itē hoc
docet vniuerſalis eccleſia:que hodie can=
tat ⁊ clamat.Ueni ſancte ſpūs.Ergo Da=

uid orando dicit.Cor mundum crea in me
deus ⁊ ſpiritū rectum ⁊c.Quinti ad quea
ſpiritusſanctus venit ſunt humiles:q̄ hu
militas eſt vas ⁊ receptaculū gratiarum ⁊
virtutū.Iac.iiij.Humilib⁹ autem dat gra
tiaz.Sicut aqua fluit ad loca humida:ſic
gratia replet corda humiliū.Augu.Alta
ſiccātur,ima replētur.Hanc humilitatem
debet habere omnis chriſtianus ad cele
ſtem gloriā peruenire volens.Ber.in ſer.
Per humilitatē aſcendatis ad ſublimita=
tem:q̄ hec eſt via non alia.Iob.xxij.Qui
humiliat⁹ fuerit erit in gloria.Et hoc me
rito quia humiles deum hic ad hoſpitium
recipiunt:quare deus eos merito recipiet
in futuro.Prou.xxix.Humilē ſpiritum ſu
ſcipiet gloria.Sexti ad quos ſpiritusſan
ctus venit ⁊ manſionē facit ſunt illi qui ha
bent cor quietū ⁊ pacificū.Quilibet enim
libenter vadit ad hoſpitium.vbi quietem
inueniet:ſic ⁊ ſpiritusſanctus.Mat.v.Be
ti pacifici.Abijcere ergo debemus diſcor
dias et inimicitias:et ignoſcere iniurias
nobis illatas:⁊ pacem ⁊ charitatē habere
ad omnes homines.apoſtolus.ij.Corin
xiij.Pacē habete ⁊ deus pacis ⁊ dilectio
nis erit vobiſcum. ¶ Septimi ⁊ vltimi
ſunt qui verbum dei audiūt ⁊ illud cu
diunt ⁊ retinēt.vnde chriſtus dicit in e
gelio hodierno.Si quis diligit me ſermo
nem meum ſeruabit:⁊ pater meus dilig
eum ⁊ ad eum veniemus:⁊ māſionē apud
eum faciemus.Ideo libēter debemus au
dire verbum dei propter tria.Primo quia
eſt cibus anime.Mat.iiij.Non in ſolo pa
ne viuit homo:ſed in omni verbo qđ pro
cedit de ore dei.Grego.Cibus mentis eſt
verbum dei.Secūdo quia mentem illumi
nat.pſ.Lucerna pedibus meis verbū tuū
⁊ lumē ſemitis meis.Si quis doleret ocu
los vel ſi eſſet corporaliter cecus:libenter
iret per decem miliaria.vbi poſſet illumi
nari.Multomagis hoc facere debem⁹ pro
ſpirituali illuminatione.Tertio q̄ ab eter
na morte liberat.Ioan.viij.Qui ſermonem
meum ſeruauerit non guſta.mor.in eter.
Sicut enim anima viuificat corpus vita
nature:ſic ſpiritusſanctus animā cui da
tur viuificat vita gratie.Unde Ioan.vj.
Spiritus eſt qui viuificat: qđ etiā referri
pōt ad verbū dei.Exēplum de gr̄a ſpūſſan
cti ⁊ q̄uo verbū dei illuminat animā et ab
eterna morte liberat.Quidā miles multis
vitijs plenus fuit:⁊ diabolus per peccata
cor ſuum excecauerat ꝙ omnib⁹ diebus vi
te ſue nunq̄ niſi ſemel fuit.Contigit eniz
ſemel vna dieꝝ penthecoſtes ad eccleſiaz
eum reuerenter ire:⁊ nō cauſa deuotiōis:
ſed ꝑpter humanam oſtentationē: q̄ ea=
dem die nouas ⁊ pretioſas veſtes induit.
Qui audiens a ſacerdote vt dn̄s mitteret
ſpm̄ſanctum qui mundaret corda omniuz
peccatorum vitijs.Mox ille ad locū ſecre
tum iuit rogans deū ⁊ dicens.Dn̄e deus
ego prochdolor ſum peccator q̄ multa vi=
tia perpetraui.rogo te ꝑpter miſericordiā
tuam vt hodie mihi ſpiritum ſanctuz mit
tas qui cor meū purget et illuminet.Sta=
tim eum dn̄s exaudiuit ⁊ ſpiritumſanctū
ei miſit:qui cor mundauit per veraz cōtri
tionem ⁊ poſtea per purā confeſſionem.Et
ſic ſpiritusſanctus ad eū venit,⁊ manſio=
nem apud eum fecit ꝙ amplius nūq̄ mor-
taliter peccauit:⁊ ſatis condignam peni=
tētiā de preteritis peccatis fecit ⁊ finē ſuū
in bono terminauit.

¶ Item alius ſermo de ſancto ſpiritu.Ser
mo.lxxj.

Repleti ſunt omnes ſpiritu=
ſancto.Act.ij.Ariſt.ix.me
tha.Contraria non ſunt in
eodem.Cum ergo ſpiritus
ſanctus intrat cor hominis
tunc peccata ⁊ vitia expel
lit ⁊ vitam hominis ſancti
ficat.Hoc factum eſt aplis quando in die
penthecoſtes repleti ſunt omnes ſpiritu
ſancto.Sciendum ꝙ in preſenti ſermone
tria ſunt dicenda.Primo ꝙ ſpiritusſanct⁹
quatuor facit in anima que anima natura
liter facit in corpore .Secundo quādo ſpi=
ritusſanctus datus eſt apoſtolis.Tertio q̄
ſunt ſigna ſpiritusſancti quo ad incipien=
tes:proficientes:⁊ perfectos. ¶ Quantū
ad primum ſciendum ꝙ ſicut ſpūs corpo=
ralis id eſt aīa quatuor facit in corpore:ſic
ſpūſſanctus ſimilitudinarie quatuor facit
in anima ſpiritualr̄.Primo ſpūs.i.anima
conſeruat corporis decorem:q̄ ſicut ſine
anima corpus eſt palidum:nigrū:⁊ defor=
me:ſic aīa nō h̄z decorem cōſcientie nec co
lorem conuerſationis honeſte ſine gratia
ſpiritusſancti:ſed aīa per eius aduentum
renouatur:reformat̄:⁊ coronat̄.pſ.Emit=
te ſpm̄ tuum ⁊c.Secūdo aīa eſt caloris nu
tritio.vn̄ q̄diu eſt anima in corpore tan=
diu ibi eſt calor naturalis:ſed anima rece
dente corpus frigeſcit.ita ſpiritusſanctus
dat anime calorez dilectionis diuine. Ro.
v.Charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹ no=
ſtris.Tertio anima corpus confortat:q̄ ſi
ne anima corpus ſubſiſtere nō poteſt, nec
ſe defendere:que oīa bene pōt ea preſen=
te:ſic ſine gratia ſpūſſancti homo non pōt
tentationib⁹ diaboli reſiſtere:nec ſe defen
dere.Rom̄.viij.Spūs adiuuat infirmitatē
noſtrā.Quarto corpus ſine aīa caret mo=
tu.ſic aīa ſine ſpūſancto nec moueri i vir=
tutib⁹.nec operari pōt ſed deficere eā opz.
Exe.viij.Spūs eleuauit me. ¶ Quātū ad
ſecundum ſciendū ꝙ ſpūſſanctus trib⁹ vi=
cibus datus eſt apoſtolis.Primo an̄ paſ=
ſionem xp̄i ⁊ hoc ad faciendum miracula
quādo eos ad predicandum miſit:⁊ ſuper
omnia demonia:⁊ vt languores curarent
eis poteſtatem dedit.Hec em̄ miracula ꝑ
ſpiritumſanctum fiunt ſ̄m qđ dicit̄ Mat.
xij.Non tn̄ conſequens eſt vt quicūq̄ ha
beat ſpiritumſanctum ꝙ ille miracula fa=
ciat:quia ſicut ait Grego .Miracula homi
nem non ſanctū faciunt:ſed oſtēdūt.Nec
quicunq̄ facit miracula ſpiritumſanctum
habet.hoc p̄z in incantatoribus.Secun=
do dedit eis ſpm̄ſanctum poſt reſurrectio
nem:⁊ hoc vt ſacramenta conferrent q̄n
inſufflauit in eos dicens.Accipite ſpiritū
ſanctum:quorum remiſeritis peccata ⁊c.
Hoc idem canitur quando ſacerdotes or=
dinantur qui ſunt ſectatores apoſtoloruz.
Tertio dedit eis poſt aſcenſionem in die
pēthecoſtes ⁊ ex hoc corda eoꝝ ita ſolida-
ta fuerunt vt amplius de tormentis nihil
timerent.pſ. Spiritu oris eius omnis
virtus illorum.Et in preſenti feſto repleti
ſunt omnes ſpiritu ſancto.in quo oſtendit
magna liberalitas dei:q̄ magnū ⁊ ꝑtio=

ſum donum dedit:ex hoc patet in dignitate:quia hoc donū eſt ipſemet deus. Aug. Magna dei miſericordia eſt q dat donū equale ſibi. Et ſi vnam guttā gratie daret homini plus eſſet q̄ ſi daret ſibi totū mūdum. Modo abūdanter gratiā ſpiritusſancti eis dedit:quia repleti ſunt omnes ſpiritusſancto. Hodie enim apoſtoli receperūt bonā menſurā gratie ſpiritusſancti:⁊ hoc in ſuam ſanctificationē. Item receperunt menſurā confertā. ⁊ hoc in eloquētia omnium linguarū. vnde canitur in eccleſia. Loquebātur varijs linguis apoſtoli. Et hoc donum fuit eis datū vt peccatores cōuerterent:quia ſi in mūdo predicare deberēt oportuit q vbiq intelligerent. Item receperunt menſurā coagitatā:quia cōfirmati fuerunt in gratia q amplius nunq̄ mortaliter peccauerūt:nec peccare potuerunt. Item menſurā effluentē:quia per flumen ſpiritusſancti mundū irrigabant:ſed riuuli iſtiꝰ fluminis fuerūt ſancti doct. vt Ambro. Augu. Greg. ⁊ Hier. ⁊c. Stillicidiū horum riuulorū ſunt doctores moderni temporis. pſ. In ſtillicidijs eius letabitur germinans. ¶ Quo ad tertiū:ſcz que ſunt ſigna ſpūſſancti ſciendū q tria ſunt ſigna ſpiritusſancti quo ad incipiētes. Primū eſt dolor de culpa preterita. Bernar. Spūſſanctus odit ſordes nec habitare pōt in corpore ſubdito peccatis. Cui enim propriū eſt peccata repellere:ipſius etiam propriū audire peccata nec in vno domicilio pariter morātur tanta mūditia ⁊ tanta immūditia. Exemplum de luce ⁊ tenebris q̄ non cōpatiuntur ſe in eodē emiſperio:ſed mutuo ſe expellunt ſicut hic:ergo cōpunctum eſſe de peccatis eſt ſignū preſentie ſpiritusſancti. Secundū ſignum ſm Ber. eſt firmum propoſitū cauendi futura peccata cū effectu ⁊ emendandi preterita. qd nullatenus poteſt haberi conatu proprio ſine ſpiritusancto infirmitatē noſtram adiuuāte ⁊ per gratiam aſſiſtēte. vnde Aug. in lib. retrac. Volūtas inqt noſtra niſi gratia ſpūſſancti liberaliter aſſiſtēte homo liberat a ſeruitute que facta eſt ſerua peccati. vnde etiā Sen. Magna pars bonitatis eſt velle fieri bonū. Tertium ſignū eſt ſi quis mouetur ab intra ad bona opera. Nā ſecūdū Greg. Amor dei non eſt otioſus:operatur enim magna ſi eſt. Bern. in ſer. de feſto pēte. Ad bonū faciendū ſpūſſanctus mouet nos ⁊ docet. mouet memoriā. docet rōnem ⁊ voluntatē. Prōpta igitur boni operatio ſignū eſt ſpirātis ſpūſſancti:⁊ hoc quo ad incipiētes. Nam puer in vtero matris per motum cognoſcit:ſic ſi homo mouetur ab intra ſpiritualiter. Sed quo ad proficiētes ſunt alia ſigna in quibus ſpiritūſanctū in eis inhabitare cognoſcūt. Primum eſt frequens ⁊ iuſta conſciētie cōiecturalis examinatio non ſolū de peccatis mortalibus imo de venialibus:cuius ratio eſt:q: ſicut ſpiritusſanctus opponitur peccato mortali:ita feruor charitatis qui eſt a ſpūſancto opponit peccato veniali vt ipſum ab anima euellat ne ſpirituiſancto diſpliceat:q omnes anime officinas mūdificat:⁊ minimā peccati paleā intra cor quod poſſidet nō patitur poſſidere:ſed ſtatim igne ſubtiliſſime circunſpectionis exurit ſpūs ſuauis ⁊ dulcis. vnde dicit Greg. in mora. Cū igitur frequēs conſciētie examinatio fiat a ſpūſancto per feruorē charitatis ſignum eſt adeſſe ſpiritumſanctū. Ergo ſi poſt dictum vel factū vel cogitatū homo diſcutit vtrum in aliquo deliquit hoc eſt ſignū ſpiritusſcti. Apoſtolus. j. Cor. xj. Si noſmetipſos iudicaremus nō vtiq iudicaremur. Ber. Diligit deus illam animā que in conſpectu eius ſine intermiſſione cōſiderat et ſine ſimulatione dijudicat ſeipſam. Scdm ſignum eſt ſitis mūdane concupiſcētie extinctio, ſiue diminutio. Quāto eñ magis charitas augetur, ſequit q concupiſcētia ſemper in eis minuatur. vnde Augu. ſuper Jo. in omel. viij. Radix omniū bonorū eſt charitas:⁊ radix omniū malorū eſt cupiditas. Et ille due ſimul eſſe non poſſunt:q: niſi vna radicitus euulſa fuerit:alia plātari non poteſt. Charitas ergo laborata nō ceſſat cōcupiſcētie radices extirpare. vnde Aug. dicit q charitatis venenū eſt concupiſcentia corporaliū:⁊ nutrimentū charitatis eſt diminutio cupiditatis. De hac extinctione ſitis dicitur. Joā. iiij. Si quis biberit ex aqua quā ego dabo nō ſitiet amplius. Chry. Non eſt ſuper terrā q amet qui donum dei in veritate guſtauerit. vnde Aug. Qui biberit de fluuio paradiſi cuius vna gutta eſt maior q̄ oceanꝰ ſequitur:vt ſitis eius ſit extincta. Mirum enim eſſet ſi homo totū mare bibiſſet ⁊ ſitis eiꝰ nō eſſet extincta. vnde apoſtoli poſtq̄ de fluuio ſpiritusſancti biberūt omnia ꝓpter chriſtū dereliquerūt:ergo eſt ſignū ſpiritusſancti ſi cor tuum antea ad temporalia inclinatū fuerit:ſed modo ad celeſtia erigitur. Mat. vj. Vbi eſt theſaurus tuus:ibi eſt ⁊ cor tuū. Tertiū ſignū eſt ſi parcis leſis ex corde q̄tumcūq offenſus ſis:vel offendaris in futurū tamen paratꝰ es indulgere:⁊ habes cor pacificum ad oēs hoīes eſt ſignū ſpūſſancti. Sed iracūdi ⁊ litigioſi habent ſignū ſpiritus maligni. vñ Gre. Si filij dei vocātur qui pacem faciūt:proculdubio filij ſathane ſunt qui ipſam confundūt. Amb. ſuper Lu. Pax eſt dux ad vitam eternā. Sunt etiā tria ſigna ſpūſſancti q̄tum ad pfectos. Primū eſt q homo nil timeat niſi deū. j. Jo. iiij. Perfecta charitas foris mittit timorem. Item. ij. Cor. iij. Vbi ſpūs dñi ibi libertas. vñ apli ⁊ martyres nullum regē nec aliquem pſidē nec tyrānū quēcūq timuerūt pter ſolū deū. vñ Greg. Nullū genus mortis bono homini ⁊ recte viuēti timēdū eſt. Sen. Tutiſſima res eſt nil timere niſi deum. Ergo ſi nec paupertatem times nec infirmitatem nec aliquā aduerſitatem ſignū eſt pfectionis. Secūdū ſignū eſt non reſonare ne remurmurare in aduerſis vt dicere poſſint cum pſ. Quoniā ego in flagella paratus ſum. ⁊ illud Matt. v. Si qs te percuſſerit in dexteram maxillā tuam prebe illi et alteram:imo tribulationes et aduerſitates ſunt ei dulces:vnde ſcriptū eſt de beato Stephano. Lapides torrētes illi dulces fuerunt. Ideo canitur de martyribꝰ. Non murmur reſonat non querimonia. Legitur etiā de apoſtolis. Act. v. Ibant apoſtoli gaudentes a cōſpectu conſilij quoniā digni habiti ſunt pro nomine Jeſu cōtumeliā pati. vnde Greg. Qui ſuperna deguſtat, inferiora equanimiter tolerat. Tertiū ſignū eſt deſiderium diſſoluēdi ab hoc mūdo:ſic q totus mūdus eſt ſibi quaſi crux:⁊ omnia terrena poſtponit:niſi inquantū neceſſitas requirit. Vnde apoſtolus ad Phili. j. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto. ⁊ illud pſ. Sitiuit anima mea ad deum fontē viuum. Itē illud pſ. Heu mihi q: incolatus meus prolongatus eſt. Exemplū de deſiderio celeſtis patrie. Legitur q quedā mulieres tā ſpeciali ⁊ mirabili amore diuina affectione reſolute fuerunt:vt pre deſiderio languerēt nec de lecto per multos annos niſi raro ſurgere poſſent nullā aliam infirmitatem habētes:niſi illā cuius deſiderio earum anime liquefacte cum domino ſuauiter quieſcētes q̄to ſpiritu confortabātur tanto plus corpore infirmabātur:⁊ ſic habemus q ſpiritusſanctus operatur tria in incipientibus:tria in proficiētibus:et tria in perfectis.

## ¶ De eadem feſtiuitate. Sermo. lxxiij. Quare deus ſubtrahit gratiā homini.

Spiritus meus ſuper mel dulcis. Eccli. xxiiij. ¶ Ex quo ſpiritusſanctus eſt fons totius dulcedinis:tunc queritur quare deus quandoq dilectis ſuis in preſenti ſubtrahit conſuetā gratiā ⁊ ſpiritualē conſolationē:et permittit eos quandoq diu ſtare in anxietate ⁊ amaritudine cordis. Reſpōdetur q deus hoc facit multiplici ratione. Prima ratio vt homo de ſeipſo non cōfidat:nec de ſanctitate ſua:ne reputet ſe eſſe aliquid cū nihil ſit quia qui reputat ſe aliquid eſſe ſeipſum ſeducit. Sācti eñ viri q̄to perfectiores et ſanctiores ſunt:tanto humiliores ſunt et debent eſſe:ſicut legitur de ſancto Franciſco qui dixit quod eſſet maximus peccator totius mundi. Et hoc contingit ex eo q ſeipſos cognoſcunt:et quanto plus ſeipſos cognoſcunt:tanto magis indignos ſe deprehendunt. Vnde Grego. in moral. Sancti viri quo altius apud deum virtutum dignitate proficiunt eo ſubtilius indignos ſe eſſe deprehendunt:q: dum luci

proximiores fiunt quicquid in ſeipſis latebat inueniũt. Ne ergo bonus hõ cadat in ſpiritualem ſuperbiã que aliqñ peior eſt ⁊ magis nociua q̃ ſecularis pompa: tũc deꝰ ſubtrahit ſibi quandoq; ſpiritualem conſolationem: ⁊ etiã ne hõ credat a ſeipſo habere illam gratiam: vel ex ſuis meritis: ſic cognoſcat ꝙ iſta gratia datur ſibi ex ſola dei bonitate ⁊ liberalitate: ⁊ non propter ſua merita. Nã minimã guttã grẽ ⁊ bonitatis dei nõ poſſumꝰ mereri a nobiſipſis. Nam ſi ſemper homo deuotionem gratiã ⁊ ſpiritualem cõſolationem ad libitũ haberet forte crederet hoc eſſe natura qđ eſt a ſola dei gratria. Secunda ratio eſt: quia deus vult probare hominem vtrũ vellet abire ⁊ conſolationem in creaturis q̃rere quando nõ habet a deo diuinã cõſolationem ſicut ſponſus vult probare cõſtãtiam ſponſe .i. fidem ⁊ dilectionez. verbi gratia vt ſi mercator ſimularet ſe ire ad nundinas: ⁊ tamen ſe abſcõdendo in domo maneret volẽs videre quid vxor faceret eo abſente: vel quid de eo loq̄ vellet. vel ſi de receſſu eius doleret ⁊ de reditu gauderet. ſic chriſtus tardat aliquando venire cum ſua dulcedine vt probet conſtantiam fidelis anime an velit alium virũ accipere eo abſente vel an velit ſe cõtinere propter euz: hoc eſt vtrum velit cõſolationem alienam in creaturis querere vel vtrũ velit libẽter ſine conſolatione creaturarum vel ꝓpter eum eſſe: vel vtrũ velit firmiter ſtare ⁊ nõ reccedere ab eo. Sed anima que conſolationem in creaturis querit poſtq̃ diuinaz dulcedinem amiſit facit ſicut mulier que abſente viro proprio ad aliuz ſe transfert. Debet aũt aĩa que eſt ſponſa xp̄i facere ſicut turtur que poſtq̃ perdidit ſuum maritum nõ vult aliũ recipere: neq; amodo ſuper ramũ viridem ſedere: ſed ſemꝑ gemit poſt maritum ſuũ. ſic ⁊ aĩa hoĩs dꝫ gemere poſt xp̄m cũ ſuã dulcedinẽ amiſit: et gemendo expectare donec veniat: ⁊ redeat. Tertia ratio eſt vt hõ in timore dei maneat ⁊ timeat ne forte ſponſum ſuũ .ſ. xp̄m offenderit per aliquã cauſam vel negligentiã: propter quã conſolationẽ ſpiritualez ei ſubtraxit: ſed tamen iſte timor dꝫ eſſe moderatus ne deſperet. Debet enĩ eſſe timor filialis ⁊ non ſeruilis: ſicut puer timet patrem, ⁊ tñ eũ cũ hoc diligit. Nam ſtulta ẽ illa vxor q̄ ſtatĩ credit de viro ſuo: quotiens de domo exit ꝙ velit eam relinquere pro alia vxore ſic facit anima q̄ minus xp̄m diligit. Et nota ꝙ in receſſu viri de domo ⁊ ſi ſecum tollit letitiã quã vxor habet de preſentia eius. non tñ tollit gratiã: nec põt receſſum minus diligit: ſꝫ plus diligit: ⁊ inſuper magis accendit̃ ⁊ inflammatur. ⁊ hoc eſt quod Gre. dicit ſuꝑ Cant. Spõſus abſcondit ſe aliqñ ab aĩa ſponſa ſua vt ardentius eũ econuerſo queratur ⁊ dum eũ inuenerit econuerſo diligentius ⁊ cautius cuſtodiat. Aĩa enĩ debet eſſe ſollicita ne eũ perdat ⁊ dũ eũ perdiderit magis ſollicite debet eũ querere. Et duz ecõuerſo inuenerit magis diligẽter debet eũ cuſtodire. Et ſic q̄ñq; contingit ꝙ xp̄s cuz maiori gratia redibit q̃ antea fuit cũ iſta anima. Tunc ergo in quocũq; gradu perfectionis eſ. vñ Ber. ſcriptum eſt. Si nõ in timore dñi te tenueris inſtanter cito ſubuertetur domus tua. Omne nãq; virtutuz edificium ilico vergit in precipiciũ ſi huiꝰ gratie aufers preſidium. Item Ber. Cõnexa ſunt quidem timor ⁊ religio nec manere poteſt alterũ ſine altero. Quarta cauſa eſt ne hoc ſeipſum deſtruat ⁊ corpus ſuũ nimium debilitet: q: ſi homo ſemꝑ haberet iſtam gratiam ⁊ ſpiritualem dulcedinẽ ſemper vellet ieiunare: orare: vigilare: et alios labores facere q: quicquid facit ſemper eſt ſibi dulce ⁊ totum delectabile ſtante illa gratia ⁊ ꝯſolatione. Ut ergo anime obſequium ſit rationabile: tũc deus q̄ñq; ſubtrahit homini ſpũalem dulcedinem, ſunt enĩ aliqui in pꝛĩcipio ita feruẽtes ꝙ ſe nimium deſtruunt ⁊ faciunt ſibi capita debilia ⁊ vacua ꝙ modicũ vel nihil poſtmodum poſſunt. Sed obſequium hoĩs ſecũdum apoſtoluz debet eſſe rationale vt homo ſic aſinum ſuum .i. corpus ſuum nutriat vt ſaccos portet .i. labores ſuſtineat ⁊ ſic eum domet diſcrete cum abſtinentijs ⁊ vigilijs ne laſciuiat ⁊ pondus proijciat. Deus etiam hoc facit vt homo ſuam propriam infirmitatem cognoſcat. Nam cum



chriſtus preſens eſt per ſuã ſpũalem dulcedinẽ videtur homini ꝙ fortis ſit ad totum onus laboris .ſ. mane ſurgere: orare: legere: ieiunare: ⁊ male comedere: ⁊ proclamari: ⁊ vilipẽdi ⁊ quicq̄d ei iniũgitur leue eſt ⁊ eũ non grauat: ⁊ quare hoc: quia dñs ſupponit manũ ſuã ⁊ ſubleuat totũ onus. Sed ſubtracta gratia totũ graue erit qđ antea leue fuit. Apl̄s. ad Phil. iiij. Omnia poſſum in eo qui me cõfortat. Sed ecõuerſo chriſtus dicit: vt habet̃. Jo. xv. Sine me nihil poteſtis facere. Quinta ratio eſt: ne homo alios deſpiciat ⁊ ꝓpter hoc alios de facili iudicet: ſed vt alijs infirmis cõpatiatur. Sunt enim aliqui qñ deus eis aliquã gratiã facit: tũc ſtatim iudicãt ⁊ deſpiciũt alios qui forte ſi haberẽt illaz gratiã plus facerẽt q̃ ipſi. Lu. vj. Nolite iudicare ⁊ nõ iudicabimini: nolite condẽnare ⁊ non condẽnabimini. Greg. Uera iuſtitia cõpaſſionem habet: ergo cõpati debemus debilioribus ⁊ imperfectis. vnde Greg. In tanto quiſq; perfectus eſt in q̃to perfecte ſentit dolores alienos. Sexta ratio eſt ꝓpter tepiditatẽ: ſcꝫ ꝙ homo nõ vult feruẽter ⁊ fortiter operari ⁊ vti illa gratia ſibi data. ſed qñ ita tepide operatur: tũc deus q̄ñq; illã gratiam datã ſibi ſubtrahit. Igitur admonet nos apoſtolus. ij. Cor. vj. dicẽs. Hortamur vos ne inuacuũ gratiã dei recipiatis. Qui ergo vult eſſe inutilis ſeruus ⁊ laborare cum bonis ſiue cõmiſſis a dño dignũ eſt vt dominus ſibi ecõuerſo recipiat bona cõmiſſa ſicut dicit euangeliũ de iſto ſeruo qui habuit vnum talentũ ⁊ fuit piger ⁊ abſcõdit illud: igitur fuit ſibi ablatũ ⁊ alteri datum. Si enĩ volumus vti gratia virtute ⁊ fortitudine quã iam habemus: tũc deus augmẽtat nobis iſtam gratiã habitã: ſed ſi volumus negligẽter agere: tũc deus aufert a nobis gratiã quam iam dedit. vnde ſcriptũ eſt. Maledictus hõ qui facit opus dei negligẽter: ergo cũ deus ſubtrahit tibi gratiã: tunc cogitare debes ꝙ deus hoc facit propter tepiditatẽ ⁊ laſſitudinẽ tuã: quia ſi alius talem gratiã habuiſſet multo feruẽtius deo ſeruiuiſſet. Septima ratio eſt: propter peccata venialia a quibus ſe non cauet. Sũt enim peccata venialia: ſicut gutte aque que licet nõ poſſunt ignẽ totaliter extinguere charitatis: tamen faciunt ꝙ ignis non poteſt ita feruẽter ardere: ⁊ ita virtuoſe operari: quia quicũq; debet ſibi acquirere gratiam: cõſolationẽ ac dulcedinẽ de qua hic loquitur: oportet hoc fieri per magnos labores. Sed quia venialia impediunt ꝙ homo fortiter non poteſt operari: conſequẽter propter venialia impediturꝰ homo ne ad tantã dulcedinẽ perueniat: ergo anima debet eſſe ſollicita: et non ſolum ſe cauere a peccãtis mortalibꝰ: ſed etiam venialibꝰ inquantũ poteſt. Etiã dulcedo gratie amittitur quãdoq; per immundas ⁊ importunas cogitationes quibus homo non tam cito reſiſtit: ſed in eiſdem aliqualiter delectatur. Eccl̄a. x. Muſce morientes comederũt ſuauitatem vnguẽti. Sed queritur an cogitationes que homini incidunt contra voluntatẽ ſuã noceant. Reſpondetur ꝙ ſignanter cum non delectatur in eiſdem nec dat eis cõſenſum. Grego. Non eſt cogitatio tam immunda que mentem polluat ſi ratio non cõſentit. Octaua ratio eſt propter nimiã ſollicitudinem ⁊ occupationẽ temporaliũ: vt cum homo ſe nimiuz occupat ⁊ ſollicitat circa iſta tẽporalia ⁊ mundana ſicut cõquerebatur beatus Greg. in dia. ꝙ quando fuit in monaſterio abſtractus a ſecularibꝰ negotijs ⁊ liber incorde ab illis: tũc magis fuit quietus in corde ⁊ pacificus cum deo q̃ quando fuit in officio cure paſtoralis: ſcꝫ quando ſublimatus fuit in papam: q: deus vult habere liberum ⁊ mundum cor ab omnibus curis ⁊ ſollicitudinibꝰ mundanis. vnde dicit per prophetã. Ducam eum in ſolicitudinem ⁊ ibi loquar cum eo: ideo petit Dauid dicens. Quis dabit mihi pẽnas ſicut columbe ⁊ volabo ⁊ requieſcam. Nona cauſa eſt propter hoc: quia quando q̄s querit conſolationem ⁊ delectationem in iſtis delectationibus mundi ⁊ conſolationibus creaturarum: tamen non poteſt habere conſolationem diuinam: quia ſunt cõtraria. Bernar. Delicata eſt conſolatio diuina: ⁊ non datur admittẽtibus alienam. Exemplum huius habemus in tribus regibus quos ſtella dominũ ab oriente per-

duxit:qui dū intrauerūt hieruſalē ⁊ que=
ſierunt de rege iudeorū vbi nat⁹ eſſet p=
diderunt ſtellā ſuper quo dicit Gre.Qñ
dū magi queſierunt cōſilium humanum:
perdiderūt conſilium diuinū.Quidam in
iſto volūt delectari in cibo ⁊ potu ⁊ veſti
bus precioſis in amicis: in vxore:in filijs:
⁊ in gaudijs mūdanis ⁊ cū hoc etiā que=
runt conſolationes diuinas in pſenti:ſed
decipiunt ſeipſos. Unde Augu.v.confeſ.
Gaudiū diuine dulcedinis nō deguſtas
ſi carnali delectatiōe cor maculas. x De
cima ratio eſt ꝓpter nimiā reuelationē.ſ.
qñ nimis homo reuelat gratiā ſibi a deo
datā et iactat ſe inaniter de donis diui=
nis.Exemplū legitur de quodā conuerſo
fratre qui poſt lōgos labores orationes
⁊ ieiunia meruit ꝙ in ſuſceptione venera=
bilis ſacramēti ſenſit inenarrabilē dulce=
dinē ⁊ delectationē in ore ⁊ in toto corpo=
re ſuo ita ꝙ iſta delectatio ⁊ dulcedo fuit
ſibi ſuper oēm humanam eſtimationem
⁊ dulcedinē mundi:qui veniēs ad quendā
fratrē petiuit ſibi dari oſculū ab illo pu=
tans ꝙ ille etiā deberet ſentire illā dulce
dinē,tunc ſtatim illa dulcedo euanuit.et
poſtea eam nūꝙ̄ habere potuit.Ergo qñ
homo ſentit dulcedinē diuine gratie tunc
dꝫ ſe humiliare et deo in humilitate cor=
dis gratiarū actiōes referre: qꝛ ſuperbia
et elatio ſpūalis eſt valde nociua.Unde
Iſid.de ſum.bo. Non te arroges : non te
iactes:non inſolenter extollas:nihil de te
pſumas:nihil boni tibi tribuas.vñ exem=
plum.Fuit qdā frater in monaſterio quo=
dam multum verboſus ⁊ ſemel accidit ꝙ
loquebat̃ de non ſibi cōmiſſis:tūc abbas
ſibi dixit serioſe.Uade ⁊ tace:qui recedēs
ab abbate ⁊ cordi ſuo imprimens iſta ver=
ba abbatis: amplius in iſto monaſterio
ſemper ſilentiū tenuit.⁊ cū ſic tacuit tūc
ab intra in ſpiritu tm̄ profecit ꝙ deus ſibi
quedam ſecreta reuelauit.Et alij fratres
mirabantur de taciturnitate ſua.Accidit
aūt ꝙ quidā eremita in ſylua non longe a
monaſterio infirmabat̃: qui miſit ad ab=
batem vt ad eū veniret ⁊ ſibi eccleſiaſtica
ſacramēta porrigeret. Tūc abbas ſum=
pſit ſecū illū taciturnū ⁊ iuit cū ſacramē=
tis ad procurandum et cōicandum illum
eremitā.Et in via quidam latro audiens
campanā paruam ſecutus eſt eos vſq̄ ad
cellā eremite ⁊ manſit foris reputans ſe
indignū ꝙ deberet intrare cellā tam ſan=
cti viri.Sed poſtꝙ̄ eremita confeſſus eſt
⁊ cōicauit.tūc latro ſtās prope ianuam cū
humilitate cordis ſui dixit.O ſi eſſem ta=
lis qualis tu es . Et eremita in elatione
mētis ⁊ complacentia ſuijpſius dixit.Hoc
libenter deberes velle ꝙ eſſes talis ꝗlis
ego ſum.Tūc frater ille taciturnus cepit
flere amare ⁊ poſtꝙ̄ abbas ⁊ frater ille re
ceſſerunt tūc latro iſte a remotis cucurrit
poſt eos ⁊ inuocauit deū vt ſibi daret con
tritionem verā ⁊ vite emendationē: quia
iam ꝓponeret illi abbati confiteri ⁊ am=
plius nunꝙ̄ peccare vellet : ⁊ ſic in veloci
curſu cecidit et mortuus eſt immediate.
Quod videns ille frater cepit letāter ri=
dere.Sed poſtꝙ̄ abbas cum iſto fratre
ad conuentum redijt queſiuit ab iſto fra=
tre quare ſic taceret.Et reſpondit. Pater
ſemel dixiſtis ad me vade et tace. Ab illo
die ſemper tacui niſi interrogat⁹ fuiſſem.
Tunc abbas dixit.Quare tu fleuiſti cum
illum ſanctum eremitam communicaui ⁊
quare tu riſiſti cum ille malus latro poſt
nos cucurrit volens nos ſpoliare vel occi=
dere:et ſic peccando in peccatis ſuis obijt
tunc frater reſpondit. Pater cauſa fletus
mei fuit iſta quia cum communicaſtis il=
lum eremitam infirmum : tunc latro ſte=
tit foris ianuam dicēs ex humilitate cor=
dis. O ſi eſſem talis qualis tu es.Et e=
remita reſpondit in elatione mētis. Hoc
poſſes libenter velle.Et ſic mortuus eſt
⁊ dannatus:ideo fleui.Sed latro qui poſt
nos cucurrit habuit firmum propoſitum
confitendi et non ſpoliādi nos nec occi=
dendi.Et ſic currens cecidit ⁊ obijt:et an=
geli eius animam rapuerunt ⁊ ad celum
cum gaudio deduxerunt:quia ſua contri=
tio fuit tanta quod deleuit penam et cul=
pam:ideo riſi.

Ad idem feſtum.Ser.
lxxiij.de donis ſpirituſ=
ſancti.



Repleti ſunt omnes ſpiritu=
ſancto. Act.ij. Ex quo iam
iſtis ſacris diebus ſpirituſ=
ſancti miſſio peragitur tunc
aliquid de donis ſpirituſ=
ſancti pro preſenti ſer.dicē=
dum eſt.Unde ſciendū quod ſeptem ſunt
dona ſpiritusſancti:que ideo ſunt ſeptē:
qꝛ per ea ſeptem vitia capitalia expellun=
tur. A primum donum eſt timor domini.
de quo dicitur Eccli.j.Timor dñi initium
ſapientie.Quod donū cordi noſtro adue=
niens multa bona nobis ꝯfert. Primo do
cet pterita mala emēdare.Eccli.j.Timor
dñi expellit peccatū.Secundo docet bona
operari.Eccl.xv.Qui timet deū faciet bo=
na.i.qui timet deū nihil negligit. Tertio
timor conſeruat hominem in bono.Eccli.
xxvij.Si in timore dñi non tenueris te in=
ſtanter cito ſubuertetur domus tua.Ber.
in tractatu de ſeptē donis.Cōnexa ſunt
quidē timor et religio.nec manere poteſt
alterū ſine altero.Bernardus. In verita=
te nihil valet ad gratiā promerendam cō
ſeruandā ⁊ recuperandā:ꝙ̄ ſi videaris nō
alta ſapere ſed ſemper timere. Quarto ti
mor dñi miſericordiā meret̃.ps: Qūo mi=
ſeret̃ pater filiorū miſertus eſt dñs timē=
tibus ſe.Quinto timor cōfert homini ꝓ=
longationē vite ⁊ tpalium ꝓuiſionē.Pro=
uerb.x.Timor dñi apponet dies.ps. Ti=
mete dñm oēs ſancti eius quoniam nō eſt
inopia timentibus eum.Sexto facit ora=
tionē exaudiri.ps.Uoluntatē timentiū ſe
faciet ⁊ deprecationē eorū exaudiet:⁊ ſal
uos faciet eos Septimo gl'iam eternā me
retur.Prouer.xxviij.Btūs homo qui ſem=
per eſt pauidus.Eccl.xxv.Btūs vir cui do
natū eſt habere timorē dei.Greg. Ubi ti=
mor nō eſt ibi ſalus non erit.Hi ſunt ſeptē
fructus quos confert donū timoris qđ eſt
primū donū ſpirituſſancti.Et hoc primū
donum timoris expellit primū peccatum
mortale.ſ.ſuperbiā. Nam timor domini
humiliat hominem:ſuperbia vero eleuat.
Eccl.x.Odibilis eſt coram deo et hoībus
ſuperbia.Et ꝙ̄to homo ſe hic magis ex=
altat tanto magis in futuro humiliabit̃.
Lu.xviij.Omnis que ſe exaltat humilia=
bitur:ergo vt in futuro exaltemur humi=
liemus nos hic corā deo in timore dñi.j.
Pe.v.Humiliamini ſub potēti manu dei
vt vos exaltet in die viſitatiōis.Ber. So=
la humilitas eſt que exaltat.ſola que du=
cit ad vitā.Scōm donū eſt donū pietatis.
vnde ſciendū ꝙ triplex pietas eſt haben=
da.Prima ad deū ⁊ iſta debet eſſe in bo=
na confidentia quam habere debem⁹ ad
deū. Primo in temporali prouiſione. ps.
Iacta cogitatū tuum in dño:⁊ ipſe te enu=
triet.Idem.nunꝙ̄ vidi iuſtum derelictū.
Hec cōfidentiā tollit nimiam ⁊ ſuperfluā
curam ⁊ ſollicitudinē temporaliū quā illi
auari habent qui nūꝙ̄ ſatiantur:ſed ſem=
per timent ſibi deficere:et cū magna ſolli
citudine procurant ſibi temporalia quaſi
ſemper deberent viuere et forte in breui
moriuntur.Luce.xij.Stulte hac nocte re=
petent animam tuā ⁊c.Contra quos dicit
chriſtus Matt.vj.Nolite ſolliciti eſſe di=
centes.Quid manducabimus aut quid
bibemus:nonne anima plus eſt ꝙ̄ eſca:et
corpus eſt plus ꝙ̄ veſtimentum.q.d.Si
dat maiora.i.vitam et corpus etiam dat
minora.i.cibum et veſtimentum.Secun=
do in ſpiritualibus ſcilicet ꝙ̄tum ad ani=
mam.ps.Sperantem autem in domino
miſericordia circum.et ſic tollitur deſpera
tio que eſt peior omni peccato. Iſid.de
ſum.bo.Deſperatio auget peccatum.De=
ſperatio eſt peior omni peccato Chry.in
ſer.Nihil enim ſic deum offendit ꝙ̄tum
deſparatio. Tertio in eternis.i.in remu=
neratione celeſtium bonorum. Iohānis
xij.Nolite timere puſillus grex:Compla
cuit enim patri veſtro vobis dare regnū.
Hanc fiduciam non debemus habere ex
noſtris meritis:ſed ex meritis ieſu xp̄i qui
eſt redemptor noſter quē pater nobis de=
dit.Ro.viij.Quomodo non etiam cū illo
oīa nobis donauit.In ſignum huius xp̄s
habuit in cruce latus apertum : quia per
eum regnum celorum intramus. Ipſe em̄
nobis per ſuam paſſionem ianuam celi
reſerauit. contra hoc ſunt illi puſillani=
mes qui quando audiunt aliquid de di=
uina iuſtitia immediate perterriti dicūt:
ego nunꝙ̄ ſaluabor: et ſic diffidere de

eterna ſaluatione eſt diabolicũ:qꝛ omni
ſpe ſaluationis diabolꝰ priuatus: ſed nos
xp̄ani firmiter in deũ ſperare debemus:
qꝛ ipſe eſt qui ſaluos facit ſperãtes in ſe.
Sc̄da pietas eſt quo ad ſeip̄m:et illas dꝫ
eſſe in miſeratione anime proprie.Eccli.
xxx.Miſerere anime tuncplacens deo.B
Unde ſciendũ ꝙ ſex opera miſericordie
debemus exhibere aı̃e noſtre. Primo de-
bemus eam cibare:⁊ hoc fit primo qñ di-
gne cõmunicamus ſacramentũ euchari-
ſtie vel etiam qñ deuote audimus verbũ
dei.Mat.iiij.Non in ſolo pane viuit hõ:
ſed in omni verbo qđ procedit de ore dei.
Gre.Cibus mẽtis eſt verbum ei.Sed heu
plures ſunt q̃ corpus omni die cibant:ſed
animã raro cibãt audiendo verbũ dei qđ
malum eſt ſignum.Johã.xiij.Qui ex deo
eſt verbũ dei audit ꝓpterea vos nõ audi
tis:qꝛ ex deo nõ eſtis.Secundo debemꝰ
cũ eo tare cum calice tribulationis ⁊ pa-
tientie quẽ xp̄s per ſe bibit et propinauit
nobis.Mat.xx. Poteſtis bibere calicem
quẽ ego bibiturus ſum.Tertio veſtire cũ
charitate dei ⁊ ꝓximi:quia hec eſt veſtis
nuptialis vite eterne.Ma.xxij. Amice q̄o
huc intraſti.non habẽs veſtem nuptialẽ:
per quã veſtẽ cognoſcũtur filij dei.Joh.
xiij.In hoc cognoſcent homines qđ eſtis
mei diſcipuli ſi dilectionẽ habueritis ad-
inuicẽ.Quarto hoſpitare qđ fit per pñiaꝫ
quã agimus ꝓ peccatis noſtris:qꝛ cũ hõ
eſt in peccato mortali tũc facit manſionẽ
in inferno.p̄s.Appropinquauerũt vſqꝫ ad
portas mortis:ſed qñ pñiam agit tũc pre
parat ſibi manſionem in celo.Matt.iiij.
Pñiam agite appropinquabit em̄ regnũ
celorũ.Quinto debemꝰ aı̃am noſtrã viſi-
tare ⁊ hoc fit qñ fragilitatẽ noſtrã penſa-
mus:et pctã noſtra cũ amaritudine cor-
dis recolimus vt cũ ꝓpheta dicere poſſi-
mus.Recogitabo tibi oẽs annos meos in
amaritudine aı̃e mee.Sexto debemus eã
de carcere huiꝰ mundi educere:⁊ hoc per
deſideria ſupernorũ.vnde Apl̄s Coll.iij.
Que ſurſum ſunt querite:nõ que ſup ter
ram.Itẽ noſtra cõuerſatio in celis eſt. C
Tertia pietas eſt quo ad proximũ:et iſta
primo exhibetur in dãdo.eccl.Ante mor-
tem benefac amico tuo.i.xp̄o qꝛ eleemo-
ſina in vita multo melior eſt q̃ poſt mor-
tem: qꝛ vnus denarius datus pro deo in
vita eſt melior q̃ centum poſt mortẽ.Se
cundo exhibetur ꝓximo commodãdo.p̄s.
miſeretur ⁊ cõmodat e:ſemẽ illus in bene
dictione erit.et de hoc gaudet xp̄s ⁊ tota
celi curia:qꝛ ſumus inuicem mẽbra:⁊ erit
homini valde meritoriũ. Lu.vj.mutuum
dãtes nihil inde ſperantes.Tertio in di-
mittẽdo ꝓximo.Luc.vj.Dimittite dimit-
temini.Augu.in enchiridion.Ea eleemo-
ſyna nihil eſt maius que ex corde dimitti
mus qđ in nos quiſqꝫ peccauit. Quarto
facta ꝓximi nõ in malũ iudicãdo:ſꝫ ſemp
ad partẽ meliorẽ interpretãdo.Uñ Aug.
ſuper illo verbo Mat.vij.Nolite iudica-
re ⁊ nõ iudicabimini:hoc loco nihil aliud
precipi eſtimo.niſi vt ea facta que dubia
ſunt quo aı̃o fiant in meliorẽ partem in-
terpretemur.Ubi notandũ ꝙ quilibet te-
netur omnia dicta ⁊ facta proximi in me-
liorem partem interpretari:niſi ſint mani-
feſta mala Apl̄s ro.ij.Quo iudicio alium
iudicas teipſum cõdemnas.Sed diceres
vnde oritur ꝙ aliqui oı̃a que vident vel
audiunt de ꝓximis ſemper in malũ inter-
pretantur.Rñdeo ꝙ hoc ex duobus pro-
uenit.Primo qꝛ ipſi mali ſunt.Chry.Oı̃s
homo ſc̄dm ſe eſtimat alterũ idem.Sicut
difficile aliquẽ ſuſpicatur malũ qui bonꝰ
eſt:ſic difficile aliquẽ ſuſpicatur bonũ qui
malus eſt.Sc̄do qꝛ male afficitur ad illũ
quẽ iudicat.Aug.Certũ eſt quod de ma-
lo incerto neminẽ iudicaret quem tanq̃
meipſum diligerẽ:ſed ⁊ defenderẽ ⁊ excu-
ſarem q̃diu in publicũ non prodiret.Sed
qꝛ charitatẽ perdidimus faciliter alteru-
trum iudicamus:et ergo oı̃s qui aliũ iu-
dicat oſtendit ſe vacuum a gratia dei et
charitate proximi.Sed qui bona ſuſpi-
catur de proximis eſt ſignum perfectio-
nis et bonitatis.Gre.in mora.Quanto
vos in bono perficitis:tanto etiam bona
de alio ſentitis.D Tertium donũ eſt do-
num ſcientie qđ donum tria docet.Primo
docet te cognoſcere teipſum ſcꝫ quis es
quid fuiſti:et q̃d eris.Bern.Cogita ergo
vnde veneris:⁊ erubeſce: vbi es ⁊ ingemi



ſce:quo properas ⁊ pertimeſce.Itẽ cogno
ſce te per culpã actualẽ fieri deo exoſum.
Sap̄.xiiij. odio ſunt deo impius ⁊ impie-
tas eius. Eccl.xij. Altiſſimus odio habet
peccatores. Itẽ per culpã eris maledictꝰ.
p̄s.Maledicti qui declinant a mandatis
tuis.Et inſuper debitor mortis eterne nõ
ſolũ temporalis vt iumentũ Ezech.xviij.
Anima que peccauerit ipſa morietur. Sed
econuerſo:cognoſce ꝙ gratia facit hoı̃em
filiũ dei ⁊ heredẽ.Ro.viij. Si filij ⁊ here-
des. Itẽ facit hominem beatũ.p̄s. Beatꝰ
po.cu.eſt dñs deus eius. Itẽ gratia facit
hoı̃em etiaꝫ eſſe benedictũ. Deut.xxviij.
Si precepta mea audieris benedictꝰ tu
in ciuitate: ⁊ bñdictꝰ tu in agro. Et ergo
hoc nomine deus bonos nominabit qui
erunt ad dexterã eius dicens.Math.xxv.
Uenite benedicti patris mei poſ.Secũdo
donũ ſcientie docet cognoſcere deum.
Primo in inq̃tũ eſt creator tuꝰ ⁊ tu cre-
tura eius.p̄s.Ip̄e fecit nos ⁊ nõ ipſi nos.
⁊ ſic teneris ei obedire tanq̃ creatori tuo.
Secundo inq̃tum eſt dominus tuus ⁊ tu
ſeruus eius:⁊ ſic teneris ei fideliter ſerui
re tanq̃ ſeruus fidelis domino. Tertio
inq̃tum eſt pater tuus ⁊ tu filius eius:⁊
ſic teneris ei exhibere honorem ⁊ reuerẽ-
tiam.Quarto inq̃tum eſt redemptor tuꝰ
et ſic teneris eum diligere. Joannis.xv.
Maiorẽ charitatem nemo habet ⁊c.Quin-
to inq̃tum eſt futurus iudex tuus:⁊ ſic re
neris eum timere in omnibus verbis ⁊ fa-
ctis ſiue comedendo ſiue bibẽdo ſiue dor-
miendo ſiue vigilando. E Tertio do-
cet donum ſcientie cognoſcere proximos
ſcilicet quomodo omnes homines tam di
uites q̃ pauperes tam nobiles q̃ ignobi-
les ſunt ſimiles in quatuor. Primo enim
homines ſunt ſimiles ex parte principij:
quia oẽs ab vno deo ⁊ ab eodẽ luto forma
ti ſunt ⁊ oẽs nudi ⁊ pauperes nati. Job.
xxxiij.Ecce ⁊ me ſicut te fecit deꝰ ⁊ de eo-
dem luto ego quoqꝫ formatus ſum.Sap̄.
vij.Nemo ex regibꝰ aliud habuit natiui-
tatis initiũ.Sc̄do ſumus ſi̇les ex parte me
dij:quia oẽs mortales ex breui vita ſumꝰ
tam diuites q̃ pauperes.eccli.x. Oı̃s potẽ
tatus breuis vita.Job.xiiij.Breues dies
hoı̃s ſunt. Tertio ex parte finis: qꝛ oẽs
hoı̃es in eandẽ mortẽ et putredinẽ redu-
cunt.Job.xvij.Putredini dixit pater meꝰ
es ⁊c.Hoc patet in oſſibꝰ mortuorũ:qꝛ ibi
nulla eſt diſtinctio inter nobiles ⁊ ignobi
les.Quarto ex parte iudicij quia oẽs ſub
vno iudice rationẽ reddere cõpellimur.
ij.Cor.v.Oẽs nos manifeſtari opꝫ ante
tribunal xp̄i ⁊c.⁊ Act.Ipſe eſt qui cõſtitu
tus eſt a deo iudex viuorũ ⁊ mortuorum.
Et cũ hanc equalitatẽ cognoſcimus: tunc
nos mutuo diligere debemꝰ:et vnus aliũ
nõ ſpernere.Unde Gre.Oẽs fratres ſumꝰ
vnius imperatoris poteſtate conditi ⁊ ſan
guine ipſius redempti.Et idcirco fratres
noſtros q̃uis paupes ⁊ abiectos in nullo
deſpicere debemꝰ.Aug.de doctrina xp̄ia.
Ego vero interrogabo te ſericatũ ⁊ pau
perem pannoſum nõ quales in veſtibus
ſitis:ſꝫ quales nati fueritis.Certe ambo
nudi ambo infirmi:ambo vitã miſerrimã
inchoãtes:⁊ ob hoc ambo plorãtes qñ na
ſcebamini infantes:⁊ illud donũ expellit
inuidiã que cõtraria eſt charitati: qꝛ gau
det de malis et contriſtatur de bonis qđ
eſt diabolicũ:ergo inuidi ſunt a deo male
dicti.Eſa.v.Ue q̃ dicitis bonũ malũ ⁊ ma
lum bonũ:⁊ tales inuidi ſunt filij diaboli.
qꝛ ſicut charitas ẽ ſignũ filiorũ dei.Joh.
xiij.In hoc cognoſcẽt oẽs qꝛ mei eſtis di-
ſcipuli ſi dilectionẽ habueritis adinuicẽ.
ſic inuidia eſt ſignũ filiorũ diaboli.Quar
tum donũ eſt donũ fortitudinis.Uñ ſcien
dũ ꝙ deus non querit fortitudinẽ corpo-
ris ſed ſpũs.Neemie.viij.Gaudiũ em̄ dñi
eſt fortitudo noſtra. F Eſt ergo ſciendũ
ꝙ ſpũſſanctus per donũ fortitudinis tripli
citer cõfortat hoı̃em.Prĩo in tolerãdo ad-
uerſitates patienter. Theſ.iij. Patientes
eſtote ad oẽs.Secũdo cõfortat nos ſpũſ-
ſanctus per donũ fortitudinis ad vincen
dum diabolũ.Jac.iiij.Reſiſtite diabolo ⁊
fugiet a vobis.Tertio confortat ad ope-
randũ bona opera.Joh.ix.Operari opor-
tet donec dies eſt;qꝛ veniet nox cũ nemo
operari põt.Aug.Inutiliter in hoc tempo
re viuitur niſi ad acquirẽdũ meritũ labo-
retur quo in eternitate remuneretur:quia
bona opera ornant ⁊ comitantur animaꝫ

cū oēs amici eā deſerūt. Apo. xiiij. Opera
enim illoꝝ ſequunt̄ illos. ⁊ tūc pro eis re=
munerentur in vita. b. hiero. Unuſquiſq̄
ſm̄ opera ſua mercedē accipiet ¶ Quin=
tum eſt donū cōſilij. Nota ꝙ ſpūſſanctus
vult ꝙ a trib⁹ debemus querere cōſilium.
Primo a deo. Thobi. iiij. Benedic deum
⁊ pete ab eo vias tuas dirigat: ⁊ oīa cōſi=
lia tua in ipſo permaneāt. Eccli. xxxvij. In
oībus deprecare cōſiliū altiſſimi. ſcd̄o que
rere debemus cōſilium a proximo noſtro
cōſcientioſo ⁊ diſcreto ⁊ timēti deū qui ha
bet ſciētiam ⁊ vitā: ⁊ nō ab aliquo qui eſt
diſſolutus ⁊ male vite. Unde. Ambro. li. ij.
de offi. Quis vtilē iudicet aliene cauſe quē
videt inutilē vite ſue. Eccli. xiiij. Qui ſibi
eſt neq̄ cui bon⁹ erit. Tertio querere de
bemus cōſilium a propria conſcientia. Ec=
cleſi. xxxij. Omnia fac cū cōſilio: ⁊ poſt fa=
ctum non penitebis: q̄ ſicut qs vellet alijs
cōſulere: ſic ⁊ ſibijpſi debet facere. Et illud
donū ſpirituſſācti expellit auaritiā: ⁊ hoc
fit cū ſpirituſſanctus per donū cōſilij cōſu
lit terrena deſpicere celeſtia appetere: q̄
terrena modicū valent in preſenti vita: q̄
ſolum ad ſuſtentationē corporis ⁊ in mor
te nihil proſunt. Prouer. xi. nō proderūt di
uitie in die vltionis. Item q̄ non poſſunt
transferri ad aliud ſeculū. Jo. xvij. Diues
cū dormierit nihil ſecū aufert. Item poſt
mortem ſepius nocēt multis quādo reddi
turi ſunt rōnē de ipſis tpalib⁹ quō lucrata
ſint: quō poſſeſſa: ⁊ quō expēſa ſint ad mini
mū quadrantē. Sed ſpūalia bona ſunt ap
petenda: q̄ valent in vita ⁊ hoc fit cū fa=
ciunt opera noſtra meritoria. Itē in mor=
te: q̄ faciunt hominē feliciter mori. Item
poſt mortē: q̄ eternā vitam tribuūt. Ber.
in epl̄a. Bona mors iuſti ꝓpter requiē: me
lior ꝓpter nouitatem: optima propter ſecu
ritatem. Dama. lib. iiij. Mors ſanctorum
ſomnus magis eſt q̄ mors. Laborauerūt
enim in preſenti ſeculo vt viuant in ſecu=
lum. Sextum donū eſt intellectus. ꝑ illud
donum ſpirituſſanctus docet nos intelli=
gere deum in nobis ⁊ in creaturis. Nam
per magnitudinem ⁊ latitudinem huius
mundi potētiam dei agnoſcimus: q̄ ipſe
eſt omnipotens qd̄ in hoc patet cū poſſet
adhuc īfinitos mūdos ex ſua potētia crea
re. Itē per decorē celi ⁊ mundi ⁊ creatura=
rum ſapiētiam dei intelligim⁹. Itē per bo
nitatem ⁊ vtilitatē creaturarū: dei boni=
tatem intelligim⁹. ergo quādo vides ali=
qua pulchra ⁊ dulcia guſtas: ꝑ hoc intelli=
gere ⁊ cogitare debes celeſtia. Ber. Dul=
cedo omniū creaturarū ſi qs iuſte aduer
tit nihil aliud eſt niſi ꝙ ad iſtā dulcedinē
eternā nos inuitat: ⁊ illud donū expellit
peccatū gule: q̄ per donū intellectus ſu=
mimus cibū ⁊ potū ⁊ vtimur creaturis dei
ad honorē ipſius ⁊ ad vtilitatē noſtrā: et
ſic reſecatur ſuꝑfluitas gule. Septimū do=
num eſt donū ſapiētie. Sciendū ꝙ ſapien=
tia dicitur quaſi ſapida ſciētia: q̄ per hoc
donū ſpirituſſanctus dat nobis ſapere ce=
leſtia que dulcedo precellit oēm dulcedi=
nem huius mundi. vnde baſi. O dulcedo
melliflua dulcedo mirāda q̄ dulcis es in
meditatione ſed dulcior in oratione dul=
ciſſima in cōtemplatione: ſed ſuperdulciſſi
ma in beatitudine: immo tanta dulcedo
eſt in eterna patria qd̄ eſt inexplicabilis
⁊ interminabilis vnde tanta eſt dulcedo
ꝙ ſi celū aperiret̄ ⁊ minimū gaudiū alicu
ius parui ſancti videret̄ q̄uis a nobis re
moti ſint: tamē totus mūdus ſufferre nō
poſſet hoc gaudiū. Si autē poſſibile eſſet
ꝙ ſufferre poſſet: tunc nullū cor eſt adeo
triſte qn̄ letificaret̄: nec aliqua pena eſt tā
amara quā homo ſentiret ſiue ignē ſiue
aquam bullientē: immo nec ipſam mortē
corporalē: quid tunc erit cum nos illuc ve
nerimus: ⁊ cum deo ⁊ cū omnibus ſanctis
gaudebimus. Deū videre eſt ita delecta
bile ꝙ Augu. dicit ꝙ potius vellet eſſe in
inferno ⁊ deum videre q̄ in celo ⁊ eius vi
ſione carere. vnde pſ. Quoniam mille an
ni ante oculos ⁊c. Et illud donum expellit
peccatum luxurie: quia ſecundum Gre
go. Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro.
Augu. Gaudium diuine dulcedinis nō de
guſtas: ſi carnali delectatione cor macu
las.

¶ De vocatione hominis
ad gratiam. Sermo
lxxiiij.



NEmo pōt venire ad me niſi
pater q̄ miſit me traxerit eū.
Jo. vj. Sciendū ꝙ circa ver
ba predicta tria ſunt dicen
da. Primo modo quomodo
deus trahit ⁊ vocat homi=
nem multipliciter. Secūdo quomodo ali=
qui nō audiunt: ⁊ aliqui audiunt ⁊ nō ape
riunt. Itē aliqui audiūt ⁊ aperiunt ſed eū
diu nō retinēt aliqui audiūt ⁊ aperiūt ⁊ ſe
cum manere permittūt. Tertio qd̄ ſentiē=
dum ſit de predeſtinatione. ¶ Quātum
ad primū ſciendū ꝙ deus trahit ⁊ vocat
ad ſe nos multipliciter. Primo per inter=
nam inſpirationē pſ. Audiam qd̄ loquat̄
in me deus: q̄ bone inſpirationes ſunt a
deo. Aplſ. ij. Cor. iij. Nō ſumus ſufficien
tes cogitare aliqd̄ quaſi a nobis. vn̄ quo=
tiens cogitationes bonas habuiſti: to=
tiens vocatus es a dn̄o: ſed nūq̄ vel raro
eſt aliqua dies qn̄ hō habeat plures bo=
nas cogitationes. ergo nūq̄ eſt dies quin
de⁹ trahat ⁊ vocet nos ad ſe. Job. xiij. Uo
cabis me ⁊ ego re. ti. Hec reſponſio nihil
aliud eſt niſi ꝙ qn̄ homo h̄z bonā cogita=
tionē ꝙ intelligat eam eſſe diuinā vocatio
nem ⁊ ei acquieſcat. Secūdo vocat homi=
nem per predicationē exteriorē qd̄ cōtin=
git cum in ore predicatoris tm̄ ſunt verba
vite que lz ſonēt ex ore predicatoris: tamē
ſunt verba dei. Mat. x. Non em̄ vos eſtis
qui loquimini: ſed ſpūs patris veſtri q̄ lo
quitur in vobis. ⁊ Luce. x. Qui vos audit
me audit. Quod em̄ xp̄s predicatores tan
q̄ nuncios mittat vocare inuitatos ad nu
ptias patet Matth. xxij. vbi dicitur. Miſit
ſeruos ſuos vocare ad nu. īuitat. In qua
vocatione relucet ſuper nos magna ⁊ ſin=
gularis dei miſericordia: q̄ multis in in=
credulitate ſua dimiſſis vocat nos ſingu=
lariter: ⁊ ideo ſi hac gratia vocationis abu
timur euangelio nō credētes ⁊ gratiā voca
tionis cōtemnētes grauius his quib⁹ non
eſt miſſa talis vocatio condēnabimur. Jo.
xv. Si nō veniſſem ⁊ eis locutus nō fuiſſē
peccatum non haberent: nunc autem ex=
cuſationē de peccato ſuo non habent. er=
go talis vocatio ad nos miſſa per predica
tores cū omni reuerētia ⁊ deuotione eſt
audienda tanq̄ verū verbū dei. Augu. in
lib. de diſ. xp̄ia. xp̄s eſt qui docet audiam⁹:
tuncamus: faciamus. vnde Glo. ſuꝑ Luc.
Beati qui audiunt verbū dei ⁊ mente re=
condunt ⁊ opere cōplent vt poſſideant vi
tam eternā. ¶ Tertio vocat ꝑ exēpla ſan
ctorū ⁊ bonorum hominū: ergo quotiens
audis vel vides hominē virtuoſum totiēs
pulſat ⁊ vocat te xp̄s ad bonā ⁊ virtuoſaȝ
vitam. Et ſic multi peruerſi ⁊ mali trahū=
tur ad deum ꝑ exēpla bonoꝝ hoim̄: que vi
dent vel audiunt. Greg. Nunq̄ peccato=
res ad lamentū pnie redirēt ſi nulla eēnt
bonorū exēpla que eorū mentē traherent.
Exemplū. Erat quidā ſecularis qui tem=
pore medie noctis audiuit fratres de ordi
ne predi. alacriter cantare matutinas ſab
bato die d̄ beata virgine: ⁊ cogitauit qua
liter tu iaces miſer homo cū iſti iam deuȝ
ſuū laudant ⁊ ſic cōpunctus ordinē poſtmo
dum intrauit ⁊ in eo ꝑ multos annos lau=
dabiliter vixit. Quarto vocatur per benefi
cia quotidiana ſcȝ ſanitatē corporis: per
diuitias quas homini largitur: per hono=
res per cibū: per potū: q̄ dat homini aues
in aere piſces in aquis: animalia in ſyluis
in cibum ⁊ ſic de alijs. ⁊ per alia benefi=
cia deus nititur nos ad ſe trahere ſcili=
cet vt cogitemus ſi iaȝ in preſenti bene fa
cit nobis cum adhuc ſumus peccatores et
inimici ipſius: quid tunc faciet nobis in fu
turo cum erimus amici ipſius. Bern. lo=
quens de dei beneficijs dicit. Celum tibi
ſeruit per ſuum motum: celi luminaria per
ſuum fluxum: ſol cauſat tibi diem: luna il=
luminat tibi noctem: ignis temperat ae=
ris frigiditatem: aer tibi mitigat ignis ca=
liditatem: aqua mundat tibi fetorem: mi=
tigat tibi ſitis ardorem ⁊ fecundat tibi ter
re rigorem: terra vero ſuſtentat ſua ſolidi=
tate recreat ſua fecunditate delectat ſua
amenitate. Pſalm̄. quid retribuam domi=
no pro omnibus que retribuit mihi. Quin
to vocat per flagella. quando enim ho=
mo non vult aduertere bonas inſpiratio=
nes nec curat ſermones nec exempla nec
beneficia dei poſſunt eum emollire: tunc
deus ex ſua bonitate flagellat homi=
nem vt tamen ſic conuertatur ad eum.

Gregō.Mala q̄ nos hic premūt ad deum
ire compellūt,Ergo quotiēs aliquā aduer
ſitatē ſuſtinuiſti oībus dieb⁹ vite tue: to=
tiens vocatus fuiſti a deo ad mendationē
vite ſed heu plures hoc non intelligunt.
ps.Noluit intelligere vt bn̄ ageret:cū ta=
men iumētum cognoſcit cū percutit̄ ſi er=
rat vt ad viā rectā redeat:ſed homo ra=
tionalis hoc non vult intelligere. ps. Uir
inſipiens non cognoſcet hec ergo cū deus
affligit te cū infirmitate corpis.ſ.q2 dētes
oculos:caput doles:intellige hāc eſſe vo=
cem dn̄i.Itē ſil'r ſi paupertate vel infortu
nio vel aduerſitate qualicunq3 grauaris:
tunc ſuſcipe dn̄i nuntiū ⁊ cōuertere a pec=
catis tuis.ps.Multiplicate ſunt infirmita
tes eorū:poſtea accelauerūt:Eſaie.xxvj.
Domine in anguſtia queſierunt te. Luce
xiiij.Compelle intrare. Glo. qui hic ad=
uerſitate funguntur ad deū ire cōpellun=
tur.Grego.Felix neceſſitas que compellit
admelio2a.Itē Gregō.Miſericorditer ad
hibet deus tpalē ſeueritatē ne eternā infe
rat vltionē:ideo hic quibuſdā pcit vt eos
in perpetuū feriat.ideo hic ferit nō parcē
do vt ineternū parcat.Sexto vocat nos p
bono2ū p2omiſſionē in futuro.Eccl'.xxiiij.
Tranſite ad me oēs q̄ concupiſcitis me.
Mat.xj.Uenite ad me oēs q̄ la.⁊ one.eſtis
⁊ ego reficiā vos.In hac vocatione pmit=
tit ſeipſum eternaliter fruendū Gen̄.xv.
Ego ero merces tua magna nimis.Itē an
gelos ⁊ ſanctos in frēs ⁊ btām virginē in
matrē ⁊ oīm electo2ū gaudia ⁊ merita in
poſſeſſionē.Gregō.in moral'.Quis enarra
re ſufficiat q̄tum gaudiū quelibet aīa ſu=
ſcipiat de ſancto2 patriarcha2 humilita
te ⁊ ſimplicitate: p2ophetarū credulitate
⁊ felicitate apoſtolo2ū charitate ⁊ magna
diligentia.De marty2ū ſtabilitate ⁊ patiē
tia.Confeſſo2ū pietate ⁊ clemētia.Uirginū
caſtitate ⁊ cōtinētia.Reuera lingua ⁊ vox
deficit:q2 intellectus capere nō ſufficit q̄=
tū ſit gaudiū cho2is angelo2ū intereſſe:
p2eſentem dei vultum videre:nullo metu
mo2tis affici. inco2ruptiōis perpetuo mu
nere letari:ergo quotiens occurrit memo=
rie de gaudijs celi:totiens intellige vocē
dei te vocantem.Septimo vocat per ma=
lo2um comminationē in futuro. Ber.De
volens nobilem creaturā.ſ.hoīem reuoca
re inquit.Si inuitū coegero aſinum ha
beo,inquit aſinis dabo regnū meum ſcio
quid faciā homo timidus eſt:terrebo eū
ſi fo2te ſic conuertat̄ ⁊ viuat.Et cōmina
tus eſt acerbio2a que excogitari poſſunt
tenebras.ſ.eternos vermes immo2tales
ignem inextinguibilē.Aug.Ue illis quib
p2eparatur dolo2 vermium:ardo2 flamma
rum:ſitis ſine potu:fletus ⁊ ſtrido2 denti
vbi mo2s optatur ⁊ non dabit̄:vbi nullus
o2do: ſed ſempiternus ho2ro2 inhabitat
ergo quotiens occurrerit memo2ie tue p
na damnato2um totiēs xp̄s trahit te ⁊ vo
cat te. l: Octauo trahit ⁊ vocat nos p ſu
amarā paſſionē.Jo.xij. Si exaltatus fu
ro a terra oīa traham ad meipſum.In ſi
gnum huius tunc ſeptē ſanitates circa p
ſionē xp̄i inuenimus.ſ. capitis inclinati
rem ad oſculū in ſignū noſtre reconcilia
tionis;b2achio2ū extenſionē ad ample
in ſignū receptionis ad grām: de pecca
redeūti lateris apertionē pp̄ter effuſio
pretij noſtre redēptionis ⁊ ablutiōis.E
nit tm̄ ſanguis in ſignū redēptionis:⁊
in ſignū ablutionis.clauo2ū in manib
⁊ pedibus infixionē pp̄ter memo2iā re
dationis.Eſa.xlix.Nunquid mater ob
uiſci ⁊c.co2po2is denudationē in exēpl
noſtre confeſſionis que ſc3 debet eſſe nu
crucis po2tationem in exemplū noſter
tationis:co2one impoſitionem in figura
noſtre glo2ificationis.Hec omni tempo
teneas memo2iter ſi tunc incipis p2ofi
re de virtute in virtutē. L Quantū ad
cundum dicendum q̄ q̄uis dominus n
multipliciter trahit:⁊ vocat ſicut dictū
tamen quidā ſunt qui pulſantē domin
non audiunt nec apperiunt; nec reſp
dent vt obſtinati ⁊ indurati qui nec per
ſpirationem nec per p2edicationē nec p
beneficia nec per exempla:nec per flag
la:nec per paſſionem ch2iſti: nec per g
dia celi nec per penas inferni emolliri p
ſunt.Tales duri ſunt vt adamas qui
malleis nec igne emolliri poteſt 3ach.
Co2 ſuum poſuerunt vt adamantem:
mo tales obſtinati durio2es ſunt q̄ ad
mas:quia q̄uis adamas non poteſt con=
fringi cū malleis:nec igne cōburi:tn̄ cū ſca
lido ſanguine hirci emollitur ſed iſti duri
⁊ obſtinati nec malleis inferni nec celi gau
dijs ⁊ qđ plus eſt nec ſanguine hirci ch2i=
ſti emolliri poſſunt.Bern̄.in ſer. Putas ne
filium dei reputat ieſum quiſquis eſt iſte
homo q̄ ipſius nō terretur cōminationib⁹
nec attrahitur p2omiſſionibus nec p2ece
ptis obtēperat.nec conſilijs acquieſcit.et
ſi fatetur ſe o2are cognoſcere deum factis
tamē negat.Secūdi ſunt qui xp̄o vocanti
humiliter reſpondēt :ſed tn̄ faciunt eum
abire:nec ei aperiunt vt ſunt illi qui ſe pec
cato2es humiliter confitentur: ſed adhuc
nō habēt volūtatē decreſcēdi peccata:nec
ſeex toto emendandi.Et tales ſunt ſimi=
les illis qui ad cenā vocati venire noluc=
runt:ſed humiliter ſe excuſari rogauerūt
dicentes.Rogo te habe me excuſatū. Gre
go.Humilitas ſonat in voce: ſed dum ve=
nire contēnunt ſuperbia eſt in actione ſi ta
les aliquādo in aliquo ſe emendant ſcili=
cet in vno peccato nō tamē in alio ⁊ in hoc
volunt ſeruire duobus dominis ſc3 deo in
illo in quo ſe emēdant:⁊ diabolo in illo in
quo ſe non emendāt.Uerbi gratia. Quan
doq3 quis ſe emēdat q̄ amplius nō vult
fo2nicari nec inebriari ⁊c.ſed ſuperbiā non
vult dimittere.Item in futuro nō vult am
plius vſuram recipere:ſed vſurā iam rece
ptam nō vult reſtituere.⁊ ſic de alijs.vnde
Aug.in epiſtola.Si res aliena pp̄ter quā
peccatum eſt cum reddi poſſet nō reddi=
tur:non agitur penitētia ſed fingitur. quo
niam nō dimittitur peccatū niſi reſtitua=
tur ablatum ſi reſtitui poteſt.Tertij ſunt
qui ch2iſtum audiunt ideſt p2edictas mo
nitiones ⁊ reſpondent:q2 recognoſcunt ⁊
confitētur ſe peccato2es ⁊ aperiunt. quia
auertunt ſe a peccatis per cōtritionem:cō
feſſionem ⁊ ſatiſfactionem ſed nō diu xp̄3
retinent:nec eū diu apud ſe requieſcere p
mittunt:q2 alijs hoſpitibus ſuperuenien=
tibus eum quaſi pauperē eijciunt:aut cer
te:q2 domus multis vtenſilib⁹ ineptis ple
na eſt nō inuenit vbi caput ſuum reclinat.
Utenſilia q̄ xp̄m inquietāt ſunt occupatio
nes ſuperflue rerū tp̄aliū.Greg.in mo2al'.
Sollicitudo tp̄alium mo2s eſt ⁊ excecatiō
ſpiritualiū.Ber.i ſer. P2eoccupatio in ſe=
cularibus deſiderijs aīam ſanctā declinat
nec miſceri poterūt vana veris:eterna ca
ducis:ſpūalia co2palibus:ſumma imis:vt
pariter ſapias q̄ ſurſū3 ſunt:⁊ q̄ ſup terrā.
Hoſpites ꝟo xp̄m expellētes ſunt tentatio
nes vel tribulatiōes vel etiā carnales de=
lectationes:q2 vbi iſta ſunt xp̄s quieſcere
nō pōt:ſignāter qn̄ hō ſupat̄ a talib⁹: tunc
xp̄s expellit̄.Unde multi qn̄ audiūt in ſer
mone de dānis pctō2.ſ.ſupbie luxurie ⁊c.
tunc cōpūgunt̄:⁊ ſic audiūt xp̄m ⁊ aperiūt
ſibi p cōtritionē:cōfeſſionē:⁊ pn̄iam:ſed nō
diu eū redeſcere pmittūt:q2 qn̄ tentatiōes
vel tribulatiōes vel delectatiōes eos ecō
uerſo infeſtāt:tūc redeūt ad eadē q̄ſi nūq̄
ea defleuiſſent.Simil'r in ſacris tp̄ibus ſc3
in aduētu ⁊ quadrageſima cōuertūtur, ſ3
ſacris diebus elapſis ad eedē peccata re=
deunt ⁊ recidiuāt.Contra quos dicit̄ Gen̄.
xix.Salua aīam tuā3 ⁊ noli reſpicere poſt
tergū.Luc.ix.Nemo mittens manum ad
aratrū ⁊ reſpiciēs retro aptus eſt regno
dei.Talibus ſic xp̄m expellētibus per reci
diuationē dicere pōt xp̄s illud.ij.Reg.xiij.
Maius eſt hoc malum qđ nunc agis q̄ qđ
ante feciſti ſicut q̄ pauperes hoſpitio de ſe
ro acciperet ⁊ eos de nocte cōtemptibili=
ter eijceret: ſic talis xp̄o facit qui eum de
die ideſt in gratia recipit:⁊ poſtmodū de
nocte ideſt per culpā ecōuerſo eijcit. vnde
Ch2y.in omē. O homo cogita grauio2em
eſſe culpā poſt veniam. Grego. Mino2is
exceſſus eſt veritatem nō agnoſcere:q̄ in
ea agnita nō manere. M Quarti ſunt qui
xp̄m audiunt ſcilicet in admonitionibus
p2edictis ⁊ aperiunt per penitētiā3 ⁊ quie
ſcere eum permittunt per perſeueratiā:vt
boni q̄ perſeuerāt in bono incepto:⁊ nulla
occaſione a deo ſeparari volūt:q2 nec vti
litas:nec damnū:nec mo2s:nec vita:nec tri
bulatio nec pauptas ⁊c.eos ſepare pōt a
xp̄o.Sic quilibet xp̄ian⁹ ſtare d3 q̄ poti⁹
vellet mēdicare ⁊ oīa ſua pdere:⁊ i cōmunī
loquēdo oēm penam potius ſuſtinere:im=
mo potius vitā ſuā perdere q̄ deū ſcien=
ter cū vno peccato mo2tali offendere. Et
ſi qn̄q3 peccat ex infirmitate ſtatim p verā

contritionẽ ⁊ penitentiã reſurgere debet. Ezech.xviij. In quacũqꝫ hora peccator ingemuerit ⁊c. Et cũ talibus ſpũſſanctus mãſionem facit. Jo.e. Qui vere deũ diligit et mãdata eius cuſtodit in eius cor venit dominus ⁊ manſionẽ apud eũ facit ⁊ illi ſalui fiunt qui ſic in bono perſeuerant: quia multorũ eſt incipere paucorũ vero finire. Quia iam plures in inferno damnati ſunt qui quãdoqꝫ bonam vitã inceperunt: ſed q̃ non perſeuerauerũt: ideo dãnati ſunt. vnde Iſido. de ſum.bo. Salus incipientibus promittit ⁊ premiũ perſeuerantibus datur. Bern. Perſeuerantia eſt virtus ſine qua nemo videt deum. vnde Qui perſeuerat in finẽ hic ſaluus erit. vnde exemplũ. Contingit ꝙ .xl. chriſtiani erant captiuati per gentiles et poſiti fuerunt tẽpore hyemali in vno dolio plenũ aque: ⁊ cũ ſic martyrizarentur quidã gentilis .xl. angelos. vidit .xl. coronas tenẽtes ſup capita eoꝝ. Tandẽ vnꝰ ex eis dixit fidẽ chriſtianã ſe negaturum dũmodo exponeretur de dolio: ⁊ cũ fuiſſet expoſitus vnus angelus cũ vna corona volauit in celũ. Quod iſte gẽtilis vidẽs dixit: ⁊ ego credo in illũ ꝓ quo iſti patiunt̃ hãc penã: ⁊ poſitus fuit in locũ illius. Et iſte qui fuerat expoſitus queſiuit ab eo quis tã ſubito eũ conuertiſſet. Ille dixit ei que viderat: ⁊ ſic iſtã coronam amiſit: q̃ in bono non perſeuerauit: q̄uis bñ incepit: ⁊ iſte gẽtilis qui perſeuerauit in pena cũ alijs accepit coronã eternam. Ber. in ſer. Vitã ego puto eſſe bonã mala pati ⁊ bona facere: et ſic perſeuerare vſqꝫ ad mortẽ. ¶ Sed q̄tũ ad tertiũ ſciẽdum ꝙ multi inſipiẽtes dicũt qui predeſtinatꝰ eſt ad vitã perire nõ poteſt: quare fruſtra conabor qđ futurũ eſt fiat. Ecce quãta dementia nullus vulneratus aut eger dicit quicquid medicus facit fruſtra eſt qđ futurũ eſt fiat: ecce nolũt anime ſue dare legẽ quã corpori tribuũt: dicũt eñ nolite cõmoueri ſi deꝰ vult ſaluabimur ⁊ tñ nõ dicunt: nolite cibũ parare: nolite veſtimẽta ſarcire ſi deꝰ vult paſcit ⁊ veſtit nos nũquid ſine ſtudio eterna habere poſſunt ſimiliter ⁊ temporalia. Reſpondet qđ nõ imo deus requirit ſtudium noſtrum in illis qui ait Mat.vj. Primũ querite regnum dei: ⁊ hec oĩa adijcietur vobis. Preſcientia dei nõ infert alicui neceſſitatẽ nullus enim dãnatur niſi ꝓ illis que ſunt in libero arbitrio. Deus nõ cõpellit ad bonũ vel ad malum: ſed in hoĩe eſt ſequi deũ vel diabolũ: ⁊ cũ dñs aliquos ad ſe trahit hoc eſt ex mera diuina gratia: imo deus pater oẽs trahit q̃ oĩbus offert gratiã: nõ tamẽ oẽs trahũtur vel veniũt ad chriſtum: q̃ ſi omnibus offeratur gratia: non tamẽ oẽs recipiunt. Attende homo. Ecce ſi mõ igne vel aqua aut hoſtibus repleta eſſet hec ciuitas vallis vna et nullo modo euadere poſſes niſi in turri altiſſimã traheteris ⁊ amicus tuus ſtans ſuper turrim fune inferius demiſſo paratus eſſet te ⁊ quẽlibet volẽtem trahere ſurſum: ſi ergo tu funẽ manu nõ apprehẽderes: vel ſi iã traheteris in media via funẽ relinquẽs caderes: certe culpa eſſet tua ꝙ nõ euaderes. Sic eſt de fune gratie ⁊ charitatis per quẽ deus qui verus amicus paratus eſt nos oẽs trahere ad alta. Sciendũ ꝙ licet predeſtinatio ſit vera ⁊ certa mutari non poteſt quo ad deũ: tantum liberũ arbitrium: q̄tum in nos manet ad vtrũlibet: ad hoc poteſt adduci exemplũ naturale. Si video cecum aliquẽ in biuio ſcio ꝙ ſi tẽdit per viã q̄ ducit ad foueã cadit in eam. Si vero tendit per viam rectam euadit eam q̄tũ in ſus meus operatur ad viam ceci tantũ ad dãnationem hoĩs preſciẽtia dei. Excepto qđ ego nõ poſſum ſcire quã viam tenet cecus. Exemplũ. Fuit quidam deuotus in monaſterio cui ſepe reuelationes fuerunt date diuinitus. Quod quidam frater alterius monaſterij ſciẽs inſtetit apud eũdem vt deũ oraret quatenus ei dignaretur oſtẽdere ſi ipſe eſſet in numero ſaluandorũ: ⁊ cũ ille vir precibus victus orando inſtãdo hoc a deo poſtularet oſtenſum eſt ſibi ꝙ iſte frater eſſet de numero dãnandorum. vnde timẽs fratrẽ illũ turbare per aliquos dies hoc ſibi celauit: ſed tandem requirenti inuitus aperuit. Ille autem audiens et ſcripturas intelligens ſtatim rñdit benedictus dominus deus meus: ſperabo: ſed penitentiã quã ꝑ ingreſſum religionis aſſumpſi duplicabo, ⁊ triplicabo donec veniã gratiam ⁊ miſericordiam apud altiſſimum qui plus eſt inueniaꝫ. Et poſt in breui reuelatum eſt eidẽ fratri ꝙ iſte frater eſſet de numero ſaluandoꝝ: ꝙ cum eidem fratri retuliſſet iſte letus effectus de reuelatione fortior factus in opere ac viriliter agens ⁊ de virtute in virtutem progrediens in bono perſeuerauit ſine ceſſatione.

## ¶ In feſto ſancte trinitatis. Sermo lxxv.

O Altitudo diuitiarum ſapientie ⁊ ſcientie dei ꝙ̃ incomprehẽſibilia ſunt iudicia eiꝰ: ⁊ inueſtigabiles vie eius: q̄m ex ipſo ⁊ per ipſuꝫ ⁊ in ipſo ſunt omnia: ipſi honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorum amen. Ro.xj. Sciendũ ꝙ hodie feſtũ ſancte trinitatis inſtitutum eſt vt oẽs fideles agnoſcant vnam ſimplicẽ diuinitatem et trinitatem perſonarum. Nã celebramus feſtũ de patre in natiuitate ſicut pater miſit filium ſuũ vnigenitũ: vt oĩs qui in eum credit nõ pereat. Nam miſit in natiuitate xp̃i ⁊ cõceptione. Celebramus feſtũ de filio in reſurrectiõe ⁊ aſcenſione: ſicut xp̃s reſurrexit a mortuis: aſcendit ad celos. Celebramus de ſancto ſpiritu in feſto pentecoſtes: ſicut miſſus eſt ſpiritusſanctus diſcipulis: ſed hodie celebramus feſtũ trinitatis .ſ. patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti: vt omnes fideles agnoſcant vnã ſimplicẽ deitatem ⁊ trinitatem perſonaꝝ: q̄uis eñ apoſtolus raptus fuerit vſqꝫ ad tertiũ celum ⁊ ibi audierit diuina ⁊ profunda myſteria: tñ non fuit auſus myſteriũ ſancte trinitatis curioſe inueſtigare: ſed in verba admirationis ⁊ laudis prumpens dixit. O altitudo ⁊c. In quibus verbis tria ponit. Primo ꝙ beata trinitas ⁊ vnitas que eſt deꝰ non dꝫ curioſe inueſtigari. cũ dicit. O altitudo diuitiarum. Secundo ꝙ fideliter eſt credẽda: cũ dicit: Q̃m ex ipſo ⁊ per ipm̃ ⁊c. Tertio ꝙ ipã beata trinitas deuote eſt adoranda ⁊ glorificanda. cũ dicit. Ipſi honor ⁊ gloria in ſecula ⁊c. O Sciendũ ꝙ feſtum trinitatis ſignanter ⁊ principaliter ꝓpter tria eſt inſtitutum. Primo vt oẽs fideles agnoſcant vnã ſimplicem deitatem ⁊ trinitatem perſonarũ patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti. Modo ad confirmandũ fidẽ noſtram tunc fides trinitatis põt ꝓbari. Primo per autoritatẽ diuinã .ſ. ſacrã ſcripturã. Gen.j. Faciamus hoĩem ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinem noſtrã qđ eſt verbũ pr̃is ad filium ⁊ ad ſpm̃ſanctũ ꝙ ergo dicit faciamus indicat pluralitatẽ ꝑſonaꝝ: q̃ ſi nõ eſſet pluralitas in ꝑſonis nõ diceret faciamus: ſed faciã: nec diceret noſtrã ſꝫ meã: q̃ v̾o dicit ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ ꝑtinet ad vnitatẽ ſubſtãtie: q̃ ſi ibi nõ eſſet vnitas ſubſtãtie nõ diceret ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinem ſꝫ ad imagines ⁊ ſimilitudines noſtras. Scđo oſtendit beata trinitas teſtimonio angeloꝝ. Nã ſicut habet Eſa.vj. Angeli quotidie clamãt ⁊ dicũt. Sctũs: ſanctꝰ: ſanctus dñs deus ſabaoth: plena eſt oĩs terra gloria eius ꝙ d̾r ter ſctũs reſpicit trinitatẽ perſonarũ: ⁊ ſemel dñs deus reſpicit vnitatẽ ſubſtantie. Tertio oñditur autoritate p̃s. dicentis. Bñdicat nos deus deꝰ noſter bñdicat nos deus ⁊ metuãt eũ oẽs fines terre. In hoc qđ d̾r ter deus oñdit trinitas perſonaꝝ ⁊ qđ dicit in ſingulari oñdit vnitas eſſẽtie. Quarto oñdit in euãgelio Matt.xxviij. Ubi xp̃s dicit diſcipulis ſuis. Baptiſantes eos in noĩe pr̃is ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti. Quinto oſtendit per dictũ Jo. ap̃li. vt hꝫ .j. Jo.v. Tres ſunt q̇ teſtimoniũ dant in celo: pater: v̾bũ: ⁊ ſpũſſanctus: ⁊ hi tres vnũ ſunt. Sexto ipſa trinitas ⁊ vnitas oñdit veſtigijs creaturaꝝ nõ eſt ei creatura aliq̃ q̃ ſibi valeat ex toto aſſimilari: ſꝫ tñ aliq̃ ſimilitudo põt bñ inueniri. Pꝫ hoc primo de ſole. nã ſm̃ Aug. in ſole tria ꝯſiderantur. ſ. ꝙ eſt qđ lucet ⁊ qđ calet. i. ſubſtãtia ſolis radius ⁊ calor. Radius de ſole naſcit̃ q̃ filiꝰ de pr̃e generat̃. Calor ab vtroqꝫ procedit: q̃ ſpũſſanctꝰ ab vtroqꝫ id eſt a patre ⁊ filio ꝓcedit. Ipſe autem ſol a nullo ꝓcedit: q̃ pater nõ eſt factus nec creatꝰ nec genitus. Et tamen omnia tria p̃dicta ſunt vnus ſol: ſic omnes tres ꝑſone ſunt vnus deus. Itẽ cognoſcitur in fonte. Fons enim

generat riuulū ſicut pater generat filiuȝ.
Et fons ⁊ riuulus faciūt ſtagnū: ſic pater
⁊ filius ſpirāt ſpm̄ſanctū: ⁊ tamē in fonte
riuulo ⁊ ſtagno eſt eadē aqua: ſic in patre
⁊ filio ⁊ ſpirituſſancto eſt eadē ſubſtātia.
Item ſi ſpeculum ponitur in aqua clara
cōtra ſolē: tūc tres ſoles apparēt: vnus in
celo et duo in radio. Sic inſpiciēdo ſacrā
ſcripturā inueniemus trinitatē perſona-
rum et vnitatem eſſentie. Item inſpiciēdo
creaturas intelligere debemus trinitatē.
Nam in magnitudine creaturarū agnoſci
mus potentiā patris ſicut in altitudine ce
li ⁊ latitudine terre: et ſic de alijs. Sed in
decore ⁊ ſpecioſitate cognoſcimus ſapien-
tiam filij: ⁊ in bonitate ⁊ vtilitate creatura
rum intelligimus bonitatē ſpūſſancti. Se
cūdo īſtitutū eſt feſtū trinitatis: vt homo
mortalis contēpletur ꝗtum beneficiū re
cepit ꝙ ad imaginē trinitatis eſt creatus.
Ber. in ſer. de quadrageſima. Cogita qua
lem te fecit deus. Nēpe ſm corpꝰ egregiā
creaturā: ſed ſm animā magis vtpote ima
ginē creatoris. Nā homo dignitate pre-
cellit oēs creaturas corporales. vñ Ari. de
reg. princ. dicit. Nobiliſſimū animaliū eſt
homo. Idē. vij. poli. Inter oīa animalia ſo
lus homo habet rationē. ℗ Sȝ diceres
quō homo ad imaginē dei eſt creatus. Re
ſpōdeo primo ꝗtum ad immortalitatē: qꝛ
ſicut deus eſt immortalis ſic ⁊ anima. Ari
ſto. iij. topicorum Anima hominis eſt im-
mortalis. vnde Augu. Anima eſt ſubſtan-
tia creata inuiſibilis in corporea immor-
talis deo: ſimillima: nullam imaginem ha
bens niſi creatoris ſui. Immo etiam ſm
corpus homo fuit creatus ꝙ debuit eſſe
immortalis: ſed quia peccauit propterea
factus eſt mortalis. vnde Grego. in mo-
ral. Ad hoc homo in paradiſo poſitꝰ erat
vt ſi ſe ad conditoris ſui obedientiam vincu
lis charitatis abſtringeret ad celeſteȝ pa
triam ad ſocietatem angelorū quandoqꝫ
ſine morte carnis tranſiret. Sic namqꝫ im
mortalis conditus vt ſi non peccaſſet etiā
mori non potuiſſet. Sed modo anima eſt
immortalis ⁊ poſt hanc vitam habebit
vel gaudium vel ſupplicium ſed poſt iudi
cium tunc corpus erit etiam immortale:

ſic ꝙ homo poſt iudicium eternaliter vi-
uet cum corpore et anima vel in penis vel
in gaudijs. Secundo homo ad imaginem
dei creatus eſt quantum ad dominationē
quia ſicut deus eſt dominus omnium: ſic
homo omnium creaturarum. p̄s. Omnia
ſubiecisti ſub pedibus eius. Quia ſi ho-
mo in ſtatu innocentie permanſiſſet om-
nes creature et ſubiecte fuiſſent ſcilicet
volucres celi et piſces maris: et animalia
in terris. Sed quia homo ſuo creatori in-
obediens extitit. ideo obedientiam crea-
turarum pro magna parte perdidit. Item
deus omnia que ſunt in celo et in terra
propter hominem creauit: hoc patet. Naȝ
angeli ſeruiunt hominibus. Similiter lu-
minaria celi ſeruiunt homini. Nam ſol
cauſat tibi diem: luna illuminat tibi no-
ctem: ignis temperat tibi frigiditatem:
aer dat tibi ſpiramen aqua mundat tibi
fetorem et mitigat tibi ſitis ardorem ter
ra profert tibi fructus ſcilicet frumentū
et vinum aqua profert tibi piſces: ouis p-
fert tibi lanam cū aqua tegis corpus tuū
et ſic de alijs. Ergo homo eſt dominꝰ om-
nium creaturarum: ergo tenetur deum
laudare pre omnibus creaturis. Tertio
homo creatus eſt ad imaginē trinitatis
et hoc in tribus potentijs anime ſcilicet
memoria intelligentia: et voluntate: vt
memoria ſit camera patris in q̄ habitet
continuam recordationem. intelligentia
ſit camera filij in qua habitet per veram
dei cognitionem: voluntas ſit camera ſpi
rituſſancti in qua habitet per amorem
homo in vera charitate et voluntatē ſuam
conformat voluntati diuine. Tertio feſti
trinitatis inſtitutum eſt vt homines me-
tentur. ad gratiarum actiones ipſi deo
talem gloriam nobis hic reuelauit in fide
ſcȝ donando nobis cognitionem ſancte tri
nitatis per fidem et in futuro reuelabit
nobis in ſpecie. j. Ioā. iij. Videbimus eum
ſicuti eſt. Ioā. xvij. hec eſt vita eterna vt
cognoſcant te ⁊c. Unde merito dicere de-
bemus cum apoſtolo. Ro. xj. Ipſi gloria
in ſecula. Ideo ſanctus hiero. illū verſum
Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto ⁊c.
in fine pſalmorū decātare inſtituit. Et ei
dem verſum



dem verſum q̄libet cū magna reuerentia
corporis ⁊ deuotiōe mentis decātare vel le
gere debet. ℭ Nā confeſſio ſancte trini-
tatis ſi deuote ⁊ cū reuerentia nominatur
valet principaliter ad tria. Primo ad de-
monum expulſionē. Quod ſignificabatꝛ in
quodā fideli notario apud conſtātinopo-
lim de quo legitꝛ ꝙ cū quidam magus ad
quēdā locuȝ eū duxiſſet vbi multitudo de
monum reſidebat vnus eoꝝ in throno ſe
dens interrogauit eū ſi vellet ei ſeruire. ⁊
iſte ſignauit ſe ſigno crucis dicēs. Ego ſuȝ
ſeruus ſancte trinitatis: ⁊ viſo ſigno ⁊ au
dito noīe ſancte trinitatis oēs aufugerūt.
Cū igitur p̄dictus notarius ad eccleſiam
ſancte ſophie veniſſet imago xp̄i q̄ ibi erat
oculos ad ip̄m quocūqꝫ per eccleſiam per
geret conuertebat: ac ſi ipſo facto xp̄s ſi-
bi diceret: qꝛ cōfeſſus me fuiſti corā demo
nibus in terris ego confitebor te corā pa-
tre meo in celis. Scđo vȝ ad tribulationis
ppulſionem. Nā ſicut dicit Ioā. damaſce.
Cum apud cōſtantinopolim peſtilētia
grauis eſſet q̄dam puer de medio pp̄li in
celum raptus canticū ſancte trinitatis. ſcȝ
ſancte deus: ſancte fortis: ſancte immorta
lis ⁊ miſericors ſaluator miſerere nobis
ab angelis eſt edoctus: qui cū rediēs corā
pp̄lo decantaſſet mox oīs peſtilētia eſt fu-
gata. Tertio valet ad maloꝝ ꝯfutationeȝ
⁊ conuerſioneȝ. Sicut em̄ refert Bona. iij.
li. quē ſcripſit ad comitiſſam matildā cum
archiep̄s ebrodiū. ſymoniacus eſſet ⁊ om
nes teſtes pecunia corrupiſſet q̄dā legatꝰ
vir ſanctus p̄cepit ei vt v̄ſum ſctē trinita-
tis. ſ. Gl̄ia prī ⁊ filio ⁊c. diceret rogans deū
vt ſi ſymoniacus eſſet ſpm̄ſanctū cui iniu-
riam fecerat nominare nō poſſet: Quod fa
ctum eſt: ⁊ ſic iſte deprehenſus pctm̄ ſuuȝ
humiliter ꝯfeſſus fuit ⁊ pn̄iam egit. Modo
loquendo modicū de euangelio hodierno
tunc primo queretur quare hoc euangeliū
hodie legitꝛ. Rn̄detur ꝙ iō qꝛ quelibet pſo
na in diuinis in euangelio hodierno apte
exprimitꝛ. Nā perſona eſt filij illa q̄ loquitꝛ:
ſed perſona patris exprimitꝛ cū dicitꝛ. Sci-
mus qꝛ a deo veniſti magiſter. et perſona
ſpirituſſancti oſtenditꝛ cū dicitꝛ. Niſi q̄s re-
natus fuerit ex aqua ⁊ ſpūſancto. ⁊ illud.

Spūs vbi vult ſpirat. Exprimuntꝛ aūt per
ſone diuine cū ſuis appropriatis. Cuȝ em̄
patri attribuitꝛ potētia: filio ſapiētia: ſpiri
tuiſancto bonitas: nunc perſona patris ex
primitur cū ſua potentia cuȝ dicitꝛ. Nemo
poteſt hec ſigna facere q̄ tu facis: niſi fue-
rit deus cū illo: qꝛ ſigna facere eſt diuine
potentie. Exprimitur perſona filij cuȝ ſua
ſapientia cū dicitur. Scimus qꝛ a deo veni
ſti magiſter. Ad magiſtrum em̄ ſpectat ſa
pientiam docere. Exprimitur em̄ perſona
ſpūſſancti cum ſua bonitate cū dicitꝛ. Spi-
ritus vbi vult ſpirat. Nō em̄ ex noſtris me
ritis: ſȝ ex ſua gratuita bonitate ſe nobis
infundit. Sed queritꝛ quare patri attribui
tur potentia: filio ſapientia: ſpirituiſancto
bonitas: cum tn̄ oēs tres perſone: ſcilicet
pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus habeāt eādē
potentiā: ſapientiā: ⁊ bonitatē. Rn̄detꝛ ſm
Augu. in li. de trinitate. In creaturis ſolet
notari in patre defectus potentie propter
antiquitatem. In filio ſolet notari ignorā
tia propter iuuentutē ⁊ inexperientiam: ⁊
ſpiritus videtꝛ ſonare in vehementiā. Eſa.
ij. Quieſcite ab homine cuius ſpūs in na-
ribus eius eſt. Et ne putetꝛ ſimiliter eſſe in
diuinis ſicut in creaturis tunc prī nō ſolū
attribuitur potentia: ſed omnis potentia:
ne videatur ſenior: ⁊ ob hoc in ſymbolo di
citur. Credo in deum patrē oīpotentē. Et
filio nō ſolū ſapientia: ſed etiā oīs ſapien
tia ⁊ ſciētia attribuitꝛ ne videatꝛ minor aut
minꝰ ſciēs aut minꝰ expertꝰ. et ſpūiſctō at
tribuitꝛ bōitas ne putetꝛ crudelis aut vehe
mens. vñ p̄s. Spūs tuus bonꝰ deducet me
in terrā rectam. ℞ Quāuis aūt deus pa
ter ſit oīpotens: duo tn̄ ſunt in ip̄o ⁊ deus
in nobis que ipſum vincere videntꝛ. Primū
eſt ſua pietas viſceroſa. hier. xxj. Contur
bata ſunt omnia viſcera mea ſuper eū mi
ſerans miſerabor eius. Aug. Tardius qui
dem videtur a deo peccator veniā ſuſcipe-
re ꝗ deus velit dare. Libētius dat veniā
deus ꝗ reus eam petitꝛ. Sic enim feſtinat
abſoluere reū a tormento conſcientie ſue
quaſi euȝ plus cruciet compaſſio miſeri ꝗ
ipſum miſerum paſſio ſui. Secundum eſt
ſua charitas affectuoſa que ipſum de celo
ad terram depoſuit. Auguſti. O charitas

ꝗ̃ magnas vires habes deum de celo ad terram depoſuiſti ipſum etiam ad crucem aſcēdere feciſti. Nihil autē cum eſſet omnipotens eum coartare potuit niſi ſua pietas ⁊ viſceroſa charitas. Tertium eſt oratio noſtra lachrymoſa: quod ſignificatur in Ezechia rege cuius lachryme vicerunt eum vt ſententia mortis ſuper eū non procederet: ſicut tunc propheta a domino nūciauerat. Eſai. xxxviij. Audiui orationem tuam: ⁊ vidi lachrymas tuas ecce adijciā ad dies tuos quindecim annos: et de manu regis aſſyriorum eruam te. Idem etiā patet in Moyſe cui deꝰ dixit. Dimitte me vt iraſcatur furor meus ⁊c. Bern. O humilis lachryma tuum eſt regnum: tua eſt potentia: ante conſpectū iudicis non vereris intrare ſola ſi intraueris nunꝗ̃ ſola redibis: quicquid petieris obtinebis vincis inuincibilem: ⁊ ligas omnipotentē. Quartū eſt noſtra humilitas gratioſa. Iſtud inuenitur. iij. Reg. xxj. vbi dominus dicit Helie. Nonne vidiſtis achab humiliatum coram me: qꝛ ergo humiliatus eſt cauſa mei non inducam malum in diebus eius. Hoc etiā patet de Niniuitis quorum humilitas vicit deum. Jone. iij. Uidit deus opera eorū: quia conuerſi ſunt ⁊c. Item ſciendū ꝗ̃uis filius ſit ſapiētiſſimus tamen ſcienter permittit ſe decipi venditione: emptione: ⁊ cōmutatione. In venditione: quia vendēdo nobis regnum celorū permittit ſe a nobis decipi infra dimidium iuſti pretij. Ipſum enim vēdiderat apoſtolis pro rhetibus et parua nauicula: zacheo pro dimidia ſubſtantia: vidue pro duobꝰ minutis: quibuſdam pro calice aque frigide: vt habetur Matt. x. Quibuſdā pro ſola bona volūtate. Hiero. Que offerūtur non ſui pondere: ſed offerentiū pēſantur voluntate. Augu. Regnum celorū tantum valet quantū habes. Secundo permittit ſe decipi a nobis in emptione: quia villa noſtra caro pretio emit. Nam corpus noſtrū erit pretio magno ſui ſanguinis. j. Cor. vj. Empti enim eſtis ⁊c. Animā noſtrā emit poſitione anime ſue. j. Jo. iij. Ille pro nobis animā ſuam poſuit. Tertio permittit ſe a nobis in commutatione: quia res noſtras nobis in centuplo reſtituet. vt habetur Mat. xix. Centuplum accipies: ⁊ vitam eternā poſſid. Secū bonitas que attribuitur ſpūiſancto tanta eſt vt ab ea nullus ſe abſcōdere poſſit iuxta illud pſ̄. Non eſt qui ſe abſcōdat a calore eiꝰ. Nā in celo eſt miſericordia ſaluās: pſ̄. Dn̄e in celo mia tua: In purgatorio eſt miſericordia liberās. Eccleſiaſt. lj. Liberaſti me a preſſura flamme que circundedit me. In inferno eſt miſericordia mitigans: qꝛ deus ibi punit circa condignū. pſ̄. Aut obliuiſcetur miſereri deus: aut continebit in ira ſua mias ſuas. In mūdo vero modo ex miſericordia cōſeruās cētum ad iuſtos: modo miſericordia expectās cētū ad malos: modo miſericordia trahēs cētum ad duros qui per beneficia ⁊ flagella trahuntur: modo miſericordia ſuſcipiēs cētum ad reuerētes vt poſſet dici illud. pſ̄. Miſericordia dn̄i plena eſt terra. Iſta aūt miſericordia ⁊ bonitas ſpirituiſancto eſt ꝓpria ⁊ innata. iuxta illud. Deus cui propriū eſt miſereri ſemper ⁊ parcere. ¶ Ultimo ſciēdum ꝙ beata trinitas fideliter eſt credenda non curioſe inueſtigāda: qꝛ hoc vanum eſſet ⁊ ſtultū: quia hoc non poſſet cōſequi intentū ſuum. Sicut enim vanū ⁊ ſtultum eſſet oculos huc ⁊ illuc ſpargere: vt illud quod in abyſſo terre lateret videret cū tamen nihil poſſet videre: niſi ꝙ extra ſuperius apparet. Sic ſtultū eſt et impoſſibile perſcrutari profundū trinitatis. vnde Augu. Quid eſt deus omnipotēs: niſi ineſtimabilis ⁊ ineffabilis eſſentia. Secūdo qꝛ hoc periculoſum eſſet. Prouer. xxv. Sicut qui mel comedit multū non eſt ei bonū: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria. Eccli̅a. iij. Altiora te ne queſieris: ⁊ fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed que precepit tibi deus illa cogita ſemper ꝙ periculoſum ſit probat. Aug. dicens. Ubi queritur vnitas trinitatis patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti: nec alicubi periculoſius erratur: nec laborioſius aliquid queritur: nec fructuoſius aliquid inuenit. Ber. Scrutari hoc temeritas eſt credere pietas: noſſe vita eterna. ꝙ impoſſibile ſit perſcrutari ſanctā trinitatem patet per tale exēplū de ſancto Auguſt. ꝙ eo tēpore quo libros de ſancta trinitate cōpoſuit cum per littus maris ſocijs a longe ſequētibus quedā de trinitate meditādo diſcuteret quendā puerū in littore maris inuenit qui cum quodā coclear i argenteo in quadā fouea quā fecerat aquā de mari effundebat dicens ſe totū mare velle in iſtam foueā ſic haurire. Cui Auguſt. in riſum prouocatus ait. Quomodo fili hoc facere poſſes cum mare ſit magnū ⁊ coclear paruū. Et puer. Facilius eſt mihi hoc agere ꝗ̃ tibi qꝛ cogitas adimplere. Tu enim cogitas in libro tuo miſterium trinitatis cōprehendere cum liber tuꝰ ſit paruus ad recipiēdū: ⁊ ingeniū tuum paruum coclear ad inquirēdū: ⁊ ipſa trinitas pelagus immēſum ad hauriēdū: ſtatimqꝫ puer diſparuit: ⁊ Aug. deo gratias agens ꝙ ſit verū quando puer dixit recognouit.

## ¶ In eodem feſto. Sermo. xxxvj. de trinitate ⁊ baptiſmo.

NIſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpūſancto nō poteſt intrare regnum dei. Jo. iij. ¶ Sciēdū ꝙ triplex eſt natiuitas ſcꝫ naturalis: ſpūalis: ⁊ celeſtis. Homo igitur qui natus eſt natiuitate naturali non pōt intrare regnū dei: niſi iterum naſcatur natiuitate ſpirituali que fit in baptiſmo. ꝗ̃tū cunqꝫ etiā ſit renatus natiuitate ſpirituali adhuc intrare non poterit regnū celorū niſi iterum naſcatur natiuitate tertia: ſcilicet natiuitate celeſti que fit in morte cuiuslibet viri ſancti. Prima natiuitas eſt homini ad humilitatē. Secunda ad iuſtificationem. Tertia ad beatitudinē. Puer quidam naſcens natiuitate naturali quatuor facit que nobis ſunt ad humilitatis exemplum. Primū eſt ꝙ flendo: ⁊ non ridendo naſcitur. Sapien. vij. Primā vocem emiſit plorās. Aug. de ciuitate dei. Puer a ploratu incipit naſcens prophetizās ꝙ malorū preſcius ſit. Ideo dicit Hiero. ꝙ dominus fleuit quando Lazarū ſuſcitauit: ex eo ꝙ amicum cariſſimū propter alios ſaluādos ad hoſtilem vitam iterū reuocare cogebatur. Secundū eſt ꝙ puer more beſtiarū: ſcilicet curuus ⁊ quaſi in quatuor pedibus naſcitur ad innuendū ꝙ cōparatus eſt iumentis inſipientibꝰ: ⁊ ſimilis factus eſt illis. Tertiū eſt ꝙ puer manum ad os ponit ad innuendū ꝙ venit ad tantas miſerias propter peccatū oris primorū parentum. Nam mulier peccauit ore: ſcꝫ quādo viro ſuo vt de fructu vetito comedere perſuaſit. Uir peccauit ore per fatuam excuſationē. Uterqꝫ peccauit ore per illicitā comeſtionem: multi ſunt hodie qui ſuo ore taliter peccant: aut mala conſulēdo aut ſe nimis ingurgitādo. Quartum eſt ꝙ puer nudus ⁊ pauper naſcitur. Nudus contra ſuperbiam veſtiū. Alia enim animalia naſcunt cū cutibus pro tunicis: homo vero nudus naſcitur: ergo debet querere veſtes cōtra frigus ⁊ nuditatē. Item pauper naſcitur contra auaritiā: ergo in modicis debet homo contētari. Apoſtolus. j. Thim. vj. Habentes alimēta: ⁊ quibus tegamur his cōtenti ſimus. Secūda natiuitas eſt ſpiritualis: que fit in baptiſmo: ⁊ de hac ſpirituali natiuitate ſunt propoſita verba vbi dicit. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto: non pōt introire ⁊c. Unde hic tria ſunt dicēda. Primo declarāde ſunt alique queſtiones circa baptiſmū. Secūdo quis ſit effectus baptiſmi. Tertio ꝗd illa ſigna que fiunt ante baptiſmū: ⁊ poſt baptiſmū ſignificēt. ¶ Quantū ad primū querit quis ſit effectus cathecismi. Reſpondetur ſm̄ ſanctū Tho. in. iiij. diſt. vj. ꝙ cathecismus habet effectū in corpore ⁊ anima: qꝛ minuit poteſtatē demonis: ne poſſit tm̄ in homine ſicut prius: ⁊ ne baptiſmū: ⁊ alia bona impediat. Sꝫ poteſtas demonis totaliter in baptiſmo tollitur: ſic ⁊ Pharao prius flagellatus eſt populo nō egreſſo de Egypto: ⁊ poſtea populo egreſſo totaliter in mari rubro: quod eſt figura baptiſmi eſt ſubmerſus. Queritur vtrū omnes homines teneantur ad baptiſmum. Reſpondetur ſecundū ſanctū Tho. in. iiij. diſt. vj. ꝙ quilibet tenetur etiam ſanctificatus in vtero propter tres rationes. Primo quidē propter acquirendum characterē coadunetur populo dei ⁊ deputetur ad percipiēda ſacramenta. Scd̄o vt per baptiſmi ſus

ſceptionem conformetur corporaliter paſ
ſioni xp̄i. Tertio propter bonū obediētie
quoad p̄ceptum de baptiſmo oībus datū
Jo.iij. Niſi q̄s renatus fuerit ex aqua ⁊c.
Queritur vtrū baptiſmus aque poſſit in
aliquo ſuppleri. Rñr ſꝫ Pe. de tharan. ſm
cōem legē non poteſt in paruulis ſuppleri
cū non poſſunt hr̄e vſum liberi arbitrij.
Sꝫ tamē ſi ꝓ xp̄o occiderētur pie creditur
ꝙ ſaluarent ſine baptiſmo aque. In adul=
tis autem pōt ſuppleri per baptiſmū flu=
minis ſiue ꝯtritionis: et per baptiſmū ſan=
guinis ſiue martyrij. Et hoc itelligitur qñ
eſt articulus neceſſitatis. Queritur vtrum
puer in vtero exiſtēs poſſit baptizari. Rñr
ſm ſctm̄ Tho. vbi ſupra ꝙ non quia talis
deo notꝰ eſt non eccl'ie. nec ſubijci pōt opa=
rationi miniſtrorum eccl'ie. vñ Aug. dicit
ꝙ ſicut qui non vixerit non pōt mori. ita q̄
natus non fuerit non poteſt renaſci. Non
aūt mater dꝫ ſcindi vt puer poſſit naſci et
baptizari. quia ſm ip̄m non ſunt. faciēda
mala vt veniāt bona inde. Debet tamen
ſcindi ſi mater defuncta iam eſſet: et puer
adhuc viueret in ea. Queritur quid faciē=
dum eſt qñ apparet aliqđ mēbrū pueri et
timetur de periculo mortis. Rñr ꝙ in tali
periculo parte p̄cipali egreſſa ſcꝫ capite
pōt baptizari. Sꝫ ſecꝰ eſt de alijs ꝑtibꝰ. ſ.
manibus et pedibus: ꝗ̄uis non noceat ſi
iſte partes aſpergantur aqua baptiſmali:
quia diuina mīa non eſt arctāda: ſꝫ ſi poſt
ea plenarie naſcatur tūc ad cautelam ba=
ptizetur ſub hac forma. Si es baptizatꝰ nō
te rebaptizo. ſed ſi non es baptizatus tūc
ego baptizo te. In nomine patris ⁊ filij et
ſpūſſancti. Sciendum ꝙ materia baptiſmi
eſt aqua pura naturalis: quia baptiſmus
non pōt fieri in vino. nec in ceruiſea. neq̄
in vrina neq̄ in aliq̄ alio liq̄re. Sed forma
verborū ē hec. Ego baptizo te ī noīe p̄ris
et filij et ſpūſſācti. vt ꝑꝫ extra de bap. c. j.
Et ſine his verbis nō pōt fieri baptiſmus.
Sciēdum etiam ꝙ iſte vetule que pueros
baptizāt in articulo mortis ſic dicētes in
vulgari. Se tu dois viure ſoit a toy pour
bayn: ſe tu dois morir pour toy baptesme
En nō du pere ⁊ du filz ⁊ du ſainct eſperit.
Amē. Tales mulieres cū talibus verbis

nihil baptizāt. Queritur q̄s pōt baptizare
Rñr ſꝫ oēs theologos ꝙ debitus miniſter
eſt ſacerdos: ſꝫ in articulo neceſſitatis q̄=
libet pōt baptizare ſiue vir ſiue mulier: fi=
delis ſiue infidelis: dūmodo hꝫ intētionē
baptizādi et ſeruat formā eccl'ie. Sꝫ tamē
ſimplex clericus non poteſt baptizare p̄=
ſente presbytero nec mulier preſente viro
vt ꝑꝫ de conſe. di. iiij. mulier. Querit̄ vtrū
baptiſmus debeat per aliquod tp̄s differ
ri. Rñdetur ſm ſanctū Thom̄. Magis eſt
laudabile ꝙ puer ꝗ̄citius poteſt fieri ba=
ptizetur. Primo q̄ interim mori poſſet: et
ſic damnaret̄. Scđo q̄ demones non ha=
bent tantā poteſtatē in baptizatis ſicut in
non baptizatis: neq̄ ꝗ̄tum ad nocumen
ta ſpūalia neq̄ corporalia. ⁊c. Quantū ad
ſecundū ſciendum ꝙ baptiſmus principa=
liter habet nouem effectus. Primus eſt ꝙ
baptizatus ſm Bona. ſuper. iiij. diſ. iiij. di=
gne ſuſcipientibus delet omnē culpā: ori=
ginalem: mortalem: ⁊ venialem: ⁊ reſtituit
primariam innocentiam quo ad animam
qđ probat̄ ſic: q̄ ſi ſic immediate poſt ba=
ptiſmum moreretur ſtatim ad celos euo
laret. ſed hoc non fit niſi omni culpa dele
ta. igitur ⁊c. Sed nō quo ad corpus bapti
mus reſtituit omnimodā innocentiā: quia
vt dicit Ap'ls Ro. vij. video alterā legē in
mēbris meis repugnātē legi mētis mee ⁊
captiuantem in lege peccati que eſt in mē
bris meis: ⁊ ideo ſubdit. Infelix ego ho=
mo quis me liberabit de corpore mortis
huius. Secundus effectus eſt quod ignē
infernalem ⁊ etiam purgatorij extinguit
ꝗ̄tum ad ipſum baptizatum vt decetero
ignis infernalis vel purgatorij non poſſit
in eum: niſi ipſe poſtmodum peccando re=
accenderet eum contra ſe. vnde admiran=
da eſt fatuitas illorꝫ qui poſt baptiſmū
peccant: cum illi voluntarie in proprium
ſubiectum reaccendant. Tertius effectus
eſt quod baptiſmus omnem delet ſatiſfa
ctionem quam homo in preſenti deberet
pro ſuis pctīs explere. Hoc ꝑꝫ q̄ ſi aliq̄s
infidelis iudeus vel pagānꝰ mille ānis vi
xiſſet ⁊ omni die mille peccata mortalia fe
ciſſet vel commiſiſſet ſi conteritur ⁊ fidem
acceperit: ⁊ ſic cum deuotione baptizatus



fuerit: tūc nulla penitētia ſatiſfactoria ſibi
imponēda eſt pro oībus iſtis peccatis: q̄
baptiſmus tollit omnē ſatiſfactionē. Et ſi
talis ſic etiā poſt baptiſmū moreretur ſta
tim ad celū euolaret. Quartus effectꝰ eſt
ꝙ fomitē mitigat: q̄ in baptiſmo homini
datur gratia ad ſupprimendū fomitē pec=
cati. Sed diceret q̄s quare baptiſmꝰ: ideo
delet oēm fomitē peccati: ſicut delet omne
pctm̄ originale a quo fomes procedit. Re=
ſpōdetur ꝙ ꝑpter tres cauſas. Primo pro
pter noſtre ꝓprie fragilitatis cognitionē:
⁊ propter noſtram humiliationē. Job. vj.
Que enim fortitudo mea vt ſuſtineā. Se=
cundo vt innoceamus diuinū auxiliū ⁊ dei
miſericordiā: vt preſeruet nos a malis. pſ̄.
Miſerere mei dñe qm̄ infir. ⁊c. Tertio pro
pter exercitationē: vt ſcꝫ reſiſtamus vitijs
⁊ concupiſcētijs carnalibꝰ: ⁊ ſi habeamus
materiā exercēde virtutis: ⁊ merendi glo
riam. Greg. Tētatio cui non cōſentit̄ non
eſt pctm̄: ſed materia exercende virtutis.
Amb. ſuper Lucā. Nemo poterit corona=
ri niſi vicerit. Nemo autē pōt vincere niſi
ante certauerit. vnde debemꝰ viriliter pu=
gnare contra carnē noſtrā: ⁊ cōtra oīa vi=
tia ad que naturaliter inclinati ſumus: ſi=
ue ſit ira: ſiue inuidia: ſiue luxuria. Bern̄.
Quotiēs reſiſteris: totiēs coronaberis. et
ideo vt multas coronas mereamur: tūc fo=
mes peccati in nobis manet: ⁊ nō deletur
ex toto baptiſmo: ꝗ̄uis mitigetur. Quintꝰ
effectus eſt a ꝑtāte diaboli liberatio: quia
baptizatus totaliter a ꝑtāte diaboli eripi
tur: vt diabolus decetero non poſſit in eū:
niſi per cōſenſum pctī ei ſe ſubijciat. Unde
Bern̄. in quodā ſer. Inimicus pōt excitare
tētationis motum: ſed in te eſt ſi volueris
dare vel negare cōſenſum. Ergo diabolus
eſt ſicut canis ligatus qui poteſt erga ho
minē latrare: ſed non poteſt eū ledere niſi
velit ad eum accedere. Aug. ſuper pſ̄. Dia
bolus plerūq̄ vult nocere: ſed non pōt q̄
poteſtas eius eſt ſub poteſtate dei. Greg.
Debilis eſt hoſtis qui nō vincit niſi volen
tem. Amb. ſuper Lucam. Diabolū nō poſ
ſe nocere cognoſcas. Sextus effectus eſt
quod efficit hominē templū dei: qđ ſigna=
tum eſt in hoc quod ſpūſſanctus deſcēdit

in ſpecie colūbe ſuper xp̄m baptizatū. vn=
de tota trinitas manſionē habet in bapti=
zato. Jo. xiiij. Ad eum veniemus ⁊ manſio
nem apud eum faciemꝰ. Ergo male faciūt
qui poſt baptiſmū ſcienter peccāt morta=
liter: quia illi expellūt patrem ⁊ filiū ⁊ ſpiri
tūſanctū ⁊ diabolū introducūt qui expul=
ſus ante fuit per baptiſmū: qui nihil hꝫ eis
dare niſi eternum ſuppliciū ⁊ omnia ma=
la. Septimꝰ effectus eſt ꝙ characterē im=
primit qui eſt indelebilis quo charactere
chriſtiani baptizati a nō baptizatis in die
iudicij diſcernētur: ⁊ bonis erit ad magnū
honorem malis autem ad magnā confu=
ſionem: q̄ character oſtendit ꝙ ipſi ſerui=
tuti xp̄i ſe ſubdiderūt: ⁊ in baptiſmo diabo
lo: ⁊ omnibus pompis eius obrenūciaue=
runt: ſed opera eorum mala aſſociata cha
racteri oſtendet ꝙ deteriores ⁊ abomina=
biliores infidelibus facti ſunt. Aug. Quā=
to gradꝰ altior tanto caſus decliuior. Sed
quia chriſtiani per ſignū characteris ſunt
ſuper omnes infideles exaltati: ergo eorū
caſus erit maioris cōfuſionis. Octauus ef
fectus eſt ꝙ filios dei efficit. Ad qđ ſignifi=
cādum ſuper chriſtū baptizatū audita eſt
vox ipſa patris. Hic eſt filiꝰ meus dilectꝰ.
Ex quo elicitur cum quanta diligentia nu
triendi ſunt filij ſummi regis: quia ſi cum
omni diligentia nutriūtur filij comitū vel
regum terrenorū: cum quanta diligentia
nutriendus eſt: tunc paruulus quem con=
ſtat eſſe filiū dei. De illis qui ſunt in adul=
ta etate neſcitur an ſint filij dei vel filij dia
boli. Eccleſiaſt. ix. Neſcit homo an amore
vel odio dignus ſit. Sed de paruulo bapti
zato qui nondum eſt in etate ꝙ poſſit pec
care conſtat ꝙ eſt filius dei. Unde multū
peccant mulieres ⁊ matres que male tra=
ctāt pueros ſuos maledicēdo ipſis: ꝙ nul=
lo modo licet: ſed reuerēter tractandi ſunt
propter reuerentiā dei qui eos inhabitat.
Nonus effectus eſt celi apertio. Et in hoc
oſtenditur magna virtus baptiſmi: qui
cum in terra exhibetur in celo: tamen
operatur ad ſignificādum hunc effectum
baptiſmi dominus celum voluit aperire
cum baptizaretur a Joanne baptiſta in
Jordane: vt in hoc oſtēderetur ꝙ quācito

baptizatus in innocentia baptiſmali deceDit euolauit inueniens ſibi celum ſemper apertum.

¶ Iterum de trinitate ꝛ de ſignis que ante ꝛ poſt baptiſmū fiunt. Ser. lxxvij.

Niſi q̄s renatus fuerit ex aqua et ſpirituſancto ꝛc. Johan. iij. Ex premiſſis patet qꝺ̄ cito moritur homo qui adhuc ſtat in innocentia baptiſmali immediate ſine omni purgatorio celum intrabit ſicut illi pueri qui in innocētia antequā peccauerunt decedunt. Ex quo patet quāta ſit fatuitas parētum illorū qui incōſolabiliter dolēt de morte puerorum ſuorū qui poſt baptiſmū decedūt anteq̄ʒ batiſmalē innocentiā perdiderunt. Ualde em̄ fatuum eſt eos dolere de hoc qꝺ̄ filij eorū tranſeūt a ſocietate hoīm ad ſocietatē angelorū a valle lachrymarū ad gloriam, de exilio ad patriaʒ. Uidentur enim tales filijs inuidere: deſiderātes eos potius eſſe in hoc exilio q̄ʒ in celo: immo potius deberent gaudere ꝙ filij eorū ita facile tantā gloriā acquirāt propter meritū paſſionis xp̄i ex qua paſſione baptiſmus habet effectū. Et ſolū de hoc dolere poſſent ſi propter culpā parentū filij deceſſiſſent. ¶ Unde ſciendū ꝙ parētes poſſunt demereri in ſex caſibus qꝺ̄ pueri eorū in pueritia moriunt̄. Primo quādo nimis intimo corde pueros diligūt: ꝛ maiorem cōplacentiam ꝛ amorē ad eos habēt q̄ʒ ad deū: nunc q̄nq̄ʒ deus ex ſua bonitate ſubtrahit eis pueros vt ecōuerſo cor ad eum erigāt ꝛ eū diligāt. Aug. hoc ab homine collitur quod pre ceteris diligit̄. Ergo qui puero ſupra deum diligūt eoſdem deum ſuū faciūt. Et hec eſt ratio quare illi pueri qui ſunt multū affabiles ꝛ prudētes citius moriuntur: q꞉ parētes nimio affectu eos diligūt ꝛ cū nimia ſollicitudine ſecūdum curſum mundi eos nutriunt. Scđo q̄n quis inhonorat ſuos ꝓprios parētes: tunc q̄nq̄ʒ punitur in ſuis proprijs filijs. Unde legit̄ in dialo. Ceſarij ꝙ q̄dā inhonorauit parentes ꝛ oēs filij eius in breui defuncti ſunt. Tertio ſi res iniuſtas habet: tūc deus ex bonitate ſua ꝑmittit tales pueros mori ne ipſi pueri cum iniuſtis rebꝰ iſtis vna cū parētibus dānent̄. Quarto ꝓpter malū exemplū parentū: q꞉ talis puer fuiſſet forte imitatus vitā peruerſaʒ ſuorū parentū: et ſic etiā fuiſſet effectus peruerſus ꝛ malus ſi ſuperuixiſſet. Quinto cōtingit q̄nq̄ʒ ꝓpter hoc: q꞉ ꝓpria mater nō vult per ſe lactare ſuū ꝓpriū puerū ſicut diuites mulieres q̄ cōſueuerūt habere nutrices: tūc q̄nq̄ʒ lac ipſius nutricis nō eſt ita conueniens ipſi puero ſicut lac matris de quo nutritus eſt in vtero materno et aſſuetus: ſic q̄nq̄ʒ pueri moriunt̄ qui al's ſuperuixiſſent ſi ꝓpria mater eos lactaſſet. Et ꝓbatur hoc: q꞉ ſicut q̄ ſumit aliquē cibū quem antea nūq̄ʒ deguſtauit nō ita competit ſue nature ſicut cibꝰ aſſuetus ita eſt etiā de puero. Sciendum tñ ꝙ q̄n aliqua mater nō poteſt per ſe lactare puerū ſuum: tūc querenda eſt nutrix virtuoſa: q꞉ pueri inclinant̄ ſm̄ naturam nutricis que eos lactauit. Sexto contingit quādoq̄ʒ ex negligētia parentū: ſicut parentes qui pueros ſuos nō cuſtodiūt ſed eos quādoq̄ʒ ad aquā vel ad ignem ex negligentia ſua cadere permittunt vel etiā qui pueros ponunt ſecū ad lectū ꝛ eos in ſomno dormiēdo ſuffocant ꝙ omnino cauendū eſt. Et ſi in aliquo iſtorum ſex iam predictorū parentes eſſent rei tūc dolere deberēt de puerorum ſuorū morte. ¶ Ultimo notandū quid valēt iſta quatuor ſigna que fiunt ante baptiſmū ꝛ iſta tria q̄ fiunt poſt ſignificēt. vbi ſciendū qꝺ̄ primo exufflatio ꝛ inſufflatio ſignificat ſpūs maligni expulſionē ꝛ boni introductionē. Et ergo ſacerdos dicit. Exi maligne ſpiritus ab hac creatura dei: ꝛ da locū aduenienti ſpirituiſancto. Secūdo ſalis immiſſio vel linitio ſignat gratiam ꝛ ſapientiā. ꝛ preſeruationē a peccatorum putredine. vnde homini in baptiſmo datur gratia: quod ſi vult iſta gratia vti: tunc cū adiutorio dei ꝛ mediāte iſta gratia poteſt viuere abſq̄ʒ omni peccato mortali vſq̄ʒ ad mortem.

¶ Circa queritur an homo poſſit viuere ſine peccato mortali. Rñr ꝙ ſic. Et hoc ꝓbatur tribus rationibus. Prima ratio eſt iſta: q꞉ homini in baptiſmo infundit̄ gr̄a per quā ſe preſeruare pōt vſq̄ʒ ad mortē ab omni peccato mortali, ſi vult vti iſta gratia: ꝛ hoc ſignificat ſalis linitio quam ſacerdos facit ipſi puero ante baptiſmū: q꞉ ſicut carnes et piſces preſeruant̄ a putredine mediāte ſale ſic homo baptizatꝰ mediante gratia quā in baptiſmo accepit preſeruare ſe pōt a peccatis mortalibus. Scđa ratio q꞉ ex hoc ſequeret̄ ꝙ deus impoſuiſſet nobis onus importabile: q꞉ mādata dei ſunt nobis data vt nō peccemꝰ. Modo ſi dicis qꝺ̄ deus tibi precepit qꝺ̄ nō potes implere: falſum dicis ꝛ cum hoc maledictionē dei incurris. Ber. Maledictus homo q̄ dicit deū precepiſſe impoſſibile. Itē hoc etiā eſſet loqui contra euangelium vbi xp̄s dicit. Iugū em̄ meū ſuaue et onus meū leue. Tertia ratio eſt: q꞉ per hoc tolleret̄ liberum arbitriū qꝺ̄ tñ neceſſarium eſt nobis q꞉ nos deus cū eo priuilegiauit. vnde Eccl'. xv. dicit̄ Apposuit tibi aquā ꝛ ignē ad qꝺ̄ volueris porrigere manum tuam. Idē ante hoiem vita et mors bonū ꝛ malū: qꝺ̄ placuerit ei dabitur illi. ſciendū tñ ꝙ licet hoc ſit verū ꝙ vnus hō q̄n naturali inclinatiōe magis inclinatus eſt ad vnū vitiū q̄ʒ alius homo. tū adhuc ſtat in ſuo libero arbitrio ꝛ voluntate. ſ. vtrū velit conſentire huic naturali inclinationi vel reſiſtere. vnde Geñ. iiij. Dixit deus ad cayn iratū volentem fratrē ſuum occidere. ſubditus te erit appetitus tuus: ꝛ tu dominaberis eius. Augu. de vera religione. Nūc vſq̄ʒ adeo volūtariū malum eſt vt nullo modo ſit peccatum niſi ſit voluntarium. Ex iā dictis ſequitur qꝺ̄ homo pōt viuere ſine peccato mortali mediāte gratia, ꝛ cū adiutorio dei vſq̄ʒ ad mortē ſi vult. Et hoc etiā patet in pluribꝰ ſanctis qui vſq̄ʒ ad perfectā etatem vixerunt: ꝛ tñ nunq̄ʒ mortaliter peccauerunt: vt beatus Dñicus pater noſter. et. beatus Tho. de aquino, ꝛ plures alij ſancti de quibꝰ legitur ꝙ nūq̄ʒ mortaliter peccauerunt. Tertio ſaliue cōtractus ad aures et ad nares ſignat ſpiritualium ſenſuum apertionem ad audiendum ꝛ intelligndū ea que ſunt ſalutis. Quarto vnctio olei in pectore ꝛ inter ſcapulas ſignat amorem dei quē quilibet debet gerere in corde ſuo ꝛ inter ſcapulas qꝺ̄ ſignificat deuotam ſubiectionem preceptorum dei et eccleſie ad obediendum deo et prelatis eccleſie. Bern. Quicquid homo vice dei precipit quod nō ſit certū diſplicere deo, hoc omnino accipiendū eſt quaſi precipiat deus. Lu. x. Qui vos audit me audit qui vos ſpernit me ſpernit. Tria vero alia ſigna q̄ fiūt poſt baptiſmum. Primo crimatio in vertice q̄ ſignat xp̄i gratiam in mente impreſſam. Secundo impoſitio cerei ad manum que ſignat fidei ꝛ amoris claritatem. Tertio veſtis cādida que ſignat innocentie reſtitutionem. Notandū ꝙ pueri qui ſine baptiſmo decedūt ad lymbum puerorū deſcendunt vbi eſt pena dāni et non ſenſus quia neq̄ʒ eſuriunt neq̄ʒ ſitiunt: neq̄ʒ habēt frigus: neq̄ʒ calorem: immo ſimpliciter nullam penam ſenſibilem ſuſtinent: ſed ſolūmodo quia ſunt priuati viſione dei ꝛ hoc eſt pena damni. ¶ Queritur vtrum pueri iudeorum ſint ſimiles pueris chriſtianorum ſine baptiſmo decedentibus. Reſpondetur quod ſic: quia equalem culpam ſcilicet peccatum originale habēt et nullum peccatum actuale: ergo habebūt equalem penam dāni ſed quando infidelis ad annos diſcretiōis peruenerit ſi tūc non ſuſceperit fidē: tunc ipſo facto peccat mortaliter non ſuſcipiendo fidem ꝛ nullā excuſatiōis poteſt habere infidelis: quia xp̄iana fides predicata eſt per vniuerſum mundum. vnde dominus in euan. dixit diſcipulis ſuis. Mar. xvj. Euntes in mundū vniuerſum predicate euan. omni crea. ps. In omnem terrā ex ſo. eo. ꝛ quādoq̄ʒ moritur talis infidelis ſiue iudeus ſiue paganus ſiue hereticus tūc immediate ad infernum deſcēdit. mar. xvj. Qui crediderit ꝛ baptizatus fuerit ſaluus erit: q̄ vero nō crediderit cōdēnabitur. Inſuper quotieſcūq̄ʒ infidelis ſiue iudeus ſiue paganus vſum rationis habēs ſcienter facit cōtra aliquod preceptorū dei toties peccat mortaliter, ꝛ ignorātia non excuſat eum. Aug. de gratia ꝛ libero arbitrio. Ideo diuina precepta data ſunt vt excuſatio de ignorantia non habeatur.

## In feſto corporis xp̄i. Ser. lxxviij.

CAro mea vere eſt cibus ⁊ ſan
guis meꝰ vere eſt potus. Jo.
vj. ſicut dicit Ariſt. iij. ethico.
Terribiliſſimum oīm terribi
lium eſt mors: ⁊ ſicut ſerpens
infecit primos parentes quando guſtato
cibo comederunt mortem. Cum ergo deꝰ
non ſit deus mortis ſꝫ vite: ideo neceſſa
rium fuit nobis aliquid dari ex quo ha-
beremus vitam: ⁊ hoc eſt illud venerabi-
le ſacramentum de quo dicitur in verbis
premiſſis. Caro mea vere ⁊c. loquēdo de
feſtiuitate huius diei ſciendum ꝙ hodie
peragitur dies inſtitutionis huius ſacra
menti qꝛ in die cene eccleſia occupata eſt
cū memoria dn̄ice paſſionis: ergo eccleſia
inſtituit ꝙ quīta feria prima poſt pēthe-
coſtē dꝫ peragi ⁊ per integrā octauam fe
ſtum iſtius laudabilis ſacramēti ſicut in-
ſtitutū eſt a xp̄o in nocte cene. Vn̄ in ep̄la
hodierna dicit ap̄ls. j. corin. xj. Dominꝰ
ieſus in qua nocte tradebat ⁊c. Sciendū
primo ꝙ p̄ns feſtū ſolēniter et deuote eſt
peragēdū ab oībus xp̄ianis. P̄rio ꝓpter
ſpāles indulgentias huiꝰ feſti: qꝛ vrbanꝰ
iiij. qui hoc feſtum inſtituit ſpāles indul-
gentias dedit. Unde oībꝰ vere penitenti-
bus ⁊ confeſſis qui matutinali officio hu-
ius feſti p̄n̄tialiter intereſſent in eccleſia
vbi celebrant centū dies: q̄ ꝓ miſſe toti
dem. Jllis aūt q̄ intereſſent primis iſtius
feſti veſperis ſil'r centū: qui ꝓ ſcdis toti-
dē. Eis quoqꝫ qui prīe tertie: ſexte. none:
cōpletorijs officijs adeſſent ꝓ q̄libet ho-
rarū ipſarū. xl. dies. Jllis ꝓ qui ꝑ ipſius
feſti octauas in matutinalibus veſperti-
nis miſſe ac horarum ceterarum officijs
preſentes exiſterent ſingulis diebus octa
uarū ipſarū centum dies de iniunctis ſibi
penitentijs relaxando indulgentiam tri-
buit perpetuis tēporibus duraturā. Ergo
bonum eſt ꝙ vnuſquiſqꝫ qui vult illas in-
dulgentias conſequi ꝙ antea confiteat:
ꝙ omnes indulgentie ſolūmodo dantur
illis qui ſunt cōfeſſi ⁊ vere penitentes. Se-
cundo hodierna die ſolenniter ⁊ deuote
peragenda eſt exemplo occurſus ⁊ hono-
ris xp̄o exhibiti in die palmarum a cōmu
ni populo quando equitauit in hieruſalē
quando plurima turba obuiauerunt ſibi
⁊ proſternebant veſtimenta ſua in via. et
alij cedebant ramos palmarum de arbo-
ribus ⁊ ſternebant in via. Et turbe q̄ pre
cedebant ⁊ que ſequebantur clamabant
dicentes. Oſanna filio dauid. Benedictus
qui venit in nomine domini. Sic hodie
xp̄s in ſacramento portatur per plateas
vt ſibi honor exhibeatur ab omnibꝰ chri-
ſti fidelibus propter quorum ſalutem ip̄e
ibi moratur in ſacramēto ſicut ipſe per ſe
dicit Matthei vltimo. Ecce ego vobiſcū
ſum vſqꝫ ad conſummationem ſeculi. Et
hoc eſt in ſacramēto altaris. Et iſta que
ſunt ſibi exhibita corporaliter a commu-
ni populo in die palmarum: iſta hodie ſi-
bi debēt fieri ab omnibus chriſtianis ſpi
ritualiter. P̄rimo proſtrauerunt veſtimē-
ta in via: ſic ſpiritualiter quilibet homo
debet bonum exemplum prebere proxi-
mo ſuo in quo edificetur ⁊ deus honore-
tur ⁊ qui hoc facit proſternit veſtimenta
ſua. Mathei quīto. Sic luceat lux veſtra
coram hominibus vt videant opera bo-
na. ⁊ glo. ⁊c. Et hoc eſt deo valde acceptū
ſcilicet hominibus prebere bonum exem-
plum ⁊ etiā eſt ſibi ip̄ſi valde meritorium.
Unde Ceſari. Quantis exemplum vere
humilitatis ⁊ perfecte charitatis oſtēde-
ris cū tantis et pro tantis eterna premia
poſſidebis. Sed heu aliqui proſternunt
lapides in via vt ſunt iſti qui ſcādalizant
proximos: in moribꝰ: in verbis ⁊ in factis:
et tales ſunt maledicti a deo. Mat. xviij.
Ve homini per quē fit ſcandalū. ⁊ malum
exemplū maxime nocet ſancte eccleſie. E
Unde oritur quare queſtio quare tot ma-
li hoīes ſunt in mundo. R̄ndetur ꝙ ꝓpter
mala exēpla: qꝛ a boue maiori diſcit ara-
re minor: ſic ⁊ iuuenes diſcūt a ſenioribus
malā ⁊ peruerſam vitā: quia vnus inficit
alium per malū exemplū: ſicut enī carbo-
nes ſeinuicem accendūt ſic ⁊ exempla ma
lorum. ergo tam multi mali homines iam
ſunt in mundo. Ariſt. ij. topi. Homines: vt
in plurimum mali ſunt in paucioribꝰ vero
ſunt boni. v. g. Nullo modo eſſent tot ſu-



perbi: auari: guloſi: luxurioſi: luſores: vſu-
rarij: chorizātes: ⁊ ſic de alijs niſi viderēt
ab alijs talia fieri. Et tales a quibꝰ talia
mala viderunt ⁊ didicerūt rei ſunt omniū
iſtarū animarū que ſic dānantur eorū ꝓ-
pter malū exemplū. vnde Gre. in moral'.
Tot mortibꝰ quis dignus eſt qđ exempla
prauitatis in poſteros reliq̄t. Unde ſum-
me cauere debemus ne proximus noſter
in nobis ſcādalizetur. Chr. ſuꝑ Mat. Oīa
agamus ne proximus noſter ſcādalizetur
vita noſtra etiā ſi valde recta intentione
fiat ſcandalum alijs prebens oīa perdit.
Jtē ramos palmarū xp̄o proſternere de-
bemus: et hoc fit qn̄ homo ſemper hꝫ cor
floridū. Palma enī ſemper viret in vere
in autūno. in hyeme: ⁊ in eſtate. Per vere
iuuentus ſignificat vbi oīa incipiūt flore
re. Per autūnū ſenectus intelligit vbi fo-
lia cadūt de arboribꝰ ſic ⁊ ſenex marceſcit
⁊ curuat ſe ad terrā. Per eſtatē proſperi
tas accipit: ⁊ per hyemē aduerſitas intelli
gitur. Jlli ergo ſicut palma ſemꝑ virent
in corde q̄ in iuuentute incipiūt deo ſerui
re: ⁊ hoc eſt deo valde acceptū: et in ſene-
ctute bonū inceptū cōtinuant: ꝑ perſeue-
rantiā ⁊ in ꝓſperis tenent tēperātiā: et in
aduerſis patientiā tales offerūt deo pal-
mas. i. florida corda. p̄s. Juſtus vt palma
florebit. Tertio hodierna dies ſolēniter a
nobis eſt peragēda ne ingrati videamur
tāto beneficio ⁊ liberalitate xp̄i cꝰuis deꝰ
in oībus donis ſuis ſit multū liberalis: tn̄
in inſtitutione huiꝰ ſacramēti fuit libera-
liſſimus. vn̄ Ariſt. Liberalis eſt q̄ ſupera
bundat in datione. hoc patet de xp̄o in
huius ſacramēti datione: q̄d plus poſſet
nobis dare q̄ʒ ſeip̄m hic enī in p̄ſenti dat
ſeipſum nobis in ſacramēto in cibū ſicut
ipſe per ſe dicit in verbis premiſſis. Caro
mea vere ⁊c. Et in futuro dabit ſe nobis
in clara viſione ⁊ fruitione. vnde ipſe dicit
per ꝓphetā. Ego ero merces tua magna
nimis. Vn̄ in ſignū gratitudinis hodie et
per integras octauas peragimus feſtum
inſtitutionis huiꝰ venerabilis ſacramēti.
Ber. in lib. medi. Quid retribuam dn̄o ꝓ
omni. q̄ retri. mihi. Mihi enī deficit ſpūs
meus. prorſus in tāta beneficiorū cōſide-
ratione: ⁊ licet nō ſufficiant gratias age-
re: ſed ingratitudinē odit aīa mea: ꝓinde
oportet aīam eſſe gratioſam ⁊ deuotā qꝛ
libētius donat multi plicant ſi priora tāqꝫ
dona gratuita ſuſcipiet cōſeruari vident.
vnde etiā Aug. in lib. de ci. dei. Quiſquis
bn̄ficia dei nō videt cecus eſt nec laudat
ingratus eſt. quiſq̄s in laudādo reluctat
inſanus eſt. Vn̄ ſumme cauere debemꝰ in
gratitudinē: qꝛ ſm̄ Pe. rauen̄. Nihil eſt ꝙ
adeo indignationē prouocet altiſſimi: ſi-
cut ingratitudo ergo debemus eſſe grati
de tāto beneficio ⁊ iugiter hoc donū ma-
ximum tāti ſacramēti in reuerētia habe-
re ⁊ in memoria retinere. vnde Chry. ſuꝑ
mat. Optimus beneficiorū cuſtos eſt ipſa
memoria beneficiorū ⁊ perpetua cōfeſſio
gratiarū. Ber. dignum eſt ſemꝑ gratias
agere: qꝛ deus nobis nūqꝫ ceſſat bn̄face-
re. Quarto hodierna dies ſolēniter ⁊ de-
uote eſt peragēda: quia hodierna feſtiui-
tas ⁊ deuotio et honor populi eſt prelu-
dium future beatitudinis quo xp̄s in ce-
lo a nobis erit honorādus ⁊ etiā eſt repre
ſentatiuū iſtius honoris que iam in celo
honorat ab electis ſanctis ⁊ angelis ergo
ſicut in celo ſemꝑ honorat a ſancti ſm̄ di-
ctum p̄s. Beati qui habitāt in domo tua
dn̄e in ſecula ſeculorū laudabunt te. Sic
hodie a nobis honoratur in terris. ergo
hodie xp̄o cantatur in cytharis: organis
⁊ diuerſis muſicalibus inſtrumētis. Jtem
aliqui xp̄m hodie honorāt portādo cāde
las. itē aliqui ſpargēdo flores. Jtem ali-
qui portādo crinilia de floribꝰ. Jtē aliqui
precedūt aliqui ſequunt proceſſionē ⁊ lau-
dant deū cantādo ⁊ orādo. Jtē ſacerdo-
tes hodie induti ſunt in ꝓceſſione ſacris
veſtibus in ſignū ſtole glorificationis fu-
ture: ⁊ ſi quilibet ꝓ ſuo poſſe honorat ho-
die xp̄m ſicut in celo quotidie honorat a
prophetis: patriarchis: apoſtolis martyr-
ribus cōfeſſoribus: virginibꝰ: ⁊ ab ange-
lis ac cōiugatis: ⁊ viduis: vbi quilibet ſm̄
ſuum poſſe laudāt xp̄m in celo. Ergo qui
hodie digne honorat xp̄m oſtēdit ſe per-
tinere ad numerū ſanctorū in celo exiſten
tium qꝛ ſicut angeli ⁊ ſancti et electi dei
habent feſtū cōtinuū in celo: ſic nos habe

mus vnam ſpecialē diem que eſt hodier=
na dies in qua nos eis aſſimilari debem⁹
in honorādo ꝛ laudando deū. vnde Ber.
Diſcamus in terris quas facturi ſumus
laudes in celis. Nihil ita ꝓprie in terris
celeſtis habitatiōis ſtatū repreſentat ſi=
cut alacritas laudantiū deū. vnde Aug. in
lib. cōfeſ. Uere felix eſſet. qui poſſet diuine
laudi ſemper inſiſtere. Quinto hodierna
dies eſt ſolēniter ꝛ deuote nobis peragen
da vt in fine vite noſtre mereamur eucha
riſtiam digne percipere. ¶ Unde querit̄
quare in agone datur infirmis mouētib⁹
eucharistia, Reſpōdetur ꝙ principaliter
ꝓpter tria, Primo ꝓpt̄ cōfortationē; q꞉ hō
habet longā viā ambulare: ꝛ ſicut corpus
ſine cibo deficit ꝛ ꝑ cibū cōfortatur ſic ani
ma cōfortatur per iſtū cibū ſcʒ ꝑ ſacramē
tum. vnde. iij. Regum. xix. dicit̄ helye ꝑ an=
gelū. Surge ꝛ comede grandis em̄ reſtat
tibi via q̄ ſurgēs comedit ꝛ ambulauit in
fortitudine cibi illi⁹ vſqꝫ ad montem dei
oreb. ſic homo in confortatione cibi illius
ideſt venerabilis ſacramēti dʒ ambulare
in montē dei ideſt in celū. vñ hugo in li. de
ſacramētis. Cibus ille aīe nō corporis eſt
xp̄s q̄ de ore ad cor trāſit, Secūdo ideo da
tur eucharistia in agone hominis: q꞉ mori=
turus iturus eſt ꝑ viā tenebroſam ꝛ igno=
tam. Ergo vt ductorē habeat qui viam ei
oſtendat ꝛ ſaluo cōductu eū perducat: tūc
homo recipit xp̄m in ſacr̄o ꝛ deuote dʒ pe
tere a xp̄o quē recepit in ſacr̄o cū. p̄s. dicit.
Notam fac mihi viā ꝛc. Et poſtq̄ aīa de=
ducta eſt a xp̄o tunc pōt dicere cū p̄s. No
tas feciſti mihi vias vite adimplebis me
letitia cū vultu tuo: ergo xp̄s eſt cōductor
noſter cum ac hac vita migramus. Sap. x.
Juſtum deduxit dñs ꝛc. Jtē homo moriēs
nō ſolum ibit viam ignotā: ſed etiā tene=
broſam. ergo in agone dʒ deuote xp̄m in
ſacramēto percipere q̄ eſt lux vera q̄ oēm
hominē illuminat vt ei luceat ꝛ illuminet
iſtam tenebroſam viā. Jn ſignū huius da
tur homini moriēti candela ad manū vt
xp̄s qui eſt lux mundi ſibi illuminet ꝛ ad
vitam eternā perducat hoc etiam moriēs
cōſiderare debet cum candela ad manus
ſibi datur, Tertio ideo datur homini mo=
rienti eucharistia: q꞉ tunc maximū p̄lia
homini inſtabit: q꞉ maximas tentatiōes
demonū homo in fine vite habebit: ergo
vt homo habeat protectorem in fine vite
tunc ſumme dʒ deſiderare xp̄m in ſacra
mento recipere: ꝛ qñ xp̄m ſumis in agone
tunc actu cū deuotione cogitare debes q
velis iam ſumere tuū protectorē: q꞉ ſicut
diaboli tunc te maxime infeſtāt: ꝛ oēs a=
ci tui tunc te dereliquūt ꝛ nullus te p̄te=
gat ideo tūc xp̄m in ſacramēto recipis
te protegat ac defendat cum angelis ſ
quibi xp̄s ibi ꝛ angeli, Dañ. vij. Milia m
lium miniſtrabant ꝛ decies centena mi
aſſiſtebant ei. vnde Chry. ſuper Mat. Ub
cunqꝫ viderint ſanguinē dominicū ibi
giunt quidā demones: occurrūt autē an
geli hic ſanguis effuſus oēm orbē terr
lauit. Bern. Eucharistie ſacr̄m poteſt
ꝛ inferre celi ꝛ reuertētes de terra. Se
dum ſecūdo ꝙ malis in agone ꝛ exitu
me tria contingunt que eos perturba
ſimiliter ꝛ bonis etiā tria cōtingunt q
conſolantur. Primū eſt ꝙ dolor adeo a
gmentatur in corpore quādo anima d
bet exire a corpore: ſic ꝙ in cor homi
nō aſcendit: nec poteſt homo tm̄ dolo
ſuſtinere niſi cum magna difficultate. vt
de Ariſto. Terribiliſſimū omniū terri
lium videtur eſſe mors: tunc pre nimio
lore homo perdit ſenſum corporis, ſcil
viſum tactū ꝛ auditum ꝛ ceteros ſenſ
quia tunc anima nō cogitat amplius c
pore ſuo nutriēdo: ſed virtutes ad ſe tra
ſparſim iam in corpore diſgregatas; e
mēbra moriuntur ꝛ glauci coloris e
ꝛ cor ſecūdum Ariſto. Eſt primū viuen
vltimū moriens. ꝛ tunc videt anima o
nia peccata ſua ſuper caput ſuum; tunc
cere poteſt illud p̄s. Torrentes iniqui
concur. me bene dicit torrentes quia ſi
torrentes ducunt ad fontes receſſa a
ma videt peccata ſua ad diuerſas pen
infernales recte ducentia. tunc anima v
let ꝙ cum corpore ſuo nunq̄ peccaſſet
nunq̄ deum offendiſſet: nec in cogitan
nec in loquēdo: nec in operando. Secū
dum ꝙ malis contigit eſt ꝙ anima vid
tunc demones circunſtantes ꝛ eam p̄oc
cupantes: ꝛ ad infernum ducere cupiētes.
tunc dicere poteſt illud p̄s. Preoccupaue=
runt me laquei mortis ideſt demōes illa=
queantes. Job. xx. Uadēt ꝛ venient ſuper
eum horribiles. Glo. j. demones qui ad vi
dendū ſunt valde horribiles. vnde quidā
dicit ꝙ potius vellet clibanum accēſum in
trare q̄ demonē adhuc ſemel in ſpecie ſuā
videre ſicut eum vidit. Tertium eſt ꝙ tūc
in agone vident xp̄m quaſi in cruce pen=
dentē ꝛ reqrētem ſanguinē ſuū ꝛ rōnem de
omnibus que geſſit. Ibi erit maximus dolor:
q꞉ tunc anima cognoſcet ſe ſeparari a deo
ꝛ ab omnibus ſanctis ꝛ angelis dei quod
peſſimū eſt ꝛ grauiſſimū. p̄s. Mors pecca=
torū peſſima: quia tunc accedet eis miſe=
ria ineffabilis: qđ probatur q꞉ omniū ma=
lorum affluentiā habebūt. Deut. xxxviij.
Uniuerſos languores ꝛ plagas inducet
ſuper eos. p̄s. Complebo ſagittas meas
in eis. Si ergo vna ſagitta vel plaga dei
ledit hominē quid tūc erit cū omnes pla
gas et ſagittas ſuſtinebit. Grego. hoc co=
gitare malū nō poterit qđ tibi in cruciati=
bus deditum nō fuerit. ¶ Sciendū ꝙ bo
ni cōtra iſtos tres dolores malorū habe=
bunt tria gaudia in agone mortis. Primū
eſt q꞉ vidēt bona que fecerūt ſcʒ eleemo=
ſynas: orationes: ꝛ opera miſericordie: et
oēs tribulatiōes: ꝛ omnia exercitia corpis:
ſiue ieiunādo, ſiue abſtinendo: ſiue dure
iacēdo: ꝛ durā veſtē induēdo: mane ſurgē
do: vigilādo: ꝛ ſic de alijs tunc libenter vel
les multa bona videre que feciſſes ergo iā
nō debet tibi eſſe graue multa bona ope=
rari. Secūdum ꝙ vident diabolos deui=
ctos ꝛ cōfuſos ꝛ recedētes tunc poſſunt di
cere illud p̄s. Benedictus deus qui nō de
dit nos in cap. den. eo. Tertium ꝙ vidēt xp̄m
quem digne in ſacramēto receperunt, et
angelos aſſiſtētes ꝛ adiuuātes ꝛ gaudē=
tes ꝛ occurrētes ꝛ offerentes animas corꝫ
in cōſpectu altiſſimi. Quod autē christus
quādoqꝫ bonis apparet in agone oſten=
dit Greg. in lib. iiij. dyal. aliquādo in cōſo
latione egrediētibus aīabus ipſe apparet
ſolet autor ꝛ retributor vite. Quod etiam
xp̄s ſolet apparere tam bonis q̄ malis in
agone oſtendit. Innoc. lib. iij. de vtilitate
humane cōditionis vbi dicit ꝙ tam bon⁹
q̄ malus anteq̄ anima egrediat̄ a corpe
videt xp̄m in cruce poſitū malus ad cōfu=
ſionem vt erubeſcat ſe non eſſe redēptum
ſua culpa ſanguine xp̄i ideſt fructum re=
demptionis non habere. vnde ꝛ de malis
dicitur. Uiderunt in quem pupugerunt.
Quod intelligit̄ de aduētu christi ad iudi
cium: ꝛ de aduētu in die mortis. Jtem bo=
ni vidēt quādoqꝫ ſāctos ꝛ angelos in ago
ne pro cōſolatione. Greg. Interdū cōtin=
git iuſtis vt in morte ſua ſanctorꝫ precedē
tium viſiones aſpiciāt ne ipſam mortis
ſue ſniam pertimeſcant penalem ſed dum
eorū menti ciuium eternorū ſocietas oſtē
ditur a carnis ſue culpa ſine doloris ꝛ for=
midinis fatigatione ſaluantur. Exemplū
legitur in vitaſpatrū ꝙ quidam ſanctus
pater in hora ſui obitus aſpiciētibus diſci
pulis ſubito cepit hilareſcere ꝛ pulcher ꝛ
candidus apparere: ꝛ in leta verba prorū
pere. Querētibus illis cui loqueret̄ reſpō
dit. Nonne videtis ſanctos patriarchas.
Jterum illo loquēte ꝛ eis interrogātibus
reſpōdit. Nōne inquit videtis ſanctos pro
phetas. Tertio dixit. Ecce q꞉ veniunt ſan
cti apoſtoli. Quarto dixit: q꞉ veniunt ange
li. Ultimo dixit. Surgite q꞉ ieſus venit. Et
inter hec verba migrauit ad dominū.

## ¶ Jterum de corpore xp̄i. Ser. lxxix.

Caro mea vere eſt cibus et
ſanguis meus vere eſt po=
tus Joā. vj. Sic legimus ꝙ
vnigenitus dei filius volēs
nos facere participes ſue
diuinitatis aſſumpſit natu
ram noſtre humanitatis. Eſt enim deus
homo factus vt hoīes deos faceret ſcʒ vt
vt nos in ſe totaliter mutaret corpus ſuuꝫ
in cibum ꝛ ſanguinem ſuum in potū no=
bis tribuit ꝛ inſtituit quando in vltima ce
na ad patrem per mortē ire voluit. Nūc
autem de inſtitutionis cauſa huius ſa=
cramenti aliquid eſt dicendum. ¶ Pro
quo notandum ꝙ illud venerabile ſacra=
mētum eſt inſtitutū a xp̄o multis de cau=

ſis. Primo in medicamentū noſtre infir-
mitatis. Eccſi. xxxviij. Altiſſimus de terra
ideſt de corpore ſuo creauit medicinam ⁊
vir prudens nō abhorret eā. in ipſo enim
ſacramēto abundat oīa plenitudo gratie ⁊
bonitatis. q̄uis enim in omnibus ſacra-
mentis ſpūaliter ab infirmitatibus ſane
mur tn̄ ſpecialius in hoc ſacramēto in quo
xp̄s cū diuinitate ⁊ humanitate ac gratia
cōtinetur. Nam lz oīa ſacr̄a cōferant gra-
tiam: tn̄ gr̄a ſparſa eſt in alijs ſacris ſed
hic tanq̄ȝ in fon. ⁊ origine inuenit̄. In alijs
em̄ ſacr̄is cōtinet̄ gr̄a. hic autē eſt dn̄s gra
tie cū plenitudine oīm ſuarū gratiarum.
Per hoc enim iſtud ſacr̄m differt ab alijs
ſacramētis. ideo eſt ſacr̄m ſacramētoꝝ. q̄ꝛ
eſt nobiliſſimū ⁊ digniſſimū ſacr̄ȝ. In hoc
em̄ ſacramēto gr̄am ⁊ gloriam dabit dn̄s:
gr̄am in preſenti ⁊ gloriā in futuro. Johā.
vj. Qui manducat me ipſe viuet propter
me. Ergo ſi vulneratus es in aīa queras
medicinā aīe: ſicut faceres ſi in corpe vul-
neratus eſſes. Amb. Qui vulnus hȝ medi
cinam querat. vulnꝰ qđ habemꝰ eſt q̄ ſub
peccato ſumꝰ. Huius vulneris medicina
eſt venerabile ſacr̄m. Secundo xp̄s hoc ſa
cramentū inſtituit: vt ſuā charitatē nobis
oſtenderet ſicut amici qn̄ ab inuicē ſepa-
ri debēt tunc oſtendūt ſibi mutuo maxi-
mam charitatē ⁊ dant ſibi īnuicē munuſcu
la in ſignū ⁊ memoriā charitatis ne vnus
obliuiſcat̄ alterius. Si xp̄s in vltima cena
volens recedere p viſibilē preſentiā a ſuis
dilectis amicis. ſ. aplis: ⁊ a nobis omnibus
tunc fundamentū charitatis oſtendit et
apparuit in hoc q̄ dedit eis ⁊ reliquit no-
bis nobiliſſimū ⁊ optimū qđ habuit. ſ. ſe-
ipſum. vt oſtenderet q̄ntum eos diligeret
quos ab eterno dilexit. Si em̄ aliq̄d me-
lius ⁊ nobilius habuiſſet vtiq̄ȝ denegare
nō potuiſſet pre nimia charitate ⁊ q̄ꝛ nihil
maius dilectus dilecto pōt oſtendere q̄ȝ ſe
metipſum totaliter dare ⁊ ſuā preſentiam
ſemper ſibi oſtēdere ⁊ exhibere. Licet em̄
magnū fuit ⁊ magne charitatis ſignū q̄
pro nobis homo factus eſt in hanc vallē
miſerie venit: ⁊ nobis. xxxiij. annis ſerui-
uit in fame ⁊ in frigore ⁊ poſt omnia ama
ram mortē pro nobis ſuſtinuit. In fine ta

men tm̄ dilexit nos q̄ reliquit nobis pre
ſentiam ſuā in ſacramento vt gauderem
de eo ſicut angeli in celo gaudent de pſē
tia eius: ⁊ ſicut vtuntur eo: ſic ⁊ nos eo vti
debemus in hoc ſacramēto. Sap̄. xvj. an
gelorum eſca nutriuiſti populū tuū. Ter
tio inſtituit: vt Aug. ponit vt habeamus
quid deo pr̄i offerre debeamꝰ nō ſolū ſa
crificium vituloꝝ nec ſanguinē tauroꝝ:
ſed corpus xp̄i filij dei: qđ ſacrificiū ipſe pa
ter acceptat gratanter ⁊ letanter. Inſuper
angelis eſt etiā multū acceptū tn̄ tale ſa
crificium pro nobis offertur. q̄ pn̄tes ſūt
quādocūq̄ȝ offert̄. Amb. ſup Lucā. Nō du
bites aſſiſtere angelos qn̄ xp̄s aſſiſtit
altari ⁊ illud venerabile ſacrificium om
die offertur: ideo q̄ꝛ omni die peccamꝰ
ſacerdos nō ſolū pro ſe affert: ſed etiā p
omnibꝰ q̄ in mūdo ſunt vel in purgato.
Quarto inſtituit hoc ſacr̄m vt memoriā
paſſionis ſue nobis relinqueret. Apoſt.
Co. xj. Quotieſcūq̄ȝ mā. pa. h. ⁊ ca. bi. mor
do. an. Unde ipē xp̄s dixit diſcipulis. Quo
tienſcūq̄ȝ feceritis in mei memoriā fa
tis. Unde ſciendū q̄ xp̄s tripliciter reli
quit nobis memoriā ſue paſſionis. Pri
in viſu: ⁊ hoc in imaginibus ergo bonū
habere imaginē crucifixi in domibus
mens hoīs eſt labilis: vt tamen videns
crucifixum reducat ad memoriā paſſ
xp̄i. In ſignum huius tunc ſemp habēt
eccleſijs ſignū crucifixi: vt cū homo ec
ſiam intret per viſum admoneatur ad
gratiandū deo de morte ſua. Scđo in au
ditu predicationis: ergo in oībus ſermo
bus aliq̄d tangendū eſt de paſſione
vt homines p auditū cōmoueant̄ ad
moriā paſſionis xp̄i. Tertio reliquit
bis memoriale ſue paſſionis in guſtu
eſt in ſacramēto altaris: vt quotienſcū
hunc panē manducemꝰ mortē dn̄i ann
ciemus ⁊ recolamus. Quinto inſtitu
eſt hoc ſacramentū ⁊ pignus noſtre be
titudinis: vbi eum tunc reuelata facie
debimus quē iam ſub ſacramento in
panis ſumimus. ergo in pignus noſtre
lutis xp̄s ſe nobis in hoc ſacramento
dit. Sexto inſtituit ideo vt figure ad
plerentur quibus prefiguratum fuit

venerabile ſacramentū. Fuit em̄ primo p̄
figuratū in oblatione Melchiſedech quā
tum ad ſubſtantiā oblationis. q̄ꝛ panem
⁊ vinū obtulit: erat em̄ ſacerdos dei. L. Se
cūdo p̄figuratū fuit in agno paſchali quā
tum ad victimā oblationis q̄ꝛ verus agnꝰ
ideſt xp̄s pro nobis in cruce immolatꝰ eſt
Joā. j. Ecce agnus dei. Et aſſatus in igne
paſſionis ⁊ diuini amoris quo ad nos q̄ꝛ
totus accenſus fuit in amorē noſtrum. In
ſignū huius aſcenſionis tunc ſudauit qn̄
p nobis captiuari voluit. Un̄ Lu. xxij. Fa-
ctꝰ eſt ſudor eius ſicut gutte ſanguinis de
currentis in terrā. Quādo aliq̄s ſtat circa
paruū ignē ſudat in facie. ſed qn̄ circa ma
gnum ſudat in toto corpore: igitur magnꝰ
ignis in xp̄i pectore erat: q̄ꝛ toto corpe ſu-
dauit. Scđm ſignū q̄ xp̄s accēſus fuit ī paſ
ſione ſua in amorē noſtrū eſt: q̄ꝛ valde ſiti
uit. Joh. xix. Sitio. homo valde inflāma
tus cōſueuit eſſe multū ſitibūdus. Ber. Si
tio ait nō doleo. O domine q̄d ſitis fideȝ
noſtram ſalutē noſtrā gaudiū noſtrum.
Tertiū ſignū eſt q̄ totus in corpe rubuit
ex eo q̄ totus ſanguine erat plenus. Ho-
mo ſtans ad paruū ignē rubet in facie. ſȝ
ſtans ad magnū ignē rubet in toto corpe.
Magnus feruor in corde xp̄i fuit ideo in to
to corpore rubuit. Quartū ſignum eſt qđ
veſtes in cruce ferre nō potuit: ſed nudus
in cruce affixus fuit ac ſi ipſo facto diceret
tanto igne charitatis adeo q̄ veſtes ali-
quas ferre nō valeo: ⁊ ſic habemus qua-
tuor ſigna q̄ xp̄s in paſſione ſua totus ac-
cenſus fuit amorem noſtrum: M Tertio
illud vnerabile ſacramentū prefiguratum
eſt in mānā. Pro quo ſciendū q̄ euchari-
ſtia ⁊ manna verus in quinq̄ȝ conueniunt
ſcilicet in origine: in ſapore: in loco in mi-
raculo: ⁊ in defectu. Primo conueniunt in
origine: q̄ꝛ vtrumq̄ȝ de celo. Nam de vete-
ri manna dicitur Exo. xvj. Ego pluam vo-
bis panes de celo. ſed de noſtro dicitur.
Johā. vj. Ego ſum panis viuus qui de ce
lo deſcendit. Secundo conueniunt in ſa-
pore: quia manna vetus maſticatum con
uertebatur ad omnem cibum deſideratuȝ
a comedente. Unde dicitur Sap̄. xvj. Pa-
nem de celo dediſti eis omne delectamen-

tum in ſe habentē. ſed de pane noſtro Al-
ber. magnus dicit. Sicut aures diuerſoꝝ
verba dei audientiū in eodeȝ verbo diuer
ſas inueniunt illuminationes pro vniuſcu
iuſq̄ȝ facultate ita fauces diuerſoꝝ hunc
cibū guſtantium diuerſas gratiarum in-
ueniūt refectiones pro vniuſcuiuſq̄ȝ neceſ-
ſitate: niſi fames aliena amaritudine ſint
infecte. Infirmis enim omnia amara vi-
dentur ſicut dicit philoſophus. Tertio cō
ueniunt in loco non enim dabatur manna
niſi in deſerto vbi aliud delectabile ⁊ reffi
ciens ad eſum nō fuit: ſic etiam non ſenti-
tur dulcedo gratie ⁊ ſapor euchariſtie ni-
ſi ab eis q̄ ſe in deſertū cordis transferūt:
nec mundanas accipiunt conſolationes.
Bern̄. Delicata eſt diuina conſolatio. nec
datur admittentibus alienam. Unde quo
tiens dominus turbas pauiſſe legitur hoc
ſolum factū dicit̄ in deſerto. Quarto cōue
niunt in miraculis naturalibus potentijs
vtrobiq̄ȝ nihil penitus cooperantibus. q̄
enim verbo peperit nō ſolū eſt ſupra natu
ram ſed etiam cōtra naturā. Similiter. q̄
mānā pluit de celo in hoc natura nihil pe
nitus habuit virtutis nec iuris. vnde Chr.
Omne qđ per miraculū fit ſola voluntate
dei agitur nulla potentia nature cooperā
te. Quinto cōueniūt in defectu mānā em̄
defecit intrantibus filijs iſrael in terram
promiſſionis ⁊ de fructibus terre guſtan-
tibus. Joſué. viij. Defecit mānā poſtq̄ȝ de
fructibus terre comederunt: ſic q̄ȝdiu ſu-
mus in deſerto huius mundi vtimur cibo
euchariſtie ſub ſpē panis ⁊ vini: ſed nudā
veritatē guſtabimus in vera ſpecie dei q̄
eſt vere fructus terre chanaan ideſt tranſ
mutate. q̄ꝛ gratiam ſuā quā hic ſumimꝰ
ſub ſpē panis velatā demūȝ guſtabimus
in nuda veritate ſine velamine in eternūȝ.
¶ Septimo chriſtus illud ſacramentum 7
inſtituit nobis in viaticum vt per illius cō
fortationem illuc venire poſſimus vbi cū
chriſto eternaliter regnabimus. Unde eſt
magnum donum a deo quando quis cum
bona ratione decedit ab hac vita ⁊ eccle-
ſiaſtica ſacramenta digne percipit: quia
omnes amici ⁊ cognati illius qui ſic mo-
riuntur cum ratione ⁊ ſacramentis ec-

eccleſiaſticis non pñt deo ſufficienter regra
tiari de iſto bono ꝙ de⁹ eis in ſuo cogna
to vel amico exhibuit. Contra hoc inconſo
labiliter aliqui dolent ſiue plorant dicen=
tes. O deus maleſeciſti: qꝛ mihi talem vel
talem amicum recepiſti: qꝛ deus nūꝗ ali=
quod malū fecit nec facere pōt: qꝛ eſt ſum
mum bonum a quo niſi bonū ⁊ omne bo=
num ꝓcedit: ergo ſtulte fatue ⁊ periculo=
ſe tales ſic contra deū murmurant dicen=
tes eū maleſeciſſe cū poti⁹ tenent̄ ſibi gra
tiarum actiões referre de hoc ꝙ iſte vſum
rōnis vſq; ad obitū ſuū habuit. ¶ Sed
queritur quid de iſtis ſentiendum eſt q̄ in
extrema infirmitate perdūt vſum rōnis?
Rñdetur hoc aliqb⁹ cōtingit in penā: eo
ꝙ nō ſunt digni: vt cū rōne mori debeant:
ſed more beſtiaꝝ moriunt̄ ſine rōne ⁊ cō=
feſſione ⁊ ſacramentis: ⁊ talibus vt frequē
ter hoc cōtingit qui hic nunꝗ deū queſie
runt ⁊ vſu rōnis vnde ſunt in malum ꝯtra
deum ⁊ iuſtitiā ⁊ mēbra corporis ſui exer
cuerunt ad ſeruiendū mundo ⁊ diabolo:
tunc qñq; in eiſdē puniuntur cū q̄bus pec
cauerunt. vnde Salo. Per que hō peccat p
hec ⁊ punietur. Vñ Ber. In quo eñi mem=
bro creator magis offendit̄: in eo membro
peccator grauius torquebit̄: ⁊ hoc fit qñ=
q; nō ſolum in futuro: ſed ēt qñq; in p̄ſenti
vt pꝫ in q̄buſdam magnis peccatoribus
qui in agone mordent ſuas proprias lin=
guas: in ſignum ꝙ deū in lingua offende=
runt delectabiliter comedendo ⁊ mala vl
ſcandaloſa verba loquendo cōtra deū ⁊ ꝓ
ximos. Itē aliq̄ qñq; mordent ꝓprias ma=
nus: qꝛ deum offenderunt impudice tāgē=
do vel proximo in rebus nocendo: vel le=
dendo. Itē q̄dam dilacerāt faciem ſuā: qꝛ
cōtra deum ſe ornauerunt ⁊ faciē depixe-
runt: ⁊ ſic de aliis. Quorum pena hic qñq;
incipit ⁊ alibi nūꝗ finiet̄. Et hoc illis qñq;
contingit q̄ nō ex infirmitate aut ignoran
tia: ſed ex certa malitia ⁊ ſcienter peccaue
runt. ſ. adulterando: blaſphemando: ſe in
ebriando: corizando: ⁊ proximis maledi=
cendo. ⁊ ſic de aliis. vñ Aug. in quodaꝫ ſer
mone. Percutitur hac animaduerſiōe pec-
cator vt moriens obliuiſcatur ſui qui duꝫ
viueret oblitus eſt dei. Secundo aliquib⁹
contingit hoc in bonum vt rōnem amitta
in agone. ſicut deus quandoq; permitti
hoc euenire bonis hominib⁹ q̄ ſunt nimi
timoroſi ⁊ puſillanimes nō in extremis de
ſperent ⁊ a demonibus decipiantur: quia
tunc maxime tentationes occurrunt ho
ni: ergo quādoq; accidit ꝙ boni homin
qui ſunt in gratia cōſtituti perdunt vſ
rōnis poſtq̄ cōfeſſi ſunt ⁊ ſacram cōe
receperunt: ⁊ hoc eis non nocebit. Qua
do quis in gratia eſt ⁊ incidit ſic in in
niam. tunc non poteſt perdere regnū ce
nec etiam poteſt peccare ſine vſu ration
quia q̄lis fuit quando incidit in inſania
ſic manebit: ⁊ ſi ſic in tali ſtatu moritur
iudicabitur a domino ſicut fuit quādo in
cidit in amentiam. Ergo ſi quis in pecca
to mortali incidit in amentiaꝫ: ⁊ poſtea
tali ſtatu moritur ſine vſu rōnis eterna
ter damnabitur: ſꝫ ſi fuit in grā qñ inci
in veſaniam: ſic mortur tunc ſaluabit̄: er
go non debemus ex hoc iudicare vel co
demnare alios: quia iudicia dei abyſ
multa. Item contingit quādoq; ꝑmiſ
diuina ꝙ aliqui boni hoies tā grauē
amaram mortē ſuſtinent ⁊ hoc dat eis
qñq; miſericorditur ꝓ purgatorio: vñ l
tur ꝙ q̄dam petiuit in agone angelos q
ad eū miſſi fuerant: vt tardarēt: vt hu
lius puniretur, ⁊ purgaretur pro pecc
ſuis. ¶ Vñ nota ꝙ iſtud ſacramentū
chariſtie ſumme eſt a nobis honorand
⁊ deuote adorandum quando eleuatur
miſſa: vel quando portatur in via. Exē
plum inde habemus. Fuit namq; q̄da
banus in thuringia q̄ tulit ad collū ſu
in pixide in honeſto ſacculo corpus do
ni extra villam ad communicandum q
dam infirmum tūc quedam meretrix
non longe a via in ſuo proſtibulo vide
cepit cogitare penes ſe quod ſi fides
na eſſet vera: tunc iſte eſſet ſaluator m
di quē ſacerdos in pixide portaret: q
modo ipſa in conſpectu eius auſa eſſe
ta mala perpetrare: qui tamen tot
incommoda ſuſtinuiſſet pro redemptiōe
di. Et ipſa compuncta in ſeipſa relinq
ſtibulo cucurrit per lutum profundum
loci curſu ad ſacerdotem inquinata l



vſq; ad medietatē cruris dicēs. State do
mine ſacerdos ⁊ ſic ſtetit ſacerdos. Et ip=
ſa proſternens ſe in luto añ corpus xp̄i ait.
Dñe ieſu xp̄e ſi tu es ille q̄ pro noſtra re=
demptione natus fuiſti de virgine paſſus
⁊ ſepultus aſcendēs ad celos ſedēs ad de
xteram patris iudicaturus viuos ⁊ mor=
tuos. ⁊ ſi te talē iſte ſacerdos portat in pi
xide: rogo te per tuā ineffabilem miſericor
diam ignoſce mihi pctā mea. ⁊ rñdit Ieſ⁹
de pixide in lingua latina. Et ego cogno=
ſco tibi peccata tua: ⁊ illa audiens vocem
de pixide in latino ait. Dñe nō intelligo la
tinum: rogo te loquere theutonice ⁊ ſtatiꝫ
dñs locutus eſt de pixido theutonice. Et
ego recipiam te in gratiā meā. hoc audiēs
meretrix ait ⁊ tu dñe me ſuſcipis in grāꝫ
tuam que peccaui in carne mea luxurioſe
oīmodo peccandi qui cogitari pōt. Grās
tibi ago bone dñe ieſu: ⁊ ſic conuerſa ſtati
emendauit vitā reſtituta grē ſaluatoris.
O q̄ bonū habemus dñm bonū eſt ei ſer=
uire: toto corde: tota aīa: tota fortitudine:
que ſubito ſaluos facit ſperantes in ſe.

¶ In eodē feſto. Ser. lxxx. De his qui mā
ducant corpus dñi ſpiritualiter.

QUi manducat hunc panem
viuet in eternū. Jo. vj. loquē-
do de manducatiōe hui⁹ ve-
nerabilis ſacramēti. Scien=
dum eſt primo ꝙ hoc ſacra
mentū tripliciter ſumit̄. Pri
mo ſpūaliter tm̄: vt q̄ accipiunt rē ſacramē
ti. i. gratiā, ⁊ nō ſacramētū. Au. crede ⁊ mā-
ducaſti. ¶ Sed querit̄ qui ſunt iſti q̄ ſic
ſpiritualiter hoc ſacramētū accipiūt. Rñ=
detur ꝙ ſunt quatuor gña hoim. Primi q̄
in infirmitate ſunt ꝯſtituti ſic ꝙ non reti=
nent cibū ⁊ tñ ex corde deſiderāt hoc ſacra
mentum: ſꝫ ꝓpter infirmitatē ⁊ vomitum
nō p̄ſumūt illud ſumere. Et iſti māducant
ſpūaliter ⁊ grām ſacramēti accipiūt ꝓpter
deſiderium q̄d hñt ad ſacramētū. Et tales
etiaꝫ nullo mō debēt ſumere hoc ſacramē
tum: qꝛ ſufficit eis iſta ſpūalis māducatio
de quo legit̄ exēplum. Quod quidam ha=
bens magnam deuotionem ad ſacramen=
tum altaris omni die ſi aliquo modo po=
tuit integrā miſſam audiuit. ⁊ cū mori de
beret ⁊ ꝓpter vomitū cōmunicare nō poſ=
ſet: ⁊ de hoc multum doleret: petijt ſibi la
tus ſuum lauari: ⁊ panno mūdiſſimo corp⁹
xp̄i ſupraponi. Quo facto paries paulatī
corporis xp̄i ceſſit ⁊ mox vt corpus xp̄i nu=
dam cutem iſtius hoīs tetigit vſq; ad cor
cunctis videntibus penetrauit. Scđi qui
ſpūaliter manducāt ſunt illi qui p̄parauē
runt ſe ad hoc ſacramentū ſm̄ ſuum poſſe
⁊ ſacerdos denegat eis ēt cum ipſi humi=
liter petunt ⁊ deſiderant hoc ſacramentū
⁊ ſic ex obedientiā ſacerdotis abſtinent a
ſacramentali perceptione iſtius ſacramen
ti. Iſti etiam vt puto ſpūaliter ſumunt: er=
go patienter ferre debēt tales ſi hoc ſacra
mentum eis denegetur. Tertiū qui ſpiri=
tualiter manducant ſunt qui in agone con
ſtituti libenter vellent confiteri ⁊ commu=
nicare ⁊ ſacerdotem habere non poſſunt.
Et ſi tales ſic in tali intentione ⁊ in propo
ſito decedunt vere ſpiritualiter communi
cauerunt propter contritionem quam ha=
bent de peccatis eorum: ⁊ propter deſide=
rium quod ad ſacramentū habent. Quar-
te ſunt qui ex puro corde deo ſeruiunt ⁊ cū
magno deſiderio hoc ſacramentum appe
tunt attamen ex humilitate ⁊ reuerentia
ſacramenti non audent ad hoc ſacramen=
tum accedere: ſic omni die quilibet homo
qui habet magnum affectum ⁊ deuotio=
nem ad hoc ſacramentum poteſt ſic ſpiri=
tualiter communicare: ⁊ tales quandoq;
qui ſic cum magno deſiderio ⁊ deuotione
audiuit miſſam maiorem gratiam inter=
dum poſſunt conſequi q̄ ipſe ſacerdos ce
lebrans ipſam miſſaꝫ: quia ſacerdotes nō
ſunt ſemper bene diſpoſiti: ſed quandoq;
diſtracti: ⁊ indeuoti. Secūdo ſumitur hoc
ſacramentum ſacramentaliter tantum vt
tantum vt communicans in peccato mor=
tali: ſic iudas communicauit: ⁊ q̄uis tales
peccatores ſumant verum ſacramentum
non tñ fructum ſacramenti percipiunt: imo
magnum periculum incurrunt: quia tales
efficiuntur homicide xp̄i. j. Corin. xj. Qui
cunq; mandu. panem hunc ⁊ bi. c. do. indi
gne. erit corpo. ⁊ ſan. domini. Amb. qui indi
gne chriſtum ſumit ideꝫ eſt ac ſi ip̄m inter
ficiat. Tertio modo ſumit̄ hoc ſacramētū

ſacramentaliter ⁊ ſpũaliter ſimul. vt ſunt illi qui in gratia accedũt: ⁊ digne cõicant: vt hi vitã eternã ſibi mãducãt. vñ xp̃s dicit in verbis p̃miſſis. Qui mãducat hũc panẽ ſupple digne viuet ineternũ. ℞ Scd̃o ſciendũ ꝙ pene oia miracula q̃ xp̃s fecit in mũdo corporaliter: illa corpus xp̃i facit in hoie digne ſumẽte ſpũaliter. Primũ eſt ꝙ xp̃s in mũdo de virgine nat⁹ eſt. Euchariſtia aũt ſumpta digne facit nos ex deo naſci ſpũaliter. Joã. j. Quotquot aũt receperunt eũ dedit eis ꝑtãtẽ filios dei fieri his q̃ credũt in noie ei⁹ q̃ nõ ex ſanguinib⁹: neqꝫ ex volũtate carnis neqꝫ ex volũtate viri: ſꝫ ex deo nati ſunt. j. Jo. ij. Scitote q: oĩs qui facit iuſtitiã ex deo natus eſt. vnde Orige. Sicut ſplẽdor naſcitur a ſole: ſic iuſtus per ſingula bona opera naſcit̃ ex deo. Nã natiuitas ſpũalis felicior eſt natiuitate xp̃i corporali: q: in natiuitate xp̃i corp⁹ naſcentis ſeparabat̃ a corpore genitricis: ſꝫ in natiuitate nr̃a ſpũali manem⁹ in deo: ⁊ deus in nobis hunc effectũ exercet euchariſtia. Jo. vj. Qui mãducat meã carnẽ in me manet: ⁊ ego in eo. Scd̃z eſt ꝙ xp̃s naſcẽs mr̃i ſue cõſeruauit virginitatẽ: ſic euchariſtia cõſeruat: ⁊ cõfirmauit in nobis integritatẽ cuiuſlibet virtutis quã inuenit. pſ̃. Panis cor hois cõfirmat. tertiũ ꝙ in natiuitate xp̃i claritas circũfulſit paſtores: ſic lumẽ gratie circũfulſit oẽs vires aĩe rõnalis vt fiat rõnalis acutior vt ſciat reprobare malum ⁊ eligere bonũ cõcupiſcibilis feruẽtior ad bonũ deſiderãdũ iraſcibilis diſtrictior ⁊ fortior ad malũ deteſtandũ ſic. Jonatas cũ comediſſet fauũ mellis illuminati ſunt oculi eius. j. Re. xiiij. ⁊ Lu. xxiiij. Diſcipuli cognouerũt dñm in fractiõe panis. Quartum angeli excitabant̃ ad cãtandũ gloriã ⁊ gratiarũ actiones: q̃libet homo ad prandiũ inuitatus poſt mẽſam gr̃as agẽs hoſpitẽ laudat. vnde nimis ruſticoſus eſſet qui poſt tãti ſacramẽti epulas cũ laudib⁹ non referret gr̃as. pſ̃. Edẽt pauperes ⁊ ſaturabunt̃ ⁊ laudabũt dñm. Jtẽ benedic aĩa mea dñm. Quintũ ſicut in natiuitate chriſti ſtella adduxit tres magos tria munera ei offerẽtes: ſic euchariſtia lumen gratie adduxit: ſcꝫ mũditiã cordis ſapientiã oris: induſtriã operationis. vnde qui habet mũditiã cordis offert aurũ charitatis pſ̃: Diligã te dñe for. mea. Qui hꝫ ſapientiam oris thus deuotionis. pſ̃. Dirigatur do. oratio mea. ſi. ince. in cõ. tuo. Qui hꝫ induſtriã operationis offert caſtigationẽ carnis. j. Cor. ix. Caſtigo corpus meũ. Sextũ ſicut in nuptijs vinũ ex aqua fecit: ſic intercesſione beate Marie: etiam nobis lachrymas cõtritionis cõuertit in vinũ conſolationis. pſ̃. Scd̃m multitudinẽ dolorũ ... Septimũ eſt: ſicut in mari ſedauit ventos: ſic digne ſumenti euchariſtia ſedat temptationes. Quatuor principales vẽti ſunt ſuperbia: auaritia: gula: et luxuria. Si enim cõſideras ꝙ immẽſus deus vniuit ſe humili humanitati ⁊ dignatur ſub modica forma panis latere pudebit te ſuperbiã vilitari: ſi conſideras eius largitatẽ: q: nobis ſeipſum totũ donauit pudebit te peccati parcitatis ⁊ auaritie: ſi cõſideras ꝙ de mũdiſſima virgine natus eſt: ⁊ de pane mundiſſimo fit corp⁹ chriſti: tũc immũditia luxurie erit abominabilis tibi. ſi conſideras ꝙ ſeipſm dedit tibi in cibũ vite eterne pudebit te cibũ corporalẽ effundi intẽperate ſicut pudor eſſet homini poſt epulas regias ſtatim comedere cum ruſticis vel porcis. Octauũ eſt: ſicut intrãs domũ zachei ſibi contulit gratiã ſatiſfaciendi ⁊ reſtituendi. Lu. xix. Sic euchariſtia penitẽti dat gratiam ſatiſfaciẽdi pro pctis ⁊ proficiẽdi de virtute in virtutẽ. Reg. vj. Benedixit dñs obededon: ⁊ oẽm domũ eius ꝓpter archam dñi in qua erat mãna. Nonũ ſicut chriſtus eiecit demones ab obſeſſis: ſic hoc ſacramentũ eſt contra tẽtationes hoſtiũ animi munimẽtũ. Sicut enim caſtrũ munitis triplici ter. ſ. abũdãtia victualiũ copia armorum militiũ conſtãtia: ſic etiã hoc ſacramentũ dat anime triplex munimẽtũ. Dat etiam victus abundãtiã: hoc optauit Dauid dicẽs. Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundantia in turrib⁹ tuis. Dat etiam ⁊ adminiſtrat copiam armorũ ſpiritualiũ: id eſt virtutũ. Munit etiam animã cuſtodia celeſtium militũ. vbicũqꝫ enim fuerit corpus chriſti illuc congregabunt̃ ⁊ aquile: id eſt virtutes angelice. Talem enim regem in quem



quem deſiderãt angeli ꝓſpicere celeſtes milites ſolũ nõ relinquunt. Chr. ſub. Jo. Ubicunqꝫ viderit ſanguinem dñicum fugiunt quidẽ demones concurrũt autẽ angeli. ❡ Ultimo querit̃ quõ xp̃s ſit in hoc ſacramẽto. Rñdet̃ ſm ſanctũ Tho. in. iiij. di. x. ꝙ idẽ xp̃s q̃ de virgine natus ⁊ ꝓ nobis paſſus eſt in hoc ſacramento cõtinet̃. Jtem ſciendũ ꝙ totũ corpus dñicuz qd̃ pendebat in cruce adeo magnum fuit vt cum omnibus mẽbris ſuis ⁊ q̃titatũ dimẽſionibus. ſ. longitudine: latitudine: ⁊ ꝓfunditate: in tam parua ſpecie hoſtie includit̃: ⁊ veraciter exiſtit: q: corpus xp̃i eſt ibi glorificatum. ⁊ per ↄ̃ns non occultat ibi locũ: vt ptꝫ de corporibus glorificatis ⁊ precipue deuote cor̃ ſubtilitatis. Sed diceres quomõ xp̃s tam magnus ſicut in cruce pendit põt eſſe ſub tã parua ſpẽ panis. Rñdetur ꝙ deo omnia ſunt poſſibilia. Et exẽplum poſſumus recipere naturalibus: ſicut in pupilla oculi vel in ſpeculo vbi videmus ꝙ vnus mons totus vel tota turris q̃tũcunqꝫ magna in paruo ſpeculo vł oculo ſm figuram eius ſe recolligit ⁊ figurat̃: ⁊ tamen oculus eſt quaſi pũctus reſpectu talis rei: ſi hoc facit natura: nõne creator nature plus põt. ❡ Jtem ſciendũ ꝙ idẽ xp̃s q̃ eſt ſub ſpẽ panis in hoſtia ẽt eſt ſub ſpẽ vini in calice: ⁊ in hoc aliqui ſimplices errant q̃ ex quadã ſimplicitate adorant calicem in eleuatione miſſe tanq̃ ibi ſit ſepulchrũ xp̃i ⁊ non ſacr̃m in calice. Cum tñ ſm ſctm̃ Tho. ſup. iiij. diſt. x. vbi dicit ꝙ lꝫ ex ꝟtute ſacri ſub ſpẽ panis ſit tm̃ corpus: ⁊ ſub ſpẽ vini tm̃ ſanguis. tñ ꝓpter naturalem ↄcomitantiã ſub vtraqꝫ ſpẽ. ſ. panis ⁊ vini eſt totus xp̃s. ſ. ſm corpus: aĩam ⁊ deitatem. Et ergo ſic adorandus eſt xp̃s ſub ſpẽ vini in calice: ſicut adorat̃ ſub ſpẽ panis: q: vt dictũ eſt ſub vtraqꝫ ſpẽ eſt totus xp̃s ſicut natus eſt de virgine ⁊ ſicut pepẽdit i cruce: ⁊ ſicut ſedet ad dexterã dei pr̃is ⁊ inde venturus eſt iudicare viuos et mortuos: q: q̃cito ꝓfert ſacerdos verba ſuper hoſtiã tunc panis trãſſubſtantiat̃ in corp⁹ xp̃i. Et tunc ibi deſinit eſſe panis: ergo ibi non eſt panis: ſed ſolũmõ ſpẽs panis. Ubi eſt aduertenduz ꝙ ſimplices non debent adorare hoſtiaꝫ cũ ſacerdos eã recipit ad manus añ eleuationẽ donec illa quinqꝫ verba conſecrationis ſunt plene ab eo ꝓlata q: qñ recipit hoſtiã ad manus: tũc adhuc eſt panis ⁊ ꝓlatio p:io ꝟbo adhuc eſt panis ſilr̃ prolatis ſcd̃o, tertio, quarto verbo adhuc eſt panis: ſed ꝓlato q̃nto verbo in inſtanti non eſt ibi amplius panis: ſꝫ verũ xp̃i corpus. Tunc p:ĩo dꝫ adorari. Et hoc idem eſt dicendũ de verbis que dicunt̃ ſuper ↄſecratione calicis ꝙ illis ꝓlatis amodo ibi non eſt vinum: ſed verus ſanguis xp̃i cũ corpore: aĩa: ⁊ deitate: ſicut ſub ſpecie panis. ❡ Quod añ xp̃i paſſionẽ ⁊ illd̃ venerabile ſacr̃m ſit vtile ⁊ laudabile venerari: ptꝫ per tale exemplũ legit̃ in dialogo ceſarij ꝙ miles q̃dam apud imperatorem a multis accuſatus eſt ꝙ terraꝫ eius ſpoliando deuaſtaret: q̃ tandẽ captus ſm preceptum imperatoris patibulo ſuſpenſus eſt poſtea. ſ. die tertio miles alius preteriens cum ſeruo cum vidiſſet illum pendentem condoluit pulchritudini eius eo ꝙ vir pulcher fuit ⁊ nobilis. Acceſſerant ibiqꝫ prius vt depoſitum ſepelirent: eo ꝙ eiuſdẽ militis eſſet cognatus ad quos iſte de patibulo clamauit: Depoſite me adhuc enim viuo. Jllis eſtimãtibus ꝙ fantaſma eſſet ille pendens in patibulo ſubiũxit nolite timere: ego enim de gratia ieſu xp̃i et adiutorio virginis marie adhuc viuo qui depoſitus ⁊ ad ciuitatem ductus fact⁹ eſt magnus concurſus populi ad videndũ tã grande miraculum. Et miles iſte iuſſit vocare ſacerdotẽ cuꝫ ſacramento: ⁊ cum magna contritione ⁊ deuotione ⁊ lachrymis confeſſus eſt. Et ſacerdos petiuit ab eo vt fateretur ad honorem dei ⁊ edificationeꝫ populi per quid illam gratiam a deo meruiſſet ꝙ per triduũ viuus in patibulo ſic pependiſſet ⁊ ait. Paruum obſequiuꝫ deo ego peccator impendi propter quod miſertus eſt mihi deus. Nam ſingulis diebus: pre omnibus negotijs ⁊ anteq̃ƺ comederem: conſueui dicere quinqꝫ Pater noſter: ⁊ quinqꝫ Aue maria. Tres ad honorẽ paſſiõis xp̃i ⁊ q̃nqꝫ vulnerũ cum totidem venijs ⁊ aue maria. Quartum obtuli deo et angelo cui commiſſus ſum. Et quintuꝫ cũ

venia obtuli corpori chriſti:quod ſingulis diebꝰ per vniuerſum mundū conficit:quatenus in fine vite mee tãto merore viatico cõmunicari. Qđ ⁊ dñs noſter ex ſua miſericordia mihi preſtitit:⁊ mori non poſſum nec debeo anteꝗ̄ illud venerabile ſacramentū percipiã. Rogo vos propter deū vt cõmunicetis me. Et ſic cõmunicatus mor migrauit ad dominū ⁊ in cimiterio ſepultus eſt.

¶ In dñica.j.poſt feſtū trinitatis.ſer. lxxxj. De ſeptē generibus pauperum.

ERat quidã mendicus nomine Lazarus qui iacebat ad ianuã diuitis vlceribus plenus cupiens ſaturari de micis que cadebãt de mẽſa diuitis. Lu.xvj. Sciendū ꝙ in preſenti euãgelio fit mentio de diuite epulone ⁊ de Lazaro paupere. Et oſtẽditur in euãgelio preſenti ꝙ ſtatus diuitis in iſta vita fuit valde glorioſus:q: fuit ĩ magnis diuitijs:delitijs ⁊ honoribus. Status aūt pauperis fuit ſtatui diuitis omnino cõtrarius. Ille enim fuit in vbertate diuitiarū hic ⁊ in extrema paupertate. Ille purpura ⁊ byſſo amictus:iſte vlceribus circũdatus. Ille abũdabat in delitijs:iſte autẽ cupiebat ſaturari de micis que cadebãt de mẽſa diuitis:⁊ nemo illi dabat. Poſito autē ſtatu vtriuſq; in vita ponitur:⁊ ſtatꝰ vtriuſq; poſt mortem. Vterq; quidẽ mortuus eſt ⁊ raptus:ſed differẽter. x Diues quidem mortuꝰ eſt triplici morte:ſcilicet morte culpe dum eſſet in mũdo:⁊ hoc per peccatū mortale quo ſeparatur deus ab anima. Eze.xviij. Anima que peccauerit ipſa morietur. Item morte nature que ſeparat anima a corpore proprio:⁊ illa mors eſt cõmunis omnibꝰ tam bonis ꝗ̄ malis. Quia ſecundū Apoſtolū Hebre.ix. Statutū eſt omnibus hominibꝰ ſemel mori. Itẽ mortuus eſt morte gehẽne qua ſeparat anima a dei viſione:⁊ ſanctorū conſortio. Lazarus autẽ mortuus eſt vnica morte:ſcilicet nature. Fuit enim viuus in mũdo per gratiam:⁊ modo viuit coram deo per gloriã. Vterq; etiam fuit in mũdo raptus:ſed differenter. Nam Lazarus in ſignū Abrahe ab angelis eſt deportatus. Illa autem deportatio ab angelis eſt facta in tutamentū cuſtodie. pſ. Angelis ſuis mãda. de te:vt cuſto. te in omni. vijs tuis. Item in ſignū reuerẽtie. ſicut chriſti in manibus portãtur cum intronizant. vnde pſ. In manibꝰ portabunt te ⁊c. Item in ſignū letitie. Chry. Sufficiebat ad portãdum pauperẽ vnus angelus:ſed ideo plures venerūt vt chorū letitie faciant. Diues autẽ tanꝗ̄ diaboli parrochianus ad cimiteriū infernale a demonibus eſt deductus. ⁊ ibi ſepultus. Tali ſepultura ſepeliunt vſurarij ⁊ impij. De qua ſepultura dicitur Hier.xxij. Sepultura aſini ſepelietur. Sepultura:ſcʒ aſinitalis eſt ꝙ excoriatur:⁊ pellis a domino poſſidetur, carnes a canibus lacerãtur. ſic cū aliquis diues moritur heredes poſſident terrenam ſubſtantiã:vermes carnes ſuas dilacerant:ſupplicia infernalia torquent animã ſuam. vnde euang. Preſens dicitur diues eſt in tormẽtis:⁊ pauper Lazarꝰ in loco quietis. Item notandū ꝙ chriſtus loquens de diuitibus dixit in euang. vt habetur Luc.vj. Ve vobis diuitibus qui habetis. hic conſolationẽ veſtrã. Et loquens de pauperibus dicens Mat.v. Beati pauperes ſpiritu:quoniã ipſorū eſt regnū celorū. Queritur an omnes diuites ſint maledicti:⁊ ſimiliter an omnes paupes ſint benedicti. Ad quod reſpondet ꝙ non oẽs diuites ſunt maledicti:nec oẽs dãnantur nec etiã oẽs pauperes ſunt beati:nec omnes ſaluãtur. vnde reſtat nunc videre qui pauperes ⁊ diuites ſaluẽtur, ⁊ dãnantur. y Quantū ad hoc ſciendū eſt ꝙ ſeptem ſunt genera pauperū:quorū quatuor genera dãnantur ⁊ tria ſaluantur. Similiter etiam ſunt ſeptẽ genera diuitū:quorum quatuor damnãtur ⁊ tria ſaluãtur. Et de illis dicetur in ſequẽti ſermone. Primū genus pauperū qui damnãtur:⁊ qui hic ⁊ in futuro pauperes ſunt ex illorū ꝗ murmurant ⁊ blaſphemãt contra deum ex impatiẽtia:⁊ ſua paupertate dicẽtes quare ergo tã pauper ſum:deus eſt oblitꝰ mei tã parcus eſt mihi quaſi a Iudeis accõmodare deberet cū quibus mihi ſubuenire poſſit. Et iſti valde inique:⁊ ſtulte dicūt et faciunt ꝙ ſic cõtra deum murmurãt. A Quod probat vnicuiq; tali modo. Quid enī tibi tenetur deus:aut quid habet de te. Plus enī dedit tibi ꝗ̄ dignus es vel vnꝗ̄ meruiſti. Et hoc gratis fecit. Nã ex nihilo creauit te. pſ. Ipſe fecit nos ⁊ non ipſi nos. Itẽ redemit te proprio ſanguine ſuo. Apl's.j. Cor.vj. Empti eſtis ꝑcio magno. Tertio corpus cum mẽbris tibi cõceſſit:ſcilicet oculos ad videndū:manus ad palpandū:pedes ad ambulandū:aures ad audiendū:os ad loquendū:⁊ ſic de alijs. Si enim careres viſu vel auditu ⁊c. tunc cognoſceres ꝗ̄ magnū bonum eſt viſus vel auditus:⁊ ſic de alijs. tunc libẽter velles omnibꝰ diebus vite tue regratiari deo:vt tibi illuminaret oculos tuos ad vidẽdū:ſi iam cecus eſſes. Et deus iam cõceſſit tibi omnia iſta gratis ſine tuis meritis. Inſuper tibi tribuit veſtimentū:nutrimentū:domum ad habitandū. agros ⁊ vineas:oues ⁊ boues. j.Cor.iiij. Quid habes quod a deo nõ accepiſti:⁊ de omnibꝰ iſtis donis nūꝗ̄ regratiatus es ei:nec vnꝗ̄ veraciter recognouiſti te talia accepiſſe a deo gratis:⁊ ſine omnibus tuis meritis. Aug. de ciui. dei. Quiſquis beneficia dei non videt cecus eſt:nec laudat ingratus eſt. Quiſquis in laudando reluctatur inſanus eſt. O ꝗ̄ multi ſpiritualiter ceci ſunt qui beneficia dei non cognoſcunt ⁊ ingrati ſunt qui eum non laudant. ⁊ qđ peius eſt inſani ſunt qui deū cū ſuis donis impugnãt vtendo eis cõtra honorem dei:⁊ ſalutẽ propriã. Sicut illi qui abutūtur donis tam corporalibꝰ ꝗ̄ tẽporalibꝰ:ſicut oculis ad illicitū viſum ore ad proferendū praua ⁊ vana verba:auribus ad audiendū mala ⁊ detractoria verba:pedibus ad ſaltandū ⁊ chorizandū:manibꝰ ad illicitos tactus:⁊ ſic de alijs Etiam donis tẽporalibus:ſcilicet veſtibus ad ſuperbiam, cibo ad gulam potu ad ebrietatẽ:et ſic de alijs. Et quandocūq; ſic aliquis abutitur aliquo dono dei. tunc deus ſecūdum veram iuſtitiã deberet hominem priuare illo dono:ſcilicet vſu auditu vel greſſu ⁊c. Et hoc propter ingratitudinẽ. vnde Bernard. ſuper Cañ. Ingratitudo inimica eſt anime exinanitio meritorū:virtutum diſperſio:beneficiorū:perditio:⁊ talis homo ſic ingratus indignus eſt a deo plura dona accipere. vnde Non eſt dignus dãdis qui non agit gratias de datis. Hoc enim poteſt homo in ſeipſo cognoſcere. Si enī alicui quater benefeciſſes:⁊ ſemper ingratus eſſet tibi:tu forte ceſſares a beneficijs ſibi impẽdendis:ꝗđ tunc dices de deo qui cẽties ⁊ milleſies tibi benefecit:⁊ ei ingratus ſemper fuiſti. Ergo ſalubre documentum eſt quicūq; vult aliquid a deo accipere ꝙ ante ſibi regratiet de acceptis:⁊ erit tunc dignus plus a deo accipere. Chryſo. ſuper Matth. Gratiarũactio eſt inuitatio ad plus dandum. Secundū genus pauperum qui damnãtur ſunt illi qui in paupertatem viuunt:⁊ parua bona iniuſte lucrantur:ſicut qui furãtur gramina:fructus, ligna:ſegetes:⁊ ſic de alijs. Quia ſecūdum beatū Tho. in talibus minimis:ſi habet quis animum furãdi, vel nocumentū inferendi proximo erit peccatū mortale. Item qui emūt vel vendūt ⁊ decipiūt proximos mentiendo vel iurando etiã in paruis rebus grauiter peccant, vel etiam ſi nõ iniuſte lucrantur:tamen cum peccato lucrantur:ſicut qui in diebus feſtiuis mercãtias exercent etiam in paruis rebus:⁊ abſtrahunt ſe a miſſa:⁊ a dei ſeruitio. Item meretrices que ſeipſas diabolo totiens vendunt quotiens actum luxurie committūt:⁊ tamen cum hoc pauperes ſunt. Item laboratores mechanici qui opera ſua fraudulenter faciunt:⁊ ſic proximos decipiūt:ſicut fabri:ſutores:piſtores:pannicide ſartores:⁊ ſic de alijs. B Tertium genus pauperum ſunt illi pauperes qui ſuperbi ſunt et diuitibus inuident de donis ſibi a deo collatis : et tales pauperes ſuperbi non ſunt pauperes chriſti : ſed diaboli. Unde Caſſiodo . ſuper Pſalm̄ . vij . Si pauper ſuperbiat non eſt dei pauper . et ſi locuples humilitatem diligat non eſt ſeculi diues . Talium voluntates inſpiciende ſunt non omnia . Pauper enim ſuperbus eſt multum reprehenſibilis : quia non habet occaſionem ſuperbiendi: ſicut dicit diues . Ergo ſicut diues qui eſt humilis multum eſt laudabilis : ſic

pauper ſuperbus eſt multū vituperādus. Et talis h3 dānū duplex:q2 hic h3 paupta tē ⁊ ī futuro eternā dānationē.itē illi pau peres q̄ diuitibus inuidēt non fauētes eis que deus eis conceſſit pericloſe ſtant:q2 non debemus alicui inuidere:ſed nos mu tuo diligere ſicut mēbra vnius corporis er go ſicut quodlibet mēbrū alij non inuidet ſed ex toto corde ei congaudet ⁊ condolet non eīm pes in luto vel puluere ambulat inuidet oculo quem nūq̄ tangit puluis et multo eo pulchrior eſt:imo potius vellet ipſum adhuc eſſe pulchriorē.Itē non inui det pes cordi:q2 eſt ſapientius.Itē non ce rebro:q2 cuſtoditū eſt melius ⁊ locatū al tius.Itē nō ori:q2 illi datur vinum cū ſibi aqua datur:⁊ hmōi:ſic nullo modo d3 q̄s alteri inuidere pro bono qđ deus contulit ei:vel q2 ditior vel nobilior vel altior: vel acceptior eſt ⁊ hmōi.Dñs enim ordinauit mēbra corporis eccleſie vt voluit nec nos omnes poſſumus vnū officiū habere.j.Co rin.xij.Oīa mēbra non eundē actū habēt. Ideo dilige proximū tuum ſicut teipſum: ⁊ quieſce ab inuidia multo facilius.mare totum in dulcedinē verteres mellis.de ce lo infernum faceres.de aqua ignē q̄3 fontē largitatis diuine cū inuidia tua exiccares. Quieſce ergo ab inuidia tua.q2 fruſtra la borās ⁊ animā tuā pdis q2 inuidia tua ni hil tibi ꝑficit niſi ꝙ teipſ3 tribulas ⁊ bona que facis mortificas.j.Jo.iij.Qui nō dili git fratrem ſuū manet in morte: ⁊ ideo po tius proximo congaude vt membrum mē bro:⁊ ei bonū cupias.Alioquin non eſt mē brum corporis xp̄i:q2 vt dicit Aplus.j.Co rin.xij.Cū gloriat̄ vnum mēbrum congau dent omnia mēbra:ſed eſt membrū diabo li quem inuidendo imitaris.vñ ſcriptum eſt.Inuidia diaboli mors introiuit in or bem terrarum.Imitant̄ aute3 illi qui ſunt ex parte eius.Sciendu3 ꝙ multis expedit ꝙ hic ſint pauperes:ergo fac de neceſſita te virtutē ⁊ ſuſtine paupertatem tuam pa tienter ⁊ gaude de bono ⁊ gloria ꝓximi:q2 cū gloriatur vnum mēbrū congaudēt oīa mēbra ꝙ ſi tu ſimul ita feceris multū glo rie per hoc mereris.Quia nunq̄ aliq̄s ho minum tantum cōmodum ⁊ gloriā de aliq̄

hic habuit nullus vnq̄ pater vel mater de filio:nullus de fratre vel amico ſicut tu in celo habebis de quolibet ꝓximo ſaluādo Anſel.Unuſq̄ſq3 intm̄ gaudeat de alteri⁹ bono q̄ntum de ſuo proprio.Quartum ge nus pauperū q̄ damnantur ſunt illi q̄ eum vident alios diuites exercere vſuras:vel ludere:vel ſuperbiam in veſtibus exerce re,vel crapuloſe,vel guloſe viuere:ipſi ēt ſic vellent libenter viuere ſi pecuniam ad hoc habere poſſent:⁊ qui ſic optant habe re diuitias peccant mortaliter:q2 ad ma lum finem deſiderāt effici diuites.itē qui optant diuites fieri ēt cum male acq̄ſitis ⁊ ſic concupiſcunt rem ꝓximi ꝯ nonū prece ptum dei:vbi dr̄.Nō cōcupiſces rē ꝓximi peccant mortaliter:vel ēt qui dimittūt fur tum vel rapinam ꝓpter ſuſpendiū vel ꝓ pter honorem ſeruandū:ſed tn̄ voluntate hñt ꝙ libenter vellent bona ꝓximi fura ri vel rapere.Et illi ꝓpter illā malā volū tatem damnant̄ ſi ſic moriunt̄.Iſti omnes ideo enumerati ſunt infelices ⁊ pauperri mi hoīes hic,⁊ in futuro.Quintum genus pauper̄ qui.ſ.ſaluant̄ ſunt illi q̄ elemoſy nam recipiunt,⁊ paupertatē ſuā patiēter ſufferunt ⁊ libenter ēt eſſent ditiores ſi dei voluntas eſſet:ſed contra voluntatē dei ⁊ iuſtitiam nolūt habere quaſcū q3 diuitias ſed potius vellent ſuſtinere paupertatem lazari qui micas panis habere nō potuit q̄3 quicq̄3 contra deum acquirere vel etia3 affectare.Aug.Nō tibi diſpliceat pauper tas tua nihil ea poteſt diuiti⁹ inueniri.vis ſcire q̄ locuples egeſtas ſic celum ſemper paupertas emit,⁊ tales fideliter tenentur orare pro illis a quibus elemoſynam reci piunt:⁊ qui pro eis laborant ⁊ eis de ſuis laboribus ſubueniunt.Ergo illi pauperes qui ſic elemoſynam recipiunt ⁊ per ſe labo rare non poſſunt multum ⁊ frequenter de bent orare:quia non ſolum tenentur ora re pro ſeipſis:ſed etiam pro alijs:ſiue vi uis,ſiue mortuis a quibus elemoſynas re ceperunt.Unde legitur quod quidam re cepit veſtem a quodam peregrino ⁊ poſt modum non orauit pro anima eius:ſ3 obli tus fuit orare pro eo:⁊ poſtmodum gra uiter punitus ⁊ afflictus fuit:quia pro illa



Vel quādo vides aliquē honorari: tūc co gitare debes quō boni honorant a deo et ab oībꝰ āgelis ⁊ ſanctis celis. Itē de gau dijs celi legit tale exēplū ꝙ qđam religio ſus deuotus petiuit a deo vt ſibi reuela ret aliquā dulcedinē celeſtis gaudij. ⁊ cuꝫ vna dierum eſſet in oratione audiuit par uam auiculā dulciter ꝓpe ſe cantantem. Qui erigens ſe ab oratione voluit appre hendere auiculā que volauit añ eum vſꝗ ad ſiluam q̄ erat prope monaſteriū: ⁊ ſedit ſuper vnā arborem. ⁊ ipſe ſecutus eſt eaꝫ ſtans ſub arbore: ⁊ audiuit cantū illiꝰ aui cule: ⁊ poſtmodū auicula euolauit: ⁊ iꝑere greſſus eſt ad monaſteriū: ⁊ eſtimabat ſe vix ad vnā horā vl' ad duas horas ſub ar bore ſtetiſſe: ⁊ veniēs ad monaſteriū iue nit ꝙ porta mōaſterij obſtructa fuit cū la pidibus: ⁊ inuenit aliā portā eſſe factā in alio latere monaſterij. Et acceſſit ⁊ pulſa uit ad portā ⁊ frater portariꝰ queſiuit vn de veniret: ⁊ qs eſſet: ⁊ quid deſideraret. Qui rñdit. Ego iam nouiter exiui de mo naſterio: ⁊ iam reuertor: ⁊ iaꝫ monaſteriū variatuꝫ eſt. Et portarius intrauit ⁊ dixit abbati. Quis venit ad portā ⁊ queſiuit ab eo qs eſſet: ⁊ vñ veniret. Rñdit ego ſuꝫ fra ter illius monaſterij. ⁊ nouiter exiui ad ſil uam ⁊ reuerſus ſum ⁊ neminē noſco: nec me aliquis cognoſcit. Tunc abbas ⁊ ſenio res monaſterij queſierūt ab eo nomen ab batis illius qui preerat monaſterio pro tē pore quo monaſterium exiuit: ⁊ querētes in cronicis inuenerunt eum defuiſſe a mo naſterio. ccclx. annis. hoc magnum fuit ꝙ per totū illud tps pre dulcedine cantus il lius auicule ſeu angeli: nec ſenſit frigus: nec calorem: nec eſuriuit nec ſitiuit. Quid tunc erit qñ celuꝫ intrabimus ⁊ nouē cho ros angelorum cantare audiemus.

¶ In eadē dñicā. De luxuria. Ser. lxxxv.

Vxorem duxi ⁊ ideo non poſ ſum venire. Lu. xiiij. Sciē dum ꝙ excuſatio iſtius q̄ inuitatus fuit ad cenam: ⁊ ſe excuſauit dicens. vxo rem duxi: ⁊ ideo non poſ ſum venire pertinet ad lu xurioſos ſi enim vxor hic accipitur ꝓprie. tunc iſte excuſando falſum dicit. Certum eſt enim ꝙ qui vxorem ducunt ad celeſtes nuptias venire bene poſſunt. Si aūt acci pitur pro carnali voluptate verꝫ dicit Gre go. Nonnulli in coniugio non fecundita tem prolis: ſed deſideria expetūt volupta tis. Et idcirco per rem iuſtam non imme rito figurari pōt res iniuſta. homo igitur luxurioſus ⁊ voluptuoſus ad celeſtem ce nam peruenire non poteſt: non debet ⁊ nō eſt dignus. Primo nō poteſt qꝛ compedi bus eſt alligatus. Eccl'i. vij. Inueni mulie rem morte amariorem que laqueus vena toruꝫ eſt. Secundo debet qꝛ eſt quaſi feti dus. Johel. j. Computruerunt iumenta in ſtercore tuo. Tertio non eſt dignus: quia eſt ſordida veſte indutus: ſi eīn indignus fuit ſtare in nuptijs: qui nō habuit veſtem nuptialem: vt dicit Mat. xxij. Multo for tius q̄ habebit veſtē vituperabilē vel ſor didam: ergo ſi vxor accipitur pro carnali cōcupiſcentia tūc verꝫ dixit. Vxorē duxi ⁊c. Unde hic dicēda ſunt duo. Primo quomō actus luxurie committit ſex modis: ⁊ quo modo vnus ſemper grauior eſt alio. Se cundo quō luxuria committitur ſine actu decem modis: ⁊ quando ſit peccatū ⁊ quā do non: ⁊ de hoc dicetur in ſequenti ſermo ne. O Quantum ad primū ſciendū ꝙ pri mus actus luxurie eſt fornicatio ſimplex ſi cut ſoluti cū ſoluta: ⁊ lꝫ quidā dixerūt for nicationem ſimplicem nō eſſe peccatū mor tale, hoc tñ ſecundum henric. de vrina. eſt falſum ⁊ impoſſibile propter duo. Primo quia ſimplex fornicatio inuenit in diuina lege prohibita: vbi dicitur. Non mechabe ris. vnde ſecundum Aug. in hoc precepto prohibetur omnis illicitus concubitus: et ⁊ hoc explicite. Unde dicitur. Non mecha beris. i. nulli alteriꝰ excepto federe matri moniali te cōmiſcebis. vnde vt dicit gloſa interli. Lex autem diuina nihil prohibet niſi peccatum mortale. ⁊ ideo relinquitur quod fornicatio ſimplex ſit peccatum mor tale quod etiam ſecundo patet euidenter ex hoc quia nihil a participatione celeſtis regni excludit niſi peccatum mortale ſi ꝓ pter ſimplicem fornicationem excluditur

quis a regno celorũ:vt ptȝ per Apl̃m ad
Ephe.v.hoc aũt ſcitote ꝙ omnis fornica
tor:aut immũdus non hȝ hereditatẽ in re
gno chriſti ⁊ dei igitur ⁊c.Ex hoc patet ꝙ
luxuria eſt malũ pctm̃:q2 nũꝙ̃ põt ſciẽter
⁊ volũtarie fieri ſine pctõ mortali.homici
dium aũt poteſt fieri ſine pctõ mortali vbi
iuſtitia hoc exigit:vt cũ iudex amore iuſti
tie aliquẽ occidit:vel ẽt vbivi repellere lȝ.
Item aliquis põt furari ſine pctõ:⁊ hoc in
extrema neceſſitate:q2 tunc oĩa ſunt cõia.
Item in dieb9 feſtiuis põt quis qñq3 labo
rare ſine pctõ.Et etiam aliquis põt iura=
re ſine pctõ:ſimiliter ⁊ recipere iuramẽtũ
ſine peccato.Similiter q̃s põt iraſci qñq3
ſine pctõ:ſed nullus põt fornicari ſcienter
quin peccet mortaliter.Ponamus ꝙ aliq̃s
nullũ malũ cogitauerit neq3 fecerit:⁊ oĩa
bona egerit que excogitari poſſunt:et niſi
ſemel fornicetur:⁊ ſic decedat ſine penitẽ=
tia:de neceſſitate dãnabitur:etiam ſi oẽs
miſſe que vſq3 ad finẽ mundi celebrabunť
ab eccleſia pro eo ſolo celebrarenť nõ libe
rarent illũ a morte eterna.Et propter iſtã
breuẽ delectationẽ occidit ſuã propriã ani
mam ⁊ priuat ſe ſocietate chriſti ⁊ Marie
⁊ omnium ſanctorũ angelorũ:⁊ dat ſeipm̃
in poteſtate oĩm demonũ:⁊ ad eternũ ſup
pliciũ:ſic ꝙ pro vno actu fornicationis tot
annis ardebit in inferno quot regnabit
chriſtus in celo:q2 eternaliter.Hiero.Qui
luxuriatur viuus mortuus eſt.Sciendũ ꝙ
ad deteſtationẽ huius fornicationis q̃ ſit
cum meretricib9 valẽt tria.Primũ eſt hoc
ꝙ forte ſunt coniugate.⁊ ſic cũ aliquis cre
dit ſe peccare cum talib9 ſimplici fornica=
tione:ipſe qñq3 cõmittit adulteriũ.Scðm
eſt ꝙ qñq3 talis cõmittit inceſtũ:q2 forſan
tales meretrices cognate ſunt conſangui=
neis illius qui peccat cuȝ eis.Ergo ſi duo
cõſanguinei peccarẽt cũ vna meretrice pri
mus abſoluiť a ſimplici ſacerdote.ſcũdus
aũt mittiť ad autoritatẽ epi.Tertiũ quia
qui cũ talib9 peccat magno ſe cõmittit di=
ſcrimini:⁊ lȝ non ſint cognate vel affines
eius ipſe tñ ſm̃ Guil.lug.in ſum.vitiorũ.c.
de luxuria cũ peccãt ac ſi forent:ex quo eſt
equalis contẽptus. ꝑ Scðs actus luxu=
rie diciť ſtuprũ:⁊ eſt illicita defloratio vir=
ginũ qð eſt pctm̃ grauius q̃3 prim9 actus
luxurie ad deteſtationẽ huius peccati va
lent tria.Primo q2 hoc peccatũ aufert vir=
ginitatẽ que eſt theſaurus incõparabilis.
vnde Sal.Non eſt cõdigna põderatio cõ=
tinentis anime oĩa enim viſibilia in terris
precellit dignitas virginitatis.Vñ Ambr.
Super grediť virginitas cõditionẽ huma
ne nature per quã homo angelis aſſimila
tur.inſignũ hui9 dignitatis debeť virgini=
bus fructus cẽteſimus cũ cõiugatis ſolum
debetur triceſimus ⁊ viduis ſolũ ſexageſi=
mus.Inſuper perdito iſto theſauro nũꝙ̃
recuperari põt.vnde Iſid.de ſum.bo.Vir=
ginitas ſi labitur nulla penitẽtia reparať
ad integritatẽ.vnde etiã Hier.Audẽter lo
quar cum oĩa poſſit deus:ſuſcitare tñ non
põt virginẽ poſt ruinã.Valet quidẽ de pe
na liberare:ſed nõ valet coronare corru=
ptam.Scðo q2 ille qui illicite deflorat ali
quã virginẽ aliqñ eſt occaſio mille fornica
tionũ:quas ipſa poſtmodũ cõmittit.Si=
cut ille qui primus rũpit clauſurã vel ſe=
pem alicuius orti vel vinee occaſio eſt illi9
damni quod faciũt qui poſtea veniũt:qui
alias non intraſſent.Modo eſt regula iu=
ris ꝙ qui occaſionẽ dãni dat damnũ dediſ
ſe vr̃.Quia talis virgo ſic corrupta quan=
doq3 non põt venire ad matrimoniũ:ſed
cõis omnibus erit:⁊ quicũq3 pctã ſic per=
petrauerit:ille qui eã primus violauit illo
rum omniũ reus erit.Tertio q2 virgo ca=
ſta eſt vxor ⁊ ſpõſa chriſti:q2 ipſe eſt ſum=
mus ſacerdos qui virginẽ debet ducere in
vxorẽ:vt habetur Leui.xxi.Modo ſi quis
vere diligeret ſpõſum virginis:ſcȝ chriſtũ
ſpõſam eius non pollueret.Inſuper talis
deberet aduertere qð chriſtus qui eſt ſpõ=
ſus virginis ſcit et videt ꝙ ſponſam eius
polluit.Et ſi hoc tibi fieret cũ vxore tua le
gitima nonne punires eũ qui talẽ iniuriã
⁊ irreuerentiã tibi faceret in cõiuge tua:et
cum hoc te preſente ⁊ vidẽte.Sic ſimiliter
attendendũ eſt de chriſto:cuius idẽ ocu=
lis oĩa nuda ⁊ aperta ſunt qui indubitan=
ter talẽ irreuerẽtiã ſibi in ſpõſa ſua factã
in te grauiter vindicabit:niſi penitueris:
⁊ cũ penitẽtia placaueris. ¶ Tertius
actus eſt adulteriũ:⁊ eſt grauius peccatũ



q̃3 ſtuprũ.Magnitudo aũt huius vitij põt
oſtendi per quatuor.Primo per hoc ꝙ eſt
contra ſacramentũ matrimonij qð ipſe=
met deus in paradiſo inſtituit.vnde nõ fit
iniuria tanto ſacramẽto abſq3 magna dei
cõtumelia.Sic enim monachus profeſſus
aliquẽ ordinẽ alicuius ſancti peccat tranſ=
grediẽdo ordinẽ quem iſte ſanctus inſti=
tuit.quid tũc dicendũ eſt de illis qui trãſ=
grediuntur ordinẽ quem deus per ſemet
inſtituit:ſcilȝ matrimoniũ quod eſt vnum
de ſeptẽ ſacramẽtis.Secũdo q2 hoc pecca
tum exuperat omne furtuȝ tpale:q2 in qð
aufert quis ſic ſuo proximo eſt maius qua
cũq3 terrena ſubſtãtia.Hoc patet:q2 plus
debet diligere vxorẽ q̃3 oĩa tẽporalia imo
ſuper alios hoĩes in mundo exiſtẽtes.vn
de Adam Gene.ij.dixit de Eua ſua vxore.
Propter hoc relinquet homo patrẽ ⁊ ma=
trem ⁊ adherebit vxori ſue.In ſignũ hui9
multi ſunt qui potius vellẽt exheredari ⁊
omnibus tẽporalibus priuari:q̃3 hoc ma=
lum ſcienter:⁊ volũtarie in ſuo vxorib9 ſu
ſtinere.Tertio q2 hoc vitiũ quodãmodo
aſſimilatur homicidio.Cũ enim vir ⁊ mu=
lier ſunt vnũ corpus ⁊ vna caro:vt patet in
euãg.vbi chriſtus dicit.Iam nõ ſunt duo:
ſed vna caro ergo qui aufert vxorẽ alicui:
idem eſt ac ſi ipſummet auferret:ergo pro
hibitio adulterij in decalogo immediate
ponitur poſt prohibitionẽ homicidij:⁊ an
te prohibitionẽ furti.Clemẽs papa.Quid
in omnib9 peccatis adulterio grauius eſt.
ſecundũ enim in penis locũ tenet:id eſt in
prohibitionib9.Vnde adulteriũ eſt tã gra
ue peccatũ ꝙ potius homo hic oẽm penã
temporalẽ deberet ſuſtinere:vel etiam ſi
neceſſe eſſet potius deberet mori:⁊ pmit=
tere ſe occidere ab alio q̃3 in adulteriũ cõ
ſentire.vnde Ioſeph magis voluit incar=
cerari q̃3 adulterio cõſentire:vt hr̃ Gene.
xxxix.Etiam Suſanna que eſt ſpeculũ om
nium mulierũ potius voluit innocẽter oc=
cidi q̃3 adulteriũ contra deum cõmittere:
vt habetur Dañ.xiij.Quarto põt oſtendi
grauitas adulterij:⁊ pene q̃ infliguntur pro
hoc vitio.Pro quo ſciẽdũ ꝙ adulteri qñq3
puniunť corporaliter:qñq3 tpaliter:qñq3
ſpũaliter:⁊ qñq3 eternaliter.Primo corpo
raliter qñq3 puniunť a deo.vñ.ij.Reg.xij.
Dixit Nathã ad Dauid poſtq̃3 adulteriũ
cõmiſit.Non recedet plaga de domo tua
vſq3 in ſempiternũ eo ꝙ deſpexeris me:et
tuleris vxorẽ Vrie ethei.⁊ qñq3 talis adul
ter ex puniſſione dei torquetur hic in pre=
ſenti a diabolo in terrorẽ aliorum.vnde le
gitur ꝙ quidã cõmiſit adulteriũ:⁊ poſtq̃3
intrauit eccleſiã obſeſſus eſt a demonib9
⁊ maxime punitus corã omni populo:⁊ im
mediate ſuam infelicẽ animam ſine omni
cõtritione ⁊ penitẽtia reddidit penis infer
ni.Ita qñq3 puniũtur tẽporaliter vt a iure
qñq3 faſtigãtur ⁊ quondã lapidabãtur:vt
patet Ioã.viij.vbi ſcribe ⁊ Phariſei duxe=
rũnt mulierẽ in adulterio deprehẽſam ad
Ieſum dicẽtes ꝙ Moyſes precepiſſet eis
talem lapidare:tunc chriſtus dixit.Qui ſi
ne peccato eſt veſtrũ primus in eã lapidẽ
mittat:ſed ſi iam tunc tẽporis oẽs adulte
ri lapidari deberent.forte lapides defice=
rent:ſed ſi hic non tamen in futuro non la
pidabũtur niſi penituerint.Item etiã quã
doq3 puniũtur ſpiritualiter:ſcȝ priuatione
regni celeſtis.Apoſtolus.j.Cor.vj.Adul
teri regnũ dei non poſſidebũt.Item quan
doq3 etiã eternaliter.Apoc.xxj.Erit pars
eorum in ſtagno ⁊ ſulphure ⁊ igne ardenti.
Oſee.vij.Omnes adulterãtes quaſi clibа
nus ſuccenſus.Exemplum legitur ꝙ qui=
dam ſanctus ⁊ deuotus orauit pro vxore
ſua defuncta.Illa apparẽs dixit ei ꝙ eam
ſequeretur:⁊ duxit eum ad quandã teter=
rimam domum:in qua vidit demones hor
ribiles portantes vnum dolium igneum
in quo proiecerunt vnum burgenſem mor
tuum de villa ſua ⁊ vxorem alterius.et ibi
comburebantur ⁊ balneabantur tanq̃3 in
metallo bullienti ⁊ natabant in tali pena:
ſicut pila in bullienti olla ⁊ ambo clama=
bant:ve ve ve.Quod iſte audiens perter=
ritus eſt.Tunc vxor eius dixit ei.Cum his
quos bene noſti balnearer ego eternali=
ter niſi miſericordia dei per penitẽtiam a
peccato me reuocaſſet:⁊ inſuper ſubiun=
gens.Illi enim duo relicto maritali thoro
adulterino amore ſibiĳnuicem adheſerũt
diu ſimul peccantes ⁊ horum peccatorum
ego mediatrix fui:⁊ eis modum ⁊ viam ad

hoc perpetrandũ dedi:ſed illis in pecca-
tis ſuis morientibꝰ ego pniam pertuli ſa-
lutarem. Tũc vir dixit quid tũc ꝓfuit eis
confeſſio in agone ⁊ ſacramentorũꝫ perce
ptio. Rñdit. Nihil ꝓfuit eis q: non ex cha-
ritate:ſꝫ ex timore mortis ꝓceſſit talis ꝯfeſ
ſio ⁊ penitẽtia. vñ apl's. Sola charitas eſt
que liberat a morte:ergo ꝙ nõ ſit ex cha-
ritate nõ eſt meritoriũ vite eterne. Quar-
tus actus eſt ſacrilegiũ ⁊ eſt illoꝝ q̃ tranſ
grediunť legem regularis profeſſionis: q̃
votum continentie quo ſe deo abſtrinxe-
runt violant. vñ tales dicunť ſacrilegi qui
tam miſerabiliter violant votũ ſuũ ⁊ pec-
cant contra fidem deo datã ⁊ cõtra verita
tem diuine obligatiõis qua deo ſe obliga
uerunt vt ſunt religioſi ⁊ ſacerdotes ı̄ ſa-
cris ordinibus cõſtituti ⁊ ſanctimoniales
poſtq̃ per velationẽ fuerunt deo conſecra
te. Et illud peccatũ grauius eſt oĩbus pre
dictis:quia in eo ipſi deo maior fit iniuria.
Quintus actus eſt inceſtus ⁊ eſt illoꝝ qui
tranſgrediunť legem naturalis cõditiõis:
vt inceſtuoſi q̃ ſe cõmiſcent cum ſuis pro-
pinquis in linea cõſanguinitatis qđ tamẽ
aliqua bruta animalia vereñť facere: vt pꝫ
de camello qui matri ſue naturaliter refu
git commiſceri. vñ narrat phs. xj. li. de aĩa
libus ꝙ q̃dam oculos cameli pallio ſuo ob
texit cui ⁊ ſic matrẽ ſuã ſubmiſit ꝙ cuꝫ ca-
melus poſt cõcubitũ cognouiſſet ſtatim il
lum calcibus peremit ⁊ ſuis pedibus con
culcauit. Itẽ hoc peccatũ hoĩem quaſi ca-
nem reddit:canis eñi in opere ſuo non cõ-
ſeruat lineam conſanguinitatis. Itẽ pro-
pter magnitudinem illius peccati apoſto
lus Paulus tradidit ſathane cruciandũꝫ
illum fornicatorem qui cum nouerca ſua
peccauit:vt habeť. j. Corin. v. R Sextus
actus eſt peccatũ contra naturam ⁊ eſt il-
lorum qui tranſgrediuntur legem natura
lis inclinationis. ſ. qui ſe contaminant cuꝫ
peccato mutuo vitio. ſ. indicibili cõtra na
turam peccantes:⁊ naturalem vſum coeũ
di quacunq̃ꝫ arte vel ingenio peruertẽtes:
⁊ hoc peccatum ſm Aug. eſt grauius om-
nibus alijs peccatis propter ꝙ multum vł
indicibile diciť eo ꝙ ipm nominareť peſſi
mum eſt:ita ꝙ os dicentis ⁊ aures audien
tis polluuntur inde vt pꝫ in decret. xxxij.
q. iiij. in co. Eſt illud idem pctm̃ ꝓpter ſui
enormitatem eſt vnũ de peccatis claman-
tibus in celum ⁊ diuinam vltionẽꝫ iugiter
poſtulantibus. vnde Geñ. xviij. dicit dñs.
Clamor ſodomorum ⁊ gomorreoꝝ multi-
plicatus eſt ⁊ peccatũ coꝝ aggrauatuꝫ eſt
nimis ⁊ poſtea dñs quaſi admirans ⁊ du-
bitans ſuper tanto ſcelere dicit. Deſcẽdaꝫ
⁊ videbo vtruꝫ clamorẽ q̃ venit ad me ope
re cõpleuerit. q. d. Incredibile vř hoĩes tm̃
flagitium perpetraſſe ⁊ tm̃ peccatũ in hu
mana natura eſſe. Et ẽt hec fuit vna cauſa
quare xp̃s deſtulit incarnari. vñ hiero. di
cit ꝙ ꝓpter hoc malũ vitiũ filius dei mul-
to tẽpore deſtulit incarnari. Et in ſignum
huius oẽs ſodomite extincti ſunt in nocte
natiuitatis xp̃i. Aug. Deo in carne adue-
niente oẽs hoſtes nature ſodomitas intel
lige morte reproba ⁊ ſubita periſſe:ad de
ſignandum ꝙ in humana natura amodo
nunq̃ꝫ inueniri deberet tale peccatũ quam
naturã filius dei dignificauit cũ homo na
tus ſit. Et ſciendum ꝙ tales ſodomite ſunt
peſſimi homines. vnde Geñ. xiij. homines
aũt ſodomite erant peſſimi ⁊ pctõres corã
deo nimis. Itẽ grauitas illius peccati pꝫ
ex vindicta ſubuerſiõis. v. ciuitatũ. ⁊ Ray.
di. hoc vitium q̃ꝫ deteſtabile ſit patet per
penã ſodomitis inflictã in qua vindicta
attendendũ eſt ꝙ dñs non ſolũ voluit pu
nire nocentes ſed etiã innocentes paruu-
los ſcꝫ vnius diei. Et in hoc eſt prouiſum:
pueris ne diutius viuentes exẽpla patrũ
ſequerentur ⁊ grauius dãnarentur:⁊ etiã
circũiacentes regiones punire voluit:nec
ſolũ hoĩes:imo etiã aĩalia ⁊ terre naſcen-
tia:ipamq̃ꝫ terram deſtruxit conuertẽdo
eam in mare mortuum in quo nihil viuit
nec auis nec piſcis. vnde Geneſ. ix. Domi
nus pluit ſuper ſodomam ⁊ gomorram:
ignem ⁊ ſulphur de celo ⁊ ſubuertit ciui-
tates has:⁊ oẽm circa regionem ⁊ vniuer
ſos habitatores vrbium ⁊ cuncta terre vi
rentia. Et cum iſta pena punitum eſt hoc
peccatum tempore abrahe vſq̃ꝫ ad hanc
diem:⁊ interim lõgum ſpatiũ eſt lapſum:
quia ad abrahã vſq̃ꝫ ad xp̃m trãſacti ſunt
duo milia ſexcenti ſeptuaginta ſex anni.



A chriſto autem trãſacti ſunt mille qua-
dringenti decẽ ⁊ octo anni. His omnibꝰ ſi
mul cõputatis ſunt quatuor milia annoꝝ
⁊ nonaginta quatuor anni. Et adhuc vſq̃ꝫ
hodie ſemper puniť hoc peccatũ quod an
te tot annos perpetratũ eſt:q: ibi nihil po
teſt viuere:ſcꝫ nec auis nec piſcis:ergo idẽ
locus dicitur iam mare mortuũ. Item nec
homo cogitare debet de tali pctõ. Vñ vxor
Loth educta de Sodomis cũ filiabꝰ ⁊ ma
rito reſpiciens. retrouerſa eſt in ſtatu ſalis
ad oſtendendũ q̃ꝫtum diſpliceat deo me-
moria huius peccati. Sed hic queriť quid
ſit peccatũ ſodomiticũ ⁊ quõ perpetratur.
Reſpondeť ſm Jo. in ſum. ſua. li. iij. ti. xxx-
viij. q. xiij. Quodcũq̃ꝫ modo factũ luxurie
exercetur:preterq̃ꝫ inter marem ⁊ feminã
ordinate:⁊ in vaſe debito vitiũ contra na-
turam ⁊ ſodomiticũ indicat. vnde ſciendũ
ꝙ quilibet dꝫ in coitu ordinẽ ⁊ debitũ mo-
dum ſeruare tam in vxore propria q̃ꝫ cuꝫ
aliena ſiue in matrimonio:ſiue extra ma-
trimoniũ. Nam poſſet quis ſic ordinẽ per
uertere etiã cum vxore ꝙ grauius pecca-
ret q̃ꝫ ſi propriã matrẽ cognoſceret. Vnde
Augu. ⁊ ponitur in decre. Hoc vitiũ maius
eſt q̃ꝫ ſi matrẽ ſuam cognoſceret. malꝰ eñi
eſſet qui matrẽ cognoſceret:ſed iſte peior
imo peſſimus. vnde Geñ. xiij. hoĩes ſodo-
mite peſſimi erant ⁊ pctõres coram deo ni
mis. Ergo nullus chriſtianꝰ peruertere dꝫ
debitũ ordinem. Aug. valde deteſtabile
eſſet ꝙ mulier eſſet accincta gladio, et vir
fuſo. Itẽ de hoc vitio dicit ſanctus Tho.
ij. ij. q. cliiij. Grauiſſimũ inter omnia pecca
ta luxurie eſt vitium contra naturã. Vnde
etiam. b. Aug. ⁊ ponitur in decre. Grauius
omnibꝰ alijs peccatis eſt peccatũ contra
naturã propter ꝙ mutũ ⁊ indicibile diciť
eo ꝙ ipm nominare eſt turpiſſimũ. xxxij. q.
iiij. in eo. Sciendũ ꝙ aliqui demones ab-
horrent illud vitiũ propter nobilitatẽ na-
ture. vnde legitur in lib. de apibus. Mulier
ſodomita iacuit in lecto. ⁊ quãdo cum ſe-
ipſa peccauit audiuit diabolum clamantẽ
tribus vicibꝰ pſi pſi pſi. Que territa ad con-
feſſionẽ venit ⁊ penitentiã egit vltra q̃ꝫ ei
iniũcta fuit. Vltimo queriť an ſit differẽtia
inter pctã ſodomitica. ⁊ ꝙ ipſorũ ſit gra-
uius. Reſpondeť ſm ꝙ habeť in ſum. Joã.
lib. ij. ti. v. q. iij. ꝙ eſt in quadruplex differẽ
tia. Primũ pctm̃ contra naturã eſt peccatũ
mollitiei:qđ cõſiſtit in ſola omiſſione con-
cubitus ad alterum. Scdm qđ grauius eſt
vbi non ſeruať debitũ vas. Tertiũ qđ ad-
huc grauiꝰ eſt:vbi non ſeruať debitꝰ ſexus
ſcilicet maſculorũ cõcubitus. Quartũ aũt
ꝙ eſt grauiſſimũ eſt peccatũ beſtialitatis,
ſcilꝫ vbi non ſeruatur debita ſpecies. Sed
ſciendũ ꝙ valde caute eſt loquendũ in ſer
monibus de illo peſſimo vitio:⁊ etiã cõfeſ
ſor dꝫ ſe caute habere de hoc vitio in con-
feſſione ne alicui ſcandalũ vel occaſionem
peccandi prebeat.

¶ Ad eandẽ dñicam. Ser. lxxxvj. qđ luxu
ria ſine actu cõmittitur decem modis.

Vxorem duxi:et ideo venire non
poſſum. Luce. xiiij. Ex quo iam
in precedenti ſermone dictũ eſt
de luxuria que actu cõmittitur
tũc hic iam in iſto ſermone tria
ſunt dicenda. Primo quomodo luxuria cõ
mittitur ſine actu:⁊ quãdo ſit mortale pec
catum ⁊ quando non. Secũdo quomodo
hoc probatur ꝙ vnuſquiſq̃ꝫ poteſt ab actu
luxurie abſtinere. Tertio exemplum. S
Quantum ad primum ſciendũ ꝙ luxuria
ſine actu cõmittitur decem modis. Primo
quãdo quis habet turpem cogitationẽ:ta
men ſine delectatione ⁊ contra ſuam volũ
tatem incidit ſibi:⁊ hoc nullum eſt pecca-
tum. vnde Greg. ſuper Ezech. Quantum-
cunq̃ꝫ immũda ſit cogitatio mentem non
polluit ſi ratio non cõſentit. Ergo boni ho
mines caſte viuẽtes non debent multum
turbari ex eo ꝙ eis male ⁊ peſſime cogita
tiones incidunt:quia diabolus plus tẽtat
bonos q̃ꝫ malos qui voluntatẽ diaboli in
omnibus exequũtur. Vnde Greg. Tanto
hoſtis callidus deceptionis molimina ar
dentius exquirit:quanto celeſti patrie fer
uentius inhiare nos cognoſcit. Vnde etiã
Bernar. Non enim contriſtari debemus
ſi in tẽtationes inciderimus:ſed ſi in tenta
tionibus ſuperati fuerimus. Ergo ſi quis
tentaretur de peſſimis ⁊ inauditis cogita

tionibus viriliter reſiſtere dz:tunc erit ei
meritoriũ.vnde Ber.quoties reſtiteris to=
tiens coronaberis. Itẽ in libr.meditatio=
num.Demonũ eſt malas cogitatiões in=
gerere: noſtrum eſt illis nõ cõſentire.Nã
quoties reſiſtimus: toties diabolũ ſupe=
ramus angelos letificamus: deũ honora
2 mus.¶ Scdo qñ alicui incidit mala co=
gitatio cũ delectatione:tamẽ ſine cõſenſu
plene rationis:tũc eſt peccatũ veniale.Uñ
ſciendũ ꝙ in primo peccato primorũ pa=
rentum cõcurrebãt tres perſone.ſ.diabo=
lus in ſpẽ ſerpentis qui ſuggeſſit mulieri:
ꝛ mulier que dedit viro:et vir qui cõedit
de fructu vetito: tũc peccatũ cõſummatũ
fuit in adã ꝯtum ad genus humanũ.Et
ſm Augu.Suggeſtio ſerpentis in nobis
eſt primus motus ex fomite proueniens.
Comeſtio mulieris eſt delectatio:ſed co=
meſtio viri eſt conſenſus.His enim trib⁹
ſcilicet ſuggeſtione: delectatione:ꝛ cõſen
ſu homo ex tentatione in peccatũ ducit:
qꝛ tentatio per ſuggeſtionẽ que in cogita
tione cõſiſtit inchoatur:ꝛ ſi tunc ei nõ cõ=
ſentitur:ſed qꝛ immediate reſiſtitur:tunc
nullũ eſt peccatum.Sed per cogitationis
delectationẽ:tentatio progredit:ꝛ ſic erit
veniale dũ delectatio immunde cogita=
tioni aduenerit.Sed per cõſenſum tenta=
tio ꝛ peccatũ cõſummatur. Ergo ſumme
cauere debemus ne delectemur in cogita
tionibus malis:qꝛ cũ delectatio aduene=
rit:tũc eſt peccatũ veniale qñ ꝛ hoc intel=
lige cõſenſus rationis nõ eſt ibi:qꝛ cõſen=
tiente ratione põt eſſe de genere morta=
3 lis.¶ Tertio cõmittitur qñ quis dat con=
ſenſum in moroſam delectationẽ.ſicut q
delectantur cũ plena rõne in malis cogi=
tationibus ꝛ in eiſdẽ ſe volunt:tunc talis
moroſa delectatio eſt peccatũ mortale:ſi=
cut heu multi faciunt:tã mulieres ꝗ viri
ꝛ etiã virgines:q licet nolunt ad actũ pro
cedere: tñ diutius in malis cogitationi=
bus:ꝛ delectationib⁹ quaſi delectãdo im=
morantur:qđ eſt nimis periculoſum: quia
facilime per hoc peccatum mortale incur=
runt.Qđ probat Iac.i epiſtola ſua dicẽs.
Cõcupiſcẽtia id eſt interior anime delecta
tio cõceperit ſubaudiendo cõſenſum ra=
tionis parit peccatum.ſ.mortale. Quarto
cõmittitur qñ quis ex mala cogitatione ꝛ
delectatione dat cõſenſum ꝛ voluntatem
ad ipm opus ꝛ hoc ſemp eſt peccatũ mor=
tale.Augu.ſup Gen.Si ratio cõſentiat ei
ꝙ libido cõmouerit faciendũ eſſe ꝛ nõ di=
ſcrepat iã ei peccatũ imputatur: etiã ſi nõ
cõſequatur factum: qm̃ res tenet in con=
ſenſu conſcientie.Et hoc etiã intelligit de
quolibet peccato mortali qđ homo com=
mittere ꝓponit:quia quicũq; regnum ce=
leſte intrare dz oportet qđ ſic ſtet in ſuo
ꝓpoſito quod ſi viueret eternaliter nũq;
mortaliter peccare vellet.Ergo de neceſ=
ſitate ſalutis oportet ꝙ quilibet ſiue ſit
maſculus ſiue virgo feminei ſexus ſic ſtet
in ſuo ꝓpoſito ꝙ nunq; velit facere actũ
luxurie niſi in mrĩmonio. Quinto cõmitti
tur viſu: vt cum qs ex viſu cõcupiſcit ali=
quã perſonã ꝛ ea intentionẽ eã inſpicit vt
eã cõcupiſcere velit.Matt.v.Qui viderit
mulierẽ ad cõcupiſcendum eã.ſ.vt concu=
piſcentia trãſeat in affectũ cordis ꝛ in cõ=
ſenſu rõnis : ꝛ etiaʒ ſi facultas adſit fa=
cere diſponit iã mechatus eſt eã in corde
ſuo.v.g.Si qs vna die centũ domos in=
traret:et in qualibet talem cõcupiſcentiã
iam dictã per viſum ſibi acqreret tot pec=
cata mortalia cõmitteret: ergo maxime
neceſſaria eſt oculorum cuſtodia. ¶ Pri=
mo quia ſunt valde veloces ad nocendum
anime:ideo predonib⁹ comparant.Thre.
iij.Oculus meus depredatus eſt animaʒ
meam.Geñ.iij.Uidit igitur mulier quod
bonũ eſſet lignum ad veſcendũ ꝛ pulchrũ
oculis ꝛc.tulit de fructu illius ꝛ comedit.
vnde Gre.di.Nõ eñ eua contigiſſet lignũ
niſi prius incaute reſpexiſſet.Scdo cuſto=
diendi ſunt oculi:qꝛ ſunt quaſi due porte
in caſtro corporis noſtri.Qui eñ hʒ por=
tas alicuius caſtri habet quaſi ipſum ca=
ſtrum.Sic ſi diabolus hʒ oculos noſtros
tunc habet caſtrũ corporis noſtri: et tunc
mors frequenter intrat in aĩam per fene=
ſtras noſtras ꝛ ꝯñr ſequitur ꝙ deus nihil
habet in homine ſi oculos nõ habet recte
ſicut dñs caſtri q non habet ingreſſuʒ ibi.
Unde xp̃s dicit in euange.Si ocul⁹ tuus
fuerit neq;: totũ corpus tuũ tenebroſum



erit.Tertio cuſtodiendi ſunt oculi ꝛ viſus
ex parte mulieris:qꝛ a planta pedis vſq;
ad verticem nõ eſt locus in muliere orna=
tꝰ in quo non ſit poſitus laqueus diaboli
ad capiendũ aĩas.Eccl.ix. Ne reſpicias
mulierẽ comptam ne forte incidas in la=
queos eius.Qꝛ diabolus vtitur mulieri=
bus pompoſe ornatis tanq; rhetibus et
tanq; gladijs ad capiendũ ꝛ occidendum.
Hier.Gladius igneus eſt ſpẽs mulieris:
immo etiã gladius biceps mulier pom=
poſe ornata.Hoc patet ex eo quod occidit
animam propriã per ſuperbiam: et aĩam
ꝓximi per luxuriã ꝛ malam cõcupiſcentiã.
¶ Querit quid faciendum ſit cũ qs videt
aliquã perſonã ornatã et pulchrã vt ſibi
nõ noceat in anima ſua.Rñr ꝙ duo cogi
tanda ſunt.Primo ꝙ nũq; tantã curam ꝛ
diligentiã habuiſti ad ornandũ animam
tuã eternaliter victurã ꝛ ad cõplacendum
deo ſicut iſta pſona habuit ad ornãdum
corpus ſuũ putridũ ꝛ mortale ꝛ ad cõpla=
cendum mũdo:ꝛ ſic dolere debes de acci=
dia ꝛ negligẽtia tua et de perditione aĩe
illius perſone quam ſic pompoſe vides in
cedere.Secũdo cogitãdum eſt ꝗ pulchre
ſunt facies electorũ in celo ꝛ quõ ornabũ=
tur cum ſtola glorie.Si ille mortalis ho=
mo que hodie eſt ꝛ forte cras moritur taʒ
pulcher eſt ad vidẽdum quid tunc erit de
immortalibus poſt iudiciũ eternaliter vi
uentibus:ꝛ ſic hõ per hoc debet ſibi acq=
rere affectum perueniendi ad celeſtẽ clari
tatem.Sciẽdũ etiam ꝙ ſi homo videt mu
lierem vel virginem tanq; rẽ vel imaginẽ
pulchram non malum cogitando vel affe
ctando non eſt peccatum:ꝗuis ſit incau=
tum.Grego.Non licet videre quando non
licet concupiſcere.Augu.in regula. Neq;
feminas videre prohibemini:ſed appete=
re vel ab ipſis appeti velle crimioſum
6 eſt. ¶ Sexto committitur locutione vel
riſu:vt cũ quis alloquitur vel arridet ali=
quam perſonam ea intentione:vt eam al
liciat ſic peccat mortaliter: verbi gratia.
Si quis loquitur verbum iocoſum ea intẽ
tione vt illam perſonam ad actum illici=
tum alliciat:tunc verbum iocoſum quod
alias eſſet veniale erit ſibi mortale propter
peruerſam intentionẽ.ſĩr intelligendum
eſt de riſu:vt cũ qs arridet alicui perſone
ea intentione vt ipam perſonã ad malam
concupiſcentiam ꝛ ad actũ illicitũ alliciat
tunc talis peccat mortaliter propter per=
uerſam intentionem. Luce.vj. Ue vobis
qui nunc ridetis . Sed ſi al's arridet ali⁹
cui perſone propter notitiam:vel ex qua=
dam leuitate:vel ex conſuetudine: vel ex
admiratiõe:vel ex ioco:ſic vix peccaret ve
nialiter.Sciendũ ꝙ aliqui antiqui ꝛ etiã
qñq; mulieres ꝛ virgines ſepius loquun=
tur verba ſcurrilia et luxurioſa quod eſt
valde reprehenſibile:quia per hoc oſten
dunt quod habẽt corda impudica: qꝛ ſm
dictũ xp̃i:vt habet Matth.xij.Ex abũdã
tia cordis os loquit.Super eodẽ verbo
Chry.dicit.Quale cor hʒ vnuſqſq; talia
verba loquit,et opera facit.Ari.iiij.ethi.
Qualiſcũq; vnuſquiſq; eſt:taliter dicit et
taliter operatur ꝛ viuit.Iſid. Qualis ſer=
mo oſtenditur: talis ꝛ animus cõproba=
tur.In ſignum huius ſpũales perſone et
homines deuote ſepius nominant deum
ꝛ dominum noſtrum ieſum xp̃m et beatã
virginem Mariam:ꝛ loquuntur de licitis
ꝛ verba ſalutaria proferunt: quia habent
corda pudica ꝛ caſta.Sed per oppoſitum
faciunt malí ꝛ peruerſi et impudici homi
nes proferentes verba ſcurrilia et luxu=
rioſa.Unde Iſid. de ſum.bo.Mali ſermo
nes in ore chriſtiani eſſe non debẽt.Nam
ſicut malos mores bona colloquia corri=
gunt iſta bonos mores mala colloquia
corrumpunt . Septimo committitur per 7
tactum impudicum ꝛ per amplexus ꝛ oſ=
cula ꝛ huiuſmodi.Qui mod⁹ per apoſto=
lum vocatur turpitudo,ꝛ ille modus etiã
eſt peccatum mortale ꝛ ſcdm magiſtrum
in compen.theo.veri.Eſt tanto grauius
peccatũ ꝗto magis per talia libido accẽ=
ditur propter nimiam approximationem
ad mulierẽ vel ad virginẽ.tñ ſciendũ ſm
eundẽ magiſtrum.Tãgere mulierẽ ꝓter
malã intentionẽ nõ eſt peccatũ mortale.
Sed tãgere ex libidine vel oſculari ad ſe
nõ pertinentem eſt peccatũ mortale.heu
hoc iſti nõ aduertunt qꝛ vt frequẽter mulie
res ꝛ ꝟginis impudice tãgũt.ſ.amplexã

do:oſculando:in quo deū grauiter offendunt. B Octauo cōmittitur ſine actu per ornatū corporis vel alia ſigna ad luxuriā incitātia.v.g.Ut ſunt illi q̄ non cōcupiſcūt nec actū perpetrare volūt ſed faciunt vt cōcupiſcantur.vt multe mulieres: ſimiliter ⁊ virgines q̄ ad hoc ſe lauant:⁊ ornāt: et capita ſua diſcooperiunt vt amabiliores fiant q̄ non ſolū in plateis ⁊ choreis: imo etiā in eccleſia corda virorum dū eas inſpiciūt vulnerant:nūc colore albo: nunc rubeo:nūc familiari colloq̄o:nunc manuū iniectione:nunc vultus cōpoſitione:ſicut faciūt iſte que cū cilicio fricāt facies ⁊ depingunt ſe ſicut pictor imagines.⁊ p̱ talia laqueum ⁊ occaſionē ruine preſtāt proximis.⁊ tales que ſic nō cōcupiſcūt nec actū facere intendūt:ſed cōcupiſci ab alijs volunt:ſunt occiſores aīarum. A q̄bus deus diſtrictā rationē requiret de omnib⁹ animabus illis quas ſic ad peccata traxerūt. vnde dr̄ Exo.xxj.Qui foderit ciſternam ⁊ nō operuerit cecideritq̄ʒ in eā bos vel aſinus:dominus ciſterne reddet pretium iumentorū.vbi dicit glo.Ciſterna aperitur qn̄ mulier ornatur:⁊ tunc bos vel aſinus incidit in eā cum homo per illū ornatum illaqueatur:tūc illa mulier reddet rōnem de illis aīabus. Grc.in moralis. Tot mortibus q̄s dignus eſt:quot exempla prauitatis in poſteros reliquit.Ergo virginis ⁊ mulieres non dn̄t ſe pōpoſe ornare. Aug. lib.ad ſacras virgines.Dn̄ica virgo nec ornatu capitis:nec habitu:nec oculis erectis:ſed cū vultu ad terram depoſito procedat:ne in ſe viles inducat et accēdat amatores ⁊ ſi non poterat ipſa.tamen nec alijs cauſa perditionis exiſtat. Nono cōmittitur per dona ⁊ per munuſcula: cum quis dat alicui perſone aliq̄d donum: vel clinodium ea intentione vt eā ſic ad malam concupiſcentiā ⁊ ad malum actū alliciat.Talis ſic dans ſiue ſit pro nouo anno:ſiue alias in alio tempore peccat mortaliter p̱pter malam intentionem immo mechanicus qui preparat vel vendit tali clinodium illi quē certitudinaliter ſcit ſic velle abuti reus erit illius peccati et peccat grauiter.Inſuper nuncius qui eſt mediator illarum perſonarum:⁊ ſcienter tali perſone portat tale donum vel eticenium ad talem malū finem conſequendū reus erit illius peccati et grauiter peccat. C Decimo cōmittitur quādo aliqui libēter vellent actum illū perficere ⁊ bene etiam poſſent:q: habent oportunitatem loci et temporis ⁊ perſone:ſed ſolū propterea dimittunt:q: timent mundū ⁊ ſcandalū hominum ⁊ confuſionem p̱priam.Sed ſi ſcirent ſe poſſe latere in hoc actu nec deum nec ſanctos nec p̱priam ſalutē anime curarent quin hoc opus perpetrarēt.Et tales q̄ ſic dimittunt non propter deum:ſed ſolum p̱pter homines grauiter deū offendunt:q: voluntas eorū deliberata eſt ad iſtum actū vnde Leo pa.Sunt nonnulli qui dū corde concipiunt peccatum faciendum deliberant:id tamē timore dimittūt aut ſpe difficultate implere nequeunt hi profecto nō in dn̄o moriuntur.Et idem intelligitur de quolibet peccato mortali q̄d q̄s non propter deum dimittit:ſed ſolum p̱pter timorem hoīm: verbi gratia.Sicut quis nō chorizās vel veſtes pretioſas nō portans p̱pterea quia pater ⁊ mater vel aliquis p̱pinquus eius nouiter defunct⁹ eſt.Sed ſi hoc nō eſſet p̱pter deum nō dimitteret:ſed omnino faceret.Similiter q̄ cōcupiſcet rem proximi ſui:⁊ hāc ſibi libenter ſubtraheret ſi ſuſpendiū non timeret. Tales ſemper ſtant in peccato mortali q̄ autem q̄s ad actum luxurie p̱cedit: tunc ſemp̱ eſt peccatum mortale:vt patet in precedenti ſermone. D Scd̄o ſciendū eſt q̄ illi qui dicūt ſe non poſſe caſte viuere nec ab actu luxurie poſſe abſtinere loquuntur contra veritatem fidei: q: cum adiutorio dei quilibet homo pōt a luxuria ſe continere ⁊ oppoſitū tenere ſapit hereſim.Cū ergo q̄s audet dicere q̄ etiam cū adiutorio dei nō poſſit cōtinenter viuere talis loquitur cōtra primū articulū fidei:vbi dicimus.Credo in deū patrem omnipotentē. vnde etiā Apoſtolus Gala.vj.Oia poſſum in eo q̄ me confortat.Item patet ex hoc q̄ q̄libet poteſt caſte viuere q: ſi per vnū actum luxurie deberet perdere oia bona tp̱alia ſua: vel ſi ſciret ſe amiſſurum pedē vel manū: vel ambos oculos: vel ſi ſciret ſibi preparatū igneū lectum in quo deberet cremari ſicut beatus Laurentius in craticula omnino abſtineret ⁊ nunq̄ʒ vſq̄ʒ ad mortē aliquē actum luxurie ſcienter ⁊ volūtarie perpetraret.Quare tūc nō magis p̱pter deum ⁊ p̱pter ſalutē p̱priam ⁊ p̱pter eternā dānationē euitandā debes a luxuria abſtinere.ergo ſummum remedium qn̄ quis tentatur a luxuria eſt q̄ hō ſeipſum cruciet vel flagellet: vel al's puniat corpus ſuū ⁊ ſubtrahat ſibi de cibo ⁊ potu.vnde Hugo.de ſancto victo.Parca em̄ vita occidit vitia libidinē extinguit: virtutem nutrit:aīum roborat mentē ad celeſtia eleuat.Q̄d aūt punitio corporis extinguit luxuriam patet de beato benedicto q̄ p̱pter ardorē luxurie proiecit ſe inter ſpinas ⁊ vulnerauit corpus ſuū:⁊ ſic per vulnera carnis extinxit ardorē libidinis. Itē legit̄ de beato Bern̄.q̄ ſemel immerſit ſe in gelidā aquam p̱pter vehementē tentationem carnis.Q̄d aūt ſubtractio cibi et potus extinguit luxuriā:hoc vltimo patet per tale exemplū.Erat quidā adoleſcens qui ex intuitu illicito in cōcupiſcentiā carnis vehemēter cōtra honeſtam ⁊ pulchrā mulierē accenſus fuit:ſed ipſa repulit eū ſepius.vnde ſemel ipſe dixit.ſi nō ſuā voluntatē adimpleret oporteret eum mori: tunc ipſa aſſignauit ei diem locū et horā qua deberet venire ad eā.Cum autē ipſe venit:tunc illa dixit:tua voluntas nō adimplebitur niſi prius conſenſeris mihi in vna petitione.⁊ ipſe libēter ꝯſenſit:⁊ ipſa cōcluſit eū in vna camera per triduū ſine cibo ⁊ potu:⁊ quarta die preparauit vnū locū cum menſa ibi poſita que fuit plena bonis ferculis cibarijs ⁊ potib⁹:⁊ ex oppoſito preparauit lectum pulchrū ⁊ dixit iuueni.Optionē tibi do:an velis comedere ⁊ bibere:vel voluntatē tuam mecum adimplere ⁊ voluntate tua peracta iterum econuerſo includam te:⁊ iam nō guſtabis quicq̄ʒ in comedendo:⁊ bibēdo. Tūc iuuenis reſpōdit.Ego iam ita fatigatus ⁊ attenuatus ſum fame ⁊ ſiti q̄ ignis concupiſcentie totus refriguit ⁊ iā nullā concupiſcentiā erga te habeo: ſed me delectat comedere ⁊ bibere magis q̄ʒ quicq̄ʒ aliud facere ⁊ ipſa dixit.O neq̄ʒ cur dixiſti quod oporteret te mori niſi ego tibi cōſentirem vade ⁊ amplius quando ſic accenſus fueris tūc tibi ſubtrahe de cibo ⁊ potu:et ſic poteris carnis tue concupiſcētiam extinguere ⁊ caſte viuere.

## C Dominica.iij.poſt feſtum trinitatis. Sermo.lxxxvij.de cōfeſſione peccatoris.

Gaudium erit corā angelis dei ſup̱ vno peccatore penitētiam agēte.Luc.xv.Matt.xviij. Ualde magna ⁊ pretioſa eſt penitentia peccatorum:de qua angeli in celo tm̄ feſtum faciūt: tm̄q̄ʒ gaudium habēt.Ber.ſup̱ Can̄.Gaudēt angeli peccatorum cōuerſione ſalute hoīm ſitiētes. Lachryme em̄ penitentiū ſunt vinū angelorū. vnde merito dr̄ in verbis premiſſis. Gaudium erit corā angelis dei ⁊c.Unde ſciendum q̄ tria ſunt in preſenti ſermone dicenda.Primo q̄re tota trinitas ⁊ angeli ⁊ ſancti gaudent de cōuerſione peccatorum.Scd̄o quare oēs homines dn̄t gaudere de penitentia pctōꝝ. Tertio quare demones gaudent de dānatione peccatorum.Quantū ad primū notandum q̄ de noſtra conuerſatione non tm̄ gaudēt angeli:ſed etiam tota trinitas.ſ.pater et filius ⁊ ſpūſſctūs. E Primo gaudet pater q: multum gaudet rex terrenus qn̄ filius ſibi concipitur: ſicut letatus eſt abraham de cōceptu yſaac.Et magis gaudet quādo naſcitur: ſicut gauiſi ſunt zacharias elizabeth in ortu precurſoris.ſcʒ Ioā.bapti.adhuc magis gaudet qn̄ filius ablactatur Unde abraham fecit magnū conuiuium in ablactatione yſaac:vt habetur Gen̄.xxj.Sed multo magis gaudet quādo filius grādis effectus ad menſam ſuā accipitur.Pater igit̄ celeſtis de filio ſpūaliter concepto:nato:ablactato:⁊ ad menſam recepto multum gaudet:conceptio attenditur in cōtritione ſiue in boni propoſiti conceptione.Natiuitas attenditur in cōfeſſione ⁊ in dictorū expreſſione bo-

noꝛũ operum multiplicatione vel oſtẽſio
ne. Ablactatio attẽditur in vite ꝑfectione
ſcʒ qñ homo ꝓficit in bonis opib⁹ ⁊ in vir
tutibus. vñ ps. Ibunt de virtute in virtu
teʒ. Ad mẽſam receptio attẽditur in ce
leſti refectione. iuxta illud Lu. xxij. Edã
tis ⁊ bibatis ſuper menſam meã in regno
meo. Secũdo ex cõuerſiõe peccatoꝝ gau
det fili⁹: qꝛ videt effectũ paſſionis ſue qꝺ
notatur in euãge. hodier. in iſta parabo
la. ſ. de oue perdita ⁊ inuenta. vñ Grego.
Una ouis perijt qñ homo peccãdo paſcua
vite reliquit: in humeros autẽ ponit: qꝛ ipẽ
peccata noſtra in corde portauit. De quo
Aug. lib. v. cõtra hereſes dicit. Tu inquit
ad peccatorẽ ieſus cũ eſſes inimicus patri
meo recõciliaui te: cumqꝫ eſſes longe ego
veni vt reducerem te: cum inter montes
⁊ ſiluas errares queſiui te humeris meis
portauit te: patri meo reddidi te laboraui
ſudaui caput meũ ſpinis oppoſui manus
meas clauis obieci latus meũ lancea ape
rui. Tot nõ dicam iniurijs ⁊ aſperitatibus
laceratus ſum: ſanguinẽ meũ fudi: ⁊ ani
mam meã: poſui vt coniungerẽ te mihi. ⁊ tu
diuideris a me tm̃ autẽ deſideriũ de oue
inueniẽda habuit ꝙ etiã deſertũ ideſt celũ
dereliquit qꝺ dicitur deſertũ: tum qꝛ de
relictum fuerat ab angelo qui in eo fue
rat creatus: tum qꝛ derelictũ fuerat ab ho
mine qui ipſum fuerat inhabiturus: tũ qꝛ
ad inſtar deſerti in eo ſunt dulces cantus
auium ideſt angeloꝛũ ibi ſunt roſe marty
rum: viole cõfeſſoꝛũ. ⁊ lilia virginũ. Ter
tio de cõuerſione peccatoꝛũ gaudet ſpiri
tuſſanctus. primo qꝛ recuperat templum
ſuum qꝺ debet inhabitare. iuxta illud. j.
Coꝛ. iij. Neſcitis: qꝛ templũ dei eſtis vos
⁊ ſpũſſanctus habitat in vobis: ſed inha
bitare nõ põt niſi ſpũs malignus recedat
ij. Coꝛ. vj. Que aũt conuentio xp̃i ad be
lial. quis autem conſenſus templo dei cũ
idolis. Secundo gaudet ſpũſſanctus. quia
recuperat membrum ſuuʒ: quod debet vi
uificare. j. Coꝛ. vj. An neſcitis ꝙ membra
veſtra ſunt templum ſpũſſancti. Uidemus
enim ꝙ membrum preciſuʒ vel putridũ: ⁊
paraliticũ non viuificatur a ſpiritu huma
no: eodem modo nec peccatoꝛ a ſpũ. ſcto di

uino: qꝛ diuiſus eſt a deo. Eſa. lix. Iniqui
tates veſtre diuiſerũt inter vos ⁊ deũ ve
ſtrum. Tertio gaudet ſpirituſſanct⁹. qꝛ re
cuperat vas ſuũ qꝺ dʒ iplere. Oportet aũt
ꝙ illud vas ſit vacuũ ab amore mundi ſi
dʒ impleri amore dei. Aug. ſup Ioã. Uas
es: ſi plenus es ſfunde qꝺ habes, vt reci
pias qꝺ non habes: funde amorẽ ſeculi vt
implearis amore dei. ¶ Similiter angeli
gaudent de cõuerſione peccatoꝛũ tripli
ci de cauſa. Primo qꝛ vident ſue cuſtodie
tam glorioſum fructũ. Cuilibet eñ homi
ni angelus ad cuſtodiã delegat. vnde ps.
Angelis ſuis man. de te ⁊c. Quia angelus
ſemp cuſtodit hoĩem dũ eſt in preſenti vi
ta: ſiue ſit in lecto: ſiue in cãpo: ſiue in ec
cleſia ſiue in mẽſa ſiue vbicunqꝫ locoꝛum.
Ber. In quouis diuerſoꝛio in quouis an
gulo reuerentiã exhibe angelo tuo nec au
deas illo preſente qꝺ me vidente non au
deas. Item ille deũ eſſe non credit qui ea
preſente deo facit: que preſentibus homi
nibus facere pertimeſceret. Itẽ Ber. Ma
gna dignitas animarum ꝙ aĩa vnaqueqꝫ
ab oꝛtu natiuitatis i ſui cuſtodiã habeat
angelũ deputatum. Sicut igitur medic⁹
gaudet qñ videt effectus medicine infir
mo prodeſſe: ſic gaudet angelus qñ videt
erga hominẽ ſue cuſtodie effectum. Econ
uerſo autẽ de caſu hoĩs in pctm̃ ⁊ ei⁹ per
ditione multũ dolet. iuxta illud Eſa. xxxiij.
Angeli pacis amare flebũt. Secũdo gau
dent qꝛ vidẽt ex peccatoꝛib⁹ conuerſis ſuũ
adimpleri numerũ. Cum enim tot aſcen
dant de hoĩbus quot ceciderũt angeli ſi
ue quot remanſerunt iuxta illud. Statuit
terminos populoꝛum iuxta numerũ filio
rum dei. manifeſtum eſt ꝙ ruina debet de
hominibus reparari. ps. Implebit ruinas
⁊c. Ideo multũ gaudent quando peccato
res cõuertuntur vt de ipſis eoꝛũ nume
rus reparetur. Tertio gaudent quia vi
dent in laudando deum ſe habere conſo
latium quia ſicut angeli ſemp laudãt deũ
in celis: ſic homo exiſtens in gratia conti
nue laudat deũ in terris et omnibus que
facit ad honorẽ dei: qꝛ iuſtus ſemp oꝛat ꝙ
diu iuſtus eſt. Et nõ ceſſat oꝛare qui nõ ſe
nit bene agere. Amb. Unuſquiſqꝫ cõuerſio

nem ſuã gratã credat eſſe deo ⁊ etiam ceti
bus angeloꝛũ quoꝛũ affectare patrociniũ:
⁊ veteri debet offenſam. Et propter iſtas
duas vltimas rationes nõ ſolũ gaudẽt an
geli. immo etiã beata virgo Maria ⁊ oẽs
ſancti gaudẽt de cõuerſione peccatoꝛũ. ¶
2 Circa ſcdm ſciendũ ꝙ de cõuerſione pec
catoꝛũ oẽs hoĩes gaudere dñt: ⁊ hoc ꝓpt
tria. Primo ꝓpt honorẽ dei. qꝛ maximum
dedecus deo exhibitũ eſt ⁊ exhibet peccã
do moꝛtaliter: ⁊ hoc primo propter infini
tam ſuã potentiã ⁊ maieſtatẽ ſicut ſi rex
terrenus inhonoraret a ſuo paupere ſer
uo ⁊ vili: none magnũ eſtimaretur dede
cus eſſe ꝓpter potentiã ⁊ maieſtatẽ regis
⁊ ꝓpter prauitatẽ ⁊ vtilitatem ſerui. ⁊ ſi
gnanter cũ hoc ſibi fieret ab hoĩe deſpe
cto cui multa bona feciſſet. ſic etiaʒ eſt de
deo. Secũdo ꝓpter ſuam infinitã bonita
tem: qꝛ quando minus bonus eligitur ꝓ
optimo bono tunc maius bonũ multũ vi
lipenditur. ſic cõtingit quando creatura ꝓ
creatoꝛe diligitur ⁊ eligitur: vt cum homo
conuertit ſe a delitias coꝛpoꝛis ⁊ preponit
iſtas deo ⁊ gaudijs celi: ergo peccatoꝛ qui
ſcienter peccat maius dedec⁹ exhibet deo
ꝙ iudei q̃ aliqualiter ignoꝛanter fecerũt
ſed malus xp̃ianus ſcienter peccat non ex
infirmitate vel ignoꝛãtia. ſed ſepe ſcienter
⁊ ex certa malitia: ⁊ ſic deũ multũ inhono
rat ſed cũ peccatoꝛ penitet tunc rehonoꝛat
deum penitẽdo quẽ pri⁹ inhonoꝛauit pec
cando ⁊ placeat deũ ꝑ penitẽtiam quẽ an
te offendit ꝑ culpam. Secũdo gaudere de
bemus de cõuerſione peccatoꝛis propter
fraternam charitatẽ qꝛ proximũ diligere
teneoꝛ ſicut meipſum ideſt fauere ſibi vi
tam beatam ſicut ⁊ mihi ſcilicet gratiam
in preſenti ⁊ gloꝛiam in futuro ſed cuʒ pec
catoꝛ penitet tunc erit particeps vite eter
ne. ergo de hoc gaudere debemus ꝓpter
fraternã charitatẽ quam tenemur proxi
mo. Sciendum ꝙ homo ſeipſum dʒ dilige
re propter deum ſcilicet qꝛ eſt receptibilis
gratie in preſenti ⁊ gloꝛie in futuro. Et ho
mo non debet ſe diligere propter ſeipſum
quia hoc eſt peccatum ſcilicet ꝙ homo ſe
ipſum diligat ſcilicet vt comedat: ſuper
biat. luxurietur vtatur bonis preſentibus

in delitijs viuẽdo: vel qꝛ potens eſt ⁊ plu
ra bona poſſidet vel qꝛ honoꝛatur ab om
nibus: ⁊ ſic de alijs. Tertio gaudere debe 3
mus de cõuerſione peccatoꝛis propter nu
merum electoꝛũ qui cõplebit per eũ ⁊ ꝓ
pter gaudiũ quod ſumus habituri de eo
in celo qui cõuertit a peccatis ⁊ deo am
plius ſeruire propoſuit. Sciendum ꝙ pctm̃
cedit homini penitẽti i bonũ in celo ⁊ etiã
ſanctis ⁊ electis qꝛ penitens propter hoc
deum eternaliter laudabit gloꝛificabit ꝙ
ſibi peccata ſua hic in terra indulſit: ⁊ ab
infernali incẽdio liberauit: qꝛ cernit mul
tos in inferno qui foꝛte minus peccauerũt
q̃ʒ ipſe peccauit ⁊ deũ talẽ miam ⁊ gratiã
eis non exhibuit ſicut ſibi fecit ex hoc deũ
eternaliter plus diligit ⁊ regratiat. Queri 1
tur vtrũ electi videant peccata alioꝛũ in
celo exiſtẽtium. Reſpondetur ꝙ ſic. ⁊ hoc
non eſt ipſis q̃ peccauerũt in cõfuſionẽ ꝙ
oẽs electi cognoſcũt peccata eoꝛũ: ſed erit
eis in honoꝛem ſcʒ qꝺ a peccatis ſurrexe
runt ⁊ verã penitẽtiam egerũt ⁊ erit ipſis
ſanctis in gaudiuʒ ex charitate qua ſe in
celo mutuo diligunt: qꝛ vident ꝙ frater eo
rum fuerat moꝛtuus per peccatũ qꝺ cõmi
ſit in mundo ⁊ reuixit per pniam ⁊ ſatiſfa
ctionẽ: perierat per culpã ⁊ inuentus eſt ꝑ
gratiã: ⁊ ergo oẽs ſancti in celo laudant
verũ medicũ ideſt xp̃m qui fratrẽ ipſoꝛuʒ
ſanauit ⁊ de moꝛte culpe ad vitam gratie
reduxit ſicut pater vel frater mater vel ſo
roꝛ: cuius filius vel cognat⁹ dilectus a moꝛ
tuis ſuſcitaretur: vel a graui infirmitate
curaretur. tunc illi oẽs valde exultarent ⁊
illum medicũ laudarent ſic ⁊ omnes ſan
cti in celo. ¶ Circa tertium ſciendũ ꝙ de
mones ꝓpter nouem cauſas gaudẽt de dã
natione peccatoꝛis ſicut angeli gaudent
de eius conuerſione. Primo qꝛ deus nũqꝫ
habebit aliquã gloꝛiam de illo qui dam
natur ſed oẽs laboꝛes quos in mũdo iſto
xxxiij. anno. pertulit in illo ꝑditi ſunt. In
ſuper oĩa bona que ſibi fecit ſiue in ſani
tate coꝛpoꝛis ſiue exhibitione ⁊ largitio
ne rerũ tpalium ⁊ honoꝛũ oĩa iſta in eo ꝑ
dita ſunt inſup paſſio xp̃i ⁊ moꝛs xp̃i ⁊ vul
nera ipſius perdita ſunt. Quod xp̃s con
queritur ꝑ prophetã Dauid. In vacuũ la

borani ⁊ fruſtra conſumpſi fortitudinem meã. Et hoc fuit vna de maximis paſſionibus ⁊ tribulationib⁹ quas xp̃s tp̃e paſſionis ſue habuit qꝛ cognouit ſuã amarã paſſionẽ fruſtrari in pluribus prauis hominibus. Scd̃o ꝙ homo dãnatus decetero nũꝗ̃ aliq̃d boni a deo habebit: nec vnã guttã miſericordie dei nec eccleſie ſubſidia fienda ꝓ defunctis proſunt illi qꝛ in inferno nulla eſt redẽptio. vnde Aug. dicit. Si patrẽ meũ ſcirem in inferno non plus orarem pro eo ꝙ̃ pro diabolo. Gre. xj. lib. mo. Quiſquis ad inferni mala tolerãda deſcẽderit: nequaꝗ̃ ad lucẽ vlteri⁹ redibit: qꝛ nequaꝗ̃ vltra mĩa parcentis liberat quos ſemel in locis penalib⁹ iuſtitia damnatis dãnat. Tertio gaudent demones: quia ſocium penarum habent qui eorꝫ numerum augmẽtet. Quarto eo ꝙ angeli decetero nunꝗ̃ habebunt letitiam de eo. ſ. ꝙ̃tũ ad cõuerſionem: quia nunꝗ̃ penitebit veraciter de pctĩs talis dãnatus: qꝛ oẽs damnati in inferno ſunt obſtinati in malitijs: lꝫ angeli ⁊ beati in celo exiſtentes gaudeãt de hoc qđ vident eos in penis. vñ pſ. Letabitur iuſtus cum viderit vindictã: ꝗ̃uis enim angeli ⁊ ſancti in celo videãt penam dãnatorũ nullam tamen cõpaſſionem hñt ad eos: etiã ſi quis videret patrẽ vel matrem vxorẽ vel filios nõ cõpaterẽt eis: qꝛ ſicut cõiuncti ſunt deo ⁊ vnius volũtatis cum eo vt quicquid ſibi ⁊ ſue iuſtitie placet: hoc etiã eis ſimiliter placet: imo gaudium eſt eis videre penã dãnatorũ: qꝛ vident malũ que ipſi euaſerũt: ⁊ de hoc eternaliter deũ laudabunt ⁊ ſibi regratiabũtur. Z Queritur an dãnati etiã videant gloriã beatorũ. Reſpõdetur ꝙ ſic: ⁊ ex hoc torquentur cum vidẽt gloriam ineſtimabilem beatorum: tum propter inuidiã inuidendo beatis de felicitate ipſorꝫ: tum qꝛ ipſi talem gloriam amiſerunt propter momentaneum gaudium huius mũdi ⁊ propter diuitias hui⁹ ſeculi ⁊ voluptates carnis: ſed poſt extremum iudicium amplius non videbunt gloriam beatorum. non tamen minoratur ex hoc eorum pena: ſꝫ augetur: tum qꝛ memorantur iſtam gloriam quã in beatis videbunt in iudicio ⁊ añ iudicium: tũ qꝛ indigni ſunt ꝙ amplius eos videant. vnde ſcriptũ eſt. Tollatur impius ne videatꝫ gloria dei. Quinto gaudent demones de peccatoris dãnatione: ex hoc qꝛ ipſi habẽt materiam in qua crudelitates ſuas refrigerẽt. Peior eſt eñ demon omni hoĩe inimico. homini eñ ſufficit inimico ſuo mortẽ inferre: demon vero poſt mortem deſideratꝫ inimicũ ſuum cruciari imꝑpetuũ. Sexto qꝛ dãnati in inferno ex dãnatione ipſius quo ad aliquid oẽs penas habebũt: econuerſo in celo oẽs ſancti melius habebũt. lꝫ Unde queritur vtrũ dãnati vellent omnes homines dãnari ex quo ſciunt ex hoc penas eorũ augmẽtari. Ad quod reſpõdetur ſm ſanctũ Tho. ſuper. iiij. ſen. di. j. ꝙ ſic. Etiã parentes ſuos ⁊ cognatos vxorẽ ⁊ filios ⁊ hoc ꝓpter perfectiſſimã inuidiã que eſt in eis ſicut in beatis eſt perfectiſſima charitas: ita ⁊ in eis eſt perfectiſſima inuidia que facit appetere alienũ malũ. hoc etiam patet in illis inuidioſis viuentibus in hoc ſeculo in quibus tamen nõ eſt adhuc perfecta inuidia. ſed tamen dãnari minus propinquis inuident ꝙ̃ alienis: vnde eorum pena maior eſſet ſi oẽs propinqui dãnarentur ⁊ alij oẽs ſaluarentur, quam ſi ⁊ aliqui de ſuis ſeruarentur. Et propter hoc fuit ꝙ diues epulo petijt fratres ſuos a damnatione eripi. Cogitabat enim ꝙ aliqui eriperentꝫ ⁊ illos voluit eſſe ſuos fratres potius ꝙ̃ alios: ſi poſſibile eſſet poti⁹ mallet ſimilis oẽs dãnari. Septimo qꝛ demones gaudẽt ſpãſe eſſe ſecuros de beata Maria virgine ꝙ illũ hominẽ de cetero eis non auferat multos enim eis aufert hic quos quaſi proximos poſſident: infinitos enim peccatores a morte eterna liberauit cõuertendo ſententiam. Exemplũ de heſter que populũ ſuũ etiam poſt ſententiam datam poſt literas dãnationis ſcriptas ⁊ ſigillatas ⁊ publice ſuſpenſas a morte liberauit ⁊ amicos regis cõſtituit: ſic ſimiliter intelligitur de beata virgine. Octauo qꝛ gaudent valde de diuerſitate penarum ⁊ acerbitate quas in illis vident quos enim intuentur in maioribus penis de illis plus gaudent quos in profundioribus ampli⁹. ſic



no gaudent maxime: qꝛ ſunt ſecuri ꝙ peccator per penitẽtiam non cõuertatꝫ: qꝛ penitẽtia infinitos eis abſtrahit: vt patet in vtroq; teſtõ in Dauid: in Paulo: in maria magdalena. ⁊ ſic de alijs: qꝛ penitẽtia reſpectu dei ⁊ peccatoris eſt op̃s. nulla enim creatura: neq; in celo neq; in terra neq; omnes martyres neq; apl̃i neq; prophete neq; cõfeſſores: neq; virgines: ſed ſola penitẽtia placat deũ pctõꝝ. Mat. iij. Penitẽtiam agite appropinquabit ei re. ce. Ezechie. xviij. Si impius egerit pñiam de omni pctõ ſuo vita viuet: ſed demones certi ſunt ꝙ dãnatus ampli⁹ nõ põt agere penitẽtiam ſalutarẽ: ergo gaudẽt. immo demones non ſolũ gaudẽt de dãnatione peccatoris ſed etiã gaudẽt de lapſu iuſtorum hoĩm. Unde legitꝫ in vitaſpatrũ ꝙ quidã monachus fili⁹ ſacerdotis ydoloꝝ cũ paruulus eſſet ⁊ ſederet in templo ydolorũ vidit ſathanã ſedentẽ ⁊ oẽm militiã ei⁹ aſtãtem ⁊c. Quere hoc exẽplũ ſupra ſer. xl. E.

De eadẽ dominica de nouẽ choris angelorum. Ser. lxxxviij.

GAudium erit corã angelis dei ſuper vno peccatore penitẽtiam agente. Luce. xv. Greg. dicit ꝙ ſuperna ciuitas ex angelis ⁊ hominib⁹ cõſiſtit. Cum ergo hoĩes lꝫ viles vermiculi vtpote de terra creati in angelorum conſortio debeant deputari: ita vt ſane ſm ꝙ plus ⁊ minus hñt in meritis ſupra vel infra ad meritorũ cõparationem cũ angelis collocentur: ideo cũ ſumma diligentia laborandũ eſt ⁊ conandũ vt quilibet laboret ſuis exercitijs vt ad angelos ſit venturus. Cum enim premia correſpondeãt meritis iuxta illud Matt. vij. Eadem mẽſura qua menſi fueritis remetietur ⁊ vobis. Et iuxta illud apoſtoli ad Phil. ij. Que enim ſeminauerit homo hec ⁊ metet. L Certum eſt ⁊ indubitata veritas fidei chriſtiane tenet ꝙ infimi in meritis cum infimis in celo ⁊ mediocres cum medijs ⁊ ſupremi cũ ſupremis angelis ordinabũtur. hec ergo proſequendo ꝑ ordinem: primo videamus qui ad infimũ ordinem hoc eſt ad angelos collocẽtur: ⁊ ſunt qui cum infimis ⁊ minimis meritis tranſeunt de hac vita. Jlli autẽ minima habẽt merita qui ex ſeipſis nihil habẽt ⁊ ſolum in xp̃i meritis aſſumuntꝫ nõ ꝙ chriſti merita in ſe ſint minima: ſed qꝛ de ſuis nihil penitus addiderunt. Quorũ ſunt duo genera ſcꝫ paruulorũ poſt baptiſmũ decedentium ⁊ peccatorũ per finalẽ pñiam ſeſe cõuertentiũ. Qui cũ nihil de ſuis penit⁹ appoſuerunt ad infimũ ordinem hoc eſt ad angelos aſſumũtur. Jpſi eñ ſunt q̃ minima annũciant hoc eſt deo nunciãt minima merita ſe habere ergo q̃ decedũt in baptiſmali innocẽtia ⁊ in finali pñia: vt q̃ ex neceſſitatis articulo predicti nec cõfeſſionẽ nec ſatiſfactionẽ aliquã addiderũt ſꝫ ſolũ in ꝯtritiõe eis peccata indulta ſunt: ⁊ ſic decedũt. hi q̃ infimi ſunt ĩ meritis ad locũ infimũ: hoc eſt ad angelos deputantꝫ. Nõ enim denegamus eis veniã ꝙ̃tuncũq; ſero peniteãt. dicente Aug. Nulla penitẽtia poteſt eſſe nimis ſera dũmodo ſit vera: et ideo ex tali pñia cõcedimus eis opationẽ regni: ſed qꝛ nudi ſunt proprijs meritis exigente dei iuſtitia in infimis locis collocentur: ⁊ nihilominus tamẽ in illo choro habebunt magnum gaudium quia celeſtes milites id eſt angeli in illo choro exiſtẽtes eos lete ſuſcipiũt ⁊ honorifice eis ſeruiũt ⁊ tantũ honorem eis exhibent ꝙ admirari poſſunt. Tunc ⁊ chriſtus poteſt dicere eis. Nõ miremini ego ſeruiui vobis. xxxiij. anno. in terris quare merito angeli mei ſeruire vobis debent in celis. Secundus chorus eſt ſanctorum archangelorum qui magna nunciant ⁊ ſecreta reuelant: ſicut prophetas ⁊ ſecretiora dei plus cognoſcunt ꝙ̃ inferiores angeli. Ergo gabriel fuit de iſto choro qui incarnationem chriſti ⁊ etiam natiuitatem iohannis baptiſte annunciauit. Ad illum chorum perueniũt iſti homines qui ſuper predictã cordis cõtritionem addunt feliciſſimã oris cõfeſſionem ⁊ ipſam cõfeſſionẽ cũ debitis circũſtãtijs in ſacerdotis audiẽtia fideliter ꝓponentes ⁊ nihil ex omnib⁹ cõtingẽtib⁹ omis

tentes.talis em̄ confeſſio ſtatim vt ab ore
progreditur oīm impetrat veniā peccatoꝝ
Gre.Confeſſionē noſtrā ex puro corde cō
ſiderat deus:ꝛ cuncta que deliquim⁹ rela
xat deus.Quo ergo iſti niſi inter angeloꝝ
numerum deputanť.Cum em̄ primi ex ſo
la cordis contritione inter angelos aſſu-
muntur.merito iſti q̄ plus apponunt ſup:
addentes confeſſionē altius.i.in angeloꝝ
ordinem aſſumuntur.Et merito iſti ſecun
di inter eos collocanť:q: magna nunciāt:
q: reuera maximum eſt ꝛ maxima nūciāt
qui feda peccata ſua pure denunciant con
feſſori.Gre.in pleriſq3 verecundis homini
bus maioris eſt certaminis,feda confiten
do detegere q̄ eadem non cōmittere.Iſi.
Confeſſio ſanat:confeſſio ſanctificat:con-
feſſio peccati veniam donat.Omnis enim
ſpes in confeſſione conſiſtit. In cōfeſſione
locus eſt mie.Et in illo choro adhuc ē ma
ius gaudium:q: ibi cognoſcimus abyſſuz
diuine voluntatis:ꝛ ibi cognoſcimus cau-
ſas ꝛ effectus rerum in deo.ſ.quare hoc vl'
hoc fit.i.q̄re iſte ē diues ꝛ ille pauper:iſte
eſt pulcher ꝛ ille ē deformis:quare vn⁹ mo
ritur ꝛ alter viuit.Tertij angeli dicuntur
virtutes.Et ſunt illi ſpiritus per quos ſi-
gna ꝛ miracula fiunt frequenter:ꝛ ideo di
cuntur virtutes quia virtus diuina relu-
cet in iſtis.ſ.q2 ipſe ſit omnipotens ꝛ quod
nihil poteſt reſiſtere ei:ꝛ quando de⁹ vult
aliquid facere quod eſt ſupra naturā:qd̄
ſcilicet ſi ſolum miraculoſe ſic cecos illumi
nare:mortuos ſuſcitare:tūc illi angeli qui
dicunť v̄tutes mittunť.Ad horuz ergo ſo-
cietates illi homines merito aſſumuntur.
qui ſtrenue ꝛ viriliter duob⁹ predictis:ſcz
contritione ꝛ confeſſione adiūgunt debitā
ſatiſfactionē ꝛ cōdignam.Vn̄ Lu.iij.dicit.
Johan.bap.Facite dignos fructus penitē
tie.Gre.vt tanto maiora querant bonorū
operum lucra per penitentiaz q̄nto grauio
ra ſibi intulerunt damna per culpam tam
viriliter ſatiſfacientes vt commiſſis malis
in pondere:numero:ꝛ menſura ex ſatiſfa-
ctione condigna ſufficientiq3 remetiētur:
ꝛ poſt in obſeruatione preceptorum dei vi
riliter ꝛ ſtrennue ſe exerceant ꝛ niſi ſtant
operibus miſericordie.ſ.eſurientes ciban

do:ſitientes potādo.ꝛ ſic de alijs.Et quia
talis ſatiſfactio hic deſcripta habet maxi
mam difficultatem ꝛ virili indiget fortitu-
dine:ideo virtutibus merito tales appon
tur.Et ibi erit adhuc maius gaudiuz:quia
ibi cognoſcimus omnipotentiam dei ple-
nius quō ex nihilo omnia creauit:ꝛ adhuc
mille vel infinitos mūdos creare poſſet:et
quomodo ſuſtentat munduz ꝛ omnia crea
ta, in eſſe ſuo.Quarti dicuntur poteſtates
ꝛ illi mittunť ad arcendū demones ne in
tantum tentare preſumant q̄ntum volūt.
Et illi iuuant nos vincere carnem mundū
ꝛ diabolum.Et iſtud chorū aſſumunť illi
qui poſt predicta exercitia contritionis:et
ſatiſfactionis:per que oīa peccata ſūt de
leta in altiſſimo exercitio ſe conſtringunt
aſſumentes aſperā ꝛ auſteram vitā:ꝛ per
fortiſſimā reſiſtentiā carni mūdo ꝛ diabo
lo ſe opponūt ne iterū peccatis labantur.
M Tres em̄ precipuos hoſtes habemus
precipium ſuadētes.ſ.carnē:mundū:ꝛ dia
bolum.Ex quibus duo ſi aliqn̄ interm
tant quando penitus ex toto nō dimitt
Tertius tn̄ ſcd diabolus:ita in exorabi
aduerſus nos odio cōiurauit vt nunq̄ a
co adiunctum vnius oculi inducias ex
quere valeamus.Johā.vij.Militia eſt v
ta hominis ſuper terram.Primo em̄ car
impugnat nos per concupiſcentias et c
nalia deſideria ſemper enim optat vel
tari:ociari:impugnari: cui reſiſtendū
potenter nihil ex omnibus his admin
do niſi qui ad ſeruiendum deo ꝛ ad vict
ꝛ veſtitum ſunt ei neceſſaria tenendo co
pus noſtrum ſicut dixit Ber.Sicut egro
commēdatum cui multa violenti inuti
ſunt neganda:vtilia etiam nolenti inge
da.Secundo mundus impugnat nos d
delectationibus mundanis:ſcilicet ga
dijs diuitijs honoribus ꝛc.Et illa reſpue
re debemus ſcilicet q2 hic gaudere in m
do illicite non velimus,vt in futuro cu
deo eternaliter gaudeamus.Hic ſperne
diuitias temporales vt in futuro poſſid
mus,diuitias glorie:hic fugere hono
mūdanos:vt in futuro honoremur a c
ſto ꝛ ab omnibus ſanctis ꝛ angelis de
ſic de alijs.Tertio diabolus nos diuer



mode impugnat:primo malas ſuggeſtio-
nes immittendo quibus in principio viri-
liter reſiſtere debemus.Ber.in ſer.Poteſt
inimicus excitare tentationis motum:ſed
ſed in te eſt ſi volueris dare vel negare
conſenſum.Secūdo tentat nos vitiādo no
ſtra bona opera.Et hoc contingit tribus
modis ſm Gre.ſcz in principio vitando in
tentionem,in medio tentat per negligētiā.
in fine per inanis glorie illaqueationem:
quos laqueos diaboli per diligentem cu-
ſtodiam euadere debemus.Et q̄nto belluz
eſt fortius:eo qd̄ q̄s inclinatus eſt ad ali-
quod vitiuz aut ex natura aut ex actu fre
quenti:q: ſm Ari.Actus multiplicati ge-
nerant habitum tāto q̄s plus meretur.ſ.
viriliter reſiſtendo ꝛ etiaz q̄nto pluries q̄s
tentatur tanto pluries coronas reſiſtendo
meretur.Ber.Quotiens reſtiteris totiēs
coronaberis:ꝛ in illo choro habebim⁹ ad-
huc maius gaudiū q̄ in inferioribus cho-
ris.O quale gaudium tūc habebimus cuz
illis militibus.i.angelis q̄ hic iuerūt nos
vincere mundū:carnē:ꝛ diabolum:ꝛ cum
illis ſanctis q̄ hic fortiter dimicauerūt con
tra mundū:carnē:ꝛ diabolū.Quinti ange-
li dicuntur principatus:ꝛ iſti adhuc ſunt
ſuperiores alij qui mittuntur ꝛ dicunť pri
cipatus:quia principantur ſuper totaz ec-
cleſiam vel prouinciam vnam:ꝛ iſti mittū
tur pro negotio totius eccleſie vel prouin-
cie quando deo placuerit.Et hanc choruz
angelorum meremur ſi principatum obti
nebimus ſuper omnes homines.Sed di-
ceres quomodo poſſent fieri principes ſu-
per homines alios vt illum quintum cho-
rum mereri poſſent.Reſpondeť patientiā:
ſcilicet vincedo omne maluz in bono ꝛ ta
lem hominē totus mūdus vincere nō pōt:
hoc pz in martyrib⁹ quos nec p̄ſides: nec
reges:nec imperatores:nec oēs tyrāni vin
cere potuerunt.ꝛ iſti hoīes q̄ ad iſtū cho-
rum poſſidendum pertinēt ſic ſe hn̄t in ter
ris q2 ſi verbis offendunt.ſ.ipſis maledicē
do:vel dure vel iracunde loquendo:tunc
ipſi econuerſo pro maledictione dant be
nedictionem:ꝛ pro verbis iracūdis reſpō
dent verba dulcia.Exēplo xp̄i.de quo ſcri
ptum eſt Pet.ij.Cum malediceretur non

maledicebat:cum pateretur non commi-
nabatur.Sed diceres an homo iuſtus et
innocens debeat ſuſtinere maledictiōes
malorum:ꝛ vtrum ſibi aliquid noceat ta-
lia verba maledicta ſuſtinere.Reſpondeo
nihil ſibi obeſt:imo ſibi prodeſt ꝛ merito
rium eſt.Vnde p̄s.Maledicent illi ꝛ tu be
nedicis.Et hoc patet q2 deus illam male-
dictionem ſibi a malo homine inflictam
vult ei conuertere in benedictionem.vnde
Augu.Qui iuſtus eſt et maledicitur pre-
mium ei pro maledictione redditur.Itez
ſi tales qui ad illum chorum pertinēt in re
bus offenduntur totum deum offerunt co
gitantes quod chriſtus nudus pro ipſis ī
cruce pependit nec hauſtum aque habere
potuit:ꝛ ſic dominus ieſus chriſtus remu-
nerabit eos in vita eterna.Vnde Apoſto-
lus ad Heb.x.Rapinam bonorum veſtro-
rum cum gaudio ſuſcepiſtis ſcientes vos
meliorem ꝛ manentem ſubſtantiaz habe
re in celis.Itez ſi leduntur in corpore hoc
patienter ferunt cogitātes paſſionem xp̄i:
qui pro eis multa grauiora ſuſtinuit.Vn-
de Grego.Si paſſio chriſti ad memoriam
reducitur nihil eſt quod non equo animo
tolleretur:imo tales non ſolū parati ſunt
pro eis orare.vnde Matt.v.Diligite ini-
micos veſtros benedicite his qui oderūt
vos ꝛ orate pro perſequentibus ꝛ calūniā
tibus vos:vt ſitis filij patris veſtri qui
in celis eſt.Sexti angeli dicuntur domi-
nationes ꝛ illi dominanť alijs angelis:et
ordinant eos ad officia ſua: ꝛ iſti nō mit
tuntur,ſed intimāt voluntatē dei illis q̄nq3
inferioribus ordinibus q̄d facere debeāt:
ꝛ vocanť dn̄ationes quaſi dn̄i ſuper alios.
Et iſti quatuor chori ſuperiores nūq̄ mit
tuntur:ſed ſemper aſſiſtūt ante dn̄m:et
iſtum chorum meremur cum ſenſualitatē
noſtrā rōni ſubijcimus ſic q2 nihil facit niſi
qd̄ rō iubet:ꝛ ſunt maximi domini q̄ ſciūt
ſeipſos vincere illi ſm Ber.habent ſēſus
exteriores non dulces:ſed ſeruientes in-
teriores ſobrios ꝛ efficaces.in ſignum hu-
ius legitur in euangelio:vt hr̄ Matt.viij.
de centuriōe qui dixit.Homo ſum ſub po-
teſtate conſtitutus habens ſub ſe milites
ꝛ dico huic vade ꝛ vadit:ꝛ alio veni ꝛ ve-

nit ⁊ ſeruo meo fac hoc ⁊ facit. Cēturio: id eſt ratio habet ſub ſe milites: id eſt potentias anime dicit huic: id eſt rationali veni: ſcilicet ⁊ cognoſce differentiā inter bonum ⁊ malum. Et dicit huic: id eſt iraſcibili: ſcʒ ſpernendo malū quod rationalis potētia cognoſcit eſſe deſpiciendo: ⁊ ſeruo cōcupiſcibili fac hoc: ſcilicet appetendo bonū qđ rationalis potentia cognoſcit eſſe appetēdum. vnde Gene. xlj. dixit Pharao ad Joſeph. Sine tuo imperio nō mouebit quiſꝗ̄ manū vel pedē in vniuerſa terra Egypti. Joſeph id eſt ratio ſine cuius imperio ſenſualitas: nec debet mouere oculū ad vidēdū: nec os ad loquendū: nec pedes ad ambulandū: nec manus ad palpandū: nec aures ad audiendū: niſi id quod ratio iubet ⁊ diſcernit eſſe licitum: ergo in talibus hominibus qui ad illum chorum pertinēt ſenſualitas eſt ſubiecta rationi: ⁊ hoc operatˀ plenitudo gratie. quāto enim cor abūdat in gratia tāto magis ratio vincit ſenſualitatem: quia cum cor eſt plenū gratie: tunc alia intrare non poſſunt. Sed diceres quare habemus tot immūdas cogitationes. Reſpōdeo ꝙ ideo quia vacuum eſt cor noſtrū a gratia. Ergo male cogitationes habent locum intrandi ⁊ manendi in nobis. Et in iſto choro habebimꝰ valde magnū gaudiū: quia eſſe inter tales magnos: ⁊ altos angelos qui ſunt dn̄i ſuper alios nōne eſt magnus honor ibi etiam videbimꝰ plenius dignitatem altitudinē ⁊ magnitudinem glorie noſtre: ⁊ qm̄o minimus hominum in celo magis honoratˀ ⁊ altius coronatur ꝗ̄ maximꝰ rex in terris: quia ab ipſo chriſto ⁊ maria: ⁊ omnibus ſanctis ⁊ angelis honoratˀ in celis: et quilibet participat ſecum in omnibus bonis ⁊ meritis ⁊ gloriā ſpecialem habebit in quolibet electo in celo. ¶ Septimi angeli dicūtur throni: et iſti angeli pre ceteris in deo quieſcūt tanꝗ̄ in vltimo fine: ⁊ deus in eis delectabiliter quieſcit tanꝗ̄ in throno delectabili: ⁊ ipſe in eis iudicia ſua in cuncta ſubiecta diſponit. vnde cantur. Deus qui ſedes ſup thronum ⁊ iu equi. Si ergo cupimꝰ ad thronorū cōſortia peruenire oia ad regulā iuſtitie iudicemꝰ vt deo demus equitatē nobis vtilitatē proximo pietatē. Et in illis qui ad illum thronū pertinēt quieſcit deꝰ delectabiliter vt ſunt illi qui nec in pſperis eleuātur per ſuperbiā: nec in aduerſis franguntur per impatientiā: ſed oia a deo equanimiter accipiūt: ſiue ſit amarū: ſiue dulce: ſiue letū: ſiue triſtie. q: tales eſtimāt ſe eſſe malos ⁊ dignos omni malo: ⁊ cū patiuntˀ aliquid tunc dicūt illud Gen. xlij. Merito hec patimur: q: peccauimus in fratrem noſtrū: ſcʒ Jeſum chriſtū non obediēdo preceptis ſuis: ⁊ plures dicunt cū. b. Aug. hic vre hic ſeca vt ineternū parcas: ⁊ dicūt cū bea. Hiero. Libēter non patior tormētari futura mihi gloria ſeruetur. Non enī iudicabit deus in idipm: ⁊ tales non cōmouentur ad iram: q: nihil volunt niſi ꝙ deꝰ vult ⁊ omnia equanimiter a deo recipiūt: ⁊ voluntates ſuas conformāt diuine voluntati ergo non turbātur. vnde Prouer. xij. Non cōtriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit ⁊ in illo choro replebitur omne deſideriū ⁊c. q: ibi eſt abūdantia oīs boni: q: ibi habebimus menſurā bonam confertā coagitatā ⁊ ſuperfluentē. vnde Apl's. j. Cor. ij. Quod oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis aſcēdit ⁊c. Octaui angeli dicūtur cherubin: ⁊ illi clarius deū vidēt ⁊ ſpeculū trinitatis ⁊ dicuntˀ illuminatores: q: alios illuminant ⁊ eis voluntatē dei notificant: ⁊ ſic illi pre ceteris inferioribus cognoſcūt voluntatē dei quid placeat vel diſpliceat ei. Ad illum chorū ſpectant illi q̄ hic illuminātur in vera chriſti ſapientia. Sapientia dicitur quaſi ſapida ſcientia. vnde Ber. Jnueniſti plane ſapientiā ſi petā tanꝗ̄ peſſia mala, deſiderabilia huius mūdi tanꝗ̄ nihil: eterna quaſi optima ſapiunt: ⁊ tales ex intimo corde eterna concupiſcant dicētes cum aplo. Phi. j. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cū chriſto: ⁊ dicunt illud pſ. Heu mihi: quia incolatus meus prolō. eſt idē. Sitiuit anima mea ad deū fon. vi. Et tales nec poſſunt cogitare: nec audire: nec loqui niſi q̄ dei ſunt. O quale gaudiū ibi in illo choro habebimꝰ. vbi oīa in deo cognoſcimꝰ: ſcilicet qm̄o ab eterno in deo fuimus: ⁊ qm̄o a deo emanauimꝰ. Inſuper cognoſcimus deū in omnibus: et oīa creata pulchriora



pulchriora eſſe in deo ꝗ̄ in ſeipſis. Et quicquid homo deſiderat ſibi. ſ. pulchritudinē ſapientiam diuitias ⁊c. hoc totum in xp̄o inueniet. vñ. iij. regum. Beati ſerui q̄ ſtāt in cōſpectu tuo ſemper vidētes ſapiētiam tuam: ꝗ̄uis oēs electi videant deū tamen clarius videt ꝗ̄ alius q: ſicut ſtella differt a ſtella in claritate: ſic et ſancti differūt in glia: q: ꝗ̄to aīa eſt clarior ⁊ maiora meruit cum corpe in pn̄ti tanto clarius corpꝰ erit: q: glorificatio redundat de aīa in corpus: ergo vnū corpus in celo erit clarius alio ſm̄ ꝙ homo eſt maioris meriti. Noni angeli dicuntur ſeraphin: ⁊ iſti ſunt ardētes pre ceteris inferioribꝰ in amore ⁊ feruore dei: ⁊ clarius cognoſcunt deū in omnibus illis inferioribꝰ ⁊ flāma diuini feruoris incendit eos pre oibus aliis angelis: ⁊ ratio eſt q: ſunt ꝓximiores deo: ⁊ q̄ igni eſt ꝓximior magis accenditˀ, ⁊ qui luci eſt propinquior magis illuminatur: ſic ⁊ iſti angeli ad iſtū chorum pertinent q̄ feruent in charitate dei ſm̄ illud Luc. xxiiij. Nōne cor noſtrum ardens erat in nobis: loquer. in via. De illo igne diuini amoris dn̄s dicit in euāgelio. Ignē veni mittere in terram: ⁊ q̄d volo niſi vt ardeat: ſed ad hoc ꝙ homo fiat feruēs in charitate tria requiruntˀ. Primo ꝙ mediū. i. peccata tollantur. Gre. Anima que peccādo a deo ſe diuidit ſi peccatum tollitˀ immediate deo adheret ⁊ etiam illa mundana ⁊ tranſitoria opʒ tollere de medio. i. amouere de corde. vñ Amb. in lib. de virgi. Diuine dulcedini non coniungeris ſi ab amore tēporali non recedis. Secundo opʒ diſponi hominem ad hoc per virtutes. i. per opera virtutum vt incendatˀ igne diuine feruoris. hoc ptʒ in ligno diſpoſito ⁊ arido qđ melius ardet ⁊ citius incenditˀ ꝗ̄ lignū humidum ⁊ indiſpoſitū. Tertio opʒ appropinquare deo. i. per contemplationē ſe ad deū erigere: q: ꝗ̄to homo altius deū cōtēplatur, tanto vicinior erit deo. pſ. Accedite ad deum ⁊ illuminabimini. Luc. x. Sanctificabor in his q̄ approximant mihi. ⁊ Jaco. iiij. Appropinquate deo ⁊ appropinquabit vobis. Et ſignanter in tali contemplatione memoranda ſunt multiplicia dei beneficia: ⁊ ſic ignis diuini amoris ex hoc incenditur. pſ. In meditatione mea exardeſcet ignis: in illo choro habebimus maximum gaudium. q: cor noſtrū ⁊ aīa noſtra in deū tranſſumitur ex feruore diuini amoris ſicut ferrū aſſumit formā ignis ⁊ erit candens quaſi ſit ignis: ⁊ tn̄ eſt ferrum in ſubſtantia. ¶ ſimili modo cor noſtrū trāſmutabitur in deū: ibi enī pleniſſime impletur illud preceptū. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo ⁊ ex tota aīa tua ⁊ ex oībus viribus tuis: ⁊ ex omni mente tua: et proximum tuum ſicut teipſum.

¶ De eadem dominica.

Gaudium erit corā angelis dei ſuper vno peccatore penitentiam agente ⁊c. Hic dicendum eſt qm̄o angeli ſeruiunt hominibus ⁊ quare ⁊ quomodo ſūt nobis ſimiles: ⁊ quomodo precellunt nos. Iſtū ſermonē quere infra ſer. clviij. J.

¶ Dn̄ica. iiij. poſt feſtū trin̄. Ser. lxxxix. de ſex operibus miſericordie.

Eſtote miſericordes ſicut pater veſter miſericors eſt. Luc. vj. Mat. vij. Mar. iiij. ¶ Naturale eſt oībus aīalibus eiuſdem ſpeciei adinuicē miſericordiā conſeruare multomagis homo ad imaginē dei cōditus debʒ alter alteri tanꝗ̄ ſue imagini cōpati ⁊ vnus alterius defectus et miſerias in cor ſuū imprimere: ⁊ ſic ſibi cōpati ⁊ in hoc cōſiſtit rō miſericordie ad quā xp̄s nos inducit per verba pmiſſa dicens. Eſtote miſericordes ⁊c. Vn̄ in pn̄ti ſer. dicēdū eſt de ſex operibus miſericordie que dn̄s in iudicio a quibʒ hoīe vult requirere: vt habetur Mat. xxv. Vbi dicturus eſt his q̄ a dextris eiꝰ erūt: venite bn̄dicti patris mei poſ. paratum vo. re. a cōſti. mūdi. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi manducare. Sitiui ⁊ dediſtis mihi bi. ⁊ ſic de aliis. Tunc dicere his qui a ſiniſtris eius erunt. Diſcedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus eſt diabolo ⁊ angelis eius. Eſuriuiˀ ⁊ non de

di.mi.mau.Sitiui ⁊ non dedi.mihi potum
hoſpes eram et non collegiſtis me:⁊ ſic de
alijs.Augu.dicit ſic ſuper predicta verba.
Si aliqs eſſet qui de tota ſacra ſcriptura
nihil aliud ſcire niſi ſolummō iſtā lectionē
preſentē hoc ſolū ſufficere ſibi ad ſalutē:q2
ibi continent̄ merita ⁊ demerita:premia ⁊
ſupplicia bonorū ⁊ malorum. ¶ Primū
opus mie eſt cibare eſurientem.vnde Eſa.
lviij.Frāge eſurienti panem tuum.Secūdū
eſt potum dare ſitienti.Mat.x.Quicūqꝫ po-
tum dederit vni ex minimis meis calicem
aque frigide tantum:non perdet mercedē
ſuam.Sꝫ ſunt quidam adeo duri ⁊ immi=
ſericordes ꝙ potius dāt porcis ⁊ canibꝰ q̄ꝫ
pauperibꝰ:q2 plures diuites meliꝰ paſcūt
ſuos canes q̄ꝫ paupes.ſ.pparādo canibus
offas vel dādo eis carnes:de quibꝰ paupe
res poſſent refici:de quibꝰ omnibus tales
diuites diſtrictam reddituri ſunt rationē.
Inſuper aliqui ſunt tam auari et tenaces
ꝙ potius illud quo ſuper remanet putre=
fieri ſinant ſeruantes hoc ex nimia parci=
tate q̄ꝫ ꝙ hoc pauperibꝰ erogarent. Unde
dominus de maximo conuiuio quo faciet
ſanctis ſuis repellet eos confuſione ma=
gna nihil eis dādo:quia hic de menſa ſua
nihil ei dederunt:vt patet de diuite epu=
lone et paupere Lazaro.Lu.xvj.vñ Greg.
Dei miam non poteſt ꝓmereri:qui hic mi-
ſericors non fuerit.Unde Beda ſuper epi.
Iac.Sine mia iudicabitur ille q̄ cū poſſet
non fecit miaꝫ.Ex his patet ꝙ valde pe=
riculoſe ſtant tales tenaces qui in hoc gra
uiter deum offendunt et contra charitatē
proximi faciunt:contra animas proprias
grauiter peccant:quia tales quodammo
do cōparantur furibus ⁊ raptoribꝰ.Unde
Amb.in ſermo.Non minoris eſt criminis
habenti tollere q̄ꝫ cum poſſes indigentibꝰ
denegare.vnde Baſi.Nonne inquit ſpo=
liatores que diſpenſanda ſuſcepiſti pro=
pria reputando.Eſt enim panis famelici
quem tu tenes:nudi tunica quam in con=
claui conſeruas:diſcalceati calcei:qui pe=
nes te marceſcunt:indigentis argentum
quod poſſides humatum. Unde chriſtus
in euangelio.dicit vt habetur Luc.xviij.q̄ꝫ
difficile qui pecunias habent regnum dei

intrabunt.Item eſt malum ſignum cuꝫ qs
eſt tam durus ꝙ non poteſt audire clamo
rem pauperum et ſi bene audit tamen eis
nō compatitur,nec miſeretur qđ eſt ſignū
peruerſitatis et qđ nō eſt in charitate dei
et ex hoc ſequitur ꝙ eſt in ſtatu dānatiōis
vnde.j.Jo.iij.Qui habuerit ſubſtantiam
huius mūdi et viderit fratrem ſuum neceſ
ſitatem habere ⁊ clauſerit viſcera ſua ab
eo quomodo charitas dei manet i eo.q.d.
nullo modo.Aug.de ci.dei.Miſericordia
eſt aliene miſerie in noſtro corde cōpaſſio:
qua vtiqꝫ ſi poſſimus ſubuenire compelli
mur.vnde de duris corde dr̄ Prouer.xxj.
Qui obturat aurem ſuam ad clamorem
pauperis et ipſe clamabit ⁊ non exaudiet
et ergo vt diuites miam dei conſequant̄
tunc ipſi debent eſſe miſericordes paupe=
ribus.Mat.v.Beati miſericordes quoniā
ipſi miſericordiā conſe.Luc.vj.Facite vo
bis amicos de māmona iniquitatis:vt cuꝫ
de.re.vos inter taber.Amb.i epiſtola ad
nepotianum.Non memini me legiſſe ma
la morte mortuū qui libenter opera pie
tatis exercuit habet enim multos interceſ
ſores:⁊ impoſſibile eſt preces multorū nō
exaudiri. ¶ Tertium eſt recipere pere=
grinos ad hoſpitium:hoc eſt tam vtile et
deo tam acceptum:vt quandoqꝫ etiam ad
literam beati angeli ſunt hoſpitio recepti
imo etiam ipſe chriſtus viſibiliter vt in e=
maus.Sed ſunt quidā adeo auari ꝙ nul=
los pro deo hoſpitari volunt niſi habeāt
expendere:⁊ ſic expellunt pauperes a do=
mibus ſuis.Cum tamen chriſtus dicit in
euang.Qui vos recipit:me recipit:et qui
vos ſpernit me ſpernit.Item eadem men=
ſura qua menſi fueritis ⁊c.ergo ſicut clau
dis ianuam pauperi:ſic chriſtus faciet ti=
bi cū ad ipſum veneris dicens illud Mat
thei.xxv.Domine domine aperi nobis.Re
ſpondebit.Amen amen dico vobis:neſcio
vos:ſed bonis et electis ſuis dicet illud
Mat.xxv.hoſpes fui ⁊ collegiſtis me ⁊c.
Uenite benedicti patris mei ⁊c.Ex his pa
tet ꝙ multum reprehēſibiles ſunt illi diui=
tes qui habent magnas ⁊ latas domos ⁊
potius permittunt eas vacare q̄ꝫ paupe=
res in eiſdem propter deum velit hoſpita=



ri:cum tamē laudabile eſſet ꝙ quilibet di-
ues ad minus haberet vnum pauperē in
domo ſua:vt illud quod ſibiipſi in menſa
ſubtraheret:ſiue comedendo:ſiue biben=
do hoc illi pauperi daret:vt ſic poſſet me
reri vitam eternam. ¶ Quartū eſt nu=
dos tegere:quantum autem placeat deo
patet in ſancto Martino quem chriſtus co-
ram omnibus ſanctis ⁊ angelis in celo exi
ſtentibus commendauit dicens.Martinꝰ
adhuc cathecuminus hac me veſte conte=
xit.vnde admonet vnumquēqꝫ hominem
per Eſa.prophetam dicens.Cum videris
nudum operi eum ⁊c.Luce.iij.Qui habet
duas tunicas det vnam non habēti.Item
ꝙ hoc opus miſericordie non ita faciliter
exercēt ſicut ⁊ alia:quia vnus facilius dat
pauperi fruſtum panis,vel recipit euꝫ per
vnam noctem ad hoſpitium q̄ꝫ daret ſibi
tunicam:ergo mulieres diuites deberent
filare:⁊ non otioſe incedere:quia quāuis
ipſe non indigeant per ſe:tamē multi pau
peres ſunt qui bene indigent.Exēplo bea
te Elizabeth que filabat cum ancillis ſuis
⁊ inde pauperibus veſtes faciebat.Aug.
in lib.de vita chriſtiana.Illam eleemoſy=
nam deus approbat que de iuſtis labori=
bus miniſtratur,ſicut ſcriptum eſt.honora
dominum de tua ſubſtantia:id eſt de tuis
iuſtis laboribus:⁊ de primitijs frugū tua=
rum da pauperibus.Unde chriſtus dicet
talibus in iudicio.Nudus fui ⁊ cooperui=
ſtis me:quia ita acceptum eſt ei quaſi euꝫ
in cruce nudum pendētem cooperuiſſent.
vnde dicit Matth.xxv.Quod vni ex mini-
mis meis feciſtis mihi feciſtis.Quintū eſt
viſitare infirmos:⁊ hoc eſt valde acceptū
chriſto quaſi ipſe per ſe faceret hic infirmꝰ
vt eum viſitares:quia omnes paſſus taliū
numerantur ab angelis ⁊ remunerātur a
chriſto in vita eterna.contra hoc faciunt
qui pauperes ⁊ infirmos abomināntur:vel
etiam quandoqꝫ proprios famulos vel fa
mulas quando infirmantur a domo expel-
lunt,vel ſi retinent vt canem ſub gradu lo
cant:nec melius ei q̄ꝫ cani faciunt.non ſic
eſt faciendum imo eis eſt benefaciendum
quaſi angelo dei:vel quaſi ipſi chriſto qui
dicturus eſt in iudicio.Infirmus fui ⁊ vi=

ſitaſtis me.Sextuꝫ opus miſericordie eſt
vinctos viſitare ⁊ redimere:ſiue boni:ſiue
mali:ſint,aliquid eis adminiſtrando.Si
boni pro poſſe liberari debent iuxta illud
pš.Egenum de manu peccatoris liberate
qui hoc facit:ſcilicet qui redimit factos in=
nocenter a raptoribus ⁊ ab alijs homini=
bus ſimilis erit deo.pš.Deus quis ſimilis
erit tibi eripiens inopem de manu fortiorꝫ
eius.Si vero mali:tunc ſaltem liberandi
ſunt ab eterna morte:ſcilicet monēdo eos
ad penitentiam ⁊ contritionem de pecca=
tis ſuis:⁊ ꝙ offerant deo illam ignominio
ſiſſimam ⁊ amarā mortem,quam ſuſtine=
re eos oportet pro peccatis ſuis.et hoc eſt
multū vtile homini ⁊ deo acceptum. ¶
Queſtio eſt vtrum pena mortis dirimat
aliqđ de pena debita pro peccatis.Reſpō=
detur ſm Tho.in.iiij.diſt.xx.Mors natu=
ralis eſt pena cōſequens originale pctm̄ ⁊
quaſi iam in naturā cōuerſa.Et ideo per
mortē naturalē nō purgat̄ aliquid de pctō
actuali:ſed per mortē illatā bene pōt pur=
gari.vnde ſi aliqs mortē illā tā patienter
ſuſtineat etiā pro alijs criminibꝰ:ſic illata
mors valet ad diminutionē pene:⁊ ad libe
rationem etiam a tota pena ſecundū q̄ꝫti=
tatem culpe ⁊ patientie ⁊ cōtritionis.Iteꝫ
queritur de ſuſpendendis ⁊ decapitādis
an debeat eis dari corpus domini. Re=
ſpondeo ſi ſunt confeſſi et penitent non
debet eis denegari:vt habetur.xiij.q.ij.c.
ſi.T.Item queritur de ſuſpenſis an ſint
ſepeliendi in cimiterio:an non. Reſpon=
deo ſm hoſtienſem.ꝙ ſepeliendi ſunt dū
tamen penituerunt:ſed tamen ad hoc ꝙ
de patibulo deponantur requiritur licen
tia iudicis ſecularis ne iuſtitia contemni
videatur:⁊ ſic loquuntur leges:ipſam li=
centiam iudex denegare non debet.Ex
his iam dictis patet ꝙ ſalubre eſt valde
tales homines monere ad penitentiam
quia poſſibile eſt ꝙ quis in vno homine
tali poſſit mereri vitam eternam ⁊ ratio
eſt quia ſm Grego.Maximū ſacrificium
eſt zelꝰ aīaꝝ imo plus eſt deo acceptum ⁊
hoi meritoriū vnā aīam lucrari q̄ꝫ aureū
mōtē deo offerre:q2 vna aīa ꝓcellit oēs the
ſauros totiꝰ mūdi.vñ Augu.dicit. Sicut

deus oēm creaturam:ſic aīa omnē corpo-
ream craturam nature dignitate precellit
vñ etiam Ber. Totus mundus ille preciū
vnius anime eſtimare nō pōt. Nō eñ pro
toto mundo aīam ſuā daret xp̄s quā pro
aīa humana dedit. Sciendū q̄ multū ſa
lutiferum eſt talibus amarā mortē ꝛ paſ
ſionem xp̄i reducere ad memoriā. vñ Au-
gu. Si paſſio xp̄i ad memoriam reducit̄: ni-
hil tā durum q̄ nō equo aīo toleret̄. Berñ.
Quid eſt qḋ tibi non ſuaue videt̄ ſi colle-
geris ꝛ memoraueris oēs amaritudines
ſaluatoris ꝛ ſignanter cogitandū eſt talib᷒
quō xp̄s nonies ductus eſt ꝓ ſalute pecca-
torum. Primo ſtatim quando captus fuit
ductus eſt ad Annam. Secūdo ab Anna
ad Caipham. Tertio a caipha ad Pylatū
Quarto a pylato ad herodē. Quinto ab
herode ecōuerſo ad Pylatū. Sexto mili-
tes duxerunt eū intus in atrium ꝛ illuſe-
runt ei percutientes caput eius arūdine.
Septimo duxit eū Pylatus foris de preto
rio portantē coronā ſpineā ꝛ veſtē purpu
ream. Octauo ductus eſt ad locū vbi pro
tribunali iudicatus eſt ad mortem. Nono
extra ciuitatē ductus eſt ad locū caluarie
vbi crucifixus eſt: ꝛ rememorando tales
tranſitus xp̄i offerre dꝫ tranſitū illū ꝛ mor
tem ꝛ penam ipſi xp̄o ꝓ peccatis ſuis ꝛ de
bent habere bonū propoſitū q̄ amplius
nunq̄ꝫ vellent peccare ſi diutius viuere de
berent ꝛ ſic deo debent cōmittere animas
ſuas. Vñ legit̄ tale exēplū. Miles quidā no
bilis: ſed criminoſus quodā t̄pe ab inimi
cis ſuis captus. Et q̄ valde erant ei inui-
dioſi ꝛ exoſi viſum eſt eis expedire vt in in
ſtanti occideretur. Cernēs vir nobilis ſibi
mortem imminere ꝛ nullum ibi eſſe reme
dium vite ſupplici voce dixit ad illos. Ro-
go vos intuitu dei: vt modicū ad mortem
meam differre dignemini vt alicui ſacer-
doti peccata mea poſſi cōfiteri. Rñderūt
ei. Non eſſet nobis illa dilatio tuta. Cōtin
gere poſſet q̄ cognati ꝛ amici tui venirēt:
ꝛ eriperent te de manibus noſtris: tūc eſ-
ſet error nouiſſimus peior priore. Cui tunc
precepiſſent vt ſe proſterneret ad decollā
dum dixit hoc ↄ̄bū. Deus tu ſcis volūta-
tem meam: ꝛ ſubiunxit. Animā meā ↄ̄gi-
nis filio cōmēdo ſicq̄ꝫ decollatus eſt: erat
tunc quidā obſeſſus in ciuitate cui cum dice
rent quidam audita morte tanti tyranni mō
magnū gaudiū habētis. cū aīa illius faci-
noroſi militis. Rñdit demon. Nequaquā
vnum eñ verbū dñi mori debuit ꝓtulit ꝓ-
pter qḋ ſaluatus eſt. vñ Ber. Maior eſt dei
pietas q̄ꝫ queuis iniquitas. Sicut eñ ſcin
tilla in medio maris: ita oīs malitia hoīs
ad dei miām. Quod aūt deus gratanter
opera miſericordie accipit̄ que exhibentur
pauperibus in ſuo noīe ptꝫ per tale exem
plū. Erat quidā ruſticus cū ſua vxore q̄ mo-
rabatur in vna villa ꝛ in vna magna cu-
ria ſolitarie: ꝛ habuit de conſuetudine q̄
ſingulis ſextis ferijs ſolebat inuitare vnū
pauperē hominē in memoriā ꝛ reuerentiā
paſſionis xp̄i. ꝛ qñ pauperē nō habebat di
ſtulit prādiū donec vnus pauper veniret.
Accidit aūt vna ſexta feria q̄ nullum pau
perē habere poterat ꝛ dixit vxori ſue. pre
para cibū ꝛ ego exibo ꝛ videbo an aliquē
pauperem inueniā. Et exiens vidit in pla
tea publica q̄ non remote a domo ſua di-
ſtabat quēdā pauperem in via lutoſa in
cedere qui occurrens ei inuitauit eum: et
qñ veniebat ad domum ſuā vxor eius di-
xit. Ego lauabo ſibi pedes: q̄ lutoſi ſunt
quod eſt ſibi multū neceſſarium: ꝛ poſtmo
dum tunc comedemus. Et accipiens vrinā
cum aq̄ lauit pedes eius ꝛ inuenit eū habē
tem duo magna foramina in pedibus ip-
ſius ꝛ dixit ad maritū eius. Iſte paup ad
modum dñi nr̄i ieſu xp̄i hꝫ perforatos pe
des. Tunc dñs ieſus xp̄s dixit. Uos alijs
diebus recepiſtis me ꝛ hoſpitaſtis me in
membris meis: ſed hodie meipſum ad ho
ſpitiū veſtrum ſuſcepiſtis. Et ego promit-
to vobis in preſenti neceſſaria vite: ꝛ poſt
hanc vitam volo vos recipere ad vitam
eternam. Et hoc dicto euanuit.

## ¶ In eadem dñica. Sermo.xc. de iudicio ꝛ ſuſceptione.

Nolite iudicare ꝛ non iudicabimi
ni. Luc.vj. Notandum q̄ nō iu-
dicare proximum eſt magne di-
ſcretionis vt homo ita ſe cōpa-
tiatur proximo ſuo in defectib᷒
ſuis q̄ non de facili malum iudicet de eo.
Et ad hanc diſcretionem habendā nititur
dominus nos inducere in verbis p̄miſſis:
vbi dicit. Nolite iudicare. Unde in preſen-
ti ſer. tria ſunt dicēda. Primo quot modis
iudicium temerariū cōmittitur: ꝛ quando
eſt peccatum mortale: ꝛ quādo veniale: ꝛ
quando nullū peccatū. Secūdo vnde ori-
tur iudicium temerariū. ꝛ quomodo quili
bet tenetur alios homines meliores ſe re
putare. Tertio exemplū. U Quantum
ad primum ſciendū q̄ iudicium poteſt fie-
ri ſeptē modis. Primo timore ne ſequatur
malū: ꝛ hoc proprie non dicitur iudicium.
v.g. Sicut includūtur moniales non q̄ ma-
le ſint, vel q̄ male velint facere: ſꝫ timetur
propter fragilitatem ſexus, ne libertas ex-
eundi, vel patefactio clauſtri fiat eis oc-
caſio peccandi. Sic ſimiliter obſeras ciſtā
tuam, vel cameram tuam non q̄ aliquē iu-
dices furem: ſed quia times dare occaſio-
nem furti: ꝛ ſic perderes tuam pecuniam.
Homo enim poteſt timere malum: tamen
cum quadā ſpe boni vt non fiat. Ideo pro-
pter ſecuritatē preuenire poteſt ne hoc ma-
lum eueniat quod timet. vnde Augu. Cer
tum tene incertum dimitte. Secundū iudi
cium dicitur incidēs ſuſpitio mali: non ta-
men cum cōſenſu rationis. Et illud debet
homo cauere inquantū poteſt ꝛ expellere:
ꝛ in melius interpretari. Aug. in ſer. domi
ni in monte. Si ſuſpitiones vitare nō poſ-
ſumus: q̄ homines ſumus iudicia tamen
id eſt diffinitiuas firmaſq̄ꝫ ſententias cōti
nere debem᷒. Si ergo ſuſpicamur que eſt
humana tentatio: ſaltem non iudicemus.
Hoc enim ad humanā tentationem perti-
net ſine qua vita preſens non ducit̄. Ergo
quandocūq̄ꝫ incidunt nobis male cogita-
tiones ꝛ ſuſpitiones de proximo: ꝛ quācito
illas aduertimus: tunc immediate expel-
lere debemus: ꝛ in bonum interpretari: et
ſic talis ſuſpitio non nocet: nec eſt peccatū
in ſe. Tertium iudicium eſt quod contin-
giter leuib᷒ ſignis: ꝛ in hoc iudicio eſt tri-
plex gradus. Primus gradus eſt quando
quis ex ſignis leuibus incipit dubitare de
bonitate proximi: hoc eſt peccatum venia
le: ꝛ hoc non vocatur proprie iudicium: ſed
ſuſpitio. Secundus gradus eſt quando ex
talibus leuibus ſignis firmiter tenet in
animo q̄ proximus ſit malus: et hoc pro-
prie dicitur iudicium: quia iudiciū impor
tat firmam ſententiam. ꝛ hoc eſt peccatū
mortale: ſi malum quod iudicat de proxi-
mo ex leuibus ſignis ſit de genere peccati
mortalis. Peccatū enim mortale eſt quod
contrariatur charitati proximi quod autē
aliquis predicto modo iudicet proximum
poteſt eſſe contra fraternam charitatem:
igitur ꝛc. verbi gratia. Si quis rideret vel
aliquam diſſolutionem facere: ꝛ propter-
ea ſperneres eum: ꝛ diffinitiue teneres eū
eſſe malum ex talibus leuibus ſignis gra
uiter peccares. Similiter ſi quis aliquid
perderet: ꝛ ex leuibus ſignis proximum iu
dicaret eſſe furem grauiter peccaret: ꝛ ſic
de alijs. Tertius gradus quando ex leui-
bus ſignis non ſolum predicto modo iudi
cat proximum: ſed etiam procedit ad puni
tionem vel ad vindictam ac ſi factum ve-
raciter cōmiſiſſet: et hoc eſt grauius: quia
non eſt ſolum cōtra charitatem: ſed etiam
contra iuſtitie equitatem. Hoc ſepius con
tingit q̄ aliqui propter aliqua ſigna q̄uis
parua captiuāt ꝛ puniūt pauperes quan-
doq̄ꝫ vſq̄ꝫ ad mutilationem membrorum
affligunt eos ſuſpendendo ꝛ pōderando:
ſic q̄ quandoq̄ꝫ eos oportet eſſe infirmos
poſtmodū omni tempore vite ſue. Et quā-
doq̄ꝫ innocentes ſic puniuntur ꝛ leduntur
in membris ſuis vel propter furtum cōmiſ
ſum ab alijs cum ipſi nō ſunt rei: vel pro-
pter aliquam aliā cām incertā ꝛ dubiā vbi
actor rei ignorat̄. Et tales quō volūt peni
tere ꝛ illis ſatiſfacere quos ſic innocenter
leſerunt in mēbris ſuis: q̄ poſtmodū opor
tet eos mendicare: qui ſe cū pueris ꝛ vxo-
ribus nutriuiſſent de ſuis laborib᷒. Quar
tum iudiciū de occultis ꝛ abſcōditis cor-
dium. Et eſt valde periculoſum de igno-
tis ꝛ occultis cordiū iudicare alios. Tan-
ta enim ꝓfunditas credēda eſt eſſe in ho-
mine q̄ etiā q̄nq̄ꝫ lateat ipſum hoīem in
quo eſt. Et patet hoc. Nam in beato pe-
tro profunditas infirmitatis ſue latebat
ipſummet cū ſe cū dño moriturū ꝓmit-
tebat: q̄ ſi infirmitatem ſuam cognouiſſet

nequaꝗ̃ ad dñm dixiſſet. Paratus ſum te=
cum in carcerem et in morte ire. Similiter
alios diſcipulos latuit eorũ humana in=
firmitas qꝛ euangelium dicit qꝺ ſimiliter
ꝛ oẽs diſcipuli dicebãt. Cum ergo quiſqꝫ
de ſe aut vix aut omnino nõ veram ſniam
poſſit ferre: quõ poteſt tũc de alijs iudi=
care. vnde Baſilius. Reuera omniũ cauſa
rum difficillimũ eſt ſeipſum cognoſcere.
Chry. ſuper Matt. Nõ minima pars phi=
loſophi eſt cognitio. vnde etiã Amb. Mul=
to melior ꝛ laudabilior es ſi te cognoſcis:
ꝛ nihil aliud cognoſcas: ꝗ̃ ſi te neglecto:
curſum ſyderũ: vires herbarũ: cõplexiões
hominũ naturas aĩalium cognoſceres: et
ſcientiam omniũ celeſtium ꝛ terreſtrium
heres. vnde Berñ. Multi multa ſciunt: ſꝫ
ſeipſos neſciunt. Unde ſciendum ꝙ ſolus
deus veraciter põt cognoſcere cor hoĩs: qꝛ
hoc eſt ꝓpriũ ſolꝰ dei. Ergo ſolꝰ nominaꝵ
ſcrutator cordiũ. j. Regũ. xvj. Homo videt
ea que patent: deus aũt intuetur cor. Uñ
xp̃s adhuc in terra exiſtens in hoc oſtẽdit
ſuam deitatem ꝙ reſpondit ad cogitatio=
nes cordiũ. Unde dixit phariſeis: vt habe
tur Mat. ix. Ut q̃d cogitatis mala in cordi
bus veſtris. Ergo illi peccant qui dicunt
ille habet malũ cor: ſcꝫ ſuperbũ: inuidio=
ſum ꝛc. A Queritur vtrum diabolus poſ=
ſit ſcire cogitationes cordis. Reſpõdetur
ꝙ nõ: niſi ex ſignis, ꝛ cõiecturis. Et in hoc
eſt multũ ſubtilis qꝛ quicquid homo cogi
tat in corde ſcðm hoc ſe habet in motu et
geſtibus corporis: ꝛ ipſe diabolus ſubti=
liſſime ſcit tales motus, et geſtus cogno=
ſcere: ergo quãdo diabolus immittit ma=
las cogitationes, tũc per illa ſigna exte=
riora interiora cordis ſubtiliſſime cogno=
ſcit an homo illas ſuggeſtiones accepta=
uit, vel reſpuit. Quintũ iudiciũ eſt de futu
ris: vt dicẽdo: ille adhuc efficietur malus
vel talis ꝛ ſic condemnat proximũ: quod
eſt contra dictum xp̃i vbi dicit. Nolite cõ=
demnare ꝛ nõ condemnabimini. Futura
eſſe cognoſcere ſolius dei eſt. Eſa. xj. An=
nunciate que futura ſunt ꝛ ſciemus quia
dij eſtis vos. vnde Gul. Uidere futura vt
preſentia diuinũ eſt. Notandũ quod de
futuro debemus habere ſpẽ boni etiam
ſi alter ſit iam in preſenti: ergo peccãt illi
qui ſpernunt ꝛ contemnunt illos quos vi=
dent pro nũc aliqua malitia infectos q̃ſi
non poſſint fieri boni. Facile enim eſt in
oculis dei ſubito honeſtare ꝛ ditare pau=
perem. Eccl. xviij. A mane vſqꝫ ad veſpe=
ram immutabitur tempus. vnde etiam
Ariſt. de futuris cõtingentibus nõ eſt de=
terminata veritas. vnde Beda in quadã
omel. Incertũ eſt qualis in futuro ſit qui
nũc bonus, vel malus apparet. Sextũ iu=
dicium eſt in operibus indifferentibꝰ ſuis
medijs que indifferenter bono vel malo
animo fieri poſſunt. de quibus non debe=
mus dare certam ſententiã: ſed ea in me=
liorem partẽ interpretari et hoc eſt quod
dominus nobis inſinuat in verbis premiſ=
ſis vbi dicit. Nolite iudicare ꝛ nõ iudica=
bimini. Sup illo verbo dicit beatus Aug.
hoc loco nihil aliud precipi eſtimo niſi vt
ea facta que dubia ſunt quo animo fiant
in meliorẽ partem interpretemur. B Que
ritur an omnia dubia in meliorem par=
tem interpreranda ſunt. Reſpõdeo ꝙ ſic:
niſi homo cognoſceret in ſpiritu ex reue=
latione diuina hoc mala intentione eſſe
factũ ſicut legitur de beato Benedicto ꝙ
quidã emulus obtulit ſibi panem cũ ve=
neno mixtum, ꝙ ipſe ſanctus Benedictus
in ſpiritu cognouit et iuſſit coruum vnũ
vt panem iſtum deportaret ad locum vbi
nulli poſſet ex hoc dãnum fieri. Similiter
legitur de ſancto benedicto qꝺ ſui emuli
obtulerunt ſibi bibere venenũ in vaſe qꝺ
ipſe in ſpiritu cognouit ꝛ mediante ſigno
crucis vas confregit, ꝛ venenũ effudit. Ex
quibus iam dictis ſequiꝵ ꝙ omnia dubia
in meliorem partem ſunt interpretanda:
verbigratia. Si vides ſimul duos collo=
quentes, forte vel loquuntur de bonis vel
de malis: ꝛ tu nõ audis q̃d loquantur, an
bonũ vel malũ: tũc tu teneris interpretari
in meliorẽ partẽ. Si aũt diffinitiue iudi=
cas eos mala loquẽtes peccas mortaliter:
qꝛ facis cõtra p̃ceptũ xp̃i, vbi dicit. Nolite
iudicare ꝛ nõ iudicabi. Item aliq̃s come=
dit in die ieiunij, aut forte comedit ex gu=
la aut infirmitate aut neceſſitate aliqua ꝛ
hoc tibi incertũ eſt. tunc hoc in meliorem



partẽ interpretari debes. vnde apoſtolus
Ro. xiiij. Qui eñ non manducat, mandu=
cantem non ſpernat. vnde legiꝵ exemplũ
in vitaſpatrum. Fuerũt duo frẽs magne
vite in cõgregatione et meruerũt ſinguli
videre gratiam dei in alterutrum. Factũ
eſt aũt aliq̃n vt vnus ex eis egrederetur
in ſexta feria extra cõgregationẽ et vide=
ret quendã manducãtem mane, ꝛ dixit ei.
Hac hora mãducas in ſexta feria. die aũt
ſequẽti facta eſt celebratio miſſarum ſm
conſuetudinẽ. Intuens vero frater eius
vidit ꝙ gratia qui ei data fuerat diſceſſit
ab eo: ꝛ cõtriſtatus eſt qui cũ veniſſet ad
cellam dixit ei. q̃d feciſti frater: quia non
vidi ſicut pridie gratiã dei in te. Ille aũt
reſpondẽs dixit. Ego neqꝫ in actibꝰ: neqꝫ
in verbis: neqꝫ in cogitationibus cõſcius
ſum mihi alicuius mali. Dixit frater eiꝰ.
Nõne aliqꝺ verbum vel ſermonẽ otioſum
locutus es. ꝛ recordatus dixit ei. Heſter=
na die vidi quendã mane manducantẽ et
dixi ei. Hac hora manducas in ſexta fe=
ria. hoc forſitam eſt peccatũ meum. Sed
labora mecũ ebdomadas ꝛ rogemus deũ
vt mihi indulgeat. Et fecerũt ita. Et poſt
duas ebdomadas vidit frater gratiã dei
iterũ venientũ ſuper fratrẽ ſuum, ꝛ cõſo=
lati ſunt deo qui ſolus eſt bonus gratias
referentes. Sciendũ ꝙ quãdoqꝫ cõtingit
ꝙ duo vident vel audiunt aliq̃d fieri vbi
vnus iudicãdo hoc in malũ peccat morta
liter: ꝛ alter qui hoc idẽ iudicat in bonũ
nihil peccat. Et etiã quando ille qui facit
aliquid quãdoqꝫ vix peccat venialiter vbi
ille qui hoc videt ꝛ iudicat in malũ peccat
mortaliter. Gregorius in moralibꝰ. Graue
eſt ſatis ꝛ indecens quod in re dubia cer=
ta detur ſententia. C Septimum iudi=
7 cium eſt ex euidentia facti, vt cum quis
videt manifeſta mala fieri tũc ſi quis illa
manifeſta mala iudicat non eſt peccatũ.
vt cum quis iudicat aliquem homicidã:
quia vidit eum interficere hominem: ſimi
liter ſi quis audit blaſphemare aliquem
vel peierare: vel videt aliquem inebriari:
adulterari: vſuram committere. et ſic de
alijs: talia q̃ntũ ad factũ ſunt mala. ergo
non poſſunt in bonum interpretari. vnde
Aug. de his que non poſſunt bono animo
fieri, Sicut ſunt blaſphemie: ſtupra ꝛ hu=
iuſmodi nobis iudicare permittiꝵ. Scien=
dum tum qꝺ q̃uis talia manifeſta mala
nobis q̃ntum ad factũ liceat iudicare: de
emendatione tamen debemus ſperare.
vnde Berñ. dicit. Quando video aliquem
ſuũ proximum interficere anteqꝫ cultellũ
extrahit debeo eũ penitentem eſtimare.
multomagis ſi hodie video aliquẽ pecca=
re cras nõ debeo eũ pro peccatore habere,
ſed eſtimare penitentem. qꝛ forte eſt con=
tritus: ꝛ ſic deus indulſit. Exemplũ nota
quomodo iudicandũ ſit de proximis etiã
peccatoribus ex legẽda ioannis eleemo=
ſinarij. Cũ quidã iuuenis quandã monia=
lem rapuiſſet et clerici ei corã beato ioan=
nes exprobrarent ꝛ excõmunicandũ fore
dicerent: vtputa quod duas animas per=
diderat. ſ. ſuã ꝛ illius, compeſcuit eos bea=
tus ioannes dicens. Non ſic frẽs, non ſic.
Oſtendo vobis: qꝛ vos duo peccata com=
mittitis. Primo contra preceptum dei faci=
tis. qui ait in euan. Nolite iudicare ꝛc. Se
cundo quia neſcitis ꝓ certo ſi vſqꝫ hodie
peccet aut peniteat: ergo quando auditis
aliquod malum de aliquo dici quod fecit:
nolite faciliter hoc iudicare: ſed ſi alius
aſſerit ꝙ verum ſit, nolite tamen eũ adhuc
eſtimare peccatorẽ ſed penitentem, et cõ=
peſcite proferentem dicẽdo. Deus ſibi in=
dulſit ſperamus ꝙ ſit contritus. D Quã=
tum ad ſcðam partem preſentis ſermonis
queriꝵ vnde oritur iudicium temerariũ. ſ.
qꝺ aliqui omnia que vident vel audiunt
in peiorẽ partem ſemper interpretãtur.
Reſpondetur ꝙ ex tribus oritur ſuſpitio ꝛ
iudiciũ. Primo ex ꝓpria ſuperbia qꝛ veri
humiles eſtimant alios meliores ſeipſis
vnde ſciendum ꝙ tribus modis q̃s tene=
tur alios meliores ſeipſos eſtimare. Pri=
mo cum vides aliquod bonũ in proximo
quod ſcis te nõ habere, vtiqꝫ ex humilita=
te debes te illi alteri ſubijcere quo ad hoc
ꝛ eſtimare toto corde eum in illo te exce=
dere. Secundo cum cognoſcis aliquem
defectum in te quem in alio non cogno=
ſcis debes te ei iterum ex humilitate ſub=
ijcere. Tertio cũ etiam nihil talis boni

ſcias in alio, ex humilitate tamen ſemper
debes eſtimare aliquid boni occultum in
eo, ꝙ tu nec percipis nec cognoſcis, et ne-
ſcis qualis ipſe ſit adhuc in cōſpectu dei:
quia forte multo melior te. Modo patet
ꝙ ex ſuperbia oritur temerariū iudiciū:
qꝛ ſi ſe lōge inferiores, ⁊ peiores illis quos
iudicant eſtimarent non haberent auſum
iudicandi temerarie. Sed heu tales ceci
ſunt quo ad ſe: qꝛ trabē non vident in ocu-
lo ſuo: ſed feſtucam bene vident in oculo
fratris. ſꝫ ſi ſeipſos ⁊ ſuos ꝓprios defectꝰ
in humilitate cognoſcerent: alios minime
iudicarēt. Secūdo oritur ex eo ꝙ quis ma-
le afficitur ad aliū. vñ Aug. Certum eſt
ꝙ de malo incerto neminem iudicarē quē
tanꝗ meipm̄ diligerem: ſed ⁊ defenderē ⁊
excuſarē ꝗdiu in publicū non ꝓdiret: ſed
qꝛ charitatē ꝑdidimus faciliter alterutrū
iudicamus. Hoc pꝫ de inimico qui ex leui-
bus ſignis mala opinatur, ⁊ ſi aliqͦd malū
de eo auditur faciliter credit. vñ Chry. in
lib. de cōpunctione cordis. ſi eñ quid boni
dicatur de inimico nō creditur. ſi aūt quid
mali hoc nō ſolū creditur ſed cōfirmatur.
⁊ tales ſic temerarie iudicātes proximos
oſtendūt ſe eſſe a gratia dei ⁊ a charitate
dei ⁊ ꝓximi vacuos. ſine quibꝰ tamen nō
eſt ſalus. vnde. j. Jo. ij. Qui nō diligit fra-
trem ſuū, manet in morte: ergo tales ha-
bent ſignū ꝙ mortui ſunt corā deo. vnde
Augu. Uita anime amor eſt qui nō amat
mortuus eſt. Tertio oritur ex eo. ſ. quādo
quis in ſeipſo eſt malus ⁊ peruerſus et ex
hoc ipſo ꝗſi conſcius ſue malitie de alijs
facile malum opinat̄. vnde Augu. facilius
in duo putat qͦd in ſe ſentit. vnde etiam
Chry. ſuper Mat. Omnis homo ſm̄ ſe eſti-
mat alterū: ergo iudicare proximos eſt ſi-
gnum praui ⁊ peruerſi cordis. Hoc patet
in exemplo reali: qꝛ aranea ⁊ apis locant
ſe ſuper florē: et ſuccū quē extrahit apis
⁊ cōuertit in mel dulce ſed aranea ſuccum
quē extrahit conuertit in venenū. ſic eſt
de bonis ⁊ malis cordibꝰ, qꝛ boni oīa que
vident vel audiunt cōuertunt in mel dul-
ce. i. in bonū. Sed mali et peruerſi hoīes
qui ſunt inuidioſi oīa que vident, vel au-
diunt cōuertunt in venenū. i. in malū in-
terpretant̄. vnde Chryſ. ſuper Mat. Si-
cut difficile aliquē ſuſpicatur malū q̄ bo-
nus eſt, ſic difficile aliquē ſuſpicatur bo-
num q̄ malus eſt: qͦd nō faciliter debemꝰ
iudicare malū patet vltimo ꝑ tale exem-
plum. legit̄ in vitaſpatrū ꝙ quidā ſenex
predicauit in quadā ciuitate: ⁊ quedā me-
retrix cōpuncta in verbo et exēplo ipſius
clamauit ad illū ſanctum patrem dicens.
Salua me pater, vt xp̄s meretricem. Ille
vero hoīm confuſionē omnino nō curans
dixit ei. Sequere me. ⁊ tenēs eā per ma-
nus exijt publice de ciuitate omnibꝰ aſpi-
cientibus. Facta eſt fama: qꝛ abbas duxit
mulierē dominā porphiriam ita eñ voca-
batur ꝑgentibus eñ eis vt mitteret eā in
monaſteriū inuenit mulier in vna eccleſia
puerū proiectū ⁊ ſuſtulit eū ad nutrien-
dum. Itaqꝫ poſt annū quidā venerūt in
patriā vbi erat abbas ⁊ porphiria q̄ fue-
rat de meretricibꝰ. ⁊ videntes eā habere
puerulū dicunt ei. Ueraciter bono abba-
ti pullū genuiſti. nondū eñ ſanctū ſcema
acceperant. Euntes ergo q̄ viderant eam
tyrum. inde eñ abbas tulerat illā diffama-
uerunt: qꝛ genuit de abbate porphiria: et
nos vidimus puerulū oculis noſtris ſimi-
lantem ei. Quando ergo cognouit ex deo
abbas obitum ſuum dixit mulieri eamus
tyrum. quia illic habebimus reſponſum ⁊
volo, vt venias mecū. Illa vero nō volens
cōtradicere ei ſecuta eſt eum: et venerūt
ambo habētes puerum ſeptē annorū exi-
ſtentem. Cū aūt ciuitatē intraſſent cōgre-
gatus eſt populꝰ ad videndū eum ⁊ por-
phiriam ⁊ puerū, tūc dixit ille ſenex. Affer-
te mihi prunas. Cū attuliſſent euacuauit
eas in veſtimētum ſuum coram omni po-
pulo et dixit. Credite fratres: qꝛ ſicut deꝰ
rubū cuſtodiuit incombuſtum ⁊ ſicut nec
tunicā meam incenderunt prune iſte: ita
nec ego cognoui peccatū mulieris iſtius
ex quo natus ſum. Et oēs mirati ſunt qͦd
non ardebat veſtimentū ab igne: ⁊ queſie-
runt vnde puer veniſſet vel cuius eſſet. Et
ipſe indicauit eis ꝙ in quadā capella in-
ueniſſent iacentē ⁊ derelictū ab omnibus
hominibus: ⁊ ſic ex quadā cōpaſſione ſu-
ſtulerunt illū ⁊ interim ꝓpter deū nutrie-



runt. Tunc oēs homines illius ciuitatis
egerunt penitentiam ꝙ ſic illū ſanctū pa-
trem ⁊ illam mulierē iudicaſſent. Ex quo
patet ꝙ nō debemus eſſe precipites ad iu-
dicandum proximos noſtros. vnde Bern̄.
Caue ſerue dei vt quē imitari nō vis dā-
nare. Caue aliene cōuerſationis eſſe curio-
ſus explorator aut temerarius iudex etiā
ſi perperā actū deprehendis: nec ſic iudi-
ces proximū. Magis aūt excuſa intentio-
nem ſi opus nō potes: puta ignorantiam:
puta ſurreptionem puta caſum: qͦd ſi oīno
omnem diſſimulationē rei certitudo excu-
ſat: ſuade iſto modo tibi ipſi et dicito apd̄
te. Uehemēs nimis fuit iſta tentatio: quid
de me illa feciſſet ſi accepiſſet in me ſimi-
lem poteſtatē. Unde eſt ſignū bonitatis
in homine non iudicare proximos. Unde
Bie. Quantum vos in bono proficitis in-
tantum etiam bona alijs ſentitis.

¶ In eadem dñica. Ser. xcj.
De detractione.

NOlite iudicare ⁊ nō iudicabi-
mini. Lu. vj. Sciendum ꝙ ali-
qui nō ſolum iudicant proxi-
mos: ſed etiā detrahunt ipſis
⁊ denigrant bonā famā ipſo-
rum qͦd eſt valde periculoſum ⁊ dānabile.
vnde in preſenti ſer. tria ſunt dicēda. Pri-
mo quare merito deteſtanda eſt detra-
ctio. Scd̄o quotꝫ modis fit detractio. Ter-
tio de his qui libēter audiunt detractio-
nes. ¶ Circa primū ſciendū ꝙ detractio
propter quinqꝫ deteſtāda eſt. Primo quia
cōparatur homicidio: qꝛ ille cui detrahi-
tur in cōſcientia illius q̄ audit detractio-
nem occiditur in quo prius viuebat ꝑ fa-
mam bonā. Et tale homicidium grauius
eſt corporali: qꝛ ſm̄ Hen. de vri. In homi-
cidio corporali ſolū corpus vnius occidi-
tur: hic aut ſimul plures anime pereunt
vna. ſ. illius detractoris alia illius cui de-
trahitur: qꝛ cū hoc percipit iraſcitur ⁊ vin-
dictam querit ſuper detractorem. Tertio
anima ipſius q̄ audit libenter detractionē
talē. vnde tale homicidium periculoſiſſi-
mum eſt: qꝛ eſt contagioſum. ſerpit eñ de
vno ad aliū et letaliter oēs inficit illos in
quos venenū detractionis infundit̄. vnde
Ber. ſuper canonicā Jo. Unus eſt detra-
ctor qui loquitur et vnum verbū tantum
loquitur. ⁊ tamē vnum verbū in eodē mo-
mento multitudinis audientiū dū aures
trāſfigit aīas interficit. Scd̄o poteſt vale-
re deteſtandum detractionē hoc ꝙ detra-
ctor diuerſis generibus rerū cōparatur.
Nam primo cōparatur cani. Eccl. xix. Sa-
gitta infixa femori canis ſicut verbum in
ore ſtulti. Cani vero ſagittā infixam ha-
bens femori nō quieſcit donec remouerit:
nec ſtultus quieſcere pōt donec verbum
malum qͦd de proximo audiuit alijs retu-
lerit. Detractores quidē ſunt canes diabo-
li nō permittentes vnā ouiculam auferri
hic quin lacerēt ⁊ mordeāt. Item cōpara-
tur porco qꝛ ad modū porcios citius in-
quinat ꝗ pedes: et ſicut porcus ingrediēs
in ortum aliquē ⁊ ibi lutum ⁊ flores inue-
niens flores dimittit ⁊ lutū ingreditur ⁊ ſe
in eo voluptat. Sic detractor bōa viſa ſeu
audita de proximo obliuiſcitur: ⁊ mala vi-
ſa ſeu audita de proximo ponderat ⁊ reti-
net: ⁊ ſic os ⁊ linguā inquinat: qͦd eſt mē-
brum nobile pre alijs aīalibus. vñ Ariſt. j.
polit. Nullum aīaliū naturaliter habet
ſermonē niſi homo. Itē detractor compa-
intus in ſua cognitione laborat. Aperit
iſte os ſuū in oſcitatione: aperit ille in ru=
ctatione: ꝛ interdū grauius ille faſtidio,
ꝗ̄ iſte inedia cruciatur. Quintū eſt quod
temporalia in morte nihil valent: qꝛ nec
corpus a vermib⁹ cuſtodiunt, nec hoīem
in vita diutius cōſeruare poſſunt, qꝛ mo=
ritur pauper: moritur ꝛ diues: nec a demo
nibus liberāt. Prouer. xj. Nō proderunt
diuitie in die vltionis: immo grauant ho=
minem in morte qꝛ talis cū dolore moriť
cū ſeparari ſecernit a diuitijs quas multū
dilexit ꝛ pro qbus diu laborauit: et ꝑpter
quas ſalutem propriam ſepius neglexit.
Inſuper hic ſatis abūdat in omnib⁹ que
appetit: ꝛ neſcit quid in futuro habebit: et
vbi pria nocte manebit. Eccľ. xlj. O mors
ꝗ̄ amara eſt memoria tua homini habē=
ti, pacem in ſubſtātia ſua. ꝙ eñ homo oīa
temporalia ſua libere reſinet in agone et
ſponte ſeparetur ab eis hoc ſpeciale donū
dei eſt. Unde ſciendū ꝙ homo in agone
mortis ſeipſum debet cōſolari ſcilicet ſic
cogitando ꝙ pro iſtis temporibus deus
dabit ſibi eterna dona: ꝛ pro vxore a qua
iam ſponte ſeparatur: qꝛ dat volūtatē ſuā
in voluntatē dei, dabit ſibi xp̄s matrē ſuā
bn̄dictā: ꝛ ꝓ amicis ꝛ filijs dabit ſibi ſocie
tatē angelorū ꝛ ſanctorū ꝓ honore pn̄ti ꝛ
poteſtate quā ꝑpter deū relinquit dabit
ſibi eternū honorē ꝛ regnū perpetuū. ℭ
Sextum eſt ꝙ tpalia nocent poſt mortē:
qꝛ de his omnibus redditurí erimus di=
ſtrictam rationē. Primo quō lucratus ſis
omnia tēporalia tua vſꝗ ad nouiſſimum
denarium. vnde Apoſtolis. j. Thi. vj. Qui
volunt diuites fieri incidunt in laqueos
diaboli. Hoc eñ iam verū eſt ſm̄ ꝙ iam eſt
curſus mundi: tunc vix tpalia lucrantur
ſine peccato. Scđo quō expendiſti tua tē=
poralia. Tertio quō heredib⁹ poſt te dimi
ſiſti, quia quilibet preuenire debet ne poſt
mortē lites fiant de reb⁹ ſuis, qꝛ melius
eſſet nullū denariū poſt ſe relinquere, ꝗ̄
cū temporalibus poſt ſe relictis cauſam
litis adminiſtrare: ſed ſeculares dicerent
nos filios et pueros habemus: ꝛ illis nos
congregare opꝫ: ergo oportet nos dilige
re tēporalia, ꝛ ſollicitudinem de eiſdē ha=
bere. Rn̄deo ꝙ propter pueros nullus dꝫ
animam ꝑpriam negligere: nec cōtra ſalu
tem ſuam facere in lucrādo tpalia: qꝛ ꝗ̄to
plura eis relinquis cōiter tanto maiores
peccatores, ꝛ peiores pueri tui efficiuntur:
qꝛ ſuperbi luxurioſi fiunt, ꝛ guloſi: ꝛ ſic de
alijs. Et ve tibi ꝛ anime tue: ſi aliquid in=
iuſte lucratū relinꝗs poſt te heredib⁹: qꝛ
ex hoc pena tua augmētabiť: ꝛ dānas te=
ipſum vna cū filijs, qbus iniuſta bona re=
linquis. ℱ Septimū qđ nos dꝫ retrahere
ab amore temporalium eſt ꝙ tpalia ſunt
qn̄ꝗ occaſiones ꝙ homo efficitur malus
ꝛ peruerſus: qꝛ dant qn̄ꝗ occaſionē pec=
candi ꝛ qn̄ꝗ contingit ꝙ ille q̄ eſt pauper
eſt bonus, ꝛ timens deū: ꝛ ſic in ſua paup=
tate ſaluabitur, q̄ ſi diues eſſet forte cū di=
uitijs ſuis dānareť: ergo deo cōmittendū
eſt, qui oīa nouit. Si eñ tibi vtile eſſet ha=
bere diuitias deus tibi illas adminiſtra=
ret: ſunt eñ diuitie aliquando occaſiones
litis. vnde Ariſt. ij. poli. Pecunia ſeditionē
facit et malignitatem. Iſido. de ſum. bo.



Quāto quis curis mundi maiorib⁹ occu=
patur, tāto facilius vitijs premitur: quan=
do ꝑpter diuitias ſepius fiunt lites oſtē=
dit Sen. dicēs. Quietiſſime viuerent ho=
mines ſi tollerenť illa duo pronomina ſcꝫ
meū ꝛ tuū. Itē diuitie ſuperbiā generant.
Augu. Uermis diuitiarū eſt ſupbia. vnde
difficile eſt ꝙ non ſit ſuperbus, qui diues
eſt. Itē diuitie faciunt hoīem guloſum ꝛ
cōiter luxurioſum. vnde Ber. Periclitatur
caſtitas in delitijs: humilitas in diuitijs:
pietas in negotijs: veritas i multiloquio:
charitas in hoc nequam ſeculo: qđ autem
diuitie quādoꝗ ſunt occaſio, ꝙ hō malus
efficitur: patet per tale exemplū. Legiť in
vitaſpatrū ꝙ quidā heremita apud quē=
dam lapicidē hoſpitatus intuenti in eo qđ
vnā partem lucri ſui exponebat in neceſſi
tates proprias, aliā in eleemoſynas pau=
perum, tertiā in perigrinorū hoſpitalita=
tem. Cum aūt ingreſſus eſſet ad cellam, ꝛ
rogaret vt deus ei bona ſua multiplica=
ret qui ea ita bene expenderet. Reſpon=
ſum eſt ei, ꝙ illi forte non expediret. Illo
aūt non acquieſcente ſed ꝓ eo fideiuben=
te conceſſum eſt quod petebat. Nā in ma
ne cauſa operādi, murum antiquum fran=
gens inuenit magnū auri theſaurū, quo
accepto factus eſt familiaris imperatoris
et magnus oppreſſor pauperū: quo facto
heremita raptus eſt ad iudicium, et vidit
angelos conquerentes de illo oppreſſore
pauperū: quibus reſpondebatur ꝙ fide=
iuſſor pro illo reſpōderet. ſtupefactus he=
remita ſupplicabat beatiſſime virgini vt
eū iuuaret: que impetrabat vt heremita
ad eū corrigēdum mitteretur, qđ cum fa=
cere vellet nec ei loqui poſſet: ſed ingerēs
ſe verberatus fuiſſet, reuerſus ad cellam
iterū rapitur ad iudiciū: ꝛ ſicut pri⁹ accu=
ſatur: ſed beata virgine eum adiuuante, et
mortuo impatore alius ſuccedēs in im=
perium, illū diuitem et potentem capere
voluit. Sed ille fugit et omnia bona ſua
perdens ad priſtinū artificium rediens: et
ad pietatis opera. Et ſic poſtmodū vitam
ſuam in bono finiuit. ergo. temporalia nō
ſunt diligēda, nec appetenda niſi inꝗ̄tum
nobis neceſſaria ſunt ad preſentem vitam
cōſeruandam, ꝛ ꝗ̄tum poſſunt nobis pro=
deſſe ad merendum per opera miſericor=
die vitam eternam.

¶ In dn̄ica ſexta poſt feſtum trinitatis.
Sermo. xcv. de ira.

Omnis q̄ iraſcitur fratri ſuo re⁹
erit iudicio. Matt. v. Queritur
vtrum xp̄s velit nos hic retra=
here ab omni ira in hoc quod
dicit. Omnis q̄ iraſcitur ꝛc. ℌ
Notandū ꝙ quedam eſt ira bona et lici=
ta: ꝛ quedam venialis: ꝛ quedā mortalis.
Ad declarandū autem quādo ſit ira lici=
ta: et quādo peccatum mortale ꝛ quando
veniale eſt: notandum ꝙ ira octo modis
fit. Primo fit cōtra peccatū ꝑpriū ꝛ con=
tra peccatū proximi. ſ. quādo homo iraſci=
tur de hoc quod deus offenditur: et talis
ira eſt licita, et bona ꝛ laudabilis. Unde.
p̄s. Iraſcimini et nolite peccare. Eccľ. vij.
Melior eſt ira riſu: quia per triſtitiā vul=
tus corrigitur animus delinquentis. quia
quilibet debet corripere ꝛ admonere fra=
terna dilectione proximos delinquētes.
quia ad hoc quilibet tenetur ſub prece=
pto. Contra hoc faciunt adulatores qui riſ
dent ꝛ laudant mala in proximis que ſunt
cōtra honorem dei ꝛ ſalutem animarum.
Et tales faciunt ſe participes omniū ma=
lorum illorum que in proximis adulando
laudant: et tales adulatores ſunt preco=
nes diaboli: qꝛ ligant peccatores ꝛ male=
factores in peccatis ſuis cum adulationi=
bus ſuis: ſicut precones ligant malefacto
res tradendo eos iudici. Unde Aug. Adu=
lantium lingue ligant homines in pecca=
tis. Delectat enim ea facere in quibus nō
ſolum meruit reprehenſor. ſ. etiam lauda=
tur operator: ergo quilibet chriſtianus vin
dicare dꝫ iniurias dei ꝛ ꝑprias patienter
ſuſtinere. Exēplo xp̄i qui vendētes ꝛ emē=
tes eiecit de tēplo qꝛ in hoc fiebat iniuria
patri celeſti: ſed ꝑprias iniurias ſibi a iu=
deis inflictas patienter ſuſtinuit et tanꝗ̄
agnus manſuetus obmutuit. Itē exemplū

de hoc habemus in Moyſe ꝙ debeamus
vlciſci ⁊ vindicare iniurias dei: qui ꝓpter
ydolatriam quã filij iſrael fecerũt cũ vitu
lum cõflatilẽ adorauerũt ⁊ circa eũ cho-
rizauerunt occidit cũ filijs leui de populo
iſrael.xxiij.milia hoim.Et hoc eſt ſignum
ꝙ ſunt filij dei qui nõ poſſunt ſuſtinere in
iuriam dei: ſed qui non curant de iniurijs
dei:ſicut illi ꝗ in demonib⁹ ſuis permittũt
deũ omnipotentem blaſphemari:luſores
ludere:potatores inebriari: fornicatores
luxuriari.Et inſup permittunt chorizan-
tes chorizare:⁊ ſic de alijs.Et iſta ideo p
mittunt vt lucrum tꝑale mundi acquirãt:
⁊ ſic tale lucrũ deo ⁊ proprie ſaluti anime
preponunt:tales in hoc ſe oſtendunt eſſe
filios diaboli ⁊ non dei.Quis eñ fidelis
filios poſſit ſuſtinere equanimiter iniuriã
ſui dilecti patris quin hoc cõtradiceret et
impediret inq̃ʇtũ poſſet?Sic ſimile eſt de
deo ⁊ de filijs dei: ergo iraſci ſuper ꝓpria
peccata ⁊ aliena peccata ⁊ vindicare iniu-
riam dei:talis ira eũ bona ⁊ laudabilis ⁊
meritoria ⁊ nullũ peccatũ.Dicit eñ bo-
nauentura ꝙ affectus ire eſt dat⁹ homini
vt ira ſcire vitijs ⁊ malis ſuggeſtionib⁹:et
ſic ꝙ nõ compatiatur ſe trahi ad ɔſenſum
peccati ⁊ vlciſcatur dei iniurias et tranſ-
greſſiones iuſtitie.Sic legimus xp̃m ira-
tum fuiſſe phariſeis.⁊ alijs nõ recte agen
tibus.Similiter hoc idẽ legitur de pluri-
bus ſanctis:⁊ ſic hec ira vocat̃ zelus iuſti
tie. H Scd̃o eſt quedam ira ſubita ⁊ ſine
rationis deliberatione que venialis eſt:q̃
in aliquib⁹ ignis ire cito accẽditur et cito
remittitur:⁊ in aliquibus tardius accen-
ditur ⁊ tardius extinguitur et ceſſat:et illi
peiores ſunt priorib⁹.vnde Aug. Melior
eſt qui q̃uis ira ſepe tentetur cũ feſtinat
ꝙ ſibi remittat ille cui ſe feciſſe iniuriam
agnoſcit q̃ꝫ qui tardius iraſcitur:⁊ ad ve-
niam petendã tardius inclinat̃.vnde etiã
Hiero.in epiſtola ad Titũ. Neq; vero ꝗ
aliq̃n iraſcitur iracundus eſt: ſed ille dr̃
iracũdus qui crebro hac paſſione ſupera-
tur:ergo cum q̃s ex ſurreptione cõmoue-
bitur:⁊ q̃ꝫcito hoc rõne aduertit tũc hoc
expellit ſic ſolũ peccat venialiter.Tertio
cum q̃s iraſcitur ⁊ in modico vult ſe vin-
dicare:q̃uis etiam cum bene poſſet ſe in
magno vindicare:tñ nollet facere tũc ta-
lis ira ⁊ cõmotio propter puritatem vin-
dicte põt ſolum eſſe peccatũ veniale:ſicut
trahere puerum per crines:⁊ ſic de alijs.
Quarto cũ quis iraſcit̃ in ſeipſo et impa-
tiens efficitur.⁊ tñ in nullo vult iram iſtã
vindicare:nec verbo nec facto:et hoc idẽ
q̃nq; cõtingit ex quadã naturali cõmotio
ne ꝙ homo in ſeipſo cõmotus eſt:⁊ tñ iſtã
irã non vult perducere ad effectũ:⁊ talis
etiam põt eſſe peccatũ veniale.vñ caſſio.
Venialis ira eſt qua nõ ducit̃ ad effectũ.
Quinto cũ quis iraſcit̃ cũ deliberatione
⁊ cũ cõſenſu rõnis:⁊ in animo ſuo cogitat
quomodo poſſet ſe vindicare:ſed hoc non
oſtendit.⁊ talis deliberata ira eſt peccatũ
mortale:et talis ſic iraſcẽs reus erit iudi-
cio.Mat.v.Omnis ꝗ iraſcit̃ fratri ſuo re⁹
erit iudicio.Talis eñ ad iudiciũ dei cita-
bitur ⁊ qualiter illud preceptũ.Diligas p
ximum tuũ ſicut teipſum ſeruauerit ad eo
requiretur.O quõ tunc rñdebit iracũdus
homo ꝗ ſepius et frequẽter mala cogita-
uit aduerſus ꝓximũ et deliberato animo
affectauit vindictã ſuper proximũ:⁊ talis
q̃ꝺiu ſic ſtat in tali ira ⁊ rãcore quẽ gerit
in corde ɔtra proximũ ſemper eſt in ſtatu
dãnationis.vnde ꝓpheta.In tꝑe vindi-
cte diſperdet te.Itẽ alibi legit̃ ſapientem
ꝓphetam.Qui vindicare vult a deo inue
niet vindictã. I Sexto q̃nq; ira non ſolũ
in corde retinet̃ ſed etiã per ſigna exterio
ra oſtẽditur.Signa aũt hm̃oi ſunt illa ſi-
cut nõ loqui faciem aduertere ꝓximo vel
etiã torua facie reſpicere:⁊ ſi q̃n obuiare
ei dꝫ tũc per aliã plateã vadit:vel oculos
inclinat ne eã reſpiciat:talis reus erit cõ-
ſilio:ergo dicitur Mat.v.Qui aũt dixerit
fratri ſuo racha reus erit conſilio. Racha
ſm̃ Remigium eſt interiectio indignãtis:
velut cũ diceret̃ a dolẽte heu ⁊ cadẽte heu.
Conſilium aũt trinitatis eſt ꝙ de eadem
mẽſura remetietur eis.i.ſicut ipſi ꝓximis
ſuis ſigna ire oſtenderunt:ſic xp̃s beata
virgo maria ⁊ oẽs ſancti angeli oſtẽdent
eis etiam ſigna ire et indignationis.xp̃s
oſtẽdet etiã iram ſuã:ſic ꝙ nũq; eum lete
videbũt ⁊ ꝙ nũq; miſerebitur eorum nec



liberabit eos a penis etiã ſi omnes ſancti
orarent pro eis.Hier.vij. Noli orare ꝓ po
pulo hoc:nec aſſumas laudes pro ipſis.i.
orationes:quia nõ exaudiã te.Signũ ire
beatiſſime virginis marie ⁊ ſanctorum eſt
ꝙ nũq; aliq̃d ſuffragiũ eis faciãt.Exem-
plum de diuite epulone ꝗ periit guttã aq̃
⁊ nõ obtinuit.Signũ ire angelorũ eſt ꝙ in
iudicio exibũt angeli ⁊ ſe parabũt malos
a medio iuſtorũ ⁊ mittent eos in caminũ
ignis:ubi erit fletus ⁊ ſtridor dentiũ iuxta
illud. Tollat̃ impius ne videat gloriam
dei.Septimo q̃n ira non ſolum oſtẽdit ſi-
gnis ſed etiã exprimitur verbis malitio-
ſis et vituperijs:⁊ talis erit reus gehẽne
ignis.Matt.v.Qui aũt dixerit fratri ſuo
fatue reus erit gehẽne ignis.Circa quod
queritur vtrum cõtumelia ſiue conuitiũ ſit
peccatũ mortale.rñdeo ſm̃ ſanctũ Tho.
ij.q.lxxij.Prope ⁊ per ſe vtrũq; eſt pecca-
tum mortale:eo minus q̃ꝫ furtum ⁊ rapi-
na.Non eñ homo amat minus honores
ſuos q̃ꝫ rẽ poſſeſſam:ergo ſicut eſt morta
le peccatũ furtũ vel rapinã cõmittere: ſic
⁊ proximo conuitium dicere ⁊ eũ in fama
ſua dehoneſtare.Differt aũt contumelia
a conuitio in hoc qđ per verba cõtumelio-
ſa repreſentat̃ ꝓprie defectus culpe ſed p
conuitiũ repreſentat̃ generaliter quicũq;
defectus ſiue culpe ſiue pene.vnde ſi quis
dicat alicui iniurioſe eũ eſſe cecũ conuitiũ
quidẽ dicit: ſed contumeliã nõ infert ſed
ſi dicat ꝙ ſit fur nõ ſolũ conuitiũ dicit:ſed
etiã contumeliã infert Sepe tamẽ vnum
p alio reputatur ⁊ ponitur. K Itẽ queri
tur an liceat cauſa correctiõis dicere cõ-
uitium.Reſpondeo ſm̃ ſanctum Tho.ij.ij.
q.lxxij.Sicut licitum eſt aliquẽ verberare
vel rebus dãnificare cauſa diſcipline: ſic
etiã quis põt alteri quem debet corrigere
aliquod verbũ cõuitioſum dicere.Et hoc
modo vocauit dñs diſcipulos ſuos ſtultos
vt habetur Luc.vlti.dicẽs.O ſtulti ⁊ tar-
di corde ad credendum.Et Apoſtolus ad
Gal.iij. O inſenſati galathe.tamẽ vt di-
cit Aug.Niſi ex magna neceſſitate obiur
gationes nõ ſunt adhibẽde in quibus nõ
vt nobis:ſed vt domino ſeruiatur inſiſte-
mus.Ergo valde eſt neceſſaria diſcretio
vt homo moderate talib⁹ verbis vtatur:
q: poſſet eſſe graue conuitium quod per
verbũ incaute prolatum auferret honorẽ
eius contra quẽ profertur:et tunc poſſet
homo peccare mortaliter:etiã ſi intende-
ret dehonorationem alterius:ſicut ſi quis
incaute aliquẽ in ludo percutiens grauiter
ter ledat vel vulneret nõ excuſatur a pec-
cato mortali ſic ⁊ hic.Itẽ queritur vtrum
homo contumelias ſibi illatas debeat ſu-
ſtinere.Reſpondeo ſm̃ ſanctum Tho.vbi
ſupra.Sicut in alijs iniurijs:ſic etiã in ver-
bis contumelioſis tenetur habere animũ
preparatum ad tolerãtiam ſi expediens
fuerit Chriſtus enim non prebuit percu-
tienti ſe ad vnam maxillam aliam:ſꝫ hoc
fieri docuit ꝙ ſi quis te percutiet ⁊c.quia
hoc non eſt faciendum niſi quãdo ex hoc
ſperatur ſequi emendatio illius percutiẽ-
tis vel aliorum hoc videntium.Quãdoq;
tamẽ oportet quod contumeliam repella
mus:⁊ hoc propter duo.Primo ꝓpter bo-
num eius qui contumeliam infert vt vide-
licet eius audacia reprimatur vt de cetero
nõ attentet talia.Secundo propter bonũ
multorum quorũ profectus per contume-
lias nobis illatas impeditur.Sciendũ qđ
ſi ille reus erit gehẽne ignis qui dicit pro-
ximo ſuo fatue eum confundendo: cuius
tũc ille reus erit qui dicit proximo ſuo fur:
latro nequam:adulter ⁊ hoc cum magno
clamore:vt ab alijs audiatur ⁊ coram eis
ſic confundat̃.Et iuſtitia dei requirit hoc
ꝙ eadem menſura remetiatur eis:ſcilicet
ꝙ deus obijciet eis peccata eorum cõfun-
dendo eos coram ſanctis ⁊ angelis dei:ſi-
cut ipſi confunderunt proximos ſuos obij
ciendo eis peccata ⁊ defectus ipſorũ om-
nia confundendi:ſimiliter ⁊ maledicti qui
maledicunt proximis videlicet vxoribus
proprijs filijs ⁊ alijs hominibus incurrũt
maledictionem eternam.de qua dicitur
Matth.xxv.Ite maledicti in ignem eter-
num. L Sciendum ꝙ quicunq; ex ira
vel vindicta maledicit proximis ipſo fa-
cto peccat mortaliter totiens quotiens.
Et vt frequenter talis maledictio quam
quis facit ſeu dicit proximo ſuper caput
ipſius maledicenti reuertitur.vnde Gen.

xxvij. Dixit yſaac ad iacob filiū ſuū. Qui maledixerit tibi ſit ille maledictus. Sic deus iam loquitur de quolibet homine bono cui iniuſte maledicitur: quia quicquid maledicendo proximis optaueris huius tu reus eris ſecundū dei iuſtitiam: ⁊ deus iuſto homini conuertit maledictionem in benedictionē. vnde. pſal. Maledicent illi ⁊ tu benedices. vnde Aug. Qui iuſtus eſt ⁊ maledicitur premium ei pro maledictione redditur. Unde etiam Matthe. v. Beati eſtis cū maledixerint vobis homines. Itē maledicere adeo eſt illicitū ꝙ ēt eſt illicitū eſt diabolo maledicere. vñ Eccl. xxj. Cū maledicit impius diabolū: maledicit ⁊ ipſe aīam ſuā. Cum eñ diabolus ſit creatura dei: ⁊ ſecundū ſuū eſſe bonus: licet in voluntate ſit malus pecatū eſt ei malum optare. Unde legitur cū Michael archangelus cum diabolo diſputans altercaret de corpore Moyſi non eſt auſus ei conuitiū inferre blaſphemie: ſed dixit imperet tibi dominus ꝙ ſi Michael archangelus diabolo aduerſanti blaſphemiā dicere noluit ſed modeſto ſermone coercuit quādo magis hominibus omnis blaſphemia eſt cauenda. Item aliqui maledicunt creaturis rationabilibus cum eis offenduntur: ⁊ in hoc oſtenditur magna ſtultitia ipſorum qui brutis animalibus maledicunt: cum tamen nō intelligant. Unde ſanctus Thoma. ij. ij. q. lxxvj. dicit ꝙ maledicere irrationalibus rebus inquantū ſunt creature dei eſt peccatū blaſphemie: ſ3 maledicere eis ſecundū ſe conſideratis hoc eſt vanū ⁊ otioſum: ⁊ per conſequens illicitū ex quo patet ꝙ reprehenſibiles ſunt iſti qui maledicunt ſuis proximis cum non liceat maledicere alijs creaturis ⁊ principaliter illi qui maledicunt ſuis vxoribus vel ſuis proprijs filijs aut famulis vel famulabus ſuis. Unde legimus in Ceſareo ꝙ quidā vir iracundus dixit vxori ſue: valde in nomine diaboli. Et diabolus ſtatim in eam intrauit: ⁊ eam grauiter vexauit de quo vir multum contriſtatus fuit ⁊ amplius ſe nūꝗ̄ vxori vel alicui hoīm nec alicui creature ꝓmiſit maledicere. M Itē ſciendū ꝙ ſi iſte ꝙ̄ iraſcit̄ fratri ſuo reus erit iudicio cuiꝰ tūc iſte reus erit qui nō ſolū fratri ſuo iraſcitur: ſed etiam ſuū proximū ad iram prouocat. Et talis qui ſcienter proximum prouocat ad iram omniū peccatorum que iſte in tali ira committit: ſiue in verbis ſiue in factis reus erit: quia iracundia eſt ianua omnium vitiorum. ¶ Ideo merito quilibet ſibi cauere debet ne alium etiam prouocet ad iram. Contra hoc faciunt iſti qui ſenes prouocant ad alios homines paſſionatos qui cito prouocantur ad iram ⁊ in hoc volunt recreari quod tamen vergit in periculum animarum ſuarū et grauiter in futuro pro talibus ſolatijs punientur: quia omnes maledictiones et blaſphemie ⁊ cōminationes quas iſte ſic prouocatus profert illi lugebunt. Quia eſt regula iuris ꝙ qui occaſionem damni dat damnū dediſſe videtur. Unde ſollicite vxor alicuius cauere debet ne maritum ad iram prouocet: alias omniū peccatorū que ipſe in tali ira ꝯmittit ipſa particeps erit. Sic etiam ſimiliter intelligimus de viro qui non debet prouocare vxorem nec pueros nec familiam ad iracundiam. vnde Apoſtolus ad Phil. vj. Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros. Octauo cum homo ex ira procedit ad factum contra proximū: ſicut percutere: vulnerare: occidere vel manꝰ īponere ꝯ deum ⁊ iuſtitiam: ⁊ hoc eſt valde magnū peccatum: quia occidere proximū ⁊ effundere ſanguinē innocentem eſt vnum peccatum de quatuor peccatis clamantibus in celum ad vindictam. vnde. Ge. iiij. dicitur. Uox ſanguinis fratris tui abel clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris ſuper terram que aperuit os ſuum et ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Si terra eſt maledicta que ſanguinē innocentem ſuſcepit. quid tunc de illo erit qui ſanguinem innocentem effūdit ꝯtra deum ⁊ iuſtitiam. Ergo quicūq3 ex vindicta ⁊ iracundia ledit vel percutit proximum vel vulnerat: peccat mortaliter totiens quotiens. N Circa quod queritur vtrum vir percutiens vxorem propriam peccet mortaliter. Reſpondetur ꝙ ſi cauſa correctionis ⁊ moderate hoc fecerit non peccat mortaliter: quia ſuperior habet corrigere inferiorem: quia vir eſt caput mulieris. ⁊ non econuerſo. vnde Gen. iij. dixit deus ad euam. Sub poteſtate viri eris: ⁊ ipſe dominabitur tui. Si autem ex vindicta ⁊ ira ⁊ ſine cauſa eam ledit ⁊ percutit grauiter peccat. Hoc autem aduertēdū eſt de illis qui cū offenſi ſunt ab alijs ſiue in taberna ſiue alias: et non poſſunt ſe vindicare de eis qui eos prouocauerūt: tunc vindictam talem inferunt vxoribus ſine cauſa. ⁊ in hoc deum grauiter offendunt. Inſuper ſciendum ꝙ mulieres debēt eſſe patientes ⁊ mites. In ſignum huius tunc habent voces leues: ⁊ ligant collum cum peplis mollibus. In ſignum ꝙ debēt dulciter reſpondere ſuis iracundis viris ⁊ temperare malitias ⁊ iracundias malitiſorum virorum ſuorum cum ſuis mollibꝰ reſponſis. Quia ſecundum Salomonem. Reſponſio mollis frangit iram. Et mulier ſignanter ſe cauere debet ne ſit iracunda: quia non eſt ira ſuper irā mulieris. Quod eſt propter fragilitatem ſexus. Et eſt bene pauper vir qui habet iracundam ⁊ rixoſam mulierem. Unde exemplum de iracunda muliere. Legitur ꝙ quedam mulier erat valde iracunda quod vir aliquis cū ea concordare potuit: et tamē reputabat ſe eſſe ſanctam ⁊ deuotā: quia corpus ſuū ieiunijs macerabat ⁊ in orationibus multum vigilabat et in alijs bonis operibus frequenter ſe excuſabat. Sed hoc vitium principaliter in ſe habuit: vt quicunq3 ca3 ſemel offendit illum amplius nunꝗ̄ dilexit. a nemo illam iracundiā et vindictam ab ea remouere potuit. Tandem grauiter infirmata petijt confeſſorem ⁊ confeſſa eſt alia peccata: ſed vitium illud non confitebatur ⁊ cum ſacerdos pixidem aperiret et corpus domini ſibi porrgere vellet: tunc ipſa os ſuum clauſit ⁊ ad parietē ſe vertit dicens coram ſacerdote ⁊ omni populo ibidem exiſtente. Sicut vertebam me ſepiꝰ ab his qui me offenderunt ⁊ nunꝗ̄ eis ex corde indulſi nec eos ammodo dilexi: ⁊ cōtinue in iracundia ſteti ⁊ alios cū iracundia mea perturbaui ⁊ ad iracundiam prouocaui. ſic deus auertit ſe a me ⁊ me nūꝗ̄ miſericorditer reſpiciet: nec ego cum lete ꝓpter meā iracundiā in regno celorū videbo ſed cum omnibus iracūdis demonibꝰ infernū intrabo: vbi eternaliter cū oībus damnatis ardebo. ⁊ ſic miſera ⁊ iracunda mulier expirauit.

¶ In eadem dominica. Sermo. xcvj. Quomodo reconciliari debemus.

SI offers munus tuū ad altare ⁊ ibi recordatus fueris: quia frater tuus habet aliquid aduerſum te ⁊c. Matth. v. In omnibus operibus noſtris tria attendere debemus ſcilicet honorē dei: edificationē proximi. ⁊ meritū noſtrū. Deus eñ tante bonitatis eſt ꝙ plus reſpicit ad noſtram vtilitatē ⁊ proxmi edificationem ꝗ̄ ad ſuū honorē. Offerre eñ munus ad altare pertinet ad honorē dei: ſed qui iſtud offert cū odio proximi non habet meritū ⁊ ſcandalizat proximū. Uult igitur deus, vt homo intermittat honorē ſuum ⁊ fiat proximo reconciliatꝰ prius: ⁊ ſic meritoriam offerat oblationē. vnde Chry. Uide miam dei ꝙ̄ plus reſpicit hoīm vtilitatem ꝗ̄ ſuū honorē: plus enim reſpicit ⁊ diligit concordiā fratrū ꝗ̄ munera ſua. Dicit ergo. Si offers munus ⁊c. vñ Gre. Munus non accipit̄ niſi ante diſcordia ab aīo pellatur. vñ etiam Aug. ſup illa verba dicit. Si abſens eſt valde vt pedibus corporis nō poſſis ire ad eū: tūc aīo ꝓſternas te in conſpectu dei cui oblaturꝰ es: ſi prope vel preſens eſt reuocandus eſt ad amorē: ab eo veniā petendo: ſi eū leſiſti vel ſi te leſerit dimittēdo cordis rancorē. O Sed ſi diceres quis eſt modus recōciliandi proximum. Rñdeo ꝙ talis eſt modꝰ ſm Chryſ. ſup Mat. ⁊ ſuper predicta verba vbi dicit. ſi cogitatu offendiſti cogitatu reconcilia-

reiſ verbis verbis: ſi factis. factis: niſi eū
quem factis leſiſti; factis placaueris ſine
cauſa oras deū ſine cauſa eleemoſynas fa
cis de rebus quibus alios ſpoliaſti. Quid
enim prodeſt ſi vnus pro te ad deū orat ⁊
alius aduerſus te deū interpellat? Juxta
illud Eccl.xxxiiij. Dona iniquorū non ap-
probat altiſſimus. Circa qđ ſciendū ꝙ mo-
dus reconciliandi dꝫ eſſe talis: ꝙ ſi offen-
diſti ꝓximū corde eū odiendo aut ſibi ini-
micando: vt ei ex puro corde indulgeas:
nec aliquā vindictā ſiue verbo ſiue opere
ei inferas. Sed qualiter tenemur indulge
re ꝓximis. De hoc quere infra ſer. cxxx. y
Secundo ſi offendiſti proximū tuū ṽbis
que offenſio verborum contingit multi-
pliciter. Primo offēditur proxim⁹ verbis: ⁊
hoc per falſum teſtimonium. P Pro quo
ſciendū ꝙ falſus teſtis in falſo teſtimonio
multa mala cōmittit. Primo aīam ꝓpriā
occidit cum mendatio ſuo ⁊ falſo teſtimo
nio. Sap.j. Os quod mētitur occidit aīaꝫ.
Secundo xp̄s negat: quia corruptio veri-
tatis eſt abnegatio dei. Ut qui veritatē ne
gat xp̄m negat: imo eſt valde deteſtabile
et horrendum nomen dei aſſumere in teſti
monium falſitatis. Tertio proximum ledit
et damnificat aut in rebus: aut in fama,
aut in perſona cum ſuo falſo teſtimonio.
Et ꝗlibet talis bon⁹ homo ſic leſus poteſt
dicere cum xp̄o illud pſ. Inſurrexerūt in
me teſtes iniqui. ⁊c. Sciendum ꝙ ꝗlibet
falſus teſtis ſecundum ſanctum Tho. pec
cat mortaliter et tenetur ad reſtitutio-
nem oīm damnorum que per ſuum falſuꝫ
teſtimonium proximo euenerūt, que ſine
ſuo falſo teſtimonio nō euenissent. Secūdi
qui proximos verbis offenderunt ſunt de-
riſores qui offendunt proximum deriden
do ⁊ ſubſanando et quilibet talis irride-
bitur a deo. vnde pſal. Qui ha. in celis ir-
ri. eos ⁊c. Q Circa qđ queritur vtrum de
riſio ſit pctm̄ mortale. Reſpondeo ſm̄ ſan
ctum Tho. ij.ij.q.lxxv. dicendo ꝙ quan-
do aliquis malū alicuius perſone vel defe
ctum in riſum vel ludum ponit deriſio di-
citur. Et ſi quidem hoc fiat in q̄ntum malū
eſt paruum ſecundū ſe: ſic eſt deriſio pec-
catum veniale. Sed quādo accipitur qua

ſi paruum ratione perſone ſic aliquē irri-
dere eſt eum omnino paruipendere: ⁊ tā
vilem eſtimare: vt de eius malo nō ſit cu-
randum ſed ſi quaſi pro ludo habendum
⁊ ſic deriſio eſt peccatum mortale ⁊ tanto
grauius q̄ntum maior reuerentia debetur
perſone que irridetur. vnde grauiſſimum
genus irriſionis eſt irridere deū ⁊ ea que
dei ſunt. ſicut beatā virginē ⁊ ſanctos. Se
cundo grauior eſt deriſio parentū qui in
maiori reuerentia ſunt habendi. Tertio
deriſio iuſtoꝝ per quam etiā homines a
bene agendo impediuntur: ⁊ ſic de alijs.
R Tertij qui verbis proximū offendunt
ſunt illi qui diſcordias inter homines ſe-
minant. qđ peccatū dñs inter omnia alia
maxime deteſtatur: ſicut per oppoſitū in
cordis charitate ⁊ vnitate cordium maxi
me delectatur hoc patet: qꝛ ideo venit de
celo vt pacem faceret inter deū patrē ⁊ hu
manā naturam. Et quando exiuit de mū-
do pacē ſuis diſcipulis reliquit: vt habe-
tur Jo.xiiij. Pacem meā do vo. pacē meā
relin. vo. Et poſt reſurrectionē apparens
diſcipulis ſuis iterum dixit. Pax vobis ⁊
oſtendit eis man⁹ ⁊ pedes. q.d. Attendite
q̄ꝫ care pacē emi ergo eam diligēter ſerua
te vt filij dei eſſe poſſitis. Mat.v. Beati pa
cifici qm̄ filij dei vocabūtur. vnde Grego.
in paſto. Si vocantur filij dei qui pacem
faciūt: proculdubio ſathane ſunt filij qui
cōfundun: ergo quicūqꝫ ex propoſito ⁊ in-
uidia diſcordiam ſeminauerit inter mari
tum et vxorem ſiue inter alios homines
cuiuſcunqꝫ cōditionis totiens peccat mor
taliter: ⁊ diabolo familiarius ſeruit. Greg.
Quiſquis enim ſeminando iurgia ⁊ dile-
ctionem proximorum perimit: hoſtiam dei
familiarius ſeruit. Item ſicut pax eſt via
⁊ dux ad vitam eternam: ita diſcordia ad
infernum. vnde Ambro. ſuper Luce. Pax
eſt dux ad vitam eternam. ⁊ ſicut chriſtus
moratur cum paſcificis. pſ. In pace factus
eſt locus eius. ſic diabolus cum litigioſis
et ſicut pacifici in futuro poſſidebunt re-
gnum eternum vbi pax eſt eterna: ſic liti-
gioſi poſſidebunt infernum vbi eſt eterna
diſcordia inter demones ⁊ damnatos vn-
de. Augu. xix. de ci. dei dicit. Non poterit



ad eternam domini hereditatē peruenire
quiſquis teſtamētū eius noluerit obſer-
uare. Item ſciendū ꝙ ſeminatores diſcor-
die xp̄m plus perturbāt q̄ꝫ ille qui latus
eius lancea aperuit vel q̄ꝫ qui ipſum cruci
clauis affixit. Cuius ratio eſt ſecundum
Hen. de vri. qꝛ tales eius ſanguinem eua-
cuant per quem anima pacificauit ſiue q̄
in celis ſiue que in terris ſunt. Item legi-
mus tale exemplum ꝙ quidam vir cū vxo
re ſua. xxx. anno. vixit in pace ꝙ diabolus
nunq̄ꝫ poterat eos in his annis ſemel fa-
cere diſcordare. Poſtea diabolus acceſſit
ad quandā vetulam ⁊ promiſit ei duos no
uos calceos vt faceret diſcordiam inter
virum iſtum et vxorem eius quod ipſa ꝓ-
miſit ſe facturā: ⁊ acceſſit ad virū dicens ꝙ
vxor ſua vnum aliū plus diligeret ⁊ eum
occidere proponeret niſi illud valde cau-
te prouideret. ⁊ illud vir penitus credere
noluit. Tunc poſtea acceſſit ad vxorem vi
ri dicens ei ꝙ maritus eius vnam aliam
plus diligeret: ⁊ cum de ſero ſimul cena-
rent in menſa: vir vxorem torua facie re-
ſpexit: ⁊ vxor econuerſo oſtendit indigna-
tionem erga virū: tunc vterqꝫ cepit adhi-
bere fidem verbis vetule: tunc vetula al-
tera die acceſſit ad vxorem dans ei conſi-
lium tale ſcilicet vt magnum cultellū viri
ſui ⁊ aquam benedictā acciperet in eccle-
ſia ⁊ de nocte ſub ceruicali viri poneret et
eum deſuper dormire faceret: ⁊ tunc eam
reamaret. etiā eadē die acceſſit ad virū di
cens ei ꝙ de nocte vigilaret alias vxor cū
occideret ⁊ in ſignum huius cultellū ſuuꝫ
ſub cuſſino capitis ſui illa nocte inueniret
queꝫ ipſe ſub capite ſuo reperiēs arripuit
et vxorem propriam cum eo tranſfixit.
Tunc diabolus calceos quos vetule pro-
miſerat in haſta ſuſpendit ⁊ ei trās aquā
porrexit vbi iſta ſtetit ⁊ lauit pannos di-
cens. Uereor tibi appropinquare ne me ſi-
militer decipias ſicut maritum ⁊ vxorem
eius decepiſti vnde quidam metriſta. Fe
mina demonibus tribus aſſibus eſt mala
peior. S Quarti qui verbis proximum
offendunt ſunt illi qui fraudulente proxi
mis loquuntur qui habent mel in ore ⁊
fel in corde: ⁊ ſic proximos decipiunt ⁊ tra

dunt. vnde verſus. Qui mel in ore gerit ⁊
me retro pungere querit. Eius amicitiam
nolo mihi ſociam. Itē quando bonū fatris
⁊ in corde malum meditaris. Oſcula que
iudas domino dedit hic mihi tu das. Sciē
dum ꝙ quando quis fraudulenter bonuꝫ
loquitur de alio ⁊ vult ꝙ audiens eum lo-
quatur oppoſitum ⁊ malū de eodem ta-
lis peccat dupliciter. Primo in ſemetipſuꝫ
quia fraudulenter loquitur. Secundo in
proximum cui nititur dare occaſionem lo-
quendi. Quinti qui verbis proximum le-
dunt ſunt qui proximos cum conuitijs et
improperijs perturbant: ⁊ iſti ſecundum
Hen. de vri. ſpiritualiter in faciem chriſti
conſpuūt ⁊ ſputis verborum ſuorum ama-
bilem eius faciem inficiunt. vnde aucto-
ritas. Faciem chriſti videtur alapis con-
fundere qui proximū in preſentia nititur
confundere. quandoqꝫ contumelia ſit pec
catum mortale. hoc quere ſermo. xxv. R
T Sexti ſunt qui verbis procacibus ⁊ la-
ſciuijs proximum ſcandalizant et mentis
integritate corrumpunt. Unde. j. Cor. xv.
Corrumpunt bonos mores colloquia pra
ua. Idem ad Ephe. v. Fornicatio autem ⁊
omnis immundicia ne nominetur in vo-
bis ſicut decet ſanctos. Contra hoc plu-
res faciunt qui verba ſcurrilia ⁊ luxurioſa
proferunt per que proximos ad malas cō
cupiſcentias prouocant: ⁊ in hoc deū gra-
uiter offendunt. Et cum tales corriguntur
dicunt ꝙ non denotant corde ſicut profe-
runt ore: quod tamen falſum eſt. vnde chri
ſtus dicit in euangelio ꝙ ex abundantia
cordis os loquit̄. ergo qui talia verba pro
ferunt ſiue ſunt viri ſiue mulieres in his
oſtēdunt ſe habere impudicitiam cordis.
Chriſo. ſuper Matt. quale cor vnuſquiſqꝫ
habet: talia verba loquitur ⁊ talia opera
facit. Et hoc etiam patet bonis hominib⁹
qui nunq̄ꝫ vel raro talia verba proferunt
ſed ieſum chriſtum ſepius nominant eo
ꝙ verſatur in cordibus eorum. Hoc patet
in beato Ignatio martyre qui in tormen-
tis poſitus ſepius ieſum chriſtum nomi-
nauit ⁊ requiſitus quare hoc nomē totiēs
nominaret. reſpondit. Hoc nomen habeo
ſcriptum in corde meo: ⁊ ideo reticere non

poſſunt: ⁊ tortores poſt mortez eius extra
xerunt cor eius de corpore ⁊ illud in par-
tes ſciderunt: ⁊ in qualibet parte fuit ſcri-
ptum hoc nomen ieſus literis aureis. Er-
go quilibet chriſtianus ſe cauere debet a
verbis malis ⁊ ſcurrilib⁹ ⁊ luxurioſis. vn-
de Apoſtol⁹ Ephe. iiij. Omnis ſermo ma-
lus ex ore veſtro non precedat. vnde Iſid.
de ſummo bon. Mali ſermones in ore chri-
ſtiani eſſe non debent: ⁊ merito quia ſecū-
dū dictū xpi in euan. De omni⁹ verbo otio
ſo quod locuti fuerint homines ⁊c. Multo
fortius de verbis ſcurrilibus ⁊ nociuis. Se
7. ptimi ſunt qui proximuz verbis rixoſis ad
iracundiam prouocant. Et omnium pecca
torum que ille in tali ira committit ſiue in
verbis ſiue in factis rei erunt ipſi prouocā
tes qui eum ſcienter prouocauerūt ad ira
cundiam talez: hoc quere ante ſermo. xcv.
8. M. Octaui ſunt qui proximos ledūt in fa-
ma per detractiones ⁊ infamatiōes: tales
grauiter peccant ⁊ tenentur ad reuocatio
nem ⁊ reſtitutionem. Grauius eniz peccāt
qui famā proximi denigrant ꝙ̃ ſi eis quaſ
cunqꝫ res temporales ſubtraherent: quia
fama bona melior eſt ꝙ̃ quelibet res tem
poralis eſſe poterit: vnde Prouer. xxij. Me
lius eſt nomen bonum quam diuitie mul
te. Ex quo patet quod detractores bone
fame deteriores ſunt ꝙ̃ fures ⁊ raptores
temporalium rerum. vnde Ambroſi. Tole
rabiliores ſunt fures qui nobis bona tē-
poralia diripiunt quam detractores q̄ no-
bis noſtram bonam famam dilacerant. ⁊
de detractione quere ante ſermone xcij.
3. B. Tertio ſi offendiſti proximum reb⁹ tūc
reconſiliari ei teneris reſtituendo ei ea q̄
iniuſte poſſides. De hoc q̄re ante ſermo-
ne. lxxxij. D. Item ſi leſiſti proximum in
corpore eum vulnerando vel verberando
de qua percuſſione infirmitatem vel debi
litatē incurrit teneris eis ſatiſfacere corā
deo ſm̄ diſcretionem ⁊ iudiciū ſapiētuz.
V. Item ſi virginem defloraſti teneris ei
ſatiſfacere coram deo ſecunduz poſſe tuū
quia priuaſti eam pretioſiſſimo theſauro
ſcilicet virginitate. Unde Eccleſiaſti. xxvj.
Non eſt condigna ponderatio continen-
tis anime: quod tales grauiter peccent q̄
virgines corrumpunt: ⁊ adeo grauiter pu
niantur patet per tale exemplum. Miles
quidam quādam virginem deflorauit. Eo
mortuo cū illa pro eo oraret ⁊ fleret mor-
tuus miles viſibiliter ei apparēs voce rau
ciſſima eam alloquebatur: qui cum quere-
ret cauſam raucitatis eius ait: qꝛ in vocis
dulcedine gloriabar cantilenas luxurio-
ſas ⁊ ſeculares decantando. Cuius cū cru
ra nigerrima ⁊ ſcabioſa ⁊ vlceribus plena
apparerent ⁊ inquireret cauſam reſpōdit.
Quia multum gloriabar in cruribus meis
de pulchritudine more militari illa exten-
dens ⁊ ornans ſuperbe. Nūc inter ſpinas
gradior: crucior: vulneror qꝫ in illis. Iſta ite
rum dixit. Domine quis reliquus ſtatus
veſtri corporis: ⁊ ille. Aperi oculos tuos et
vide ⁊ proiecit paliam a pectore quo amic
tus videbatur: ⁊ vidit maximum bufonē
⁊ teterrimum pectori eius inherentē: ita
vt brachijs eius collum ſuum ſtringeret: ⁊
os ſuum ori illius iungeret. Cuius etiā ve
trem per ventrem eius dependens pedi
bus eius genitalia ſua quaſi quibuſdam
loris ſtringere ⁊ ligare videbatur. Requiſi
tus quare hoc pateretur? Reſpondit. Pro
oſculis lubricis quibus te ⁊ alias mulieres
oſculatus ſum hec patior oſcula ⁊ pro am-
plexibus amplexus bufonis: ⁊ pro opere
libidinis in genitibus crucior ſine ceſſatio
ne. Cū mulier quereret vtrum ne ab illis
penis eſſet liberandus? Rn̄dit. Non ore
pro me: quia nihil mihi prodeſt: quia eter-
naliter damnatus ſum. Et hoc ideo: quia
medicinaz penitētie neglexi. Hoc dicto diſ
paruit. Mulier poſtea incluſorium elegit
⁊ ibi peccata ſua defleuit.

¶ Dominica ſeptima poſt feſtum trini
tatis. Ser. xcvij. De miſericordia dei.

MIſereor ſuper turbam: quia
ecce iam triduo ſuſtinent
me. Mar. viij. Miſericordia
domini diffuſa eſt per vni-
uerſum munduz. Unde pſ.
Miſericordia domini plena
eſt terra. Hoc ſic patet: qꝛ xp̄s mō eſt miſe



ricors ſuper turbam omnium fidelium: vn
dicit. Miſereor ſuper turbam. Unde in pre
ſenti ſer. tria ſunt dicenda. Primo quare de⁹
tam pronus eſt ad miſericordiā. Secundo
quibus gn̄ibus hominuz deus miſeretur.
Tertio exemplū. A Circa primū eſt ſciē-
dum q᷑ deus eſt pronus ad miām: ⁊ hoc fa
ciunt tria. ſ. proprietas naturalis: potētia
vniuerſalis: ⁊ experientia ſingularis. Pri-
1. mum eſt proprietas naturalis. Sicut eniz
naturalis proprietas ignis eſt calefacere: ⁊
proprietas ſolis eſt lucere: ſic proprietas
dei eſt miſereri ſemper ⁊ parcere: quia er-
go miſereri deo eſt proprium: ideo punire
deo eſt alienum: ⁊ eſt tardus ⁊ inuolunta-
rius ad puniendum. Quod punire ſit alie
num deo patet per illud Eſay. xxviij. Alie
nuz eſt opus eius ab eo vbi loquit᷑ de ope
re punitionis. Apis habet mollificare: et
hoc eſt ſuum officium proprium: hꝫ etiam
pungere cum ſcilicet moleſtatur: ⁊ hoc eſt
ſuum alienum: ſic ⁊ deus quando dat mel
ſue miſericordie facit officium ſibi ꝓprium
quando vero adhibet ſtimulum ſue iuſti-
tie facit officium ſibi alienum: ⁊ inuolunta
rium: quia inuite punit. Eſaye. j. Heu con-
ſolabor ſuper hoſtibus meis: ⁊ vindicabor
de inimicis meis. Ubi dicit gloſ. More pij
patris eos licet inimicos plangit ⁊ percu-
tit. Eſt etiam tardus ad puniendum: quia
ſicut dicit Chryſ. Illud quod homo ſecun
dum naturam facit: cito facit: ſic deus fa-
cit cito opus miſericordie: quia hoc habet
ſecundum naturam ſuaz tarde autē opus
iuſtitie. quia eſt contra naturam ſuam. Ro
ma. ij. An diuitias bonitatis eius ⁊ patiē-
tie ⁊ longanimitatis cōtemnis. B Si er-
go opus iuſtitie eſt deo alienum ⁊ inuo-
luntarium ⁊ tardum querit Chryſoſto. ſu-
per Mat. quare ergo punit: ⁊ reſpondet: qꝛ
compellitur. vnde ait. Deus inuitus ⁊ cuz
magno dolore compellitur peccatores dā
nare. Non enim ſic dolet q᷑ ipſe ab illis of
fenditur: ſed quia violenter cogitur per-
dere quos omnes cupit ſaluare. Deinde
querit dicens. Cum in poteſtate ſua deus
habeat perdere: ⁊ ſaluare: quis eum inui-
tum compellit reſpondet. Tu qui non deſi
deras miſericordiam dei. Nam ſicut qui
deſiderant miſericordiam denegat crudē-
lis eſt. ſic qui non deſiderāti miſericordiā
preſtat iniuſtus eſt. Deinde querit tertio
dicens. Quis eſt homo qui non deſiderat
miſericordiam dei: reſpondet. Tu qui per
manes in peccatis. Deſiderare enim dei
miſericordiam eſt conuerti ad deum. ille
enim deſiderat dei miſericordiam qui ti-
met iram eius: qui autem non timet miſe-
ricordiam non deſiderat: ſed contemnit.
Secundum quod facit eum promptum ad 2.
miſericordiam eſt potentia vniuerſalis. ꝙ̃
to enim quis eſt magnanimior: tanto ad
indulgentiam eſt pronior: ⁊ hoc videmus
in animalibus ⁊ hominibus. Nam ea que
ſunt nobiliora ad indulgēdū magis ſunt
prona, ⁊ non econuerſo. Unde leo a catulo
prouocatus ſe nō vindicat propter ſui ma
gnanimitatem ⁊ catuli vilitatem. Sed ſi
catulus mordet catulum: tunc ſtatim mu-
tuis morſibus ſe lacerant: quia animalia
ſunt. Similiter videmus quod homines
magnanimi ſunt ad indulgentiam fa-
ciles. Amb. Procul a magnanimis cupidi-
tas vitionis eſt. iij. Regum. xx. Reges do-
mus iſrael clementes ſunt. Econtra autez
mulieres: quia viles ſunt ⁊ fragiles ideo
ſunt ad iram ⁊ vindictam faciles. Eccleſia
ſtici. xxv. Non eſt ira ſuper iram mulieris.
Deus enim cum ſit omnipotens ⁊ nos vi
les vermiculi noſtras iniurias paruipen-
dit: ⁊ ſi eas recognoſcimus ſtatim repel-
lit: ⁊ hoc propter ſuam maieſtatem ⁊ no-
ſtram vilitatem. pſ. Excelſus dominus et
humilia reſpicit. ac ſi dicat: quia ipſe eſt ex
celſus per potentiam maieſtatis: ideo hu-
miles reſpicit a celo pietatis. Sap. xj. Mi-
ſereris omnium: quia omnia potes. Ac ſi
dicat quia tu habes poteſtatem vniuerſa
lem: ideo habes miſericordiam generalē:
⁊ in iſto ſenſu loquitur eccleſia. Deus qui
omnipotentiam tuam parcendo maxime
⁊ miſerendo manifeſta ⁊c. Tertio quod fa-
cit eū prōptum ad miſericordiam eſt expe- 3.
rientia ſingularis. Moleſtiaz enim morbi
tribus modis medicus ſcire poteſt. Aliquā
do per ſuam ſcientiā theoricā tūc eſt infir-
mo multū miſericors. Aliqn̄ ꝑ practicam ⁊
exercitationem longam ⁊ tunc eſt magis

miſericoꝛs. Aliquãdo per experientiã qñ
in perſona propria infirmitates plurimas
eſt expert⁹: ⁊ tunc eſt maxime miſericoꝛs.
Et ideo bonũ eſt ꝙ ipſi medici aliqñ infir-
mentur vt eo melius infirmis cõpatiãtur.
Sed ſi eẽt aliquis medicus q̃ eſſet bonus
theoꝛicus ⁊ bonus practicus: ⁊ etiam in-
firmitates ſepe inſeipſo expertus eſſet iſte
adhuc eſſet magis miſericoꝛs. Deus autẽ
ante incarnationem infirmitates noſtras
tã coꝛpoꝛales ꝙ̃ ſpirituales cognouit per
eternam ſapientiam quaſi per quandam
theoꝛicam ſcientiã. Et ideo tanꝙ̃ pater be
nigniſſimus multum erat miſericoꝛs. p̄s.
Quomodo miſeretur pater filioꝛũ miſer-
tus eſt dñs timentibus ſe: quoniam ipſe
cognouit figmentũ noſtrum recoꝛdatus
eſt quoniam puluis ſumus: homo ſicut fe
num: dies eius ſicut flos agri ſic floꝛebit
⁊c. Per incarnationẽ autem ſicut per quã
dam practicã ⁊ longam exercitationem:
quia per .xxxiij. annos circa infirmitates
noſtras ſanandas tam coꝛpoꝛales ꝙ̃ ſpi-
rituales practicauit: ⁊ ſic factus eſt magis
miſericoꝛs. Act. x. Qui pertranſijt benefa
ciendo ⁊ ſanãdo ⁊ omnes oppꝛeſſos a dia
bolo curando. Et ſicut medicus multũ cõ
triſtaretur quando circa aliquẽ infirmũ
diu ſe exercitaſſet ⁊ nihil ꝓfuiſſet: ita chꝛi-
ſtus circa noſtras infirmitates. vnde p̄s.
Cõtriſtat⁹ ſum in exercitatione mea ⁊ tur
batus ſum a voce inimici ⁊ a tribulatione
peccatoꝛis. Ac ſi dicat. De tribus rebus
doleo ⁊ contriſtoꝛ ſcilicet quando mea ex
ercitatio nihil valet: ⁊ quando vos inimi-
ci .i. diaboli ſuggeſtio plus valet ꝙ̃ mea in
ſpiratio: ⁊ quando ego peccatoꝛẽ tribulo
ideſt punio. Tandem ſciuit per experien-
tiam quia expertus eſt tentationes .ſ. fa-
men, doloꝛes ⁊ moꝛtem ⁊ ideo factus eſt
maxime miſericoꝛs. vnde ad Hebꝛ. ij. De-
buit per omnia fratribus aſſimilari vt mi
ſericoꝛs fieret ⁊c. ℂ Circa ſecundum ſci-
endum ꝙ chꝛiſtus miſeretur tribus gene
ribus hominum ſcilicet peccantibus peni-
tentibus ⁊ iuſtis. Pꝛimo peccantib⁹: ⁊ hoc
tripliciter. Pꝛimo i hoc ꝙ nõ ſtatim pctõ-
rem pugnit ſed ex peccat ad penitentiam.
Eſa. xxx. Expectat nos deus vt miſerea-
tur noſtri. Hoc angelis non fecit quos de
celo pꝛopter ſuperbiam deiecit nec ade
quem de paradiſo pꝛopter inobedientiã
expulit. Si enim deus peccatoꝛes ſtatim
quãdo peccaſſent puniret: nec Dauid nec
Maria madalena: nec Petrus nec Paul⁹
iam in celo eſſent ſed anime eoꝛum iam in
inferno arderent. p̄s. Niſi quia dominus
adiuuit me paulominus habitaſſet in in-
ferno anima mea. Et ſi conſideremus ꝙ̃
magna peccata ⁊ multa vitia quotidie in
mundo committuntur in hoc diuinam mi
ſericoꝛdiam cognoſcere poterimus. Quia ĩã
in mundo nec eſt veritas nec fidelitas nec
verba vita chꝛiſtiana: ſed ſuperbia regnat
vbiq;: ſimiliter luxuria ⁊ auaritia. ⁊ ſic de
alijs. Ubi enim iam ſunt veri humiles: ve-
ri mites veri veraces ⁊ obedientes. Heu
plures hodie nõ peccant ex ignoꝛantia,
vt Paulus qui dicit ingnoꝛans feci, nec
ex infirmitate vt Petrus qui ex timoꝛe
moꝛtis chꝛiſtũ ter negauit: ſed heu ex cer-
ta malitia peccant: ⁊ tamen deus ſuſtinet
eos: ⁊ ergo tales abutuntur dono dei: quia
non ſtatim puniuntur: ideo liberius pec-
cant. Eccleſi. viij. Eo ꝙ non cito pꝛofertur
contra malos ſententia: abſq; vllo timoꝛe
filij hominum perpetrãt mala ⁊ tales gra
ue iuditium ſuſtinebunt. Quia ſecundum
Greg. Illos dominus grau⁹ dãnat quos
hic diu longanimiter poꝛtat. Tales debe-
rent cogitare ꝙ quoties moꝛtaliter pecca-
rent totiens ab hac vita auferri deberent
quia quoties motaliter peccauerunt: to-
tiens hoc meruerunt. nõ enim amplı⁹ fue
runt digni vite pꝛeſentis: quia auctoꝛem
vite contempſerunt peccando ſcienter con
tra eum ⁊ deus miſericoꝛditer tam diu vi-
tam eoꝛum pꝛolongauit .xx. vel .xxx. an. et
hoc pꝛopter emendam. Et illud tempus
gratie quod chꝛiſtus eis conceſſit non me
ruerunt quia preteritum tempus male
expenderunt. cum Ber. dicit. Nihil pꝛecio
ſius tempoꝛe. Secũdo miſeretur peccato-
ribus in hoc ꝙ eis tempoꝛalia beneficia
tribuit. Quod ſecũdum Aug. Peccatoꝛ nõ
eſt dignus pane quo veſcitur: ⁊ tamẽ chꝛi
ſtus dat talibus multotiens tempoꝛalia
non ſolum ad neceſſitatem ſed etiam dat
eis magnas



eis magnas opes ⁊ diuitias. ⁊ hoc vt pꝛi-
mo ꝓpter tres cauſas. Pꝛio vt per hoc eos
ad amoꝛẽ ſuũ alliciat. Scdo vt nobis exẽ
plum bñfaciendi noſtris inimicis p̄beat:
in hoc ꝙ ipſe ſuis inimicis .i. peccatoꝛibus
tot bñficia tribuit. Tertio vt pctõrib⁹ re-
tribuat illa bona que faciunt ꝙ̃diu in pec
catis moꝛtalibus ſcienter ſtãt. Et in his tẽ
poꝛalibus bñficijs poſſumus magnam mi
ſericoꝛdiã dei intelligere. Quis eñ hoſtẽ
rebellantem ſibi paſcit ⁊ potat. At dñs tri-
buit ſanitatem coꝛpoꝛis cõcedit lucẽ ſolis
ad videndum ⁊ oẽs creaturas cõceſſit ad
ſeruiendũ que ſunt in terra: aere: ⁊ mari.
⁊ hoc ingratis: imo retribuentib⁹ mala ꝓ
bonis: ⁊ odiũ pꝛo dilectione. vñ Ber. O cle
mẽtiſſima circa filios adã diuine recoꝛda-
tio pietatis: que ſua bñficia largiri nõ de
ſinis: nõ ſolũ vbi nullũ inuenit meritũ: ſꝫ
plerũq; vbi totũ videt ꝯ̃trium. Si eñ deus
miſericoꝛs non eſſet: tũc oẽs pctõres q̃ abu
ſi ſunt dei bñficijs: fame: ſiti: ⁊ frigoꝛe mo
ri deberẽt. q̃de⁹ dedit eis coꝛpis foꝛtitu
dinẽ vt ſibi ſeruirent cũ qua ſeruierũt mũ
do ⁊ diabolo. Itẽ diuitias ex bonitate con
ceſſit eis: ⁊ ipſi abuſi ſunt eiſdem in volu-
ptatibus carnis: q; facti ſunt guloſi: ⁊ cõi-
ter luxurioſi: ⁊ ſic de alijs. Tertio miſeret
peccatoꝛibus: quia ſtatim vt conuerſi fue
rint ad gratiam eos recipit. vnde Eſay. lv.
Derelinquat impius viam ſuam ⁊ vir ini
quus cogitationes ſuas ⁊ reuertat ad do
minum ⁊ miſerebitur eius: ⁊ ad deum no-
ſtrum quoniam multus eſt ad ignoſcẽdũ.
Quid differs o peccatoꝛ agere pniam ad
dominum cõuertere ⁊ miſerebitur tui. nõ
eſt enim adeo ſtultus homo qui vtitur ra-
tione ſi offendiſſet dominum ſuum tempo
ralem. ita ꝙ dominus ſuus eum occidere
vellet ſi ſciret dominum ſuum tam miſeri-
coꝛdem quod ꝙ̃cito quereret gratiam in-
ueniret eam apud ipſũ certus ſum quod
non negligeret quin rogaret eum vt par-
ceret ei pꝛopterea vt euaderet moꝛtem tẽ
poꝛalem ⁊ non expectaret in craſtinum cũ
hodie eſſet certus ⁊ cras dubius de venia
⁊ gratia. Et ecce miſer peccatoꝛ adeo ſtul
tus eſt quod non vult querere gratiam vt
euadat moꝛtem anime: cum tamen ipſe
ſcit deum ita miſericoꝛdem quod ſtatim vt
peccatoꝛ ad ipſum conuertitur vult ei mi-
ſereri. Johel. ij. Conuertimini ad dominũ
deum veſtrum: quoniam benignus ⁊ miſe-
ricoꝛs eſt, ⁊ pꝛeſtabilis ſuper malitia. D
Secundo dico quod dominus miſeret pe
nitentibus tripliciter. Pꝛimo in hoc ꝙ om-
nia peccata relaxat. p̄s. Quantum diſtat
oꝛtus ab occidente longe facit a nobis ini
quitates noſtras. De remiſſione tot⁹ iniq̃
tatis Ber. dicit. Sic ex toto induſit ⁊ tam
liberaliter donauit omnem iniuriã vt iã
nec damnet vlciſcendo: nec confundat im-
pꝛoperando: nec minus diligat imputan-
do. vnde Ezech. xviij. Quacunq; hoꝛa pec
catoꝛ ingemuerit omnium iniquitatũ ei⁹
non recoꝛdaboꝛ amplius. Unde nõ ait. Si
biennio vel triennio ante moꝛtem: ſed qua
cunq; hoꝛa imo quocunq; momento etiã
ſi in chꝛiſto anime exitu ingemuerit. Nec
ait decem iniquitatum eius: vel centũ: vel
mille ⁊c. ſed omnium iniquitatum ei⁹ non
recoꝛdaboꝛ amplius. Item Eſa. xlix. Nũ-
quid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuũ
vt nõ miſereatur filio vteri ſui: ⁊ ſi illa obli
ta fuerit ego tamen non obliuiſcar tui. Ec-
ce ꝙ̃ mitis ⁊ benignus eſt ad ignoſceudũ
non tamen ſub hac ſpe eſt peccandum: q;
maledictus homo qui peccat in ſpe: nec ẽt
in peccatis moꝛandum: quia ꝙ̃uis venia
tibi in fine pꝛomittitur ſi veraciter penitue
ris: valde tamen difficile eſt vt vera ſit pe
nitentia que venit tam ſera. Tunc eñ cru
ciatus membꝛa ligat: doloꝛ ſenſum oppꝛi-
mit: ⁊ vix aliud valeat cogitare. Uñ Aug.
Si quis poſitus in vltima voluntate vo-
luerit accipere penitentiam fateoꝛ eſſe il-
li negandum quod petit. Sed non poſſu-
mus dare ſecuritatem quod bene hic ex-
eat ſi ſecurus hic exierit. neſcio penitẽtiam
dare poſſumus: ſecuritatem autẽ dare nõ
poſſumus: nunquid dico damnabitur ſed
nec dico quod ſaluabitur. Uis ergo a du-
bio liberari: vis quidem incertum euade-
re. Age penitentiam dum ſanus es ſi ſic
agis dico tibi quod ſecurus es. De penitẽ
tia ſera quere infra ſermone .clvj. A Se-
cundo miſeretur deus penitẽtibus: in hoc
quod eternam penam in tempoꝛalẽ com-

mutat:que cõſiſtit in ieiunijs genuflexio‑nibus caſtigationibus genitibus ⁊ in fle‑tibus que pro ſatiſfactione accipit. Et eſt magna miſericordia ꝙ deus temporalem penam recipit pro eterna pena quã ſuſti‑nuiſſet ſi non penituiſſet. Sicut latroni cui deberet caput abſcidi: ⁊ pro capite abſcin‑deretur ei vnus capillus capitis eius. Un‑de apoſtolus Rom.viij. Non ſunt condi‑gne paſſiones huius temporis ad futurã gloriam ⁊c. Sic etiã intelligitur de penis preſentibꝰ ⁊ futuris: quarum nulla poteſt eſſe equalitas: quia pene inferni ſunt in‑finite. Ariſt. Finiti ad infinitum nulla eſt proportio. Ergo ſis patiens in tribulatio‑nibus ⁊ infirmitatibꝰ ⁊ in penitentijs agẽ‑dis que hic pro peccatis tuis iniũcte ſunt. Unde Iſido. in ſyno. Attende etiã in men‑te quaſcunqꝫ ſeculi penas: quaſcunqꝫ tor‑mentorũ dolores: quaſcunqꝫ penarũ acer‑bitates ⁊ compara hoc totum gehenne et leue erit tibi omne quod pateris.
3. Tertio miſeretur penitentibus in hoc ꝙ virtutes reſuſcitat quas per peccatum extinxerunt pſ. Tu autem domine miſerere mei ⁊ re‑ſuſcita me. Et quãdoqꝫ plures ꝙ̃ ante ha‑buerũt tribui virtutes. Sicut patet in ma‑ria Magdalena: que perfectior facta eſt poſt caſum ꝙ̃ ante fuit. vnde etiam Luce. xv. habetur de filio prodigo cui pater dixit cito proferte ſtolam primam: id eſt inno‑centiam quam peccãdo perdiderat ⁊ pe‑nitendo recuperat: ⁊ date illi annulum: id eſt gratiã operandi: quia opera extra cha‑ritatem facta nihil valent ad vitam eter‑nam ⁊ calciamenta in pedibus eius: id eſt patientiam in qua anima cuſtoditur ne le‑datur. vnde Luc.xxj. In patientia veſtra ⁊c.
3. ¶ Tertio dico ꝙ dominus miſere‑tur iuſtis bene operãtibus tripliciter. Pri‑mo eos in bono conſeruat ne recidiuant: quia niſi dominus hominem in bono ſer‑uaret faciliter recidiuaret: vnde difficul‑tas ſtandi ⁊ in bono permanendi: patet in lucifero: in adam: ⁊ in iudam. Luciferum ventus vane glorie deiecit de celo. Adam mulier expulit de paradiſo. Iudas ꝓpter auaritiam cecidit de conſortio apoſtolo‑rum. Quid tũc nos fragiles homines qui ſumus in hoc mũdo qui eſt plenꝰ laqueis conſtituti. pſ. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatẽ: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Secundo ꝙ internam dulcedinẽ ⁊ conſola‑tionem dat ſuis que eſt quaſi quedã arra ſpiritusſancti de qua. Eccleſia.xxiiij. Spi‑ritus enim meus ſuper mel dulcis. Quia deuotio ⁊ dulcedo ſpiritualis excedit om‑nem delectationẽ carnalem: ⁊ eſt ſignũ pe‑nitentie ſpiritusſancti in homine. vnde Au‑guſt. in li. confeſ. Qui ſpiritusſancto ſemel inebriatus eſt ad omnia bona hilareſcit: ſi laborat non laceſcit: ſi dolet non ſentit: ſi deridetur non aduertit. Bernard. Cibus anime eſt a gratia dei dulciſſimus omnẽ habens in ſe ſuitatem ⁊ delectamentũ ſa‑poris. Tertio quia dat iuſtis regnum cele‑ſte ex ſua miſericordia: quia propter meri‑ta noſtra parum tenetur nobis: imo nihil de cõdigno. Nam ſi aliquid boni facimus plus tamen tenemur deo. Unde cum om‑nes vires corporis ⁊ anime cõſumpſerimꝰ in ſeruitio dei: ⁊ totum poſſe noſtrum fece‑rimus adhuc dicere debemus. illud Luc. xvij. Serui inutiles ſumus quod debuimꝰ facere fecimꝰ ⁊c. Quod ex noſtris meritis non poſſumus vitam eternam habere ex condigna: ſed ſolũ ex dei miſericordia oſtẽ‑dit Bernar. dicẽs. Si nati eſſemus ex quo factus eſt homo ſuper terram: et vſqꝫ ad centum milia annorum vita noſtra exten‑deretur: non eſſet tamen condigna opera‑tio huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis.

¶ De eadem dominica. Sermo.xcviij. De his que reprehenſibilia ſunt in comedẽdo.

Accipiens ſeptẽ panes gratias agens fregit ⁊ dabat diſcipulis ſuis vt apponerent: ⁊ appoſue‑runt turbe. Marci.viij. Cum homo tripliciter conſideretur: ſcilicet ꝙ̃‑tum ad corpus: ⁊ ꝙ̃tum ad animam: ⁊ quantum ad vtrunqꝫ con‑iunctũ: ideo deus ſibi triplicem cibum pre‑parauit: ſcilicet corporalem quo corpus re‑ficitur. ſpiritualem quo anima nutritur: ⁊ celeſtem quo totus homo beatificatur. Conuiuium autem corporale tantum bis chriſtus in hac vita fecit: ſcilicet hic de ſe‑ptem panibus. ⁊ Ioan.vj. de quinqꝫ pani‑bus. Conuiuium autem ſpirituale multo‑tiens fecit. Nam quotiens predicabat to‑tiens alimenta ſpiritualia tribuebat. Au‑gu. Non eſt magnum paſcere ventres cito morituros: ſed magnum eſt paſcere ani‑mas in eternum victuras. Conuiuium au‑tem celeſte tantum ſemel faciet. quod ta‑men nunꝙ̃ finem accipiet. Luc.xxij. Eda‑tis ⁊ bibatis ſuper menſam meam in re‑gno meo. Sciendum ꝙ ſicut dominus pa‑uit quatuor milia hominum corporaliter: ſic nos quotidie paſcit etiam corporaliter: quia nihil habemus a nobis ipſis. Ergo cum gratiarumactione ſumere debemus cibum ſicut donum dei: vt deus ex hoc ho‑noretur ⁊ laudetur. vnde Auguſt. Porro ſi manducas ⁊ bibis ad refectionẽ corporis ⁊ deo gratias agis: tunc cibus ⁊ potus tuꝰ deum laudant: vnde pro preſenti ſermone tria ſunt dicenda. Primo quomodo homo ſe debeat habere in comedendo ⁊ biben‑do ⁊ que ſunt reprehenſibilia in cibo ⁊ po‑tu. Secundo quomodo quis peccat mor‑taliter in comedendo ⁊ bibendo. Tertio exemplum de duobus vltimis dicetur in ſeq. Sermo. ¶ Circa primum eſt ſcien‑dum ꝙ homo in comedẽdo ⁊ bibendo: ſic ſe debet habere ꝙ fugiat illa que ſunt re‑prehenſibilia circa comeſtionem: et talia ſunt quinqꝫ.
1. Primum eſt ante debitum tẽ‑pus comedere. Nam ſicut ſerui dei ſecun‑dum doctrinam chriſti primo querunt re‑gnum dei: ſic guloſi quorũ deus venter eſt primo querunt regnum dei ſui: ⁊ regnum dei eorum eſt eſca ⁊ potus. Contra quos dicit apoſtolus Rom.xiiij. Non eſca ⁊ po‑tus eſt regnum dei. vnde Eſa.v. dicitur de guloſis. Ve qui conſurgitis mane ad ſectã‑dam ebrietatẽ. Ergo merito reprehenden‑dus eſt chriſtianus ille qui de mane come‑dit anteꝙ̃ aliquod pater noſter dicat: vel deo aliquam reuerentiã exhibeat: quia quili‑bet homo debet primo cibare animã cum deuotis orationibꝰ ⁊ ſanctis meditationi‑bus: quia anima nobilior eſt corpore. Augu. Maius eſt damnũ in amiſſione vnius ani‑me ꝙ̃ mille corporũ: ſed iſti qui quãdoqꝫ per duos dies nunꝙ̃ aliqđ pater noſter di‑cunt periculoſe ſtant quia eſt ſignũ ꝙ deum non diligũt: nec propriã ſalutem querunt ideo obliuiſcunt̃ dei. vnde Ariſt.ij. rhetori‑ce. Obliuio eſt ſignũ paruipenſionis: ⁊ iſti qui ſic obliuiſcunt̃ deum in vita ſua illorũ vult etiam deus obliuiſci in morte. Augu. Ita fit vt in fine obliuiſcatur ſui: qui dũ vi‑ueret oblitus eſt dei.
¶ Secundum re‑prehẽſibile eſt quãdo quis nimis delicata cibaria vult habere: ⁊ nimis magnã dili‑gentiã apponit ad cibaria preparãda. vn‑de legitur. Nu.xj. de filijs Iſrael q̃ in de‑ſerto carnes deſiderabant: ⁊ propter hoc iram dei incurrerũt. pſ. Adhuc eſce eorum erant in ore ipſorũ: ⁊ ira dei deſcẽdit ſuper eos ꝙ̃uis ſatiſfaceret deus deſiderijs ⁊ cõ‑cupiſcentijs eorũ: tamen nihilominus eos puniuit. In quo oſtendit ꝙ ei diſplicet ꝙ homo nimis delicata cibaria appetit: ⁊ ta‑les etiam vt frequẽter nimis magnã ſolli‑citudinem habent in preparando cibaria. Aliqui quaſi intantũ occupãtur circa pre‑parationẽ ciborum ventris ꝙ vix vel nũꝙ̃ vnam miſſam poſſunt audire: ſed de ciba‑rijs anime modicũ vel nihil curãt. Aliqui etiã ⁊ ſi per ſe non faciũt oportet tamen ꝙ ancille vel familia intantũ occupent̃ circa illa ꝙ negligãt miſſam ⁊ ſermonẽ: ⁊ ꝙ nũ‑ꝙ̃ vel raro poſſunt viſitare eccleſiã: ⁊ prin‑cipaliter in die dñico: cũ tñ quilibet illa die tenetur audire miſſam ſub precepto eccle‑ſie: vt patet de cõſe. diſt.j. Miſſas. ⁊ c. Omnes fideles. Nec alias excuſat̃ niſi magna ne‑ceſſitate cogẽte: vt habetur codẽ. c. Et tũc talis neglectio redũdat in dño illorũ qui ſic eos occupãt. vnde Hug. in ſuo clauſtra‑li. Quidã ſuperſtitioſum nimis in preparã‑dis cibis ſtudium adhibẽter decoctionem frixariorũ ⁊ condimentorũ genera excogi‑tãtes modo mollia: modo dura: mõ frigi‑da: mõ calida: mõ cocta: mõ aſſata: mõ pi‑pere: mõ ſale cõdita ſm cõſuetudinẽ ꝓgnã

tium mulierũ deſiderantes ⁊ cum tãta ſol
licitudine preparantur vt deuoratis qua:
tuor vl' quinqꝫ ferculis prima nõ impediãt
nouiſſima. Iſti habent colere ventrẽ ſuũ
tanqꝫ deũ ⁊ heu qđ peius eſt tales guloſi
nunqꝫ vel raro contenti ſunt de cibarijs ip
ſis preparatis: ẽt quando vxor vel familia
fecerunt oẽm diligentiã ſuã in preparan:
do cibaria: tunc adhuc conquerunt ⁊ mur
murant. aut ſunt nimis ſalſa: aut nimis ri:
xa: aut nimis mollia: aut nimis dura. ⁊ ſic
de alijs. ⁊ qđ adhuc peius eſt ſi aliqua ne
gligentia notabilis facta eſt in preparan
do cibaria: tunc iraſcuntur maledicendo
vxori ⁊ familie: ẽt qñqꝫ blaſphemant ⁊ vo
lunt proijcere ipſis ſcultellas ad collum.
Tu qui es talis cogitare deberes ꝙ deus
ideo permiſit illã negligentiã fieri vt re:
cognoſcas te nõ eſſe dignũ cibarijs bñ pre
paratis: qꝛ forte es peccator mortalis ⁊ an
tea ingratus fuiſti deo de bonis cibarijs q̃
ex largitiõe dei habuiſti vel ẽt qꝛ antea in
bene ꝑparatis cibarijs exceſſiſti ⁊ deũ of:
fendiſti. ⁊ ergo iam deꝰ punit te in illis re:
bus in qbꝰ peccaſti: imo bene recognoſcis
te eſſe in peccatis mortalibus tũc ſcire de:
bes ꝙ nõ es dignus comedere panẽ ⁊ bi:
bere aquã ad ſatietatẽ: ſed vix deberes ſu
mere purã neceſſitatẽ ad ſuſtentationem
nature. ⁊ rõ huiꝰ eſt: qꝛ pctõr indignior eſt
omnibus creaturis. vñ Ariſt. j. poli. Sicut
optimũ aĩalium eſt hõ fruens lege et iuſti
tia: ſic peſſimũ aĩalium eſt hõ a lege ⁊ iu:
ſtitia ſeparatus. Ergo nõ eſt dignus habe
re vſum alicuius creaturarũ quas deꝰ ad
hoc creauit vt hoĩes vſum illaꝝ haberent
⁊ deo de hoc grãs agerent ⁊ ei ſeruirent.
Sed heu tales pctõres ⁊ guloſi homines
plus cõſumunt de creaturis qꝫ boni hoĩes
de qbus deo raro vel nunqꝫ regratiantur
nec ei ſeruiũt: ſed potius diabolo ⁊ mũdo
ſeruire volũt. De qbus oĩbus ſic vſis diſtri
ctam reddituri ſunt rõnem deo. Ex quo ſe
quitur ꝙ merito nullus de cibarijs mur:
murare deberet vel blaſphemare: ſed pro
peccatis ſuis ſuſtinere deberet hoc ⁊ cogi:
tare ꝙ xp̃s in cruce ꝑ peccatis noſtris pẽ:
dens comedit ⁊ bibit amarũ cibũ ⁊ potũ.
Vñ ps. Dederũt in eſcam meã fel: ⁊ in ſiti

mea potauerunt me aceto. ¶ Tertio re:
prehenſibile eſt quando qs nimis multũ
ſumit de cibo ⁊ potu. vt legitur de ſodomi
tis. Geñ. xviij. ꝙ vixerũt in delitijs carnis.
Sicut em̃ pluuia nimis magna nociua eſt:
ſi aũt nimis parua etiam nõ vꝫ ſic quiſqꝫ
ſibi ꝓuidere diligenter debet ꝙ nõ nimis
multũ ſumat: ne cibus aggrauet corpus ⁊
ſuffocet rõnem: nec ẽt nimis modicum ne
corpus nimium debilitetur: ſed in medio
conſiſtit virtus. Vñ Ari. ij. eth. Mediũ in
omnibus eſt laudabile: qꝛ ſcḋm Hug. de ſan
cto victo. Sic caro eſt nutriẽda vt ſeruiat
⁊ ſic domandã eſt ꝙ non ſuperbiat. Quar
tum reprehenſibile eſt quando qs nimis
auide ſumit cibum. Signum aũt huiꝰ aui
ditatis eſt qñ ſic animus ad cibũ tãto ar:
dore concupiſcentie trahitur vt nihil ſinat
hominem de deo cogitare vel de alijs bo:
nis: ſed effundit ſe ſuper cibum tanqꝫ bru
tum animal: ⁊ hoc vtiqꝫ nõ eſt bonũ nec rõ
nabile ꝙ homo rõnalis effundat ſe ſup ci
bum vt irrationale animal ⁊ etiam corpo:
raliter nocet: qꝛ ad ſanitatem corporis va
let ꝙ cibus honeſte ordinate ⁊ moderate
ingeratur: quia ſic tãto facilius ⁊ ſalubiꝰ
digeritur: ergo contra iſtã auiditatem bo:
num eſt ⁊ laudabile qđ qlibet hõ añ ſum:
ptionem cibi ad minus dicat vnum pater
noſter. ⁊ ſignum crucis faciat anteqꝫ cibũ
ſumat. Exemplum legimus de vna moña
li que de mane anqꝫ orauerat in orto come
dit lactucam ſine ſigno crucis ⁊ diabolum
cum lactuca comedit. Item quidam con:
uerſus bibit vinũ in ciuitate ſine licentia
⁊ ſine ſigno crucis. ⁊ ſic diabolũ cum vino
bibit ⁊ ſemper in principio prandij ⁊ cene
hõ cogitare debet de pauperibꝰ: ſic ꝙ vel:
let ꝙ quilibet pauper intantũ haberet ſi
cut ipſe habet ad comedendum ⁊ biben:
dum. Inſuper debet eis impartiri eleemo
ſinam de menſa ſua inquantum facultas
admiſerit. vnde Cato. Cum ſedes in meſ
ſa: primo de paupere penſa: tunc bene prã
demus cum xp̃s adeſſe videtur. Et infra
prandium cũ ſedet in menſa debet loqui
de bonis ⁊ honeſtis ⁊ deificis. ⁊ debet ca:
uere ne verba ſcurrilia ⁊ immunda ⁊ de:
tractoria loquatur: exemplum tale legi:



mus ꝙ quidã diues inuitauit vicinos et
cognatos ſuos locãdo eos in vnaꝰ mẽſa ⁊
in alia menſa collocauit pauperes. Et vnꝰ
inter pauperes qui fuit ſanctus homo vi:
dit qñ Benedicite dixerũt: ⁊ prima duo fer
cula comederũt angelos circumire diſcũ:
bẽtes: qꝛ loquebãtur de deo: ⁊ poſtmodũ
loqui incipiebãt mundana: ⁊ conſequẽter
vitioſa ⁊ detractoria tunc demones affue:
runt ⁊ diſcũbentes circũdederunt: ⁊ ange:
li fugerũt ab eis: ⁊ dederũt locum demoni
bus qui tunc oẽs diſcũbentes circũierunt
⁊ circa eos ſaltauerunt: tunc amare fleuit
iſte ſanctus homo. Poſtmodũ iterũ in fi:
ne mẽſe inceperũt loqui de deo ⁊ honeſtis
⁊ bonis materijs: tunc angeli redierũt ⁊ di
ſcũbentes alacriter circundederũt: et tunc
demones fugierũt ⁊ iſte deuotus hõ hoc
vidẽs cepit alacriter ridere: tunc alij poſt:
modum interrogauerũt illum deuotũ ho
minẽ: quare primo fleuiſſet: ⁊ poſtmodũ
riſiſſet: ⁊ ipſe manifeſtauit eis que vidit et
exhortatus eſt eos. vt vbicũqꝫ eſſent cum
hominibus congregati ꝙ ſemper loqui de
berent de deo: ⁊ de bonis ⁊ honeſtis ma:
terijs: tunc chriſtus cum angelis ſuis ſem
per eſſet preſens. vnde Mat. xviij. Vbicũqꝫ
duo. vel tres cõgre. fu. in no. meo. ibi in me
dio eorum ſum. Itẽ poſt menſam quilibet
debet dicere gratias ⁊ regratiari deo de
preceptis. vnde Apoſtolus. j. Theſſ. v. In
omnibus gratias agentes. Ex his ptꝫ ꝙ
homo qñqꝫ poteſt vti pretioſis cibis ſine
peccato ⁊ alijs groſſis cibarijs vtẽs poteſt
deũ offendere. vnde Aug. de doct. chriſtia.
Poteſt eſſe vt ſine aliquo vitio crapule vl'
voracitatis pretioſiſſimo cibo ſapiens vta
tur. Inſipiens aũt fetidiſſima gule flãma
in viliſſimũ plus ardeſcat. Iterũ Auguſt.
Nõ propter porcũ: ſed propter pomũ mor
tem primus homo inuenit. ⁊ Eſau prima:
tum ſuũ non propter gallinã: ſed propter
lenticulã perdidit. Et legimus regem no:
ſtrum non de carne: ſed de pane tentatũ.
¶ Quintũ reprehẽſibile eſt varietas fer
culorũ que reprehenſibilis eſt: imo nociua
homini nõ ſolũ qꝫtum ad animã: ſed etiaꝫ
qꝫtum ad corpus: ꝙ aũt varietas ⁊ multi:
plicitas ferculorũ noceat homini in corpo

re: hoc probat macrobiꝰ per quinqꝫ ratio:
nes. Primo modo probat per hoc ꝙ vt fre
quenter animalia ſunt ſana: qꝛ vtũtur ſim
plici cibo ⁊ aſſueto ſue nature cõuenienti:
⁊ nullo modo illis que ſunt cõtraria natu:
re ſue. Cuius oppoſitũ homo rõnalis ſepe
facit: ſcꝫ comedẽdo ⁊ bibendo ea que non
cõpetũt ſue nature: ſed ſolũ vt ſatiſfaciat
delectationi ⁊ appetitui. Scḋo probat per
artẽ medicine: qꝛ medici ſuadent infirmis
ſimplicem comedere: potum bibere ⁊ non
diuerſa fercula aſſata ⁊ frixa. Ratio eſt: qꝛ
ſimplex cibus ⁊ potus magis digeſtibilis
eſt: ⁊ etiã qꝛ antea nimis ſe repleuerũt de
diuerſis cibarijs. Et ſcḋm Ariſt. ij. ethi. Me:
dicine fiunt per cõtraria: ergo oportet eos
poſtmodũ abſtinere ⁊ ſimplicẽ cibũ ſume
re. Tertio probat per hoc. v. g. Si duo ho
mines eiuſdẽ cõplexionis biberent candẽ
menſurã: ⁊ vnꝰ biberet diuerſa vina ſimul
⁊ ſemel: tunc citius infirmaret: ⁊ minus cõ
petit ſue nature ille multiplex potꝰ qꝫ ille
qui bibit ſimplicẽ potum: ſic ſimiliter intel
ligẽdum eſt de cibo. Quarto probat per
hoc. Si quis poſtmodũ infirmaretur: tunc
medici eo facilius cognoſcere valẽt: vnde
habeat illam infirmitatẽ qꝫ ſi diuerſa ci:
baria comediſſet: ⁊ diuerſa pocula bibiſ:
ſet. ¶ Quinto probat per hoc: qꝛ natura
eſt vniformis in operatione ſua. Cum aũt
homo comedit diuerſa ⁊ multiplicia fercu
la: tunc natura digerit iſtum cibũ qui ma:
gis eſt digeſtiuꝰ remanẽte illo cibo in ſto:
macho qui minus eſt digeſtiuus: ⁊ cũ gu:
loſus ſuperaddit iterũ cibum ſuper cibũ. ſ.
comedẽdo ⁊ replendo ſe ante digeſtionẽ.
Tunc ille cibus qui manet in ſtomacho in
digeſtus fit putridus: ſic ſtomachus cor:
rũpitur: ⁊ conſequẽter homo infirmatur ⁊
moritur. vnde Señ. Multa fercula multos
morbos fecerũt. vnde etiam Sapi. dicit ꝙ
gula plures interficit qꝫ enſis: quia multi
per crapulam efficiũtur contracti leproſi:
hydropici: paralitici: ⁊ ſic de alijs. Et hec
eſt magna fatuitas ꝙ homo propter dele
ctationem vnius hore vult omni tempore
eſſe infirmus. Item vitã hominis minuit.
Eccleſiaſti. xxxvij. Propter crapulam mul
ti obierunt: ſic econuerſo abſtinẽtia: ⁊ ſim:

plex cibus cauſat ſanitatē ⁊ prolongat vitam. vnde Eccli. xxxvij. Qui aūt abſtinēs eſt adijciet vitā. vnde Hiero. Mater ſanitatis eſt abſtinētia: mater egritudinis eſt voluptas. vnde etiā Ariſ. de regi. princip. Abſtinere a comeſtionibꝰ nimijs ⁊ a ſuperfluitate eſt ſumma medicina. Qđ aūt abſtinentia prolongat vitā: hoc patet per experientiam: qꝛ in principio mundi hoīes diu vixerūt: ratio vna fuit qꝛ parce ⁊ moderate vixerūt: quia vt legit̄ Adam vixit. dccccxxx. Et poſt eū plures alij habuerūt multos annos anteq̄ moriebātur. Nam Mathuſalem vixit dcccclxix. annis q̄ fuit antiquior inter oēs veteris teſtamēti. Itē hoc patet in ſanctis noui teſtamēti: ſicut Joānes euange. q̄ vixit a tempore paſſionis xp̄i. lxviij. annis ⁊ totū tēpus fuit. xcix. anni. Itē. b. Paulus primus heremita vixit. cxiij. an. Itē. b. Ant. vixit in heremo. cv. annis: ⁊ tales nō habuerunt diuerſa fercula nec pretioſa pocula. L Ex his omnibus patet ꝙ vtilius ⁊ ſalubrius eſt etiam q̄tū ad corpus comedere ſimplicē cibū et bibere ſimplicē potum ⁊ aſſuetum. Et ex his patet quomodo homo dꝫ ſe habere in ſumēdo cibum ⁊ potū. ſ. ꝙ debet comedere moderate ⁊ cum gratiarum actione. vnde legitur exemplū in vitaſpatrum ꝙ quidā ſenex deuotus comedit cum alijs pluribus fratribus ⁊ comedentibus illis vidit in ſpiritu ille ſenex ꝙ aliqui ad menſam ſedētes comedebant mel: alij panē: alij ſtercus ⁊ admirabatur intra ſeipſum: et deprecabatur deū dicens. Dn̄e reuela mihi myſterium hoc ꝙ idem cibus omnibus appoſitus eſt ſuper vnā menſam et manducādo ſic immutatus videt̄ ꝙ quidam edant mel: quidā autem panem: alij vero ſtercus: ⁊ venit vox deſuper dicens. Illi qui manducant mel hi ſunt qui cū timore ⁊ tremore ⁊ gratiarū actione ſedēt ad menſam inceſſanter orātes ⁊ eorū oratio ſicut incenſum aſcendit ad deū: ideoqꝫ mel comedūt. Qui autem panē manducant ſunt illi qui gratias agentes percipiunt ea que a deo ſunt donata illis. Illi aūt qui ſtercus comedunt hi ſunt q̄ murmurant ⁊ dicunt hoc bonum eſt hoc malum eſt. Hec autem fieri a nobis nō debēt ſed magis debemus glorificare deū atqꝫ laudes ei offerre vt in nobis impleatur illud dictū apoſtoli. j. Cor. x. ſiue manducatis: ſiue bibitis ſiue quid aliud facitis omnia in gloriam dei facite.

¶ De eadē dn̄ica. Ser. xcix. Quot modis peccet quis in comedendo.

ACcipiens ſeptē panes gratias agēs fregit ⁊c. M Circa ſecūdam partem precedentis ſermonis ſciendum ꝙ in comedēdo ⁊ bibēdo quinqꝫ modis pōt quis peccare mortaliter. Primo quando quis intantū diligit corpus ſuū ꝙ contra preceptum eccleſie quis paratus ſit comedere diebus ieiuniorū cum tamen bene poſſet ieiunare: ſed non vult corpus ſuum intantum moleſtare vt ieiunet: ⁊ ſic ſoluit ieiunium ſine cauſa quod ab eccleſia eſt preceptū. vnde herman. de ſchilditer dicit quando quis inordinate gule vel concupiſcentie inheret tanq̄ vltimo fini: ſicut de quibuſdā dicitur ad Phil. iij. Quorum deus venter eſt horū finis interitus ita ꝙ talis quaſi deū contendēs paratus ſit precepta dei tranſgredi vt delectatiōes gule aſſequatur talis grauiter peccat: qꝛ quicunqꝫ tranſgreſſus fuerit ieiunium qđ ſub precepto eccleſie eſt inſtitutum ſcienter ⁊ ſine cauſa ex contemptu peccat mortaliter. Secus eſt ſi ex rationabili cauſa hoc faciat. Secundo quando q̄s ſumit cibum illicitum ⁊ prohibitū: ſicut adam comedit in paradiſo fructum vetitum: ideo expulſus eſt. Sic ſimile eſt ſi q̄s comederet carnes vel etiā lacticinia in quadrageſima ille cibum illicitū ⁊ prohibitū comederet. N Circa qđ queritur a quibꝰ cibis ieiunantes debēt abſtinere. Reſpondetur ſecundum ſanctum Thom. ij. ij. q. cxlvij. In ieiunio quadrageſimali interdicitur vniuerſaliter oua ⁊ lacticinia. In alijs autem ieiunijs ſunt diuerſe cōſuetudines quas quis obſeruare debet ſm̄ mores eorū inter quos conuerſatur ⁊ moratur. vt patet diſtin. iiij. deniqꝫ. Eſus aūt carnium generaliter in omni ieiunio prohibitus eſt qꝛ generaliter magis delectabilis eſt et humorem luxurie magis cooperatur. vnde in ſextis ferijs neceſſe eſt abſtinere a carnibus ⁊ etiā in ſabbato ſcđm generalē cōſuetudinē. extra de obſerua. ieiu. c. cōcilium. Concor. Inn. Sciendū ꝙ homines tenent̄ totam quadrageſimam ieiunare ⁊ hoc in quadrageſimali cibo q̄ ſani ⁊ fortes ſunt ⁊ vti bene poſſunt tali cibo. vnde dicit̄ in decre. In quadrageſima eſt ieiunandū a lacticinijs. di. iiij. Deniqꝫ. Secꝰ eſt de illis qui ſunt infirmi ⁊ debiles vel etiā mulieres pregnātes ⁊ pueros lactātes: ⁊ in puerperio exiſtentes: qꝛ ſi neceſſitas corporalis debilitatis impedit eos vel eas nō tenentur ieiunare: immo ſi timeatur probabiliter de periculo vel de aborſu nō ſolum poſſunt ſed tenent̄ ſoluere ieiunium. Tertio quādo quis ſcienter cibū ſibi nociuum in viribus ⁊ in corpore comedit ꝑpter ſolam delectationem qua non vult carere. talis grauiter peccat: qꝛ facit cōtra charitatem qua hō tenetur ſe ideo diligere et vires ſuas preſeruare vt deo diutius poſſit ſeruire. ps. Fortitudinem meam ad te cuſtodiam. Contra qđ talis guloſos ⁊ voluptuoſus vires corporis debilitat ſcienter ⁊ vitā ſibi abbreuiat ſumendo talem cibum vel potum qui nō competit ſue nature. vnde et tantus poſſet eſſe appetitus illicitus ad talē nociuum cibum vel potū ꝙ homo deum grauiter offenderet. Aliquando em̄ dicūt ſcio ꝙ hoc nō competit mihi cōedere vel bibere et eque bene ſumunt quare niſi qꝛ volunt ſatiſfacere appetitui ⁊ delectationi. Sciendum ꝙ omnis cibus creatus eſt ad ſubſtentationem nature vt inde hō deo ſeruiat ergo ſi vnus cibus nature tue nō competit tunc bonitas dei diuerſa cibaria creauit ⁊ ſic tecum cibo tue nature competenti reficere poſſis. Item qui ſeſſiones longas faciunt et commeſſationes ⁊ conuiuia propter ſocietatem ⁊ complacentiam hominum ita ꝙ poſtmodum quandoqꝫ infirmantur: vel quādoqꝫ etiam citius moriuntur ex talibus longis ſeſſionibus ac ſuperfluis commeſſationibus etiā poſtmodum fiunt indiſpoſiti ad ſeruitium dei: ⁊ negligūt anime ſue ſalutem tales etiā grauiter deum offendunt. ſimiliter illi peccant qui talia conuiuia faciunt. Unde Aug. Quicūqꝫ ad bibendū pronus fuerit vel ad conuiuium alios inuerit ꝓ ſeipſis in die iudicij reus erit. Quarto quando ſumit cibū licitum et ſanum: ſed excedit in q̄ntitate: ſic quod perdit rationem vel nauſeam vel vomitum acquirit propter illam ſuperfluam crapulam talis etiā grauiter peccat. O Circa qđ ſciendū ſecundum Henri. de vri. Quicunqꝫ inebriatur vel quicūqꝫ excedit menſuram in comedendo. ſic hoc facit cū propoſito ⁊ intentione peccādi vel ſe replēdi nimis peccat mortaliter. Secꝰ ſi fit ignoranter ⁊ ſine propoſito vel ſi caſu euenerit vel ex fortitudine cibi vel potus: vel ex fragilitate ſumentis: tūc eſt veniale. Sciēdum ſecunduꝫ Hermā. de ſchilditz: quod quando quis intantum ſumit de cibo vel potu qđ oportet ſequi vomitum vel aliam inordinationem, vel intantum ſuperflue ſumit cum grauamine etiam ſine vomitu. vnde deberent et poſſent plures alij ſuſtentari qui forte fame periclitantur vel forte magna inedia perurgentur credo ꝙ in talibus caſibus etiā contingunt peccata mortalia: qꝛ manifeſte patet quod talis comeſtio fit contra charitatem proximi. Idem de nimia ſumptione cibi ſecundum eundem doctorem quando tanta eſt quod ꝑpter eam ratio abſorbetur: ⁊ corpus ſcienter nimis ab rebellionem ſpiritus ⁊ ad carnalia vitia incitatur. ita quod homo certitudinaliter ſcit quod ſumptis talibus cibarijs vel in tanta q̄ntitate ipſe nullo modo poteſt perſeuerare niſi peccata mortalia incidat: credo quod ſit peccatum mortale quia ille voluntarie precipitat ſe in periculum. De ebrietate autem ſciendum qđ ebrietas directe ratiōis vſum impedit et vehementius q̄ comeſtio: cum tamen bonum humanum fundat in vſu rationis. Doctores tenent cōmuniter quod ebrietas ex genere ſuo eſt peccatum mortale: quādo homo qui inebriatur ſcit pro certo potum eſſe inebria-

tium ⁊ ſcienter ⁊ volūtarie immoderate ſumit illum. Secus tamen eſt ſi neſciret potum eſſe inebriatiuum: vel tam ſubito inebriatiuum eſſe: vel nō credebat: vel nō intendebat ex propoſito eū ſumere immoderate ſic qñqꝫ poteſt eſſe peccatū veniale. Et credo ꝙ minus peccatū ſit ebrietas in his q̄ habent capita debilia ꝙ citiſſime ex potu modico inebriant̄: ne etiā audeo dicere ꝙ in eis ſit peccatū mortale: ⁊ forte in aliquo tāto viliores reputantur illi in moribꝰ ⁊ ex natura male diſpoſiti q̄to citius ⁊ facilius vſum rationis et bonum humanū amittunt et cū debelitatem ſuā multotiens experiātur qđ tamen non cauent. Et pro tanto etiā ebrietas poteſt eſſe in eis grauius peccatū pro q̄to eſt magis continua: qꝛ ſic in habitu deducitur ⁊ ipſi ex habitu peccare vident̄: non ex paſſione aut ignorātia. Ebrietas valde deteſtāda eſt: qꝛ nō ſolum eſt peccatū mortale ſcđm genus ſuū: ſed etiā quādoqꝫ maximū peccatum. ſ. multorum peccatum cauſa. vnde Orige. in omel. xxvij. Sicut ebrietas eſt mater omnium vitiorum: ſic econuerſo ſobrietas eſt mater omniū virtutū. Itē ebrietas facit de homine beſtiā: et de robuſto infirmū: ⁊ de prudēte inſanū. vnde Amb. in li. de pe. Ebrioſus dū abſorbet vinum abſorbetur a vino ⁊ abominatur a deo: deſpicitur ab angelis: deridetur ab hominibus: deſtituitur a viribus: confunditur a demonibus. Sciendum ꝙ valde periculoſum ⁊ ſtultū eſt inebriari. qꝛ ebrioſus cōparatur animali nō habenti rationem p̄s. Nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus quibus nō eſt intellectus. qꝛ per rationem hō ſolū differt ab alijs aīalibus irrationabilibus. vnde Ariſt. vij. poli. Inter oīa animalia ſolus hō habet rationē. Itē ꝙ periculoſum ſit inebriari patet ex hoc: qꝛ ſi homo in tali ebrietate occideret̄: vel al's quacūqꝫ morte alia moreretur, eternaliter dānaretur. Et eſt plurimū periculoſa mors ſic mori: qđ probatur per hoc qꝛ qñ homo cū deliberatione ⁊ ex propoſito inebriatur: tunc peccat mortaliter illud peccatū nō dimittit ſine vera contritione et interim ꝙ ſic eſt priuatus vſu rationis nō poteſt cōteri. ergo ſi ſic moritur nūqꝫ ſaluabitur: ſecus eſt quando homo habens vſum rationis ſubmergitur, vel al's occidit̄: tunc in momento pōt conteri de peccatis ſuis: et ſic ſaluari. vnde Augu. Ebrietas aufert memoriam: diſſipat ſenſum cōfundit intellectū: cōcitat libidinem: oīa mēbra debilitat. vitā diminuit ⁊ oēm ſalutem exterminat. ¶ Qualem aūt penā habebūt guloſi ⁊ ebrioſi patet per tale exemplū. Legit̄ ꝙ quidā miles frequēter inebriat̄: ⁊ cum quodā crucibulo ad dedicationes perexit ⁊ tabernas viſitauit ſꝫ de eccleſijs indulgentijs nihil curauit: q̄ poſtmodū infirmatus rogatus eſt a deuota filia ſua vt ei poſt mortē appareret ⁊ ſtatū ſuū ei indicaret. Qui poſt obitū ſuū ei infra. xxx. dies apparuit ⁊ crucibulū in manu eius habuit ⁊ ignitus ex toto fuit. Et filia eiꝰ perterrita q̄s eſſet queſiuit. vt q̄d cū crucibulo vellet: q̄ reſpōdit. Pater tuus ſum ⁊ in illo crucibulo habeo potum meuꝫ de quo dicit p̄s. Ignis ſul. ⁊ ſpi. ꝓcel. pars ca. eorū. Tunc ſcđo queſiuit vtrū ſibi ſuffragari poſſet. R̄ndit non immo nec oēs ſancti in celo qꝛ ſñia euangelij data eſt ſup me vbi dr̄. Ligatis manibꝰ ⁊ pedibꝰ pĳcite eū in tenebras exteriores: ibi erit fletꝰ ⁊ ſtridor dentiū. Tūc cepit clamare ter. ve. ve in amaritudine. Ue in multitudine. Ue in eternitate penarū. Unde Greg. in mora. Qui nūc ſe male in voluptatibꝰ dilatat: illū poſtea in ſupplicijs pena anguſtat. Quinto cū quis intm̄ diligit cibū qđ appetitus delectationis eſt cauſa finalis ⁊ principalis ſumendi cibū delectabilem ſic ꝙ preponit talē delectationē eo q̄ principalis cauſa ⁊ finalis dꝫ eſſe in omnibus operibus. Et talē delectionē querunt homines voluptuoſi: qui ſolū ſm̄ corpꝰ viuūt ⁊ curam carnis in deſerto perficiūt. ap'ls Rom. viij. Si ſm̄ carnem vixeritis moriemini. De q̄bus Hiero. in epoſtola. Difficile immo impoſſibile eſt vt preſentibus q̄s ⁊ futuris fruatur bonis: vt hic ventrem ⁊ illic mentē impleat ⁊ de delitijs tranſeat ad delitias. Sciendū tamen ꝙ quādo q̄s eſurit ⁊ ſic eſuriendo comedit et delectatur in cibo nō eſt peccatum: qꝛ hoc naturale eſt omni animali. Itē ſi quis preparat cibū ea intentione vt eū ſumere poſſit: qꝛ aliter nō poſſet hoc iterum poſſet fieri ſine peccato. Unde Augu. de verbis dñi. Utantur diuites ↄſuetudine infirmitatis ſue: ſed doleant ſe aliter nō poſſe. melius enī poſſent ſi aliter poſſent. Ergo quilibet xp̄ianus cibū preparatū cū gratiarū actione debet accipere nec debet nimis auide comedere: nec nimis delicata cibaria appetere: ſed neceſſitatē ciborū accipere ſemperqꝫ in deū corde tendere ſi non ſemper actu tn̄ habitu. vnde Aug. de verbis dñi. Si quid mānducas ⁊ bibis ad refectionē ⁊ recuperationē mēbrorū ⁊ gratias agis ei qui tibi mortali tribuit hec ſuffragia cibꝰ tuus ⁊ potus tuus deum laudant.

¶ Dñica. viij. poſt octauam trinitatis ſer. c. De hereticis ⁊ hypocritis.

Attendite a falſis prophetis q̄ veniūt ad vos in veſtimentis ouium ⁊c. Matt. vij. Scđm leges humanas puniendi ſunt falſarij literarū regaliū ⁊ bullarum. ſimiliter ⁊ falſarij monetarū. Falſarij literarū ſunt heretici q̄ literas ſummi remis. i. ſacram ſcripturam falſificant: quā etiam filius dei per quinqꝫ bullas. i. ꝑ quinqꝫ vulnera roborauit. Falſarij monetarum ſunt hypocrite. Monete enī regis celeſtis ſunt ieiunia: orationes: eleemoſyne que ipſi falſo modo faciūt qꝛ in his nō attendūt honorē dei: ſed fauorē ſeculi. Et ab his duobus prophetis debemus nos ſollicite cuſtodire. Ideo xp̄s dicit in verbis premiſſis. Attendite a falſis prophetis ⁊c. Unde in p̄ſenti ſermone tria ſunt dicenda. Primo quomodo heretici cognoſcendi ſunt. Scđo quomodo hypocrite cognoſci poſſunt, ⁊ quare hypocriſis deteſtanda ſit. Tertio quando hypocriſis eſt peccatum mortale ⁊ quādo non. ¶ Circa primū ſciendum ꝙ heretici per quinqꝫ cognoſci poſſunt. Primo qꝛ in occulto predicant: ⁊ hoc eſt manifeſtum ſignū malitie. Joh. iij. Qui male agit odit lucem. Sed oppoſitum xp̄s docuit: vt habetur Johā. xviij. Quādo annas queſiuit a xp̄o de doctrina ⁊ diſcipulis eius: tūc xp̄s reſpōdit. Ego palā locutus ſum mundo: ⁊ in occulto nihil: ideo interroga qui audierunt ⁊c. Hoc eſt ſignum bone ⁊ ſalubris doctrine quādo quis aperte docet: quia veritas nō querit angulos. ecōuerſo aūt doctrina in angulis eſt ſuſpecta. Sciendū ꝙ annas a chriſto duo queſiuit. ſ. que eius doctrina eſſet ⁊ q̄ eſſent ſui diſcipuli. Et ſolum xp̄s reſpondit de doctrina. ⁊ nihil dixit de diſcipulis: qꝛ pro tūc nihil boni potuit dicere de diſcipulis: qꝛ omnes relicto eo fugerunt: ⁊ tunc etiā noluit quicqꝫ mali de eis loqui dans nobis exemplum in hoc quod quādo interrogamur de ſtatu proximorū ſi tūc aliquid boni ſcimus hoc dicere debemus ⁊ nullo modo malum proximorum publicare: ſed potius omnino tacere de proximis exemplo xp̄i. Scđo heretici cogno- 2. ſcuntur in hoc ꝙ prelatis eccleſie detrahunt. ſ. dñis pape ep̄is: ſacerdotibus: et alijs religioſis ⁊ hoc faciunt vt laicos poſſint concitare cōtra clerū qꝛ prelati et alij literati reſidūt hereticis ⁊ impugnat eos: vt ergo ſeculares credāt hoc fieri ex vindicta ⁊ inuidia: tūc ipſi heretici cōtrarientur prelatis ⁊ detrahunt eis directe ⁊ indirecte q̄tū poſſunt. Item ipſi impugnāt poteſtatē prelatorū ⁊ libenter clericorum ipſis a xp̄o collatam ⁊ in hoc cōtradicunt euangelio vbi xp̄s dicit. Quecūqꝫ ligaueritis ſuper terrā erunt ligata ⁊ in celis ⁊c. Et intelligitur hoc ſignāter de vinculo excōicationis de qua excōicatione peruerſi heretici nihil tenēt: nec etiā tenent de abſolutione peccatorum que poteſtas ſolis ſacerdotibus collata eſt. Unde xp̄s dixit diſcipulis ſuis: vt habet̄ Joh. xx. Accipite ſpm̄ſctm̄ quorū remiſeritis peccata remittuntur eis: quorꝫ retinueritis retenta ſunt. Et eadem verba ep̄s dicit ordinando ſacerdotes: q̄ a ſufflando ſuper capita eorū dicit, accipite ſpiritumſanctū ⁊c. Sed illi peruerſi heretici ſibi mutuo cōfitentur ſcꝫ vnus laicus alteri: ergo quecunqꝫ detrahunt prelatis ⁊ ſacerdotibꝰ ⁊ impugnant poteſtatē et libertatē cleri eſt valde ma- 3. gnum ſignum. Tertio cognoſcūtur: quia

mulierculis ⁊ ſimplicibus libenter loquū-
tur qui non pn̄t intelligere fraudes ipſoꝝ
⁊ frequenter allegant ſanctos doctores. ſ.
Aug. Hiero. Ambro. Grego. ⁊ ſic de alijs.
lꝫ ipſi heretici ſint ſeculares ⁊ loquuntur
placētia: vt eo libentiꝰ audiātur. Apl's. ij.
Thi. iiij. Erit tp̄s cū ſanam doctrinā non
ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coacer-
uabunt ſibi magiſtros prurientes auribꝰ ⁊
a veritate quiquidē auditū auerterent ad
fabulas autē conuertunt̄: qꝛ ipſi peruerſi
heretici volūt viā celi facere latā quā xp̄s
dicit eſſe arctā vt habetur Mat. vij. Arcta
eſt via q̄ ducit ad vitam. Hoc pꝫ: qꝛ hereti
ci aſſerūt ſimplicē fornicationē nō eſſe pec-
catum mortale: qd̄ tamē eſt falſum. Itē
dicūt ſuperbiā in veſtibꝰ iam eſſe in cōſue
tudine: ⁊ ꝙ ideo ſuperbi de peccato excu-
ſentur qd̄ eſt falſum. vñ Iſid. Conſuetudo
autoritati cedat: prauum vſum lex ⁊ ratio
vincat. Quarto cognoſcuntur heretici in
hoc qd̄ opponūt ſe ordinatiōi ⁊ preceptis
eccleſie. ſ. in celebrādo feſta. Ipſi enim di
cunt ꝙ feſta ꝓpter lucra ⁊ oblationes in-
uenta ſunt a ſacerdotibꝰ. ſimilr̄ de ieiunio
⁊ alijs preceptis eccleſie nō curāt obedire
contra quos dicit xp̄s in euang. Lu. x. Qui
vos aud. me au. q̄ vos ſpnit: me ſpnit etiā
qd̄ grauiꝰ eſt aliq̄ heretici loquunt̄ ꝯ ſacra
aliqua ſcꝫ cōtra ſcr̄m mr̄imonij baptiſmi ⁊
euchariſtie. Et etiā aliqui heretici nihil
tenent de aqua benedicta vel de locis con
ſecratis. ſcꝫ de cimiterijs nec de animarū
ſuffragijs. vnde apl's. j. Thi. iiij. In nouiſſi
mis diebus deſcedent quidā a fidē atten
dentes doctrinā loquentiū mēdacium ꝓ-
hibentiū nubere ⁊c. Quinto cognoſcūtur
heretici in hoc qd̄ libēter faciunt illa opa
que oſtēdunt eos eſſe ſanctos ⁊ deuotos
apud homines ſicut genuflexiones ⁊ lon-
gas orationes: qꝛ vnus hereticus quādo-
q3 orat ꝑ tres horas flexis genibꝰ: ſed om
nia illa faciunt vt videātur ab hoībus. et
ſciendū ꝙ oēs heretici cū omnibus ſuis
fautoribus ſunt ipſo facto excommunicati
maiori excōmunicatione. ℟ Circa ſcd̄m
ſciendū ꝙ hypocrite ꝑ quinq3 cognoſcū-
tur. Primo cognoſcūtur per hoc ꝙ oppri-
munt bonū ⁊ obloquunt̄ eis. Nā oēs hypo
crite ſūt detractores bonoꝝ ⁊ adulatores
malorū: qꝛ hypocrite bona opera bonorū
in peius interpretātur ⁊ mala opa diuitū
excuſant ⁊ in bonū interpretātur: ⁊ hoc fa-
ciunt ꝓpter fauorē ⁊ lucrū. vñ Bern. Alijs
adulāte detrahentes mordaces vt canes:
doloſi vt vulpes: ſuperbi vt leones: intrin-
ſecus autē ſunt lupi rapaces. Ergo vbicun
q3 cernis vnū in habitu ſpirituali qui de-
trahit proximis ⁊ libēter mala noua nar-
rat de alijs ſcias eandē perſonam eſſe hy-
pocritam. Scd̄m ſignū eſt facilis reprehē-
ſio aliorū: qd̄ faciūt ideo vt videāt̄ habere
zelum ⁊ charitatē pctā aliorū aggrauāt
⁊ magna reputāt: ſua autem pctā parua ⁊
leuia eſtimāt. reprehēdūt alios ⁊ ſeipſos
non emēdant: cōtra quos dicit xp̄s in euā
ge. Luc. vj. Quid autem vides feſtucā in
oculo fratris tui: trabem autem q̄ in oculo
tuo eſt nō conſideras. Hypocrita eijce pri
mo trabem de oculo tuo: ⁊ tunc proſpicies
vt educas feſtucā de oculo fratris tui. Ber.
Hypocrite volūt eſſe ſine autoritate iudi-
ces ſine viſu: teſtes poſtremo falſi accuſa-
tores ⁊ omni veritate carētes. ℟ Tertio
hypocrite cognoſcuntur in hoc ꝙ in aduer
ſis ſunt valde impatiētes: ſuꝑ omnes emi
mouent ⁊ offendūtur ad contumelias ſibi
dictas: immo vnum verbū ipſis in contra-
rium dictum ipſos perturbat ⁊ hoc eſt ſi-
gnum ſuperbie. vnde Hiero. Qui laudem
non appetit contumeliam non ſentit. Id
eſt ſignū ꝙ ſunt vacui gratia dei. vñ Gre-
go. Qualis vnuſquiſq3 apud ſe lateat illa-
ta cōtumelia probat ſed tales qui propter
vnum verbū ipſis in cōtrarium dictū mo-
uentur non ſunt veri religioſi nec deuoti
ſed hypocrite: qꝛ nihil volunt ſuſtinere ꝓ-
pter deum. vnde Bern. Hypocrite volunt
eſſe humiles ſine deſpectu pauperes ſine
defectu: bene veſtiti ſine ſollicitudine: de-
licate paſci ſine labore. Quarto cognoſcū
tur per hoc quod deus permittit eos quā-
doq3 cadere in publica ⁊ manifeſta pecca-
ta etiam quandoq3 reuelat occultam ne-
quitiam eorum ſic ꝙ confundantur hic co-
ram hominibus: ⁊ hoc ſignanter contin-
git illis qui ſe eſtimant eſſe bonos ⁊ ſper-
nunt alios. Unde Iſid. lib. iiij. de ſum. bo

Plerumq3 vtile eſt arrogantibus deſeri a
deo quatenus ſue infirmitatis conſcij ad
humilitatē redeant vt humiles poſt caſū
exiſtant. vnde etiam Bern. in tractatu et
ſeptem donis. Multo melius eſt eſſe pec-
catorem humilē q3 iuſtū arrogantem. ℟
Quinto cognoſcunt hypocrite quando
nimis humilia de ſeipſis dicunt: ⁊ eadem
ab alijs de ſe dici audire nolunt. ſicut ali-
qui dicunt: ego ſum malus ⁊ peſſimus: ſed
ſi hoc idem alius de ipſis proferret hoc
omnino nō ſuſtinerent ſed proteruis ver-
bis cōtradicerēt. Et hoc eſt ſignū ſuperbie
⁊ hypocritarū. vnde Grego. in moral. Su-
perbie vitiū eſt vt qd̄ ſe fateri quiſq3 quaſi
ſponte dignatur ſibi hoc dici ab alijs de-
dignatur vnde bonorū ⁊ humiliū eſt ſe nō
laudare nec etiam ſe multū vituperare.
vnde Cato. Non te collaudes nec te culpa
ueris ipſe. Hoc faciunt ſtulti quos gloria
vexat inanis. Exemplum legimus ꝙ erat
quedam incluſa q̄ apparebat valde deuo-
ta ⁊ conſueuit frequenter dicere ad ſuum
cōfeſſorem q̄ ſepius eam acceſſit ⁊ cōfeſſio
nem eius audiuit. O bone dñe orate deū
pro me: ego ſum ita mala ⁊ peſſima mu-
lier ꝙ timeo ne dominus alios homines
puniat propter delicta mea. Tunc ſacer-
dos ſicut vir diſcretꝰ voluit experiri vtrū
eſſet ſibi fundamentū vere humilitatis: ⁊
alia vice quādo ipſa iterum ſibi talia ver
ba protulit dicens ſe eſſe peſſimā pre alijs
mulieribus: tunc ſacerdos reſpondit ei di-
cens: hoc ego ſepius audiui antea de te di
cē tunc ipſa immediate cōmota dixit. Uos
mentimini ad collū veſtrum: ⁊ quicūq3 vo
bis dixit vel de me talia loquitur ſimili-
ter mentitur: qꝛ nunq3 fui talis ſicut iā me
aſſentis. Tunc ſacerdos humiliter reſpon
dit dicens. Modo ego intelligo tuam ſu-
perbiam ⁊ hypocriſim qꝛ tu loqueris de te
ipſa quod ab alijs dedignaris audire. Et
hoc eſt ſignum non vere humilitatis ſed
ſuperbie interioris. ℟ Circa ſecundum
ſciendum ꝙ hypocriſis eſt peccatum val-
de deteſtandum. Primo quia hypocrita
eſt ſimia diaboli volens imitare filios dei
⁊ ꝙ filij dei faciunt ad ſui decorationem:
ipſe facit ad ſui iugulationem: ſicut de ſi-
mia quadā refertur exemplū. Quod qui-
dam pauper ſutor preparabat calceos et
ſcidit corium ad calceos: ⁊ cōcito ſurrexit
⁊ cultellum de manu depoſuit: tamcito ſi
mia ex oppoſito in domo cuiuſdam diui-
tis qui eam obſeruabat accurrit: ⁊ etiam
ſibi corium proſcidit volens facere ſicut a
ſutore vidit ⁊ ſic deſtruxit pauperi ſuū co-
rium quod ipſe pauper diuiti ſepius con-
queſtus eſt: ſed ille diues modicum ver-
ba ſua curauit: vnde poſtea vna vice ille
ſutor vnam nouaculā cepit ad manū ⁊ ra
ſit ſibiipſi barbā ⁊ ſub collo ſuo ⁊ ſub gut
ture ſuo: quod cernēs ſimia etiā poſt re-
ceſſum ſuum aduenit ⁊ nouaculam rece-
pit: ⁊ ſic ſimiliter ſibiipſi voluit facere ſi-
cut vidit: ⁊ ſic ſibiipſi abſcidit collum: ⁊ ſic
hypocrite faciunt ſibi ad perniciem: ꝙ bo
ni ſibiipſis faciunt ad ſalutem. Secundo
poteſt valere ad deteſtationem huius pec
cati pena quam ſcriptura eis comminā-
tur: ⁊ vna pena eſt ꝙ nunq3 videbunt fa-
ciem dei niſi cōuertant̄. vñ Iob. xiij. Nō
veniet in cōſpectu eius oīs hypocrita: nec
mirū cū deus non ſit ante ꝯſpectū hypo-
crite: qꝛ omnia opera ſua facit vt ab homi
nibus videatur hoc vnū qd̄ multū diſpli-
cet deo ⁊ ecōuerſo multū placet deo ꝙ ho
mo cor ſuum ⁊ intentionem ſuam ſepe eri
gat ad deū. vnde ſuꝑ illud p̄s. Firmabo ſu
per te oculos meos dicit gl. in perſona do-
mini. Non offeram a te oculos meos. qꝛ tu
ſemper leuas oculos tuos ad me. Tertio
poſſunt valere ad deteſtationem huius
peccati maledictiones multiplices quas
dominus ieſus ſuper hypocritas protulit.
Mat. xxij. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei hy-
pocrite qꝛ clauditis regnū celorum ante
homines: vos enim non intratis nec intro
euntes ſinitis introire. Item ve vobis ſcri
be et phariſei ⁊ hypocrite que comeditis
domos viduarum orationes longas oran
tes. Item ve vobis ſcribe ⁊ phariſei hy-
pocrite qui manducatis quod de foris eſt
⁊c. Item ve vobis ſcribe et phariſei hy-
pocrite qui ſimiles eſtis ſepulchris deal-
batis ⁊c. et ſic de alijs pluribus male-
dictionibus qui in euangelijs inueniun-
tur: ſed quereres quare dominus ita

perſequebat hypocritas. Reſpondet ſm Guil. lug. ꝙ ideo qꝛ ipſi ſunt proditores ſimulãtes ſe eſſe ex parte dei ⁊ ſunt ex parte diaboli. Uident eñ eſſe amici; ⁊ ſũt inimici ⁊ idõ multũ poſſunt nocere eccleſie dei. Uñ heretici per hypocriſim hoĩes decipiũt: et antichriſtus q̃ erat caput maloꝝ ꝑ hypocriſim hoĩes decipiet. ¶ Circa tertiũ queritur quot modis ſit hypocriſis ⁊ quando ſit mortale ⁊ qñ non? Reſpondet ꝙ multis modis hypocriſis cõmittit. Primo qñ quis oſtendit ſanctitatẽ quã nõ hꝫ nec habere curat ſed tm̃ vt ſanctus appareat et ſctũs reputet; ſic ſm ſctm̃ Tho. ij. ij. q. cxi. eſt pctm̃ mortale: qꝛ nullus totaliter priuatur ſanctitate: niſi per pctm̃ mortale. vñ dicit Aug. ſup ps. lxiij. Simulata equitas non eſt equitas ſed duplex iniquitas. Et hoc ptꝫ ꝙ hypocriſis talis eſt duplex pctm̃ ſcꝫ iniquitas: qꝛ occulte iniqui ⁊ mali ſunt et falſitas: qꝛ fingunt ⁊ mentiũtur ſe eſſe ſanctos ⁊ non ſunt. Unde Hiero. in epiſtola. Duplicis peccati reus eſt nõ hr̃e qd̾ crederis ⁊ qd̾ nõ habueris ſimulare. vnde in decre. xij. q. i. c. nolo. dicit ꝙ lꝫ hypocrita viuuat corporaliter: mortuus tum eſt ſpiritualiter. Secũdo ſi ſanctitatẽ oſtendit vt falſam doctrinã ſcꝫ hereſim ſeminare poſſit talis peccat mortaliter; ⁊ facit ꝯtra deũ ⁊ ſalutẽ propriã ⁊ ꝓximi: ⁊ talis ſimulatio ſanctitatis eſt cõis hereticis: quia heretici multũ ieiunant ⁊ genuflexiones longas faciunt vt ſic hoĩes decipiãt ꝙ ſuis doctrinis credãt. Tertio ſi oſtendit ſanctitatẽ propterea vt poſſit ſibi eccleſiaſticã dignitatem acquirere ad quã tñ indignus eſt: ⁊ talis etiã deũ grauiter offendit. vñ Ber. ſuper miſſus eſt ⁊c. O fratres quotiens hominibus preeſſe deſidero totiẽs deũ meũ preire contẽdo. ⁊ tunc vere nõ ſapio q̃ dei ſunt. Unde Auguſti. in lib. de doc. xp̃iana. Cum homo illis que ſibi ſunt naturaliter pares: hoc eſt dominibus dominari affectat intolerabilis quidẽ ſupbia eſt. Quarto ſi quis oſtendit ſanctitatẽ vt iniuſte acquirat quecũq; bona temporalia in quib⁹ finẽ cõſtituit: hoc ſm Hermã de ſchilditꝫ eſt peccatũ mortale: qꝛ etiã ſic patet. Quãuis eñ talis vbi non querit honorem ⁊ eccleſiaſticam dignitatem vt ambitioſi: nec querit falſam doctrinã ſeminare vt heretici: tamẽ querit temporalẽ ſubſtantiã cõgregare; ideo qꝛ auarus eſt ⁊ auaro nihil celeſtius. Unde Aug. Auarus anteq̃ lucretur: ſeipſum perdit; ⁊ anteq̃ aliquid capiat capit. vnde etiam Chry. ſuper Matt. Qui pecunie ſeruit: ⁊ preſentibus cõpedibus ſtringitur ⁊ futuri. Quinto ſi quis oſtẽdit ſanctitatẽ fictã ⁊ in ipſa ſola fictione delectatur; cũ alias nullum malũ pretendat: peccat venialiter ſm Herman. de childitꝫ de quo dicit Ariſt. iij. ethi. ꝙ talis magis videtur vanus q̃ malus. Sexto quis ſimulat ſanctitatẽ quã libẽter haberet credo ꝙ nõ peccat mortaliter. Septimo ſi quis ſimulat ſanctitatẽ occultando ſuum peccatum ne alij ex hoc ſcandalizentur: ⁊ hoc ſm Tho. ij. ij. poteſt fieri laudabiliter vt aliquis occultet pctm̃ ſuũ ne alij ſcandalizentur qꝛ ve homini per quem fit ſcandalum. Octauo cũ quis ad honorẽ dei ⁊ proximi edificationẽ ſimulat ſanctitatem vt quando aliquis bonus religioſus maiorem morum compoſitionẽ oſtendit coram extraneis vt ipſi magis edificentur: iſte non peccat ſed meret. vnde Mat. v. Sic luceat lux veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bona ⁊ glorificent patrem veſtrum qui in celis eſt.

¶ De eadem dominica. Sermo. cj. de [illegible] penis inferni.

Omnis arbor que non facit fructũ excidetur ⁊ in ignem mittetur. Mat. vij. Sciendũ ꝙ ſi tanta pena eſt ſterilis arboris que fructũ non producit: q̃ta putatis eſſe arboris fecunde cũ malis fructibus. naꝫ de ſterili dicit Lu. xiij. Succidite infructuoſam arborem vt quid etiã terram occupat. Ergo quiſq; diligẽter dꝫ attendere ne ſit ſterilis ⁊ infructuoſa arbor quia tales infructuoſi poſtq̃ fuerint ꝑ mortẽ exciſi: in ignẽ eternũ mittẽtur prout in verbis premiſſis innuitur vbi xp̃s dicit. Omnis arbor q̃ nõ facit fructũ ⁊c. Unde in preſenti ſermone tria ſunt dicẽda: Primo qualr̃ exciduntur peccatores. Scd̾o quõ in ignẽ mittuntur. Tertio q̃s ibi erit eoꝝ cib⁹ ⁊ potus. ¶ Circa primũ ſciendũ ꝙ quinq; ſunt exciſiones peccatoꝝ. Prima exciſio eſt mors corporalis per quã excidit homo a p̃nti vita: ⁊ ꝑ quã aĩa ſeparat a corpe: qꝛ ſm Ariſt. in lib. de pomo ⁊ morte. Mors nihil aliud eſt q̃ receſſus aĩe a corpe: ⁊ ꝑ quã homo perdit tp̃s gratie q̃ nihil precioſius eſt in hac vita. Unde Bern. Nihil precioſius tp̃e: ⁊ heu nihil eo vilius inuenitur tranſeunt dies ſalutis: ⁊ nemo recogitat: nemo perire ſibi diem ⁊ nunq̃ rediturũ cauſat: ſed ſicut nec capillus de capite ſic nec momentũ peribit de tp̃e. Secũda exciſio eſt ſpoliatio cõſanguineorũ bonoꝝ delectationũ diuitiarum ⁊c. ps. Cum interierit homo nõ ſumet oĩa ſecum: neq; deſcẽdet cũ eo gloria eius. Item Luc. xix. Omni habenti ſupple ſpirituale bonum: dabitur ſupple eternũ ⁊ abũdabit. ⁊ qui nõ habet ſupple ſpirituale bonum: ⁊ qd̾ videt habere auferetur ab eo: ſcꝫ illa temporalia ⁊ tranſitoria. Et iſta exciſio erit grauis iſtis peccatorib⁹ qui iſta tp̃alia hic nimis diligunt. vñ Ariſto. Separari ab amicis ⁊ cõſuetis mirabile eſt ⁊ hoc pꝫ qꝛ ſepari ab vxore ꝓpria: a pueris conſanguineis ⁊ domib⁹: ab agris a pecunijs ⁊ a veſtibus ab honoribus ⁊ diuitijs: iſtis amatorib⁹ huius mũdi multũ graue eſt. Tertia exciſio eſt amarior qua exciduntur a cõſortio bonorũ tam in celo q̃ in terra viuentiũ. Licet eñ in mũdo iſto ſimul viuant. ſ. boni ⁊ mali: tamẽ in futuro ſeparabuntur. vnde Mat. xv. Exibunt angeli ⁊ ſeparabũt malos de medio iuſtorũ. O q̃ amarum erit ſeparari a beata virgine maria ab apl'is a martyribus cõfeſſoribus ⁊ v̾ginis ab oĩb⁹ electis angelis: ⁊ ab oĩb⁹ tuis charis amicis qui hic volũtatem dei fecerunt ⁊ amodo cũ xp̃o imperpetuũ regnabunt. Quarta exciſio eſt ꝙ exciduntur a ſtatu mĩe ⁊ pnĩe: ſic ꝙ ampli⁹ nunq̃ poſſunt penitere: nec miam dei inuenire. ¶ Sciendũ ꝙ ſi beata virgo cũ omnib⁹ ſanctis vſq; ad nouiſſimũ diem pro vna damnata anima ſupplicaret ipſe xp̃s eaꝫ nulla tenus exaudiret: hoc propter duas cauſas. Prima quia damnati ſunt extra ſtatum et terminum gratie ⁊ mĩe: ita ꝙ nulla gratia poteſt pertingere ad eos dño dicente per prophetam Malac. i. Iſti vocabuntur termini impietatis: ⁊ populus cui iratus eſt dominus vſq; in eternũ. Hinc dicit Matt. xxij. Ligatis manibus ⁊ pedibus eius: mittite eum in tenebras exteriores ideſt extra ſtatum miſericordie ⁊ pnĩe. Lu. xvi. Inter eos ⁊ vos ideſt inter electos ⁊ damnatos: chaos magnum firmatum eſt vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos non poſſunt: neq; inde huc tranſmeare. Secũda cauſa eſt quia deus qui eſt eterna veritas fortiſſimũ iuramentum preſtitit ꝙ tales nunq̃ miſericordiã cõſequentur: qꝛ lꝫ ſit omnipotens tamen nullo modo põt venire contra eũ iuramentũ. Hoc autẽ iuramẽtum tam in veteri q̃ in nouo teſtamento eſt firmatum. Nam in veteri teſtamẽto dicitur Hier. xv. viuit domin⁹ ſi ſteterit moyſes ⁊ ſamuel coram. nõ eſt anima mea ad populũ iſtum: eiice eos a facie mea. Ergo dicit deus omnibus iam electis in celo et in terra viuentibus. Hiere. xi. Noli orare pro populo iſto qꝛ non exaudiã te. Item in nouo teſtamento dicit chriſtus. Matth. v. Amen dico vobis non recedent inde donec reddant nouiſſimuꝫ quadrantẽ. Ideo etiam dicet eis in iudicio illud Matthe. xxv. Ite maledicti in ignem eternum: qui prepara. eſt dia. ⁊ ang. eius. Ex quibus patet qd̾ pro anima damnata non eſt orandum: qꝛ nullũ ſuffragium ei prodeſt Aug. Si ſcirem patrẽ meũ in inferno: non plus orarem pro eo quam pro diabolo. Quod autem anima damnata ſit extra ſtatũ miſericordie ⁊ quod nunq̃ liberabitur oſtẽdit Greg. in mo. vbi dicit. Quiſquis ad inferni mala toleranda deſcenderit nequaq̃ vlterius ad lucem redibit nec vltra miſericordia parcentis liberat quos ſemel in locis penalibus iudicia iudicantis damnat. ¶ Quinta exciſio eſt priuatio diuine viſionis ⁊ iſta exciſio eſt amariſſima. vnde Chryſo. ſuper Matth. Due ſunt pene eternales excidi ⁊ in ignem mitti multi gehennam horrent ego autem caſum glorie multo maiorem forte dico. Et enim decem milia melius eſſet fulmina ſuſtine-

ſe ꝗ̃ xp̃i faciem manſuetiſſimā auerſaꝫ in iudicio non videre ⁊ ad ipſa ſeparari qđ amariſſimum quid ſit excludi a deo ⁊ ſanctis ⁊ omnib⁹ electis ⁊ angelis dei oſtendit etiā Chꝛy. in quodā ſer. dicens. Excludi a bonis eternis ⁊ alienū effici ab his q̄ pꝛeparata ſunt ſanctis tm̄ cruciatū ⁊ tantum doloꝛem infert vt ſi nulla pena extrinſecus toꝛqueret hec ſola ſufficeret. Unde Hug. li. de anima dicit quiſputas tunc meroꝛ erit que triſtitia qn̄ ſeparabunt̄ impij a conſoꝛtio ſanctoꝛum ⁊ viſione dei: ⁊ traditi in poteſtatem demonum ibunt cum ipſis in ignem eternum: ibi quod ſemper erūt ſine fine in luctu ⁊ in gemitu: vbi erit doloꝛ intolerabilis moꝛs coꝛpoꝛis ⁊ aīe ſine fine ⁊ ſine ſpe venie: ⁊ miſericoꝛdie: vel nec qui toꝛquet aliqn̄ fatigatur: nec qui toꝛquet̄ aliqn̄ moꝛit̄: ſꝫ ſic moꝛiunt̄ vt ſp̄ viuāt ⁊ ſic viuūt vt ſemp̄ moꝛiāt̄. ¶ Quātū ad ſcđꝫ tūc poſt excuſionē xp̄i pctōꝛes in igneꝫ mittēt̄. Circa quē ignē ſciēdū eſt ꝙ eſt qn̄tuplex differentia inter ignem inferni, ⁊ pſentis ſeculi. 1 Prima differentia eſt ꝙ ille ignis pꝛeſens hꝫ ſe quo ad caloꝛem reſpectu ignis inferni tanꝗ̃ ignis depictus ad ignem verū: qꝛ ſicut ignis depictus in pariete hꝫ magnā differentiā reſpectu ignis noſtri ꝗ̃tū ad caloꝛem ſic ignis noſter hꝫ ſe ad ignem inferni. 2 Secunda differentia: qꝛ ignis pꝛeſens ſoluꝫ exurit coꝛpus ab extra: ſed ab intra animaꝫ vrere non poteſt: ⁊ etiam anteꝗ̃ penetret viſcera interioꝛa ipſius coꝛpoꝛis tunc homo antea moꝛit̄: ſꝫ ignis inferni vrit coꝛpus ab extra ⁊ intra: ⁊ vrit tam animā ꝗ̃ coꝛpus ſic ꝗ̃ ipm̄ coꝛpus erit tanꝗ̃ ferrū candēs ab intra ⁊ extra. Pſ. Pones eos clibanuꝫ ignis. 3 Tertia differentia eſt: qꝛ pꝛeſens ignis vbi ardet. ibi etiaꝫ lucet: ſed ignis inferni ardet: ⁊ tm̄ nō lucet: qꝛ ibi ſunt tenebꝛe exterioꝛes ſic ꝙ ignis gehenne nō lucebit damnatis ad aliquam cōſolationē: ſed lucebit ipſis ad augmentum pene. vnde Iſido. libꝛ. iiij. de ſum. bo. Ignis gehēne lucebit miſeris ad deſolationeꝫ ⁊ augmentū pene vt videāt vnde doleant: ⁊ non licebit ad conſolationem vt videant vnde gaudeant. vn̄ Bern̄. Damnati non vident vnde gaudeant: ſed videbunt vnde doleāt: ſcꝫ bonum qđ amiſerunt. Et iuſti videbunt ⁊ letabuntur conſiderantes q̄d euaſerunt. Quarta differētia eſt: quia ignis pꝛeſens conſumit materiam: quam incendit ſed ignis inferni nūꝗ̃ conſumere poteſt. vnde Job. xx. Luet omnia que fecerunt nec tm̄ conſument̄. Quinta differētia eſt: qꝛ ignis pꝛeſens eſt extinguibilis: ignis vero inferni inextinguibilis. Eſa. vlti. Ignis eoꝛum non extinguet̄. Ad iſtum ignem perpetuū arboꝛ que non facit fructum poſtꝗ̃ exciſa fuerit mittetur. ¶ Quantum ad tertium eſt ſciendum qđ in cena infernali habentur tria fercula et amariſſimus potus ⁊ triſtiſſima muſicalia. Primum ferculum cene infernalis eſt fames. Unde pſ. Famē patient̄ vt canes: qꝛ pꝛe magnitudine famis libenter comederent ranas: bufones: ſerpentes ſi poſſent habere: ſed hec minime habere poſſunt: hoc iſti non aduertunt qui multiplicia fercula ⁊ pꝛetioſa pocula habere volunt: ⁊ ſic in delitijs carnis viuunt quos xp̄s maledicit vt habetur Luc. vj. Ue vobis qui nunc ſaturati eſtis: quia eſurietis. Unde Apl's Ro. viij. Si ſecundum carnē vixeritis moꝛiemini. vnde etiā Hiero. in epi. Difficile imo impoſſibile eſt vt quis pꝛeſentib⁹ ⁊ futuris bonis fruatur vt hic ventrem ⁊ illic mentem impleat: ⁊ de delitijs ad delitias tranſeat: ſed non ſic impij non ſic: qꝛ q̄ hic replentur ſaturitate: ibi cruciantur fame. vnde Salo. Per que peccat homo per hec ⁊ punietur. Ergo pꝛimū ferculū damnatoꝛum eſt fames. Scđm ferculū damnatoꝛum ſunt carnes ꝓpꝛij coꝛpis. vn̄ Eſa. ix. Unuſquiſꝗ̃ carnem ꝓpꝛij bꝛachij ſui voꝛabit. Ecce ꝗ̃ amarum ferculū vbi vnuſquiſꝗ̃ pꝛe magnitudine famis ꝓpꝛiam ſuam carnem comedet. Tertium ferculū dānatoꝛum ſunt carnes decocte: ⁊ ēt aſſate. vn̄ Johā. xxiiij. Tranſibunt ab aquis niuium ad caloꝛem nimiuꝫ. Qm̄ em̄ erunt in aquis niuiū tunc pꝛe nimio doloꝛe manducabunt linguas ſuas cōgelatas: ⁊ ſic quodammodo comedent carnes decoctas. Quādo erūt in igne tunc pꝛe nimio doloꝛe manducabunt linguas ſuas aduſtas. Apoca. vj. Manducauerunt linguas ſuas pꝛe doloꝛibus: et ſic



quodammodo comedent carnes aſſatas. Quantūcunꝗ̃ em̄ ⁊ quotienſcūꝗ̃ lingua comedatur ſubito reintegratur vt iteruꝫ comedat̄. Sꝫ de potu dānatoꝛuꝫ dicit pſ. Ignis ſſ. ſpi. pꝛo ccl. pſ. ca. eoꝛum. Sicut enim vinuꝫ intrat coꝛpus ⁊ letificat coꝛ hoīs ſic iſte potus amaritudinis totum hominem penetrat ⁊ contriſtat. ¶ Et ſicut in magnis conuiuijs cōſueuerūt ſonare diuerſa inſtrumenta muſicoꝛū ſic in iſtis cōuiuijs ſiue nuptijs infernalibus reſonāt tria genera muſicoꝛum. Pꝛimum eſt ſtridoꝛ dentium. Mat. xiij. Ibi erit fletus ⁊ ſtridoꝛ dētium. Secundum eſt vlulatus demonum. Eſa. xvj. Ululabit moab. ad Moab vniuerſus vlulabit. Moab igitur vlulabit: qꝛ demones maioꝛes vlulabunt ⁊ ceteri eis reſpondebunt ⁊ ad eos ſimiliter vlulabunt. Et hec eſt ſpālis pena dānatoꝛum audire vlulatum ⁊ clamoꝛē demonū: qꝛ ſicut ſanctis ⁊ electis in celo eſt dulce audire cantum ⁊ laudem angeloꝝ: ſic triſte eſt damnatis audire vlulatū ⁊ clamoꝛeꝫ demonū. Tertium genus muſicoꝝ eſt planctus cōiter oīm damnatoꝛū. Zach. xij. Planget terra. ſ. infernalis familie ⁊ familie ſeoꝛſum. Nam ſeoꝛſuꝫ clamat ⁊ plangit familia ſuperboꝛum: ⁊ ſeoꝛſum familia luxurioſoꝛū: ⁊ ſeoꝛſum familia auaroꝛū: ⁊ ſic de alijs. ⁊ ſi triſte eſt in pꝛeſenti audire clamoꝛē hominis tribulati. q̄d tūc erit vbi oēs dānati clamabunt: ve: ve: ve: Ue ꝙ vnꝗ̃ nati ſumus. Ue ꝙ vnꝗ̃ ſm̄ carneꝫ viximus. Ue ꝙ vnꝗ̃ illicite gauiſi ſumus. Exēpluꝫ de hoc quere ante ſer. v. ¶ Sic iam habemus de cibo ⁊ potu ⁊ muſicalibus inſtrumētis dānatoꝛum. ¶ Modo ſm̄ curſuꝫ mūdi tūc ad delitias coꝛpoꝛis pertinet intrare balneum: ideo hic aliquid de balneo infernali eſt dicenduꝫ. Pꝛio em̄ dānati balneātur in igne infernali: ſicut homines hic conſueuerunt ꝓpter delitias coꝛpoꝛis balneari in aquis: ⁊ iſte ignis vt antea tactum eſt: ſupꝛamodum calidus eſt. Ad quē habet ſe ignis noſter quo ad caloꝛē ſicut ignis depictus in pariete reſpectu noſtri ignis: et in illo mēbꝛo peccatoꝛ grauius toꝛquebit̄: in quo plus peccauit. Un̄ Ber. in quo autē membꝛo peccatoꝛ magis offendit in eodē magis toꝛquebitur. Secūdo in balneo infernali ſunt perizomata. i. mallei igniti cū quibus dānati a demonibus percutiunt̄ ⁊ toꝛquent̄. Tertio in balneo infernali ſunt fricatoꝛes ⁊ ſunt illi demones qui cum vncis ferreis dānatos dilacerāt ⁊ puniunt. Quarto in balneo ſunt raſoꝛes ⁊ raſura balnei infernalis eſt pꝛiuatio totius boni. Quia damnati radunt̄ ⁊ pꝛiuant̄ omni bono quod eſt in celo ⁊ in mundo: qꝛ anima dānata nunꝗ̃ conſolabitur in eternum a deo ⁊ a ſanctis ⁊ coꝛpus nunꝗ̃ habebit cōſolationem aliquā ab omnib⁹ delitijs mūdi. Et poſtꝗ̃ damnati balneati ſunt: tunc lectum ad quieſcendum eos intrare opoꝛtet: qui lectus eſt infernalis puteus qui ē tante pꝛofunditatis ꝙ damnatus habebit ignem ſupꝛa ⁊ ſimiliter infra ſe ita quod non eſt tanta diſtantia a celo ad terram: qui iſte ignis ꝓfundioꝛ ſit. ¶ Iſtud balneum ⁊ iſtum lectum infernalem iſti aduertere deberent qui ſingulis ſeptimanis bis vel ter in delitijs carnis balneantur: ⁊ in plumis ⁊ in lectiſternijs mollib⁹ de mane diu doꝛmiūt ⁊ ſe reuoluūt. Un̄ tale exēplū ponit Hūbertus in tractatu de ſeptuplici timoꝛe. Legit̄ de quodā magiſtro delicatiſſimo q̄ Bononie cōmoꝛans intantuꝫ refugiebat ſtatū penitētie ꝙ nolebat ad ſermones ire vel aliq̄d verbum audire loqui de deo ne moueret̄ ad ingreſſum religionis. Factū eſt aūt ꝙ quidaꝫ frater pꝛedicatoꝛum ſuus compatriota ſemel viſitaret eum in domo ſua. Et cum ingreſſus eſſet cameram eius ipſe timens quod vellet ei pꝛedicare ait. Frater ad quid veniſtis ſi vultis mihi loqui de deo nihil curo. Si vero de negotijs alijs bene veniatis. Ait ille. Magiſter habeo vobis loqui de quibuſdam alijs negotijs. Et ex quo non vultis audire de deo: non pꝛopono vobis loqui de deo niſi cum licentia veſtra. Tūc ille recepit eum ad loquendum de alijs negotijs. Cum autem verba ⁊ rumoꝛes eſſent finiti. Frater volens recedere dixit illi. Magiſter date mihi licentiam vnū verbum loquendi de deo. Ille licet cum difficultate conceſſit. Et frater. Magiſter obſecro vt hac nocte qn̄ intraueritis lectū

veſtrum recordamini de lecto [illegible]
turi ſunt in inferno illi qui hic nol[illegible] ve
ram penitentiã. Et ille quis lectus erit. et
frater, Eſaias dixit. Subter te ſternetur ti
nea: ⁊ operimẽtũ tuum erũt vermes. Poſt
illa verba receſſit frater. Et ille magiſter
nocte illa recordatus verbi illius: cũ eſſet
in lecto non potuit dormire cogitãs de illo
lecto infernali. Et intantum preualuit illa
cogitatio in eo ꝙ poſt modicum tempus
ordinem eſt ingreſſus.

¶ De eadem dominica. Sermo. cij. ꝙ voluntas dei conſiſtit in ſeptem.

QUi facit volũtatem patris mei
qui in celis eſt: ipſe intrabit in
regnum celorũ. Mat. vij. Scien
dum ꝙ in preſenti ſermone tria
ſunt dicenda. Primo quare me
rito debemus facere voluntatẽ dei. Secũ
do quibus voluntas dei conſiſtit. Tertio
exemplũ. I Circa primũ ſciendũ ꝙ vo
luntatem dei facere debemus: qꝛ ipſe fecit
voluntatẽ noſtrã. Secũdo quia facit. Ter
tio quia faciet in futuro. Fecit enim volun
tatẽ noſtram: ſcꝫ ſuſtinẽdo pro nobis mor
tem amariſſimã. Eſa. liij. Nos deſideraui
mus eum deſpectũ ⁊ nouiſſimũ virorũ vi
rum doloſum ⁊ faciẽtẽ infirmitatẽ. Igitur
qualem deſideramus eum talis eſt factꝰ.
Eſt enim factus deſpectus ꝑpter pauper
tatem: qꝛ diuites deſpiciunt pauperes: ſed
chriſtus factus eſt pro nobis pauperrimꝰ.
vnde Ber. Pauper natꝰ: pauper vixit: pau
per obijt. vnde apoſtolꝰ. ij. Cor. viij. Pro
pter nos egenus factus eſt cuꝫ eſſet diues
vt nos illius inopia diuites eſſemꝰ. Et etiã
factus eſt nouiſſimus propter humilitatẽ
ſuam: qꝛ humiliauit ſe intantũ ꝙ non po
tuit ſe vltra humiliare: vt nos doceret hu
militatẽ: ⁊ nos in futuro exaltaret. Unde
Aug. de verbis dñi ſer. xj. Diſcite a me ait
dominus: non mundũ creare: non viſibilia
⁊ inuiſibilia cũcta ordinare non in iſto mũ
do miracula facere vel mortuos ſuſcitare:
ſed quia mitis ſum ⁊ humilis corde. Idem
Erubeſce homo eſſe ſuperbus. vbi humi
lis factus eſt deus. Inſuper factus eſt virũ
dolorum ſciens infirmitatẽ: ⁊ hoc propter
paſſionis amaritudinẽ. Treñ. j. O vos oẽs
qui trãſitis per viam attẽdite ⁊ videte ⁊c.
Nam chriſtus factus eſt plenus dolorībꝰ:
qꝛ a planta pedis vſqꝫ ad verticẽ non fuit
in eo ſanitas. Unde Eſa. liij. Ipſe eñ vul
neratus eſt ꝑpter iniquitates noſtras atte
tritus eſt propter ſcelera noſtra. Secundo
facit voluntatẽ noſtrã in preſenti: ſcꝫ pre
ces noſtras exaudiẽdo. Luce. xj. Ego dico
vobis petite ⁊ dabitur vobis ⁊c. Tertio fa
ciet voluntatẽ noſtrã eternã beatitudinẽ
nobis conferẽdo. pſ. Uoluntatẽ timentiũ
ſe faciet ⁊ deprecationẽ eorum exaudiet ⁊
ſaluos faciet eos. K Circa ſecundũ ſciẽ
dum ꝙ volũtas dei cõſiſtit in ſeptem que
dñs a nobis requirit. Primo volũtas dei
eſt cõuerſio a peccatis: ſcꝫ vt per veram cõ
tritionẽ: confeſſionẽ ⁊ penitentiã a pecca
tis noſtris cõuertamur. Ezec. xviij. Nolo
mortẽ peccatoris ⁊c. Ibidẽ. Nunquid vo
luntatis mee eſt mors: ⁊ non magis vt cõ
uertatur ⁊ viuat. In ſignũ huiꝰ deus pro
longat nobis dies noſtros: vt a pctĩs con
uertamur. Eſai. xxx. Propterea expectat
nos deus vt miſereat noſtri. Ergo volun
tas dei eſt vt ſuperbus auertat ſe a ſuper
bia ſua ad humilitatẽ: quia ſuperbia odi
bilis eſt deo ⁊ hominibus. Nec mirum qꝛ
ſm Iſido. de ſum. bo. Superbia eſt origo
omnium criminũ: ⁊ veraciter ſi reperies ali
ſuperbũ: tunc ſcias indubitãter eſſe filiũ
diaboli. vnde Aug. in epiſtola. Quem ſu
perbum videris filiũ eſſe diaboli nõ dubi
tes. Ergo ſi filius dei fieri volueris: tunc
auertaris a ſuperbia: ⁊ hec eſt voluntas
dei. Si luxurioſus es: tunc volũtas dei eſt
vt efficiaris caſtus. vnde Inno. de vilita
te cõditionis humane. Luxuria non ſolũ
maculat animã: ſed ⁊ corpus fedat. Hiero.
Qui luxuriatur viuus mortuus eſt. Itẽ ſi
ſis guloſus deus vult vt efficiaris abſti
nens: ⁊ ſic de alijs. Secundo volũtas dei
eſt vt poſt conuerſionẽ mũdemur a pecca
tis. vnde Matth. viij. dixit chriſtus ad le
proſum volo mundari. Sic iã dicit ad quẽ
libet peccatorem qui leproſus eſt in ani
ma. Uolo mundari. L Mundatur au
tem aliqua res tripliciter. Primo frequẽti
ablutione



ablutione aquarũ: ſic aĩa mundat̃ frequẽ
ti effuſione lachrymarum. vñ pſ. Lauabo
per ſingulas noctes lectum meum. Ideꝫ.
Fuerunt mihi lachrime mee panes die ac
nocte ⁊c. Scdo mundat̃ terſione vel cõfri
catione aſperi panni: ſicut cantrum vel cy
phus mundant̃ frequẽti fricatione panni
ſic aſperitas vite valet ad ſpiritualẽ mun
dationem aĩe. Mat. iij. Ipſe aũt Joan. ha
bebat veſtimentũ de pilis cameloꝝ. Ter
tio limitatione: ſic hõ tribulatione mun
datur. Uñ Ber. Quod lima ferro: ꝙ fornax
auro: hec tribulatio viro iuſto. M Ter
tio volũtas dei eſt vt in bono proficiamꝰ
⁊ perfecti efficiamur. vñ Apl's Teſ. iiij. Hec
eſt voluntas dei ſanctificatio veſtra. Ber.
Semper ambula: ſemꝑ proficie: noli in via
deficere: noli retroire: ideo permittit hic
nos deus diu viuere vt ꝓficiamus in bo
no. Et etiam hõ ꝓpterea dꝫ deſiderare lõ
gam vitã vt poſſit peccata ſua emendare
⁊ in bono ꝓficere. Sed heu plures ſunt q̃
q̃to diutius viuũt: tanto peiores efficiun
tur. Aliqui eñ ſunt qui añ decem annis
meliores fuerunt, ⁊ ad mortem meliꝰ diſ
poſiti q̃ꝫ hodierna die ⁊ hoc eſt reprehẽſi
bile. Hiero. Creſcat in te cũ annis gratia:
⁊ cum etate iuſtitia. Quarto voluntas dei
eſt vt equalitatem q̃tum ad proximum ha
beamus. ſ. ꝙ iſtã regulam oĩbus actibꝰ ſer
uemus in qua lex naturalis continet̃ quã
xp̃s per ſe docuit in euange. dicens Mat.
vij. Que vultis vt faciant vobis hoĩes hec
⁊ vos facite illis. ⁊ illud Thob. iiij. Quod
ab alio tibi oderis fieri vñ ne feceris alte
ri. Hanc regulaꝫ gñalem ſeruare debemꝰ
⁊ ſpãliter ſeruare debent mercatores: labo
ratores: agricole: mechanici ⁊c. Et q̃libꝫ ſꝫ
ſuum ſtatum in omnibus verbis ⁊ factis.
Quinto voluntas dei eſt honeſtas exte
rior ipſius hominis in oĩbus verbis factis
⁊ moribus ne primũ ſcandalizet. j. Pe. ij.
Quia ſic eſt voluntas dei vt benefaciẽtes
obmuteſcere faciatis imprudentium ho
minum ignorantiam. ſ. illorum qui poſſent
ſcandalizari. N Quilibet eñ ſtudere de
bet ſeruare honeſtatem in omnibus ꝟbis
⁊ factis ⁊ hoc ꝑpter tria. Prĩo qꝛ honeſtas
hominis placeat deo ⁊ angelis. Ber. Gra
ta reꝫ eſt deo honeſtas que eſt amica an
gelorum. Secundo quia edificat ꝓximuꝫ.
Mat. v. Sic luceat lux veſtra corã homini
bus. Aug. Duo ſunt tibi neceſſaria. ſ. con
ſcientia, ⁊ fama. Conſcientia propter te fa
ma propter proximum. Hugo de ſancto vi
cto. Non ſufficit nobis via ſancta: niſi ſit
⁊ fama bona. Tertio qꝛ gratia cõſeruat in
homine. ſ. honeſtatem morum ⁊ verborũ.
Sexto voluntas dei eſt inflammatio cor
dis noſtri in amorem ipſius. Lu. ij. Ignem
veni mittere in terram. ⁊ quid volo niſi vt
ardeat. Ad hanc aũt inflãmationem valet
meditatio beneficiorum dei. pſ. In medi
tatione mea exardeſcet ignis. O Benefi
cia autem dei ⁊ charitatem ipſius cogno
ſcere debemus in dignitate creationis, in
aſſumptione carnis, ⁊ intollerantia paſſio
nis. In dignitate creationis oſtenditur ꝙ
plus hominem dilexit q̃ꝫ aliquam aliam
creaturam mundi: ⁊ hoc in duobus. Prĩo
qꝛ ad imaginem ⁊ ſimilitudinem ipſius fe
cit hominem. Geñ. j. Faciamus hominem
ad imaginem ⁊ ſimilitudinẽ noſtrã. Secũ
do: qꝛ eum dñm omnium creaturarum fe
cit ⁊ conſtituit. vñ Gene. j. Dñamini piſci
bus maris ⁊ volatilibus celi ⁊ vniuerſis
animantibus ſuper terrã. Ecce enim dedit
vobis omnem herbã ⁊ vniuerſa ligna ⁊c. ⁊
replete terrã ⁊ ſubijcite eam. pſ. Oĩa ſub
ieciſti ⁊c. In aſſumptione carnis oſtendit
ꝙ plus dilexit hominẽ q̃ꝫ angelum: ⁊ hoc
tripliciter. Primo in honore: qꝛ naturã eiꝰ
aſſumpſit ⁊ non naturam angeli. vnde ad
Heb. ij. Nuſq̃ꝫ angelos apprehendit ſꝫ ſe
men Abrahe. Secũdo in amore: qꝛ hoiem
ꝓprio ſanguine reparauit: quod non fecit
angelis lapſis. j. Corin. vj. Empti eñ eſtis
pretio magno. Et. j. Pe. j. Scientes ꝙ non
corruptibilibus auro vel argento: ſed pre
tioſo ſanguine chriſti redempti eſtis. Ter
tio in viſione: quia ex contemplatione hu
manitatis maiori gaudio quam angelus
homo perfruetur in patria: quia ibi vide
bit ſuam naturam diuine nature vnitam:
qđ non videbit angelus. vnde Job. xix. In
carne mea videbo deum ſaluatoreꝫ meũ.
Intollerantia paſſionis oſtendit quod plꝰ
dilexit hominẽ q̃ꝫ ſeipſum pro mõ loquẽdi

quando pro homine expoſuit corpus ⁊ vitam. vnde Jo.xv. Maiorē charitatē nemo habet vt animā ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Si ergo habes quõ deus hominē ſuper oīa dilexit .ſ. ſuper oēs creaturas corporales: ſuper angelos ⁊ ſuper ſeipm: ⁊ qñ homo meditat̄ talis beneficia dei: tūc incēditur igne diuini amoris. P Septio vult deus oēs hoies ſaluos fieri: ⁊ hoc oſtēdit in ſeptē. Primo in noīe qd̄ eſt Jeſus quod interpretat̄ ſaluator. vnde angelꝰ dixit ad Mariam. Et vocabitur nomē eius Jeſus. Ipſe enim ſaluū faciet populū ſuum a peccatis eorū. de hoc noīe Jeſus quere ſupra ſer.xix.C. Scđo oſtendit ex opere qd̄ ipſe fecit. Acceptauit enim pctõres ⁊ manducauit cū illis. Unde phariſei ſcādalizati ſunt dicētes. Hic pctõres recipit ⁊ mādučat cū eis vorator ⁊ potator vini ⁊ amicus publicanorū eſt. Item phariſei dixerūt diſcipulis chriſti. Quare cū publicanis ⁊ peccatoribus māducat magiſter veſter. chriſtꝰ reſpōdit. Nõ eſt opus valentibꝰ medicus: ſz male habentibꝰ. Non veni vocare iuſtos: ſed peccatores .ſ. ad penitētiā. Tertio oſtēdit hoc illa die ꝙ vult oēs hoies ſaluos fieri qñ celos aſcēdit: qꝛ tunc dixit diſcipulis: vt patet Mar. vlti. Euntes in mundū vniuerſum predicate euangeliū omni creature. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſaluus erit: q̄ vero non crediderit condēnabitur. In hoc ꝙ miſit diſcipulos ī vniuerſum mundū oſtēdit ꝙ oēs homines in omnibꝰ partibus mūdi vult ſaluari. Unde pſ. In oēm terrā exiuit ſonus eorū. Quarto oſtēdit in hoc ꝙ tribuit oībus hominibꝰ multiplicia beneficia: non ſolū bonis ſed etiam malis. Mat.v. Solē ſuum oriri facit ſuper bonos ⁊ malos: ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos. Quinto oſtēdit in hoc qd̄ inſtituit remedia cōia .ſ. ſacramēta in quibꝰ cōfertur gratia: ⁊ eadē ſacramēta quilibet põt recipere: qꝛ ſi quis perdit innocētiā baptiſmalem peccādo mortaliter: tunc põt reſurgere per ſacramentū penitētie. Sexto oſtendit hoc in oratione quā ad patrē fecit pēdens in cruce qñ pro ſuis inimicis orauit: vt habet̄ Luce.xxiij. Pater dimitte illis: qꝛ neſciūt quid faciūt. Ibi oſtēdit ꝙ oēs homines voluit ſaluos fieri: ex quo inimicos ⁊ crucifixores vult ſaluari ⁊ poſtmodū plures de iudeis fuerūt cōuerſi ⁊ ſaluati propter oratione chriſti quaz fecit pro eis ad patrē pendens in cruce: vt habetur Act.ij. ꝙ beatus Petrus apl̄s in vno ſermone tria milia Judeorū cōuertit. Septio oſtēdit in hoc ꝙ premiū cōe oībus dedit .ſ. penitentibus qui male vixerūt: ⁊ poſtmodū conuerſi ſunt quos premiabit cū illis qui ſibi ſeruiūt a pueritia in innocētia ⁊ puritate. Matt.xx. Acceperūt aūt ⁊ ipſi ſingulos denarios. gl.i. eternitatē: licet differāt in gaudijs .ſ. in premijs ſpecialibꝰ ⁊ prerogatiuis in celo: qꝛ ꝑm dictū chriſti. vt habetur Jo.xiiij. In domo prīs mei māſiones multe ſunt. Etiā Apl̄s dicit Ro.ij. Reddet vnicuiq̧ iuxta opera ſua. Q Quod dñs cupiat oēs ſaluari: ⁊ paratus ſit nobis peccata indulgere qñcunq̧ cōterimur hoc pꝫ per tale exemplū. Cōtingit in quodā loco ꝙ quedā virgo in lapſum carnis cecidit: ⁊ poſtmodū cōtrita valde ꝓſtrauit ſe humiliter corā altari beate virginis Marie: vbi imago eius cū puero in ſinu eiꝰ reſidebat. Que defleuit cõmiſſum ſuū inuocās deuoteglorioſam virginē Mariā ⁊ puerū eius Jeſum. Tūc imago pueri deſcēdit de altari ad mulierem ⁊ dixit ei. Dimiſſa ſunt tibi peccata tua. Illa rñdit. Quõ credā hoc. Et ait puer. Ego ſum tuus plaſmator ⁊ cupio te ſaluari: ⁊ ſemel pro te paſſus ſum: ⁊ anteqū te amitterē ſi humana natura exigeret: iterū pro te crucifigerer. quõ ergo tibi ⁊ vnicuiq̧ pctõri deuote me inuocāti pctā ſua non indulgerē: quia propterea in hūc mundū veni vt peccatores vocarē ad penitentiam ⁊ ſaluuz facerem humanū genus quod per peccatum perierat.

¶ Dominica.ix. poſt feſtum trinitatis. Sermo.ciij. De eleemoſyna danda.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cū defeceritis recipiāt vos ī eterna tabernacula. Lu.xvi. Secundū dictū cuiuſdā philoſophi quilibet deberet habere vnum amicū et vnum inimicū: cuius amicus veritatē ſibi diceret: ⁊ inimicus ei



ſus vias obſeruaret. Etiā vt amicus eum corrigeret: ⁊ inimicus cum perſecutionibꝰ exercitaret. Sic etiā quilibet homo hꝫ angelū vnum bonū qui ad bonū ipſum prouocet: ⁊ malū qui cum tentationibꝰ exerceat: ſed qꝛ nomē inimici eſt odioſum: ⁊ nullus vult habere inimicos: videamus ſaltē qualiter poſſumus habere amicos. Iſtud docet nos dñs dicēs. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. vnde in p̄ſenti ſermone tria ſunt dicēda. Primo que īcitant ad dādum eleemoſynā. Scđo qualiter ſit danda eleemoſyna. Tertio fructus quos cōfert eleemoſyna. R Circa primū ſciēdum ꝙ eleemoſyna libēter eſt danda: ⁊ ad hoc debent nos inducere tria. Primo debes cōſiderare quis ſit qui a te petit eleemoſynā: ⁊ eſt dñs Jeſus chriſtus in ſpecie pauperis. Matth.xxv. Qd̄ vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Itē alibi. Qua menſura menſi fueritis: eadem remetiet̄ vobis. Ergo claudentibꝰ ianuas a pauperibus ipſe chriſtus claudet celū. Scđo cōſiderare debes quid petat: qꝛ ſuum ⁊ non tuum. apl̄s.i.Cor.iiij. Quid habes qd̄ nõ accepiſti. Prius enim habuiſti eū largitorem: ⁊ poſt facis eum tuū debitorē. Si eñ dñs terrenus cõmiſiſſet tibi bona ſua: ⁊ cū poſtularet partē de illis tu denegares ſibi: nonne merito indignaretur. ſic ſimiliter ⁊ deus. vnde Aug. de verbis domini ſer.xlij. Deo meo vtiq̧ quero: ait dñs. Da mihi ⁊ reddam tibi: habuiſti me largitorē: fac me debitorem: pauca mihi das pluraq̧ tibi reddā: ⁊ terrena mihi: celeſtia vtiq̧ reddam: tēporalia das eterna reſtituam: memetipſum etiam tibi reſtituā. Tertio debes conſiderare propter quid petat: quia propter vtilitatē tuam ⁊ non ſuam. pſ. Bonorum meorū non eges. S Quantū ad ſecundū ſciendū ꝙ eleemoſyna ſeptē modis eſt danda. Primo abundāter. Thom. iiij. Quomõ potueris ita eſto miſericors: ⁊ tales debent dare cum magno affectu ⁊ voluntate: ſcilicet ꝙ libēter plus darent ſi haberent: quia deus intuetur cor eſt volūtatem eorum. vnde Iſid. de ſum. bo. Qualienim intētione ab vnoquoq̧ largitur, taliter ⁊ apud deum recipitur: quia deus nõ remunerat ſecundū quantitatē eleemoſyne: ſed ſecundū affectum hominis. Unde Hier. Que offeruntur non ſuo pondere: ſed offerentis volūtate pēſantur: ergo nullus de paupertate debet ſe excuſare: qꝛ ſi pauperes ⁊ intantum daretur tibi pro vno paruo denario de his que vendunt̄ hic in mūdo ſicut diuiti pro floreno libenter emeres nec ab emendo paupertas te retraheret: ſic eſt de chriſto ⁊ de eleemoſyna. vñ Luc. xxi. Dixit chriſtꝰ de vidua que duo era obtulit ꝙ plus omnibꝰ alijs dediſſet: quia totum quod habuit dedit: ſed diuites dederunt de ſuperfluo. Et ſi non habueris dare denarium: da tamen fruſtum panis: ⁊ ſi hoc non habes da hauſtum aque frigide. vnde Matthe.x. Qui dederit calicē aque frigide non perdet mercedē ſuam: imo ſi libenter plus faceres ⁊ non potes dominus dabit tibi vitam eternam pro hauſto aque frigide. ⁊ ſi hoc iterum nõ potes. da tamen bonam voluntatē. vnde Augu. ſuper pſ. Coronat dominus intus voluntatem. vbi non inuenit facultatem. Secūdo danda eſt eleemoſyna ordinate: ſcilicet vt homo primo miſereat̄ ſuiipſius. Eccleſia. xxx. Miſerere anime tue placens deo. vnde Augu. Qui vult eleemoſynā ordinate dare debet a ſeipſo incipere. Eccl̄ia.xiiij. Qui ſibi nequam, cui bonus erit. Sicut enim non eſt miſericors qui matris indigentis non miſeretur: ſed aliorum miſeretur: ita non eſt miſericors qui anime ſue infirmāti vſq̧ ad mortē non miſeretur: cū plus eā diligere debet q̄ꝫ matrem. Sapiens. Semper tu tibi proximus eſto. vnde etiam Cato. Cum fueris felix ſemper tu tibi proximus eſto. Item ad ordinem recte rationis pertinet: vt potius miſereatur anime q̄ꝫ corporis. Sed oppoſitū contingit multotiens. Nam ſepius cum infirmatur corpus. tunc medicus queritur: ſed cū anima infirmat̄: tunc nihil curatur de illa. Qualiter aūt q̄s debeat miſereri anime ſue. hoc quere ſupra ſer.lxxiij.B. Tertio dāda eſt eleemoſyna cū hylaritate ⁊ ſermonis dulcedine. ij.Cor.ix. Hylarem datorem diligit deus. Quia per hylaritatem ſaginatur eleemoſyna: ⁊ eodem vultu deus reſti

enet tibi ſicut dediſti alijs. ¶ Quarto eſt danda eleemoſina cũ feſtinatiõe. Prouer. iij. Ne dicas amico tuo: vade ⁊ reuertere ⁊ cras dabo tibi: cum ſtatim poſſis dare. Prouer. xxij. Qui pronus eſt ad miſericordiam bñdicet̃. Cõtra hoc faciũt q̄ pauperes ad ianuas ſuas diu ſtare ⁊ clamare permittunt. Et etiã eleemoſina dãda eſt ĩ vita hoĩs. vñ Eccli. xiiij. Añ mortem bene fac amico tuo. i. xp̃o. ſ. in mẽbris eius. i. pauperibus, ap̃ls. Gal. vj. Dum tp̃s habemus operemur bonũ oẽs ⁊c. Quia eleemoſina in vita eſt lucerna lucens añ hoĩem precedens, que cuſtodit hoĩem ne ipſe cadat in foueam. ⁊ eleemoſina q̄ poſt mortem dat̃: eſt ſicut lucerna q̄ poſt hoĩem portatur, q̄ non cuſtodit hoĩem quin in foueã cadere poſſit: ⁊ ſi ceciderit in eã inde eũ nõ extrahit: q: in inferno nulla eſt redẽptio. Ergo vnus denarius quem q̄s ſibi ipſi ſubtrahit in hac vita ⁊ dat ꝓpter deũ: plus valet ſibi q̄ꝫ centum poſt mortẽ, vel forte in morte. Amb. Bona hoĩs non ſunt q̄ ſecũ ferre non põt. ⁊ inſuper bona que ibi permittis: ibi inuenies. vñ Ap̃ls Gal. vj. que eniꝫ ſeminauerit hõ. hec ⁊ metet. vñ etiã Petrꝰ de rauẽn. O homo ſi hic permanſurus es: que tua ſunt hic reponas: ſi aũt illic iturꝰ es: cur ea hic relinquis. Manus pauperuꝫ eſt gazophilatium xp̃i: q: quicquid accepit pauper xp̃i: xp̃s accepit. Da pauperi terrã vt accipias celũ: da nũmum vt accipias regnum: da pauperi, vt det tibi, q: quicquid pauperi dederis tu habebis. ⁊ qđ a te non acceperit pauper habebit alter. vñ Chryſ. ſuper Mat. Ibi ſubſtantiã tuã colloca: vbi patriam habes. q: ſtultitia eſt illic relinquere vñ exiturus es, ⁊ illuc nõ premittere quo iturus es. Quicquid pro anima tua feceris hoc tuũ eſt: ⁊ quicq̄d hic relinquis, hoc perdes. Quod aũt ſtultum eſt ſic differre bona opera ſua ⁊ eleemoſinas quas quis dare intendit vſq̄ꝫ poſt mortẽ ptꝫ per tale exẽplũ. Erat q̄dã diues q̄ habuit vnicum filium q̄ in agone mortis ſolẽniter teſtamẽtũ ꝯdidit ꝓ aĩa ſua: legãdo iſta plebanis, ⁊ iſta religioſis: ⁊ ſic obijt. poſt mortem p̃ris plebani ⁊ religioſi venerũt ad filium ⁊ peterũt ſibi dari ſua legata a patre. Tunc filius rñdit. Nulli q̄cq̄ꝫ dabo. et ſubiunxit rõnẽ dicẽs. Uos dicitis ⁊ cuꝫ ſacra ſcriptura approbatis, ꝙ ſi quis eſt in inferno nihil ſibi ꝓſunt ſuffragia ⁊ bona opera: ⁊ ſi eſt in celo tũc nõ indiget ſuffragijs: mõ ego neſcio an pater meꝰ ſit in inferno aut in celo. Si eſt in inferno ⁊ bona opera pro eo faciã nihil ei ꝓſunt, ⁊ ſi eſt in celo nõ indiget de ſuffragijs meis. ⁊ ſi eſt in purgatorio tunc purget̃ vſq̄ꝫ ad nouiſſimum peccatũ: q: nihil dabo pro aĩa eius: q: illa bona temporalia q̄ iure hereditario poſſideo non ſic ſub dubio pro aĩa eius expendam: ſed torqueat̃ vſq̄ꝫ duꝫ purgabit. vñ Gre. Tutior via eſt vt bonũ qđ quiſq̄ꝫ poſt mortẽ ſperat agi per alios: agat duꝫ viuit ipſe per ſe. Beatius q̄ppe eſt liberuꝫ exire q̄ꝫ poſt vincula liberantem querere. Quĩto eleemoſina danda eſt cum humilitate ⁊ bona intentione, ⁊ nõ ꝓpter vanaꝫ gloriã. Mat. vj. Neſciat ſiniſtra tua q̄d faciat dextra tua cum humilitate. Eſa. lviij. Carnem tuã ne deſpexeris ⁊c. Quia vnuſquiſq̄ꝫ cogitare debet ꝙ talis fieri potuit ſi deus permiſerit. ſ. cecus: claudus: leproſus: ⁊ ſicut tunc ibi cõpati vellet: ſic iam cõpati debet alijs. ſexto dãda eſt eleemoſina de bonis iuſte acquiſitis: q: oĩa p̄dicta nõ ſufficerẽt niſi ⁊ hoc fieret. Prou. iij. Honora dñm de tua ſubſtãtia. ¶ Sciẽdũ ꝙ triplex eſt eleemoſina. ſciliꝫ bona: melior ⁊ optima. Bona que fit de p̃rimonio xp̃i: in quo ſolum clerici habent diſpenſationem ⁊ ſacrilegium eſt clericis aliquid vltra victum ⁊ veſtitum retinere. Melior q̄ fit de patrimonio ꝓprio ꝙ quis a parẽtibꝰ poſſidet. Optima que fit de his q̄ acquirunt̃ labore ꝓprio. vnde Ap̃ls Ephe. iiij. Laboribus manibus ſuis operando: vt habeat vñ retribuat neceſſitate patienti. deo eniꝫ non plꝫ eleemoſina de furto: vel rapina ab illo qui põt ſcire cui reſtituendũ eſt. vnde Aug. Quale eſt illud munus quod alter cum gaudio accipit: ⁊ alter cum lachrimis amittit. Eccli. xxxiiij. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis quaſi qui victimat filium in conſpectu p̃ris ſui. Sicut enim aqua ſi eſt munda lauat ſic immunda coinquinat: ſic eſt ⁊ de eleemoſina que



ſi fit de iuſte acquiſitis meretur ſi de iniuſte acquiſitis perditur ⁊ nihil iuuat ſalteꝫ cũ conſtat cui debet fieri reſtitutio. ¶ Itẽ queritur vtrũ liceat eleemoſynas recipere ab vſurario. Reſpõſio ſm Ulricũ ꝙ ſic. niſi per hoc efficeretur impotẽs ad ſoluendũ. Nã qui intantũ reciperet ab eo teneretur ſibi reſtituere: vel illis a quibꝰ ipſe recepit: ſecus ſi haberet alia preter vſurã. Septimo danda eſt eleemoſyna pauperi nõ diuiti, bono: ⁊ non iniuſto. vnde Lu. xiiij. Cũ facis cõuiuiũ voca pauperes ⁊ debiles ⁊c. Item eſt dãda eleemoſyna iuſtis. Eccli. xij. Iuſto tribue ⁊ non recipias peccatorẽ. benefac humili ⁊ nõ dederis impio. ¶ Unde ſciendũ ꝙ in duobꝰ caſibus malis non eſt danda eleemoſyna. Primo ſi credis ꝙ propter donũ tuum negligãt iuſtitiã ⁊ confortãtur in malis. vnde Hier. Da indigẽti ⁊ non da ſaltãti: vt nõ cũ tuis pecunijs animam illius perdas. Tu aũt cauſa es perditionis illius cui occaſionẽ preſtas. Ergo grauiter peccãt illi qui ad hoſpitium recipiunt ⁊ fouẽt hyſtriones ⁊ meretrices cũ ſuis malitijs. Secũdo cũ datur malis non intuitu pietatis: ſed ob aliquẽ illicitã cãm. vt ſunt illi qui dant hyſtrionibꝰ cauſa hyſtrionatus. vnde Aug. ſuper Io. Donare ſiquidẽ res ſuas hyſtrionibꝰ cauſa hyſtrionatus vitium eſt immane: ⁊ nõ virtus. Et de talibꝰ eſt frequens fama cum laude: q: laudat̃ peccator in deſiderijs anime ſue. Sed malo homini inq̄ꝫtum homo eſt ⁊ neceſſarius licet dare eleemoſynã. vnde gl. ſuper Eccli. iiij. Qui indigẽti pctõri, non q: peccator; ſed q: homo eſt tribuit nõ peccatorẽ: ſed iuſtum nutrit: q: non culpã ſed naturam diligit. ¶ Quantũ ad tertiũ eſt ſciendũ quod ſeptẽ ſunt fructus eleemoſyne. Primus eſt augmẽtatio temporalium. Pro. iij. Honora dñm de ſubſtãtia tua: ⁊ de primitijs omnium frugũ tuarũ: da pauperibus, ⁊ implebunt̃ horrea tua ſaturitate: ⁊ torcularia tua vino redũdabunt. Unde Luc. vj. Date, ⁊ dabitur vobis. vnde Petrꝰ damianus narrat vnũ exemplũ ꝙ quidaꝫ pauper vir cum vxore ſua vnum ſolũ denarium habebat ad emẽdũ aliquid qđ in die [illegible] cũ pane comederet. ⁊ quãdo fuit in via eundi ad forũ ad emendũ: quidã pauper venit ⁊ ab eo eleemoſynã poſtulauit: ⁊ dedit illi denariũ illũ: ⁊ ſic redijt ad domum ⁊ panis ad mẽſam ponebat̃. Et ecce vir ignotus ⁊ feſtinus. xx. ſolidos denariorũ in lintheo ligatos in manu eius tenẽs poſuit ad menſam dicens. illos a dño ſuo fore miſſos: ⁊ hoc facto mox receſſit. ⁊ quis iſte fuerit: nõ niſi angelus creditur. Tamẽ ſciendũ eſt ꝙ hec non debet eſſe principalis intẽtio quare dãda ſit eleemoſyna: ſed honor dei, ⁊ ſalus anime. vnde Hier. ad nepotianũ. Sunt aliqui qui pauperibus parum tribuũt, ⁊ accipiũt amplius: ⁊ ſub pretextu eleemoſyne querunt diuitias, q̄ vtiq̄ꝫ fencratio magis appellãda eſt q̄ꝫ eleemoſyna: ſi enim hic remunerari vis: tunc eterna remuneratione carebis. Matt. vj. Amẽ dico vobis receperunt mercedẽ ſuam. Secundus fructus eleemoſyne eſt remiſſio peccatorũ. Eccli. iij. Ignem ardentẽ extinguit aqua: ⁊ eleemoſyna reſiſtit peccatis. Dani. iiij. Peccata tua eleemoſynis redime. Ergo diues qui multa peccata cõmiſit largas eleemoſynas dare debet. vnde etiã Aug. in ſer. Multa ſunt genera eleemoſynarũ: quas cum facimus adiuuamur vt dimittantur peccata noſtra: ſed eo nihil eſt maius q̄ꝫ cum ex corde dimittimus qđ in nos quiſq̄ꝫ peccauit. Tertius fructus eleemoſyne eſt augmẽtatio ⁊ collatio gratie. vnde apoſtolꝰ. ij. Cor. ix. Qui ſeminat in benedictionibꝰ: de benedictionibꝰ metet: ſcilicet grãm in preſenti ⁊ gloriã in futuro. Ratio huius eſt: q: illi qui miſertꝰ eſt proximo etiam miſericors debet eſſe deus: ſcꝫ gratiã dando. vnde Ambr. in lib. de offic. Nihil ita cõmendat chriſtianã aĩam quemadmodũ miſericordia. imo nõ ſolũ acquirit homini gratiã: ſed etiã cuſtodit ⁊ cõſeruat gratiã in homine. Eccli. xvij. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo: ⁊ gratiã hominis quaſi pupillã conſeruabit. Nam quemadmodũ ſe apponit manus ne oculus ledatur: ſic eleemoſyna in tentationibus diaboli ſe opponit: vt aĩam a peccatis cuſtodiat. Quartus fructus eleemoſyne eſt ꝙ homini apud deum multos interceſſores ⁊ amicos acquirit: ſcilicet ipſos pau-

peres. Hiero. Qui opera pietatis libenter
exercet habet multos interceſſores: ⁊ im-
poſſibile eſt p̄ces multoꝝ nō exaudiri. vñ
xp̄s dicit in verbis premiſſis. Facite vobis
amicos ⁊c. Dato etiam ꝙ pauperes mali
eſſēt ⁊ peccatores: adhuc ipſa eleemoſyna
orat ad deū. Eccl. xxix. Cōclude eleemoſy-
nam in ſinu pauperis ⁊ ipſe orabit pro te.
Unde ſciendū ꝙ pauperes tenent̄ pro bñ-
factoribus orare quorū eleemoſynas re-
cipiunt, ⁊ q̄ pro eis laborāt ⁊ pretiū labo-
rum ſuorū cum eis cōicant. Itē ſciendum
ꝙ eleemoſyna eſt dāda illis qui non poſ-
ſunt laborare nec ſeipſos cū ſuis laborib⁹
nutrire. Ergo illi grauiter peccarent q̄ de
labore ſuo ſe poſſent nutrire. ⁊ ꝓpter pigri-
tiam ſuā mēdicarēt. Unde dr̄ in decre. Nō
licet homini ſano mēdicare. de cōſe. diſt. v.
Nunq̄. Quintus fructus eleemoſyne eſt
ꝙ homini ꝑparat viā ad celū: ⁊ patefecit
ei oſtiū paradiſi. eccl. xv. Oīs miſericordia
faciet loco vnicuiq; ſm̄ meritū operū ſuo-
rum. Ex his patet ꝙ miſericordia eſt oſtia-
ria paradiſi que claudit oſtiū auaris: ⁊ ape-
rit munificis: vñ Greg. Dei miſericordiam
nō pōt promereri q̄ miſericors nō fuerit. B
Sextus fructus eleemoſyne eſt ꝙ hoīem
ad bonū finē perducit ⁊ comitat̄ morien-
tem cū eum oēs amici ſui deſerūt. Ambr.
Nō ſunt bona hoīs que ſecū ꝯferre nō pōt:
ſola miſericordia comes ē defuncti. Apoc.
xiiij. Opera eñ illorum ſequunt̄ illos. Qꝺ
eñ eleemoſyna et miſericordia ad bonū
finē ꝑdit oſtēdit hier. dicēs. Nō memini
me legiſſe mala morte mortuū q̄ libēter
opera pietatis exercuit. Inſup eleemoſy-
na in iudicio liberat ⁊ benedictionē impe-
trat. vnde p̄s. Beatus q̄ miſeretur ⁊ cōmo-
dat diſponit ſermones ſuos in iudicio ⁊c.
In ſignū huius extremo iudicio ſpāliter
fiet diſceptatio de operib⁹ miſericordie.
vnde Matt. xxv. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi
mādūcare: ſitiui ⁊c. Uenite benedicti pa-
tris mei ⁊c. C Septimus fructus eleemo-
ſyne eſt qꝺ premium eternū acquirit. vñ
Lu. vj. Menſurā bonā ⁊ confertam ⁊ co-
agitatā et ſupereffluentē dabūt in ſinum
veſtrū ⁊c. Menſura bona eſt quod angeli
aīam illius hoīs q̄ hic miſericors fuit in
celū perducent. Confert ꝙ angeli ⁊ oēs
ſancti in celo honorifice ⁊ letāter eū ſuſci-
pient. Mēſura cogitata eſt ꝙ angeli ⁊ ſan-
cti ⁊ ipſe xp̄s bona ſua ſecū diuidēt: quia
hec tp̄alium cū pauperib⁹ diuiſit. Menſu-
ra ſupereffluens eſt ꝙ imperpetuū deus
⁊ oēs ſancti regratiabunt̄ iſti homini qui
hic fecit miſericordiā. Quia oēs fideles
ſunt mēbra vnius corporis myſtici ⁊ xp̄s eſt
caput eorū. Et ergo caput et omnia mē-
bra cōgaudent ⁊ regratiantur in celo illi
qui hic eſt cōſolatus ſuū proximū: exhi-
bendo ſibi opera pietatis ⁊ charitatis. D
Ultimo mouēde ſunt alique q̄ōnes. Pri-
ma eſt an vxor in aliquo caſu poſſit face-
re eleemoſynā ſine licentia viri. Reſpon-
detur ꝙ ſic ⁊ hoc in caſu triplici. Primo ſi
vxor fuerit lucratiua. Scđo ſi res habue-
rit parafernales. i. ꝓprias preter dotē vbi
huiuſmodi pafernalia de cōſuetudine lo-
cū habent ⁊ vxores poſſunt de illi inuito
viro eleemoſynas dare ⁊ facere. Tertio ſi
facit eleemoſynā de rebus ſue diſpenſa-
tioni cōmiſſis: puta de pane vino ⁊ hmōi:
que de approbato more ſolēt ad diſpen-
ſationem vxoris pertinere. de his poteſt
facere eleemoſynas moderate: tamen ſic
ꝙ egeſtatem coniugi nō inducat. E Se-
cundo queritur vtrū ſeruus vel ancilla in
aliquo caſu poſſit facere eleemoſynas de
rebus dñi. Reſpondetur ſm̄ s. Tho. in. iiij.
diſtin. xv. Serui ⁊ ancille nō poſſunt dare
eleemoſynas de bonis dñorum ſuorū ſine
eorū conſenſu niſi panē vel brodiū et hu-
iuſmodi que non inferunt ſenſibile nocu-
mentū: ſed de illis diuitib⁹ qui ſunt parci
⁊ tenaces ad pauperes quere. ſer. lxxxij. E.
⁊ cum hoc exemplum ibidem.

## De eadem dñica. Ser. ciiij. de his qui acquirunt res iniuſte.

Facite vobis amicos de māmo-
na iniquitatis. Luce. xvj. Scien-
dum ꝙ ſcđm bedam māmona
lingua ſyrorū diuitie nuncupā-
tur que dicunt̄ iniquitatis ſm̄
Aug. trib⁹ de cauſis. Primo q꞉ ſepe faciūt
hominem iniquum, et ſepe ſunt materia



iniquitatis. Scđo dicuntur iniquitatis ex
eo ꝙ homines in preſenti vita decipiunt.
Promittunt eñ ſecuritatē ⁊ dant timorē:
ſatietatē ⁊ dant eſuriem: ſtabilitatem: et
dant ſubitā deiectionē. Tertio dicuntur
iniquitatis: q꞉ ſepe per rapinas et alios
illicitos modos acquirūtur. F Unde in
preſenti ſermone dicendū eſt de aliquib⁹
generibus hoīm qui iniuſte bona tempo-
ralia acquirūt. Quorum primi ſunt rapto-
res qui aliena violēter rapiunt ⁊ tales ra-
ptores in trib⁹ peiores ſunt diabolo. Pri-
mo q꞉ diabolus ſolū torquet in futuro q̄
hic male agunt ſed illi ecōuerſo plus tor-
quent ⁊ ſpoliant bonos q̄ malos. vñ Eſa.
lix. qui receſſit a malo prede patuit. ⁊ Pro-
uer. xxix. Uiri ſanguinū oderūt ſimplicē:
diabolus iuſtificare ſe poteſt in compara-
tione iſtorū dicens. Ego afflixi in inferno
ſolū illos qui meruerunt ſed illi econuer-
ſo illos ſpoliauerunt qui nūq̄ meruerūt.
Scđo q꞉ diabolus timet angelum hoīs et
ſignū crucis ⁊ aquam benedictā ne violē-
tiam faciat homini in corpore. Sed rapto-
res nec timent angelū: nec deum nec ſi-
gnum crucis nec aquam benedictam ſed
ſuam ſeuitiam exercent violēter in homi-
nem eum ſpoliando. Tertio q꞉ in inferno
punit diabolus vbi eſt ꝓprius locus tor-
mentorū: ſed iſti in mūdo vbi deus dedit
hominibus libertatē de ſe ⁊ ſuis reb⁹ fa-
cere ſm̄ voluntatē ergo merito ipſi rapto-
res poſſunt dici angeli diaboli miſſi in mū-
dum ad faciendū illud malū in iſto mun-
do qꝺ diabolus facit in inferno. ergo dice-
tur eis in extremo iudicio. Diſcedite male-
dicti a me in ignē eternum q̄ paratus eſt
diabolo ⁊ angelis eius. Sciendum eñ ꝙ
non ſolū raptores ſunt q̄ rapiunt: ſed etiā
qui precipiunt ⁊ cōſulunt: ⁊ q̄ eos ſcienter
in hoſpitio recipiunt ⁊ q̄ inde etiam come-
dunt ⁊ bibunt ⁊ res raptas emunt. tales
eñ omnes tenentur ad reſtitutionem. vñ
exemplū legimus ꝙ quidā miles rapuit
cuidā vidue pauperi vnam vaccam: que
cū fleret ⁊ inſtanter peteret vt ei vaccam
reſtitueret propter paruos pueros quos
haberet: reſpōdit miles. Si ego nō cape-
rem: tūc vnus alius poſt me veniens cape-
ret et ſic vaccam ſecū duxit ⁊ receſſit. Ille
poſt obitū punitus eſt a diuerſis demōi-
bus vnus inter ceteros eū inceſſanter in-
fatigabiliter puniuit. Tūc ille miles dā-
natus dixit ad talē demonē. Cur me tam
continue perſeq̄ris ⁊ punis pluſq̄ alius.
Rñdit demon. Si ego nō facerē vnus alius
faceret: ⁊ hec ſunt verba q̄ protuliſti dum
vaccā pauperi vidue rapuiſti. Scđi ſunt
qui per indebitas exactiones a ſuis ſub-
ditis bona extorquent. De hoc quere ſu-
pra ſer. lix. I Tertij ſunt qui ꝓpter debita
dñorū ciues ⁊ alios ſubditos indebite pi-
gnorant quod eſt rapina apud deū qñ ſic
res pauperū indebite impignorant̄. dimiſ-
ſis reb⁹ principaliū debitorū vel dñorum.
Sed heu hoc iam cōe eſt ꝙ mercatores ⁊
ruſtici totā guerrā luunt q̄ nunq̄ cauſam
vel occaſionē ad hoc dederūt: ⁊ tales pau-
peres merito eſſent martyres xp̄i ſi pa-
tienter hoc ſuſtinerent et cū hoc a pecca-
tis ſe cauerent. Quarti ſunt q̄ mercedem
aliorū iniurioſe detinent ⁊ cōſeruant ⁊ ta-
les etiā grauiter peccāt qui irā dei contra
ſe grauiſſime prouocāt: qꝺ patet: q꞉ illud
eſt vnū peccatū clamitās vindictā in auri-
bus dei cōtinue. G Dicit̄ eñ peccatū cla-
mare ad deū qꝺ ex ſua enormitate deum
prouocat ad vindictā ⁊ talia peccata ſunt
quatuor. Primū eſt oppreſſio innocētū et 1
viduarū ⁊ pupilloꝝ. Exo. ij. Aſcendit vox
filiorū iſrael ad dñm ⁊c. Ergo ſumme ca-
uendū eſt cuilibet ne pupillos orphanos
⁊ viduas innocēter opprimat vel eis ali-
quā iniuriā faciat. Scđm eſt peccatū ſo- 2
domiticū. vnde Gen. xviij. Clamor ſodo-
morū ⁊ gomorreoꝝ multiplicatus eſt ⁊c.
Tertiū eſt detētio ⁊ defraudatio merce- 3
dis mercenarioꝝ. Iac. v. Ecce merces ope-
rariorū veſtrorū que fraudata eſt a vobis
clamat ⁊ clamor ei⁹ introiuit in aures dñi
ſabaoth. Quartū eſt homicidium proxi- 4
mi. vnde Gen. iiij. dixit dominus ad cayn.
Ecce vox ſanguinis fratris tui abel cla-
mat ad me de terra. Sic deus poteſt dice-
re ad quēlibet homicidam. Ecce vox ſan-
guinis innocenter a te fuſi clamat ad me
de terra ⁊ req̄rit vindictā ſuper te. Quin- 5
ti ſunt qui vtuntur re apud eos depoſita:

vel etiam eis accõmodata ad aliũ vſum
ꝙ̃ eis cõceſſa eſt vel etiã vtuntur pigno-
re:tales furtũ cõmittunt ⁊ cõtra dei prece-
ptum faciunt. Sexti ſunt ſacrilegi: qui ſcꝫ
rem ſacrã vel etiã non ſacrã furantur ſiue
auferunt de loco ſacro:⁊ qui ſacrum aufe-
runt de loco nõ ſacro: vt patet.xviij.q.iiij.
quiſquis. Et tale furtũ dr̃ ſacrilegium: qḋ
etiã cõmittitur cũ quis facit iniuriam cle-
ricis vel perſonis eccleſiaſticis eos detinẽ
do vel eorũ res auferẽdo:tales eñ ſacri-
legi ſunt cõiter excõicati ipſo facto ⁊ ꝓhi-
biti a perceptione ſacramentorum. Que-
ritur vtrũ reliquie ſanctorum poſſint fur-
tiue ſubtrahi vt honorabilius reponan-
tur. Reſpondeo ſm̃ Guil. ꝙ non. Nã ſacri-
legium cõmittitur quotiẽs auferṫ ſacrum
de loco ſacro. vel ſacrum de loco nõ ſacro.
Et nota ſm̃ Ray. qḋ reliquias emere vel
vendere ſymonia eſt. ħ Septimi ſunt qui
furtũ committunt. Item queritur vtrũ in
re parua cõmittatur furtũ ſicut in re ma-
gna. Reſpondetur ꝙ ſic. vnde dr̃ in decre.
Furtum eſt iniuſta ablatio rei ꝙ̃tũcunqꝫ
parua ſit.xiiij.q.vj.ca.vlt. Quia in furto nõ
qḋ ablatũ eſt: ſed mens furãtis attendiṫ.
xiiij.q.vj.cap. vlti. Et hoc intelligendum
eſt quãdo voluntas eſt talis ꝙ etiã maio-
ra ſubtraheret ſi poſſet vel quãdo ex ab-
latione parue rei dñs intelligitur graua-
ri. Nã ſicut dicit ſanctus Tho.ij.ij.q.lxvj.
Si aliq̇s res minimas furtiue accipit per
quas homo nõ reputat ſibi nocumentum
inferri:⁊ ille qui accipit poſſit preſumere
hoc nõ eſſe cõtra voluntatem dñi excuſa-
tur. al's furtũ ſemper eſt peccatũ morta-
le:qꝛ eſt cõtra dilectionẽ proximi cui in-
fertur nocumentũ. vnde etiã in talibꝰ mi-
nimis ſi q̇s habeat animũ furandi ⁊ infe-
rendi nocumentũ ſuo proximo erit pecca-
tum mortale. vt dicit. ſ. Tho. ibidẽ. Unde
hoc ſumme aduertendũ eſt ꝙ nõ ſolum
furtũ notabile:ſed etiã paruum periculo
ſum eſt homini. vnde ſi decem vnã aucam
furatã cõederent quilibet teneṫ reſtitue-
re partẽ que ipſum cõtingit ſi vult indul-
gentiam et remiſſionẽ conſequi peccato-
rum. Similiter intelligendũ eſt de his q̃
gramina de pratis aliorũ metunt vel cum
pecoribus ſuis dãna proximis ſuis ſciens
ter in ſegetibus ⁊ pratis inferũt. Item ve
ctores qui cũ curribus ſuis perſata agro-
rum vehunt. Itẽ qui fructus arborũ vel
piſa vel rapas agrorũ ſubtrahunt cõtra
voluntatẽ proximorũ. Itẽ venatores qui
cũ equis ⁊ canibus ſuis proximis ſegeti-
bus dãna inferunt. Omnes tales nõ ſunt
abſoluendi a peccatis niſi velit reſtitue-
re dãna illata. vnde diciṫ in decre. Infe-
rens dãnum proximo nõ eſt abſoluendus
niſi damno prius ſecundũ arbitrium leſi
reſtitutio.xiiij.q.vj.cõperimus. Item ru-
ſtici qui quãdoqꝫ agros proximorum ſibi
contiguos cum aratro abſtrahẽdo dimi-
nuunt ⁊ ſuos augmẽtant oẽs tales tenen-
tur ad reſtitutionẽ. Unde habemus exem
plum in dial. Ceſarij ꝙ ruſtico cuidã mo-
rituro diabolus aſſiſtens palum igneum
ori eius immittere minabatur: ille culpã
nõ ignorans quocũqꝫ ſe vertebat ſemper
diabolum preſentem vidit. Palum ſiqui-
dem eundẽ cuidã vicino ſuo ſubtraxerat
de agro ſuo vt agrum ſuũ augmentaret.
Ad quẽ cogente iã dicta neceſſitate ſuos
amicos miſit ⁊ ablata reſtituere promiſit
⁊ veniã poſtulauit. quibus ipſe reſpondit.
Nõ ignoſco ſinite eũ bene torqueri. Ite-
rum terretur vt prius:⁊ iterũ mittit nun-
tios vt prius. ſed veniã non conſequitur.
Tertio cũ lachrymis venientibꝰ ⁊ dicen-
tibus ꝙ ille miſer nec poſſet mori nec vi-
uere. Reſpõdit aliter. Modo bene vindi-
catus ſum modo remittam. Ab illis igiṫ
omnis terror diaboli acceſſit. Item parẽ-
tes debent pueros ſuos debite ⁊ bene in
formare ꝙ nec ipſis nec cuiqꝫ homini ali-
quid auferant nec furtiue ſubtrahant. vñ
legitur ꝙ quidã puer defunctus eſt ⁊ iu-
dici preſentatus:quẽ puer quaſi per vela-
men contemplatus eſt:multumqꝫ ei ſeue-
rus videbaṫ. Diabolus aũt eundem pue-
rum accuſabat dicens. Dñe iudica ſecun
dum iuſtitiã qꝛ iſte puer obolũ germano
ſuo furatus eſt nec inde fecit penitentiã:
nec reſtituit ablatũ:cui dñs. Uelles vt ꝓ
tantillo hũc puerũ dãnarem mea iuſticia
nõ eſt ſine miſericordia. Supplicantibꝰ ꝓ
puero quibuſdã ſanctis quibus puer ſer-
uierat culpa puero remittitur: ſed ad pre-
ceptum iudicis puer ille ꝓijcitur in puteũ
igneũ in quo tãtam penã ſuſtinuit ꝙ poſt
modũ hãc penã verbis exprimere nõ po-
tuit:⁊ poſt ea de illo puteo extractus eſt:
⁊ ab illa pena liberatus ⁊ tũc iudicẽ dulcẽ
⁊ iocundũ inuenit. Et data eſt ſnĩa ꝙ ani-
ma corpori reſtitueretur:⁊ ablatum pſolue-
re iuſſus eſt. Et admirãtibus cunctis qui
aderãt per ſigna q̃ inuenerũt in coverbis
eius cõpulſi ſunt credere. I Itẽ ꝙ homo
poſt hãc vitã puniatur ꝓ minimis rebus
patet per tale exẽplũ. Filius cuiuſdã du-
ciſſe decedẽs cõfeſſus eſt ꝙ̃uis nõ eẽt niſi
ix. annorũ. Qui poſt mortẽ apparens ma-
tri:dixit ſe eſſe in magna pena purgato-
rij:qꝛ non ſoluiſſet quedqꝫ debita que accõ-
modauerat a familia matris ſue ad faciẽ-
dos ludos ⁊ globos emendos nec de hoc
memor fuit in morte vt ſoluiſſet tales hal-
lenſes:et petijt matrem vt ꝓ eo ſolueret:qꝛ
ſolutis illis pena ſua finẽ haberet. Que
rñdit libenter ſe velle facere. Et inq̇ſitio-
ne facta fecit oẽs tales hallenſes ſoluere
famulis:⁊ famulabꝰ ſuis quos ei conceſſe
rant. Poſt hoc puer apparuit ei in magna
claritate dicens ſe eſſe liberatũ a pena ⁊
poſitum in magna felicitate. Octaui ſunt
ſerui ⁊ ancille q̃ res dñorum ſuorũ furtiue
⁊ inutiliter cõſumunt vel etiam de rebus
dñorum ſuorum ipſis inuitis eleemoſinas
faciunt. Tales etenĩ ꝓpter piam intentio
nẽ a peccato mortali ex toto nõ excuſanṫ.
Noni ſunt artifices ⁊ mechanici qui arti-
ficia ſua ⁊ opera ſua fraudulẽter faciunt:
⁊ ſic proximos ſuos decipiũt malũ pro bo-
nis vendẽtes. Contra quos dicit dñs. Ue
vobis qui dicitis malũ bonum ⁊ bonũ ma
lum. K Decimi ſunt inuentores rerũ, qui
rem inuentam nõ reſtituunt. vnde Augu.
Quicquid inueniſti ⁊ nõ reddiſti rapuiſti
ꝙ̃tũ potuiſti:qꝛ non plus potuiſti ⁊ ideo
nõ plus feciſti. Ad hoc aũt ꝙ ille qui rem
alienã inuenit euadat furti penã: tũc ſm̃
Hen. de vri. debet publice denunciare qḋ
illius cui res fuerũt veniãt. ⁊ ſi certa indi-
tia expreſſerint illis reddet. vel ſm̃ Hoſt.
ſi ille non venerit cuius res fuerũt eroget
pauperibꝰ vel ipſe dẽ inuentor põt tenere
rẽ ſi indigens eſt ⁊ pauper. ⁊ hoc ſecundũ
quoſdã authoritate penitentiarij ſui ſeu
ſui dioceſani:ſi forte ſibi retinuerit diſpẽ-
ſationẽ taliũ rerũ que dicunṫ vage reſti-
tutiones. L Undecimi dicunṫ hoſpites q̇
nimium cõputant hominibꝰ ſecũ comedẽ
tibus ⁊ hoſpitãtibus:qꝛ tales deberẽt mo
derate hoſpitibus ſuis ſumptus cõputa-
re, ſic tñ ꝙ eis pro laboribꝰ ⁊ occupationi-
bus ſuis ſatiſfacerẽt:qꝛ quicũqꝫ tales vl-
tra debitum modũ ⁊ nimis exceſſiue ſuos
proximos ſic grauant nimium cõputãdo
ſcienter ⁊ ex propoſito teneṅt ad reſtitu-
tionẽ. Sciendum etiã ꝙ iſti hoſpites qui
ꝓpter lucrũ tp̃ale preparãt cibaria prohi
bita ſuis hoſpitibus participes ſe faciunt
illorũ peccatorum in quo nõ modicũ pec-
cant tam comedẽtes ꝙ̃ etiã illi qui admi-
niſtrant eis ꝓpter lucra temporalia talia
cibaria. Ratio eſt qꝛ in tota quadrageſi-
ma ſub precepto interdicunṫ vniuerſali-
ter oua:lacticinia: et hmõi. vnde diciṫ in
decre. In quadrageſima eſt ieiunandũ a
lacticinijs. di.iiij. deniqꝫ. Duodecimi ſunt
mercatores qui mentiendo, ⁊ decipiendo
emunt, ⁊ vendũt. Et de iſta materia que-
re infra ſermo.cvj. A Tredecimi ſunt vſu
rarij, ⁊ luſores. de quibꝰ quere infra ſermo.
cxiiij. C M Qḋ nõ ſolum parẽtes:ſed etiã
heredes dãnabunṫ pro rebus iniuſtis:patꝫ
per tale exemplũ. Fuit quidã comes bone
opinionis ⁊ vite ſm̃ opinionem hoĩm. Et
poſt obitũ eius quidã religioſus vidit in
ſpiritu dictũ comitem in inferno in ſupre-
mo gradu cuiuſdã ſcale erecte inter ſtridẽ
tes ⁊ ſtrepitãtes flammas. Surgebat aũt
predicta ſcala de immenſo baratro. Cũqꝫ
ille qui ſic aſpiciebat quereret quare ille
comes qui tam iuſte vixit ſic torqueretur.
Reſponſum eſt ei ꝙ ꝓpter quandã poſſeſ-
ſionẽ cuiuſdã eccleſie quã proauus eiꝰ ab
ſtulerat cui iã iſte decimꝰ in hereditate
ſucceſſit:⁊ quotquot vlteriꝰ moriũṫ de iſto
gñe vnus poſt aliũ in eadẽ ſcala ponenṫ.

¶ Alius ſermo de eodem.

Redde rationẽ villicationis tue ⁊c.
hic eſt dicendũ ꝙ iudiciũ eſt du-
plex. ſ. particulare ⁊ vniuerſale. Et
quõ homo in agone mortis de decẽ reddi

furus eſt rationem ſtrictā. quere iſtā ma-teriam ſupra ſer.iij. O.

Dominica.x.poſt feſtū trinita.ſer.cv. De iudeis.

ſunt: q: non eſt ſpecioſa laus in ore pecca-
toris: vt habet Eccli. xv. Sed diceres quō
creature iam enumerate laudāt deū. Rn̄.
Aqua per continuū curſum ſuum inceptum
poteſt laudat deum Terra antē fructus
germinādo ꝛ flores Arbores in altū ſcen-
gendo: herba creſcēdo: creatorē volucres
in cantādo ꝛc. Abſurdū eſt hominē tacere
ꝛ de mane in lecto dormire ꝛ pigritiari cū
auicule parue in aurora deū ſuū laudant.
vnde Gre. in moral. Mirū eſt ꝙ homo deū
non ſemper laudat cū omnis creatura ad
deum laudandū ſemper eum inuitat. L
Tertiū eſt natura propria. Nā in corpore
humano ingeminauit natura tot mēbra:
vt dicunt phiſici quot ſunt dies in anno:
vt ex hoc etiā rationali inſtinctu informe-
tur: ne vlla dies nos pertranſeat ſine lau-
de diuina ꝛ gratiarūactione: ergo cū quis
membra corporis ſui inſpicit: tunc reduce
re debet ad memoriā ꝙ deus tot membra
corpori ſuo contulit quot ſunt dies in an-
no: vt deum laudare debeat cum corpore
ad honorez ipſius ordinādo cogitationes
cordis, verba oris, ꝛ opera corporis. Unde
apoſtolus. Col. iij. Omnia quecūq̄ facitis
in verbo, vel opere omnia in noīe dn̄i Jeſu
chriſti facite. Et ex hoc actiones illius ho-
minis non cenſentur humane: ſed potius
celice ꝛ diuine: q: celicam formā ipſius im-
primit cum eiſdē ſolum diuinū honorē in-
tēdit: ꝛ ſic homo in omnibus actibus ſuis
poteſt mereri remunerationē eterne vite:
ſcilicet comedēdo: bibendo: dormiēdo: la-
borādo. vnde apoſtolus Ro. viij. Scimus
quoniā diligētibus deum omnia cooperā-
tur in bonū. ꝙ homo in ſumēdo cibum in
hoc deū laudare poteſt: patet per Aug. di
centē. Porro ſi mādūcas ꝛ bibis ad refe-
ctionē corporis ꝛ deo gratias agis: ꝛ cib⁹ ꝛ
potus tuus laudant deū. Item dormiēdo.
vnde Gre. Somnus ſanctorū non vacat a
merito: quia cū homo comedit, vel dormit
pro ſuſtētatione ꝛ cōfortatione ſue natu-
re: vt deo ſeruire ꝛ laborare poſſit, ſemper
meretur: ergo bonū ꝛ laudabile eſt a quo
libet chriſtiano qui cuz de mane ſurgit vt
oēs actiones ſuas: ꝛ opera que illo die fa-
cere intēdit deo bono zelo offerat, ꝛ petat
ab eo dirigi in omnib⁹ verbis, ꝛ factis. Et
cum de ſero tranſit dormitū ꝙ antea diſcu-
tiat ſuam propriā conſcientiā: ſi in aliquo
deum die illo offendit, vt de hoc doleat: et
ſic cum cōtrito corde ſe ad lectū ſuū locet.
vnde Chryſo. in ſermo. quodā. Quādo ac
cubaueris ſuper ſtratum tuum anteq̄ ve-
niat tibi ſomnus profer in mediū codicem
cōſcientiā tuam reminiſcere peccata tua:
ſi q̄d in verbo, vel facto, vel cogitatione pec
caſti: quia valde periculoſum eſt dormire
per vnam noctē ſciēter in pctō mortali: q:
ſi ſic quis moreret eternaliter dānaretur.
vnde Diony. de diui. no. Audacior eſt qui
cum vno peccato mortali dormit ꝙ̄ qui cū
ſeptē hoſtibus de morte ſua inuicem obli-
gatis cōfligit: ergo debemus ſemper ſtare
in timore dei die noctuq̄: ꝛ eū ſemper pre
oculis habere in omnib⁹ cogitationibus
verbis, ꝛ operib⁹. vnde Iſi. de ſum. bo. Ti-
mor expellit pctm̄: timor reprimit vitiū: ti-
mor cautum facit hominē ꝛ ſollicitum: vbi
non eſt timor ſalus ibi non erit. vnde ſcri-
ptum eſt. Eccl'iaſti. xxvij. Si non in timore
domini tenueris te inſtāter: cito ſubuertet
domus tua. vnde Ber. Cōnexa quidē ſunt
timor ꝛ religio: nec manere pōt alterū ſine
altero. O ꝙ̄ plures q̄ ſine omni timore dei
viuunt: ꝛ illis non erit ſalus. vnde pš. Ini
tium ſapiētie timor dn̄i. Nā homo ꝙ̄tum
cūq̄ ſctūs ſi nō in timore dei ſtat finaliter
male habebit. vnde Ber. Omne nāq̄ vir-
tutum edificiū ilico vergit in precipitiū ſi
timoris dn̄i amiſeris preſidiū. Quartum
qd̄ inducit ad laudandū deum eſt ꝙ deuz
laudare ꝛ ei gr̄as agere eſt quedā diuine
maieſtatis pteſtatio, ꝛ noſtre neceſſitatis
deuotio. In hoc eīn ꝙ deo de ſuis bn̄ficijs
gratias agim⁹ cum dn̄m noſtrū ꝛ capita-
neū proteſtamur. vnde xp̄s volēs de q̄nq̄
panibus feſtū facere qd̄ non fuit feſtū hu-
manū: ſed diuinū gratias egit ꝛ fregit de-
ditq̄ diſcipulis ſuis vt apponerēt turbe.
Item etiam noſtre neceſſitatis deuotio.
Qui enim regratiatur: ſuam neceſſitatem
proteſtatur. Dum eīn de receptis deo gra
tias agimus, proteſtamur ꝙ nihil habe-
mus: niſi ꝙ de eius munere poſſidemus.
M Quintum inductiuū eſt: quia gratia-
rumactio eſt bonorum receptorum a deo
augmētatio. Nam deum ſic prouocamus
ad dādum maiora ſi de perceptis gratias
referamus. vnde Bernar. Dona multipli-
cantur ſi priora tanq̄ dona ſuſcipi viden-
tur. vnde etiam Chryſ. ſuper Matth. Gra-
tiarūactio eſt inuitatio ad plus dandū. Et
ideo optimus modus impetrandi etiā de

perceptis pri⁹ gratias agere deo:ergo qñ
homo ſerioſe aliq̃d a deo vult impetrare
tūc de perceptis primo dꝫ gratias agere.
verbi grã.ſi petis a deo aliqđ tēporale ti=
bi neceſſariū.ſ.pro veſtimēto corporis:tūc
antea ſibi regratiari debes ꝙ te miſericor
diter a pueritia tua veſtiuit ⁊ nūq̃ te pre
frigore mori permiſit.vñ Gre.Sequentiū
rerū certitudo eſt preteritarū exhibitio:ſi=
militer ſi petis cibū tunc regrãre ſibi ꝙ te
pauit a iuuentute tua.ſimilr̃ ſi petis ꝯſer
uationē fructuū:ſegetū:⁊ vinearū:tūc re=
grãre ſibi de ꝑceptis fructibus.ſimiliter ſi
petis ꝯſeruari cū mercimonijs tuis a ra=
ptoribus:tunc regratiare ſibi ꝙ antea ſe=
pius cuſtodiuit ⁊ proſperitatem cōceſſit.⁊
poſtq̃ ad domū reuerſus fueris tunc de
his que lucratus es debes ipſi xp̄o partē
dare.ſ.pauperib⁹ ſubueniēdo.Et ſi aliqđ
infortuniū tibi in corpore.vel rebus acci=
derit hoc tibi ⁊ peccatis tuis adſcribere de
bes.q: antea ingratus fuiſti:⁊ dona ⁊ bñfi
cia dei male expēdiſti:ḡ deus hoc ſuper te
permiſit.Et dic cū ps.Juſtus dñs in omni
bus vijs ſuis:⁊ ſanctus ⁊c. quia ingratus
meretur priuari iā habitis.nec eſt dignus
recipiendis.Vñ Aug.Quđ deus dedit gra=
tis tollit ingratis.Inde etiam Bern̄.in ſer
mone.Accipiendis indignus eſt qui fue=
5. rit de acceptis ingratus.Sextū eſt ꝙ gra-
tiarum actio eſt conſeruatio acceptorum:
tā ſpūalium q̃ tēporalium.vñ Chryſ.ſuꝑ
Mat.Optimus beneficiorū cuſtos eſt ipſa
memoria bñficiorum ⁊ perpetua confeſſio
gratiarū.ergo qñcūq̃ aliqđ beneficium a
deo acceperis ⁊ ſi illud perdere non vis
tunc ſis gratus deo.q: niſi dñs cuſtodierit
ciuitatem fruſtra vigilat qui cuſtodit eā.
7. Septimū eſt q: grãrū actio eſt beatorum
in celo exiſtētiū opatio:qui nihil faciūt
niſi ꝙ deū pro ſuis bñficijs laudāt.Eſa.lj.
Gaudiū ⁊ letitia inuenit in ea:gratiarum
actio ⁊ vox laudis.ps.Bti.qui habi.in do.
tua dñe in ſe.ſe.lau.⁊c.vñ.Ber.Diſcamus
in terris q̃s facturi ſumus laudes in celis
nihil ita ꝓprie in terris celeſtis habita=
tionis ſtatum repreſentat.ſicut alacri=
tas laudantiū deū.Ex quo patet ꝙ qui
hic deum deuote laudant habent officiū
ſanctorū ⁊ angelorū in celo exiſtentiū.Si
homines ingrati q̄ deū in ſuis beneficijs
nō laudāt tales obmuteſcent in futura vi
ta.vñ Augu.in lib.confeſſio.Qui hic inci=
pit tacere in futuro erit mutus. ¶ Circa
2. ſcđm ſciendū ꝙ deo regrãri debemus de
multiplicibus bñficijs ab eo nobis impē=
ſis:in quib⁹ nobis maximā ſuā charitatē
oſtendit.⁊ hoc fecit ſignāter in tribus.ſ.in
dignitate creationis:in aſſumptione car=
nis:⁊ in tolerantia paſſionis.In dignitate
creationis oñdit deus ꝙ plus dilexit ho=
minem q̃ aliquā aliā creaturam mundi.⁊
hoc in duob⁹.Primo q: eū ad imaginem ⁊
ſimilitudinē ſuā fecit.vñ Gen̄.j.Faciam⁹
hoiem ad imaginē ⁊ ſimilitudinē noſtrā.
Anſel.Fateor dñe ⁊ grãs tibi ago:q: me
creaſti ad tuā imaginē vt tui memor ſim:
te cogitē:te diligā:te intelligam.Scđo:q:
eū dñm oīm creaturarū ꝯſtituit:⁊ ꝓpter
eum oēs ceteras creaturas creauit.Ge.j.
Dñamini piſcibus maris ⁊ volatilibus ce
li:⁊ vniuerſis animantib⁹ ſuꝑ terrā.Ecce
dedi vobis omnē herbā:⁊ vniuerſa ligna
⁊c.Quđ eñ deus oēm creaturā ꝓpter homi
nem creauit.patet primo in angelis qui ſer
uiunt hoibus.vñ ps.Angelis ſuis manda
uit de te vt cuſtodiāt te in oibus vijs tuis.
Itē ſol lucet ſibi in die ⁊ luna in nocte.ter
ra ꝓfert ſibi fructus:aque piſces:aer vo=
lucres:ignis calefacit.ps.Omnia ſubiec=
ſti ſub pedibus ei⁹.ergo qñ q̄s vtitur bñfi
cijs dei.ſ.induendo tunicā.laudare deum
dꝫ q̄ ouē creauit,q̄ lanam portauit.ſilr̃ cum
comedit cibū,⁊ bibit potū laudare dꝫ illū
a quo hꝫ.ſ.ipſum deū q̄ oīa ꝓpter hominē
creauit,⁊ vti dꝫ creaturis creatis ad hono
rem dei ⁊ vtilitatē ꝓpriā.Sed heu plures
ſunt qui non regratiantur deo de creatu=
ris ſuis.imo ſepius abutuntur donis dei.
Vnde Auguſt.de ci.dei.Quiſquis benefi=
cia dei non videt cecus:nec laudat ingra-
tus eſt:quiſquis in laudando delectatur:
inſanus eſt:⁊ tales de omnibus his diſtrictā
reddent rationem.Vnde Chryſoſt ſuper
Mat.In die illa nihil eſt quod reſpondea
mus vbi celum ⁊ terra:aqua:ſol:⁊ luna:
dies:⁊ noctes:⁊ mundus totus ſtabūt ad
uerſus nos in teſtimonium peccatorū no=
ſtrorum.Secundo in aſſumptione carnis
oſtēdit ꝙ plus dilexit hominē q̃ angelū:
⁊ hoc tripliciter.Primo in honore:q: eius
naturā aſſumpſit ⁊ non angeli.vnde apls
ad Heb.ij.Nuſq̃ angelos apprehēdit:ſed
ſemen abrahe.Secūdo in amore q: homi
nem proprio ſanguine reparauit:qđ nō fe
cit angelis lapſis.j.Cor.vj.Empti enim
eſtis pretio magno.Tertio in viſione.Nā
ex contēplatione humanitatis homo ma=
iori gaudio q̃ angelus perfruet in patria:
qui videbit ſuam naturā diuine nature
vnitā:quod non videbit angelus.Job.xix.
In carne mea videbo deum.Tertio in tole=
rantiā paſſionis oſtēdit ꝙ plus dilexit ho
minē q̃ ſeipſum pro modo loquēdi qñ pro
homine expoſuit corp⁹ ſuū.vnde dicit Jo.
xv.Maiorē charitatē nemo habet.vt ani=
mam ſuā ponat quis pro amicis ſuis:⁊ ſic
regratiari debem⁹ deo de beneficio crea=
tionis,incarnationis,⁊ paſſionis:⁊ non ſo=
lum debem⁹ deū laudare in proſperis:ſed
etiam in aduerſis.vnde Greg.Recte men=
tis eſt deum non ſolū in proſperis benedi=
cere:ſed etiā in aduerſis collaudare:quia
ſm Guil.Minus periculoſa eſt aduerſitas,
q̃ proſperitas.vnde ps.Cadent a latere
tuo mille,⁊ decem milia a dextris tuis.vn=
de Aug.Ipſum lauda ſiue in eius bonis:
ſiue in eius flagellis. ¶ Ergo deū lau=
dare debemus:tam in infirmitate q̃ in ſa-
nitate:tam in pauperate q̃ in diuitijs ⁊c.
Exemplū de gratiarūactione habem⁹ ta=
le.Erat quidam monachus ordinis ciſter=
cien̄.cuius virtute multi ſanabātur infir=
mi.maxime ex cōtactu veſtimentorū eius:
qui cum interrogaret ab abbate ſuo que
eſſet cauſa miraculorū.Reſpondit.Nō pre
ceteris fratrib⁹ laboro:ieiuno:vel oro:ſed
hoc vnum ſcio ꝙ extollere me non poteſt
proſperitas:nec frangere aduerſitas.Cui
abbas.Non te conturbauit ꝙ miles talis
nuper grangiā noſtram incendit.Reſpon=
dit.Non.Totum enim deo cōmitto.ſi mo-
dicum habeo cū gratiarūactione accipio:
ſi multum iterum gratias ago:⁊ cognouit
abbas ꝙ virtus tātorum miraculorū eſſet
amor dei,⁊ patientia in aduerſis:⁊ contē=
ptus rerum mundanarū ⁊ terrenarum.



¶ Dominica.xv.Sermo.cxiiij.de
ſeruitio dei.

NEmo poteſt duobus domi=
nis ſeruire.Mat.vj.Lu.xvj.
ſicut dicit Aug.Deus homi
nem fecit vt ſummū bonum
intelligeret: intelligendo
amaret:amādo poſſideret:
⁊ poſſidendo frueret.Ideo chriſtus in ver
bis premiſſis vult nos abſtrahere a ſerui
tio mūdi ad ſuum ſeruitiū in hoc quod di
cit.Nemo poteſt duobus dominis ſeruire
ſcilꝫ contraria precipientib⁹.Iſti duo do=
mini ſunt deus ⁊ mūdus:ſed heu mūdus
habet plures ſeruitores q̃ ipſe deus. ¶
Vnde ſciendū ſm Guil.lug.ſeptē ſunt cau-
ſe quare aliqui nolūt deo ſeruire.Prima
cauſa eſt:q: adhuc iuuenes ſunt.et in hoc
oſtendunt ſe iuuentutē a deo non recepiſ=
ſe:cum enim in iuuentute ſeruire nolūt:ſed
ſolum in ſenectute:ſicut aliqui mūdani et
dei inimici dicunt in vulgari.Il fault paſ=
ſer ieuneſſe:quod eſt malum verbū in ore
chriſtiani.nam in illo verbo oſtendunt ꝙ
diabolo in iuuētute potius eſt ſeruiendū
q̃ deo:⁊ tales volunt deo offerre feces:id
eſt ſenectutem:⁊ diabolo ⁊ mundo offerūt
purū vinum:id eſt ipſam iuuenturē quod
deo omnipotenti multū diſplicet.Sed per
contrariū deberet fieri:ſcꝫ ꝙ homo offer=
ret deo hoſtiā integrā:id eſt caput cū cau=
da:ſcilicet iuuentutē cum ſenectute:⁊ hoc
eſſet deo valde acceptum cum homo in iu
uentute inciperet deo ſeruire:quia intan=
tum placet deo ſeruitium iuuenum:et in=
nocentum ꝙ nunq̃ pater carnalis de filio
ſuo intantum gauiſus eſt:ſiue ſit fact⁹ rex:
ſiue electus in papam:ſiue in epiſcopum:
ſicut deus gaudet de ſeruitio iuuenum in
nocentum. Secundo aliqui nolunt deo 2.
ſeruire:quia diuites ſunt,et quibus plus
dedit minus ſibi quandoq̃ ſeruire volūt:
ſed ſi tales aduerterent ꝙ omnia habent
a deo merito ei ſeruire deberēt cum rebus
⁊ cum corpore.vnde Apoſtolus.j.Corint.
iiij.Quid habes quod non accepiſti:⁊ ta=
les qui diuitias a deo receperunt ⁊ deo ſer
uire nolunt:ſed mundo ⁊ diabolo demerē
tur per hoc ꝙ deus oēs priuare eos eiſdē

bonis tẽporalibus de iure deberet. Et de
talibus dr̃ per prophetam Dauid. Retri-
buebant mihi mala ꝓ bonis: ⁊ odiũ ꝓ di-
lectione mea. ¶ Tertio aliqui deo ſerui-
re nolunt: ideo qꝛ pulchri ſunt. ⁊ hoc exem-
plo luciferi qui ꝓpter excellentiã pulchri-
tudinis ſe deo oppoſuit ⁊ ſeipm̃ exaltare
voluit ⁊ ideo immerſus eſt ad profundũ
inferni. Sic ⁊ illis ꝯtinget qui ꝓpter pul-
chritudinẽ ſuã ſe deo ſubijcere nolunt: ſed
ſe cõtra deũ erigũt ⁊ diabolo ⁊ mũdo ſer-
uire volũt. Et heu hoc eſt multũ lamẽta-
bile ꝙ diabolus ⁊ mũdus habent cõiter
pulchriores hoĩes in ſuo ſeruitio: ſicut il-
los qui intendũt pompoſe ⁊ ſe cõtra deũ
ornãt in crinib⁹: in peplis in facie: in tuni-
cis: in calceis: in mãtellis: in pretioſis cin-
gulis: ⁊ hoc faciũt vt appereant homini-
bus ſpecioſi. Et tales q̃to pulchriores ſũt
apud mundũ tãto deformiores ſunt apud
deũ. Sed cõiter xp̃s hꝫ claudos ⁊ cecos: ⁊
pauperes ⁊ debiles in ſuo ſeruitio vt ha-
betur in euãgelio. Luc. xiiij. Ubi inuitati
ad cenam venire noluerunt: tũc dixit pa-
terfamilias ſeruo ſuo. Exi cito in plateas
⁊ vicos ciuitatis ⁊ paupes ac debiles ⁊ ce-
cos et claudos introduc huc. Hoc patet
etiã in parẽtibus que frequẽter pulchrio-
res pueros offerũt mundo: ſed defectuo-
ſos offerũt deo. Et pulchritudo malorum
eſt ipſis et alijs multũ nociua: qꝛ propter
ſpẽm multi perierũt. Unde legit̃ exẽplum
in Ualerio maximo de quodã iuuene pul-
chro Sputima nomine cui⁹ pulchritudo
fuit mulieribus occaſio malarum concu-
piſcentiarũ. Qui iuuenis intuens hoc ſe-
ipſum leſit in facie: vt ſic deformis fieret:
nec ſic occaſionẽ peccãdi alijs daret. Sed
oppoſitum iam plures faciũt qui ſeipſos
ornant vt alijs placeant: ⁊ vt ab ipſis cõ-
cupiſcentur qđ cõſtat eſſe peccatũ morta-
le. vnde Aug. Nõ ſolum appetere: ſed etiã
appeti velle criminoſum eſt. Et tales q̇
cũ pulchritudine ſua deũ offendũt ornan-
do ſe ad cõplacendũ mundo deformiores
erũt in futuro. vnde Johel. ij. Oẽs vultus
redigentur in ollam. Quarto aliqui deo
ſeruire nolunt qꝛ bonus et benignus eſt.
qui. ſ. bonitatẽ dei contemnunt. De q̄bus
dicitur. Ro. ij. An diuitias bonitatis eius
patientie ⁊ lõganimitatis cõtẽnis. Et hoc
faciũt illi qui ſcienter ⁊ friuole cõtra deũ
peccãt: ideo qꝛ nõ ſtatim deus punit pec-
catores cũ peccãt: ſed ex ſua bonitate eos
q̃nq꜡ longo tẽpore ſuſtentat. vnde Eccl.
viij. Quia nõ profertur cito contra malos
ſnĩa: abſq꜡ vllo timore filij hominũ perpe-
trant mala. Hoc ſic ꝓbatur. Quia ſi quis
certitudinaliter ſciret ꝙ q̃ cito peccaret
luxuriando ſtatim incurrreret leprã cor-
poris: vel peccaret chorizãdo amputãdi
eſſent ei ambo pedes: vel peccaret inebriã-
do vel ludẽdo amputãde eſſent ſibi ma-
nus vel iraſcẽdo blaſphemãdo: maledicẽ-
do: ſtatim excidẽda eſſet ſibi lingua et ſic
de alijs. ſimiliter de omiſſione ꝙ quicũq꜡
dñica die non audiret integrã miſſam: vel
ſolueret ſabbatũ: vel ieiuniuꝫ bini ſtatim
eradendi eſſent ſibi oculi: vel incurreret
mortem corporis: ⁊ ſic de alijs: patet ꝙ ta-
les ſibi a peccatis cũ omni diligẽtia caue-
rent ⁊ deo fideliter ſeruirent. ℞ Quinto
ideo aliqui nolunt deo ſeruire: qꝛ timẽ-
tur ſe fame perire ſi precepta dei deberẽt
ſeruare ⁊ cũ veritate ⁊ iuſtitia vendere ⁊
emere: ⁊ ſe ab iniuſtis reb⁹ cauere. Cõtra
quos dicit p̃s. Nũq꜡ vidi iuſtũ derelictũ.
Augu. paſcet ⁊ potabit cõtẽnentes ſe: ⁊ de-
ſeret diligẽtes ſe. q. d. Nullo modo. Talis
diffidens de deo attendere deberet quo-
modo deus pauit filios iſrael in deſerto
cum mãna: ⁊ quomodo pauit Helyã per
coruos. vt habet̃. iij. Regũ. xvij. Et ſanctũ
paulũ primum eremitam, ⁊ plures alios
ſanctos in eremo exiſtentes, tales nõ ha-
bent verã fidem de potentia dei ꝙ poſſit
eis prouidere de neceſſarijs. nec de boni-
tate. ſ. ꝙ velit eis prouidere ex ſua miſeri-
cordia. Sed plus cõfidunt in diabolo cui
acquirẽdo res iniuſtas ſeruiunt ꝙ poſſit
⁊ velit eos cũ iniuſtis reb⁹ nutrire. Unde
dicit̃ in euãge. preſenti. Primũ querite re-
gnum dei ⁊ iuſtitiã eius ⁊ hec oĩa adijcien-
tur vobis. Unde quilibet dꝫ deo cõfidere
ꝙ velit eum cũ veritate ⁊ iuſtitia nutrire.
⁊ ſic ſe ab iniuſtis reb⁹ cauere. Unde etiã
dicit in p̃ſenti euangelio. Nolite ergo ſol-
liciti eſſe dicẽtes quid mãducabimus aut



quid bibemus aut quo operiemur. ſcit
eñ pater veſter qꝛ his omnib⁹ indigetis.
Qđ eñ deus velit prouidere ſuis de neceſ-
ſarijs patet per tale exemplũ. Legitur in
vitiſpatrũ ꝙ quidam antiquus pater in
quadã ſolitudine iacuit. xxx. diebus infir-
mus: ⁊ nõ fuit viſitatus a fratribus: tunc
xp̃s miſit ei angelũ qui ei ſeruiuit ⁊ ei mi-
niſtrauit neceſſaria. ℞ Sexto aliqui deo
ſeruire nolunt: qꝛ credunt ꝙ ſeruitium dei
ſit nimis graue: ⁊ eſtimãt ſe poſtea nũq꜡
aliqđ gaudiũ habituros cũ deo veraciter
ſeruire incipiũt. Cõtra quos dicit chriſtus
Mat. xj. Jugum enim meum ſuaue eſt: et
onus meũ leue. Eccl. xxiiij. Spiritus eñ
meus ſuper mel dulcis. Nã charitas facit
ſeruitiuꝫ dei leue ⁊ dulce. vnde Ber. Cha-
ritas omne onus graue facit leue. Sed
ſeruitiũ mundi eſt graue ⁊ triſte: qꝛ ſinde-
reſis ſemper remordet ⁊ reprehẽdit ma-
los ⁊ amatores mũdi. Septimo aliqui ſer-
uire nolunt ꝓpter erubeſcentiam qꝛ eru-
beſcunt de humilib⁹ ſeruitijs dei. ſ. con-
fiteri peccata: audire ſermones: viſitare
eccleſiam: ⁊ ſeruire infirmis: ducere cecos
⁊ claudos: ⁊ ſic de alijs. Et de his dicit xp̃s
in euãg. Lu. ix. Qui me erubuerit ⁊ meos
ſermones hũc filius hominis erubeſcet cũ
venerit in maieſtate ſua: ⁊ patris ⁊ ſancto-
rum angelorũ. Nam qui de deo verecũ-
datur in terris: hunc deus erubeſcet in ce-
lis. Sed mũdo ⁊ diabolo ſeruire iã quaſi
cõmuniter eſt honorificũ et laudabile vt
chorizare, ſaltare, ſuperbe incedere: cra-
puloſe viuere: ⁊ ſic de alijs. Talia iã repu-
tantur corã ſecularib⁹ ſeruitia honorifica
⁊ ſerui diaboli ⁊ mundi iã cõmendantur
in ſuis peccatis. p̃s. Laudatur peccator in
deſiderijs anime ſue: ⁊ iniquus benedicit̃.
Sed boni ſerui xp̃i deridẽtur ⁊ vilipẽdun-
tur et in hoc xp̃s grauiter offendit̃: qꝛ ta-
les cõſpuunt in faciẽ xp̃i q̇ bonos deridẽt.
Et ſicut ipſi hic bonos deriſerũt: ſic ipſi in
futuro deridebunt̃ a deo. p̃s. Qui habitat
in celis irridebit eos: et dñs ſubſannabit
eos. ¶ Et iſti boni q̇ ſuſtinent hic patien-
ter deriſiões malorũ honorabunt̃ in celo
a ſanctis ⁊ ab angelis ⁊ ab ipſo deo. Exẽ-
plum tale de amatoribus mũdi ⁊ que ſcꝫ
ſint opera eorum legitur in vitiſpatrum.
Erat quidã pater de ſenioꝛib⁹ in ſella ſua
ſedẽs: ⁊ ſubito venit ad eum vox dicens.
Egredere foras ⁊ oſtẽdam tibi opera ho-
minũ ⁊ ſurrexit ⁊ egreſſus eſt foras. Du-
xit aũt eum angelus ⁊ oſtendit ei ethio-
pem nigrũ cũ ſecuri ſecantẽ ligna: ⁊ faciẽ-
tem grandẽ ſarcinã ⁊ ſubleuare tentabat
ſarcinam illã: ⁊ pre magnitudine nõ pote-
rat portare. Sed redibat et ſecabat iterũ
alia ligna ⁊ addebat ſuper ſarcinã illam.
Jterũ oſtendit ei alterũ hominẽ ſtantem
ſuper lacum: ⁊ haurientẽ aquam de lacu
⁊ mittentem eam in collectaculum in quo
ab alia parte fuit foramen per qđ effluebat
aqua quã ipſe effudit. Jterũ dixit ei.
Sequere me ⁊ oſtẽdam tibi aliud. Et vi-
dit quaſi quoddã edificiũ templi: ⁊ duos
ſedẽtes in equis portãtes ſuper ſcapulas
vterq꜡ lignũ vnum longũ volẽtes pariter
ingredi per portam vnã templi huius: et
nõ permittebat eos lignum qđ ex aduer-
ſo portabãt ingredi per illã portam. Non
eñ humiliabat alter alteri ſed contende-
bant pariter vterq꜡ ingredi ⁊ nõ preuale-
bant. Expoſuit ergo ei has viſiones di-
cens. Qui lignũ portabãt hi ſunt qui ha-
bent iugũ ſanctorũ monachorũ: ſed iuſti-
ficãtes ſemetipſos in corde ſuo cũ exalta-
tione ſupbie non humiliant̃ inuicẽ: ideoq꜡
ꝓpter ſuperbiã cordis ſui remanebũt fo-
ris de regno xp̃i regno celorũ excluſi. Qui
aũt ſecabat ligna ⁊ ſuper ſarcinã adhuc
addebat eſt homo qui multis peccatis eſt
oneratus: et ſuper ſarcinam ſuorũ pecca-
torũ addit ſemper ⁊ continue alia peccata
qui deberet potius agere penitentiam de
peccatis ſuis priorib⁹ ſed negligẽs emen-
dare vitia priorum peccatorum: magis et
alia addit quotidie ſuper peccata priora.
Jlle autem qui aquã de lacu hauriebat:
homo eſt qui aliqua bona operatur: ſed
quia etiã mala amplius operatur: ideo pe-
reunt ⁊ delẽtur illa bona opera que fecit.
Oportet ergo hominem vt dicit apoſto-
lus. Cum timore ⁊ tremore ſalutem ſuam
operari: vt poſſit placere deo.

¶ De eadem dominica. Ser.
cxiiij. De vſurarijs.

NOn poteſtis deo ſeruire ⁊ mā
mone ⁊c. Sciendū ꝙ ſm gloſſ.
mā̄mona eſt nomē demonis q̄
preeſt diuitijs: ꝙ nō in eius po
teſtate ſint: ſed quia ipſis vti=
tur ad decipiendū: irretiēdo homines la
queis diuitiarum. Apoſtolus. j. Thi. vj.
Qui volūt diuites fieri: incidūt i laqueos
diaboli. Nō em̄ dixit xp̄s nō poteſtis ha
bere: ſed dixit nō poteſtis ſeruire. Licite
em̄ habere poſſunt: quādo bene diſpēſan
tur: ſed quidam diligunt diuitias pluſꝙ̄
deum ſicut vſurarij ⁊ auari qui in diuitijs
cōgregādis ⁊ conſeruādis quaſi totam vi
tam ſuā expendūt. ſ. locutione: operatio=
ne ſollicitudine: et amore: ⁊ hi ſunt ſerui
diuitiarum. De quibus dicit glo. Diuitijs
ſeruire eſt deū negare. Sed pre omnibus
vſurarij magis continue deſeruiunt mā=
mone. ⁊ ergo deo ſeruire nō poſſunt. vnde
dicit xp̄s. Nō poteſtis deo ſeruire ⁊ mā=
mone. vñ ꝺ vſurarijs hic tria ſunt dicēda.
Primo de iniquitate vſurariorū. Secūdo
quot modis vſura committitur: ⁊ enume
rantur aliqua genera vſurariorū qui oēs
dānantur dum ſaltem ſic moriuntur. Ter
tio quō eccleſia perſequitur vſurarios. A
Circa primū ſciendū ꝙ vſurarius eſt peior
omni peccatore. Primo em̄ eſt peior fure:
qꝛ fur tantū de nocte furatur: ſꝫ vſurarius
die noctuqꝫ. Et etiā qꝛ magis depaupe=
rat ⁊ plures exheredat. Scđo peior eſt in=
ferno aliquo modo: qꝛ ſcđm Guil. lug. in
ſum. vitio. Infernus in reſurrectione dñi
que ſua non erūt reſtituit. vſurarius autē
audita paſſione et reſurrectione dñi non
vult reſtituere aliena: ſed potius vult ca=
rere omni fructu paſſionis ⁊ reſurrectio=
nis xp̄i ꝙ̄ reſtituere male acquiſita. Item
infernus ſolū punit malos qui demerue=
runt in preſenti peccādo contra deum: ſꝫ
vſurarius ſpoliat bonos ⁊ malos indiffe=
renter. Itē ſicut infernus nūꝙ̄ implebitur
vſqꝫ ad nouiſſimum diē: ſic auarus vſura=
rius nūꝙ̄ implebitur pecunia: ſꝫ ſemper
anhelat ad plura bona temporalia acq̄=
renda. Tertio vſurarius peior eſt iudeo:
qꝛ vnus iudeus ab alio iudeo vſuras nō
accipit; ſed chriſtianus vſurarius a fratre
ſuo chriſtiano vſuras accipit: ꝙ iudeus
nullo modo faceret. Quarto peior eſt mor
te corporali: qꝛ mors ſolū interimit corpus:
ſed vſurarius corpus ⁊ animam. Quinto
peior eſt iuda traditore: quia iudas ſemel
xp̄m vendidit ⁊ eū pro. xxx. denarijs tradi
dit. Uſurarius autem totiens xp̄m vendit
quotiēs vſuras accipit: ⁊ non ſolū ſicut iu=
das pro triginta denarijs: ſed multotiens
pro vno ſolo denario cum vēdit: et non
ſolū chriſtū vendit: ſed etiā beatam ma=
riam virginē ⁊ ſocietatem omnium ſan=
ctorum ⁊ angelorum in celo exiſtentium.
Itē vendit ſeipſum ⁊ vxorem ſuam filios
ſuos ⁊ oēs heredes ſuos qui poſſidēt pe=
cuniam: vel alia bona temporalia cū ſua
vſura acquiſita. Item iudas. xxx. denarios
reſtituit quos iniuſte acquiſiuit. vñ Matt.
xxvij. dꝛ ꝙ penitentia ductus retulit. xxx.
argēteos: ſed vſurarius nullo modo vult
reſtituere que iniuſte acquiſiuit. Et de hoc
quere vnū exemplum ſerm̄. cviij. ꝫ. Sexto
vſurarius eſt peior omni peccatore: hoc
patet qꝛ cū alij peccatores qñqꝫ a peccatis
ſuis ceſſant ſicut ſuperbus qñqꝫ in quadra=
geſima ceſſat a ſuperbia: luxurioſus a luxu
ria: ⁊ guloſus a crapula: ⁊ ſic de alijs: ſed
vſurarius peccatū vſure omni die commit=
tit nullo excepto: ſiue in die paraſceues:
ſiue in die reſurrectionis xp̄i: ſiue in die
natiuitatis xp̄i: ⁊ ſic de alijs feſtiuitatibus
in quibus eque exercet vſuras ſuas: ſicut
in diebus ſimplicibus. Item peccat in omni
loco: qꝛ ſiue ſit in eccleſia audiendo miſ=
ſam: ſiue in menſa comedēdo: ſiue in le=
cto dormiendo: ⁊ vbicūqꝫ fuerit ſemꝑ pec=
catum eius augmētatur. Ex hoc patet ꝙ
vſurarius non veretur contumeliā facere
deo et beate marie virgini et vniuerſis
ſanctis ⁊ angelis: in quorū feſtiuitatibus
continuo peccat cōmittendo vſurā: ⁊ ideo
deſtitutus erit in extremis auxilio dei et
omnium ſanctorū. vnde dꝛ Domine miſe=
rere anime huius vſurarij: pōt reſpōdere
ieſus xp̄s. Quō miſerebor eius q̄ ipſa die
qua humanū genus in cruce redemi me
honorare recuſauit: ſic etiā poteſt dicere
beata virgo maria de ſuis feſtiuitatibus
in quibus ab vſura ob reuerentiā eius ceſſa=



re noluit: ſimiliter oēs ſancti cū interpellā=
tur ad intercedendū pro vſurario reſpon=
dere poſſunt. Una feſtiuitas eſt nobis in
anno cōſecrata. ſ. feſtiuitas omnium ſan=
ctorum: ⁊ hāc feſtiuitatē vſurarius expro=
brauit in qua omnibus contumeliā irro=
gauit: nec honori omniū noſtrū pepercit.
Itē poſſunt rñdere omnes angeli: quorū
feſtiuitatē. ſ. feſtū ſancti michaelis qđ eſt
feſtum omnium angelorū non celebrauit:
ſed ſuā vſuram exercuit: ergo nō immeri=
to vſurarius mala morte morietur. ℏ Itē
ſciendum ꝙ vſurarij ſunt duplices ſcꝫ pu=
blici ⁊ occulti. Nam publici vſurarij iure
quadruplici pena puniuntur. Primo quia
ipſo iure ſunt excōicati de facto. Secūdo
priuatiōe cōionis quia cōicatio inhibetur
eis. Nā ſacramentū euchariſtie talibus
eſt negandū tam in morte ꝙ̄ in vita: niſi
vere peniteant ⁊ reſtituant. Tertio exclu=
ſione oblationis. Quarto priuatiōe ſepul
ture: qꝛ vſurarij nō debent in loco ſacro ſe
peliri. vt extra de vſu. c. qꝛ in omnibus. Sed
diceres vbi eſt tūc locus ſepulture vſura=
riorum? Rñdeo ꝙ infra patibulū ſepeliē=
di ſunt. Et hoc idem poſſumus notare in
hoc exemplo vbi legit̄ ꝙ fuit quidā vſura=
rius qui noluit reſtituere licet frequenter
admoneretur. Infirmatus autem vſqꝫ ad
mortē vocauit ſacerdotem ⁊ petiuit ſacra
menta ⁊ eccleſiaſticā ſepulturā. Reſpōdit
ſacerdos ꝙ nō daret ei niſi plene reſtitue=
ret: qđ ille facere renuit. Accedente ſacer
dote ⁊ infirmitate inualeſcente appropin=
quauit morte reuocatus eſt ſacerdos vt
animam angelis dei recōmendaret: ſacer
dos ait. Ego cōmendo eā omnibus demo
nibus in inferno. Et hoc dicto receſſit ſa=
cerdos quia ille adhuc reſtituere noluit
ipſo defuncto rogauerunt amici vſurarij
illius ſacerdotē vt defunctum ſepeliret in
atrio cōſecrato ꝓpter amicorū honorē: qđ
ſacerdos eis negauit: qꝛ eo adhuc viuente
vſuras reſtituere noluit. Habuit aūt idē
ſacerdos vnum aſinum q̄ nihil aliud fecit
ꝙ̄ ꝙ libros ad eccleſiam ferret ⁊ deferret:
⁊ ideo nullā aliam viā ſciebat. rogauerūt
ſacerdotē amici vſurarij defuncti vt cor=
pus eius ſuper aſinum ſuū deponeret: ⁊ ad
quemcūqꝫ locū illud deferret illic ſepelire
tur putātes ꝙ ad eccleſiā delaturus eſſet:
vel ad domū ſacerdotis qꝛ aliā viam ne=
ſciebat placuit ſacerdoti pactio illa. Aſinus
vero cadauer vſurarij ſupra ſe poſitū non
declinās ad dexterā neqꝫ ad ſiniſtrā tulit
ad patibulū: ⁊ ſe excutiens corā omni po=
pulo proiecit a ſe illud cadauer ſub pati=
bulo ⁊ ſic ibi ſepultus eſt in ſepulchro patrū
ſuorū. ℭ De ſcđo ſciendū ꝙ vſura multis
modis cōmittit̄. Primo cū aliqui ꝑſtāt cū
cōditione ad pactū plus recipiēdi. Et iſti
ſunt expſſi vſurarij: etiā ſm iudiciū eccłie.
Scđi ſunt qui ꝑſtant ſine aliq̄ pacto ea tñ
ſpe ꝙ aliq̄d vltra ſortē recepturi ſint: alr̄s
nō mutuarēt. Illi ſunt vſurarij quo ad deū
per intētionē corruptā quā ꝓhibuit ſalua
tor Lu. vj. Mutuū date nihil inde ſperan=
tes: ergo qñqꝫ aliq̄s ſub ſpe recipiēdi ali=
quid mutuāt: pecuniā precipue: ſi alr̄s non
eſſe mutuaturus q̄cq̄d poſtea recepit vſu=
ra eſt: ꝙ̄uis em̄ nihil poſtulat: tñ tenet̄ de
illo ad reſtitutionē. Tertij ſunt q̄ mutuāt
res ſuas ad certū terminū quo veniente
nolunt ꝑſtare vlteriorem dilationē donec
aliqđ emolumētū inde ꝑcipiant: licet etiā
nihil expreſſe petāt. Quarti ſunt qui ven=
dunt res ſuas longe carius ꝓpter dilatio
nē ꝙ̄ ſi eis incōtinēti ſoluerēt: ⁊ hi ſilr̄ ſunt
vſurarij: vt patet extra de vſu. c. conſuluit.
Eſt em̄ gñalis regula ꝙ q̄cq̄d accidit vl=
tra capitale eſt vſura: ⁊ hoc ptꝫ. xiiij. q. iij.
pleriqꝫ. Quinti ſunt q̄ propter pecuniā iā
emunt ⁊ immediate ꝓpter dilationem illi
eidē a quo emerūt vel alij ecōuerſo ven=
dunt in cariori foro ꝙ̄ valet vł valere pōt.
Sexti ſunt q̄ emūt vina vel blada cū ad=
huc creſcunt in tā bono foro ꝙ̄ veriſile eſt
ꝙ nullo mō tꝑe ſolutiōis vel meſſis vel vin
demie tā modicū ſolueret: ⁊ tales vſurā
cōmittūt. verbigratia. Sicut q̄ in. xl. emūt
vinū ab ipſis vindemiatoribus cū ſunt in
neceſſitate cōſtituti: ⁊ ꝑ tam vili pretio ꝙ
indubitāter tꝑe ſolutionis vel vindemie
multo plus ſoluerēt. Silr̄ illi qui emunt a
ruſticis frumēta ꝑ tali vili ꝑtio ꝙ indubi=
tāter tꝑe ſolutiōis vel meſſis multo plus
ſoluerēt: tales oēs ſunt vſurarij ⁊ tenētur
ad reſtitutionem. Queritur quid ſi q̄s emat

fructus ꝓuẽturos hoc anno de agro ſeminato. Reſpondet̃ ꝙ nõ eſt vſura qꝛ dubitatur ⁊ neſcit̃ vtrũ plꝰ vel minus debeãt valere ⁊ cum hoc adhuc ſtat in volũtate dei vtrũ deꝰ velit cõſeruare a tẽpeſtate aeris ⁊ alijs periculis ſuperuentoris. Septimi ſũt qui recipiũt aliqđ pignus: vel cõcedũt pecuniã ſupra prediũ aliqđ ⁊ fructꝰ eius non cõputant in ſoꝛtẽ. Circa qđ etiã querit̃ q̃d de cõmunitatibus quarũdã ciuitatũ que dãt pecuniã ad vſurã. reſpõdet̃ ſm Ray. Omnes illi ciues quoꝛũ autoꝛitate ⁊ cõſilio fit vſurarij ſunt eodẽ mõ ſi ciuitas vel cõitas recipet aliqđ pignus. ſ. ciuitatẽ: caſtrũ: villas ⁊ hmõi: ⁊ fructꝰ eis nõ cõputarent in ſoꝛtẽ: ⁊ oẽs iſti ſunt vſurarij. arti. vij. q. j. ſicut vir. ⁊. xxiiij. q. iij. ſi habes. Sicut intellige de vno ſolo ſic intellige de oibꝰ perſonis cuiuſcũq̃ cõditionis q̄ pecunias cõceſſerũt ſuꝑ aliqđ caſtrũ vel ciuitatẽ: et fructꝰ hmõi tollerẽt eoſq̃ in ſoꝛtẽ nõ cõputarent. Octaui q̃ dãt granũ vetus vt poſtea recipiant nouũ. De his dicit Ray. ꝙ vſuram cõmittunt: qꝛ meliorẽ rem recipiũt. et hoc intellige ſm Hoſt. qñ aliquis propter hoc facit vt illã meliorẽ rem lucret̃. Si vero facit ne ſua meſſis pereat ⁊ inde accipienti gratiam faciat tunc non committit vſuram: ſed etiã tunc ſine dubio excuſatur qñ preſumit̃ ꝙ nouũ debeat minus valere: ſecus ſi preſumitur ꝙ plus debeat valere extra co. nauiganti.

9 Noni ſunt q̃ emunt a pauperibꝰ oues vel boues quas illi foꝛte non hñt: ⁊ talia aialia locant eis. Quid ergo de illis? Reſpondet̃ ſm Guil. ſi emptoꝛ ſcit ⁊ credit ꝙ vẽditoꝛ ille nõ habeat ⁊ locat ei ꝑ annua penſione vſura eſt: vel ſaltẽ in fraudẽ vſura fit. Si vero credit eũ habere ⁊ ſine fraude emit: non eſt vſura.

10 Decimi ſunt q̃ mutuãt pecuniã ſub eo pacto vt illi ſibi remutuẽt. Queritur vtrũ illi cõmittant vſuram. Reſpõdetur ſm ſctm̃ Tho. ij. ij. q. lxxviij. Licitum eſt ꝙ mutuãti vnũ ſimile mutuet̃ ⁊ aliud: ſed nõ licz obligare debitoꝛẽ ad mutuũ in poſterum faciendum.

3 Circa tertiũ ſciendũ eſt ꝙ eccleſia perſequitur vſurarios: hoc patet qꝛ cõtra eoꝛũ ſolutionẽ multiplex remedium adhibuit: qꝛ ſi ꝓmiſiſſet aliquis vſurã ſoluere cogi nõ dꝫ ad ſoluẽdũ: qꝛ vſure ſũt īdebite. extra de vſu. c. debitoꝛes. Quicũq̃ poteſtates: rectoꝛes: cõſules: iudices officiales: q̃ ſtatuta faciũt ſcribunt dictãt per q̃ cõpellat̃ ſoluere vſuras vel nõ repetere iam ſolutas: aut q̃ obſeruant iſta ſtatuta ⁊ ſm ea iudicãt: ipſo facto ſunt excõicati ſnia maioꝛis excõicatiõis. De hoc quere ante ſer. cv. R Item ſcdm̃ remediũ eſt ꝙ poſt ſolutionẽ põt eas repetere. ⁊ vſurarius tenet̃ ei reſtituere q̃ per vſurã abeo recepit. Circa qđ querit̃ vtꝝ vſurariꝰ teneatur debitoꝛi ad dãna. Reſpõdet̃ ſm Ray. ꝙ tenet̃ ad oia dãna q̃ ille ꝓpter ſolutionẽ vſure paſſus eſt: vt ſi domũ ſuaꝫ vel alias res ꝓpter hoc vilius vendidit ⁊ aliã cõduxit: aut ꝓpter hoc alia bona ſub vſura ꝑmiſit. Tertiũ remedium eſt ꝙ ſi vſurarius nõ vult reſtituere: tunc põt iudici vel alio prelato denũciare. Et iudex ſiue aliꝰ prelatus ex officio ſuo põt ⁊ tenet̃ illum cogere ad reſtitutionẽ. Sciendũ ꝙ antiquitꝰ vſurarij fuerunt ab alijs hoibꝰ valde deſpecti: ⁊ cũ hoc rari. Unde narrat Guil. lug. in ſumma vitioꝛũ ꝙ qñq̃ antiquitꝰ in vna ſola ciuitate vix inueniebatur vnus feneratoꝛ: ⁊ ille nõ fenerabat̃ niſi data fide vt nõ publicaret̃: de quo dũ certitudinaliter cõſtabat eum eſſe vſurariũ. tunc ampliꝰ dicebat̃ domꝰ eiꝰ domꝰ diaboli: ⁊ vinea eiꝰ vinea diaboli: ⁊ ſic de ceteris rebꝰ eiꝰ. Oſculum pacis non dabat̃ ei in miſſa. Ignis a vicinis eius in domo ſua non ſumebatur. Pueri ad eius occurſum paueſcebant ⁊ alterutrum cũ digito demõſtrabant. Nunc vero noſtris tempoꝛibus vſurarij ſunt principum conſiliarij ⁊ cubicularij ⁊ ab hominibus eis aſſurgitur ⁊ honoꝛantur: quod tamen abſurdum ⁊ abhominabile mihi eſt. ¶ Sciendum ꝙ vſurarius non ſolum damnat ſeipſum: ſed etiam vxoꝛem comunes pueros ⁊ heredes q̃ ſcienter poſſidẽt illa bona cũ ſuis vſuris acquiſita. Unde legitur exemplũ: ꝙ quidam homo deuotus raptꝰ eſt ⁊ ductus ad videndũ gaudia beatoꝛũ ⁊ penas damnatoꝛũ qui vidit quendã in inferno ſepultũ: ⁊ arboꝛ lata et magna de eius viſceribꝰ aſcendit ⁊ proceſſit ⁊ in ramis ipſius arboꝛis pendebant homines vtriuſq̃ ſexus ⁊ ingens flamma ab imo inferni: ⁊ ab illo qui ſepultus erat in inferno aſcendit ⁊ toꝛquebant̃ illi pendentes in ramis illius hoꝛribiliter ab illa flãma que aſcendit. Tunc ille deuotꝰ queſiuit ab angelo q̃d hoc eſſet ⁊ quare iſti tam crudeliter toꝛquerẽtur. Reſpondit angelus. Iſte in imo ſepultus eſt pater ⁊ oĩm oꝛigo illorum q̃ in ramis pendẽt: ⁊ quõdã erat pauper ⁊ ditatꝰ eſt ꝑ vſuras ⁊ nõ reſtituit male acquiſita: ſed ſic obijt: ideo hic in inferno eſt ſepultus. Et iſti in ramis pendẽtes ſunt heredes eius q̃ ſcienter poſt eũ poſſederunt illa bona iniuſte a patre ꝑ vſuras acquiſita: ⁊ ideo ipſi ⁊ oẽs ſequaces eoꝛũ qui de ꝓgenie ipſoꝛũ naſcũtur ⁊ illa bona iniuſte acquiſita ſciẽter poſſidẽt oẽs ad illam arboꝛẽ ⁊ ad illos ramos pertinent.

¶ Sermo de eodem.

Nemo põt duobus dñis ſeruire. Hic in iſto ſermone dicendum eſt quare quilibet homo tenet̃ deo ſeruire. Et quere infra illũ ſermone. clv. k.

¶ Dominica. xvj. Sermo. cxv. ꝙ moꝛienti ſeptem contingunt.

Ecce defunctus efferebat̃ filiꝰ vnicus matris ſue. Luce. vij. Sciendũ ꝙ ſicut iſte adoleſcens moꝛtuꝰ fuit carnali moꝛte ſic opoꝛtet nos oẽs moꝛi: qꝛ ſm apoſtolum Hebꝛ. ix. Omnibus hominibus cõſtitutũ eſt ſemel moꝛi. Unde qui vult vitam ſuã ſm deũ dirigere frequenter dꝫ moꝛtẽ memoꝛari. vnde Eccleſi. vij. Memoꝛare nouiſſima tua ⁊ in eternũ nõ peccabis. Unde etiã Aug. in lib. exhoꝛ. Nihil ſic reuocat a peccato, ſicut frequẽs moꝛtis meditatio, ⁊ hoc eſt ſignũ prudentis viri. Gre. Tota vita prudẽtis dꝫ eſſe meditatio moꝛtis: qꝛ vt hõ in bono ꝓficiat et malis ſibi caueat: vꝫ frequens meditatio moꝛtis. vñ Hiero. Memẽto diẽ moꝛtis tue ⁊ nõ peccabis. Qui ſe recoꝛdat̃ eſſe moꝛiturum contẽnit preſentia: ⁊ ad futura feſtinat. ¶ Unde ſciendũ ꝙ ſeptem ſunt que memoꝛanda ſunt: que homini cõtingunt moꝛienti. Primo qꝛ ſolus ab hinc tranſit. ꝑs. Singulariter ſum ego donec tranſeã. Nullus enim amicoꝛũ quibꝰ hic amicitiã tuam multotiens oſtendiſti ⁊ quos dilexiſti tecum vadit cõducẽdo te de hoc mũdo niſi foꝛte ſequat̃ te ad ſepulchꝛũ: et qđ peius eſt valde cito obliuiſcat̃ tui. ꝑs. PeriJt memoꝛia eoꝛum cũ ſonitu. vñ clamant ipſe aie in purgatoꝛio exiſtẽtes illud Iob. xix. Miſeremini mei miſeremini mei ſaltẽ vos amici mei ⁊c. Et conquerũtur de his quibus hic fidelitatem exhibuerũt: ⁊ etiã de his q̃ bona eoꝛũ hic poſſidẽt, ⁊ eis cum eiſdem bonis ſubueniũt. Si eñ q̃s vult vltra mare ad viſitandũ ſepulchꝛũ xp̄i peregrinari: vel romam, vel etiã ad ſanctũ Iacobuꝫ: vel venetias pro mercimonijs vult pergere: ſocios ſecũ ambulãtes põt inuenire: ſed qñ de hac vita migrare dꝫ tũc nullum ſociũ, vel amicũ hr̃e põt qui ſecũ velit ambulare, ⁊ ei ſocietatẽ exhibere. Et inſuper nullꝰ põt eũ tunc iuuare, vel ꝓtegere niſi ſolus deꝰ ⁊ angeli eius. vnde ꝑs. Niſi dñs adiuuiſſet me paulominꝰ hab. i infer. aia mea. Quem adiutoꝛem ⁊ ꝓtectoꝛẽ ſepius offendiſti. Ergo tu placare debes eũ in preſenti prout decet ⁊ teneris. Si offenſus eſt ꝑ ſuperbiã: tunc placandus eſt cuꝫ humilitate. Si per auaritiã: tunc placandus eſt per largitatẽ ⁊ miam. Si ꝑ voluptatem ⁊ luxuriã tunc placãdus eſt ꝑ caſtigationẽ ⁊ flagellationẽ coꝛpis. Si ꝑ gulam tunc placandꝰ eſt per abſtinentiam: ⁊ ſic de alijs. Et qꝛ homo recedit ſolus abhinc ita ꝙ nullus amicoꝛũ eum iuuare poterit decet nos querere amicitiam xp̄i et ſanctoꝛum angeloꝛum qui nobis tunc ſubuenire poterunt cum nos amici noſtri dereliquent. Nam quandoq̃ ipſe chꝛiſtus apparet amabiliter ipſis moꝛientibus ⁊ in agone conſtitutis. vnde Grego. Illic ouando in cõſolatione egredientis aie ipſe apparere ſolet auctoꝛ ⁊ retributoꝛ vite. Etiã qñq̃ apparẽt angeli ⁊ ſancti ipſis agonizantibus. vñ Gre. Interdũ cõtingit iuſtis vt in moꝛte ſua ſanctoꝛũ precedentium viſiones aſpiciant: ne ipſi in moꝛtis ſue ſententiam pertimeſcant penalem: ſed dum eoꝛum menti ciuium eternoꝛum oſtendit̃ ſocietas a carnis ſue copula ſine doloꝛis

⁊ formidinis fatigatione adſoluantur. ℌ Unde exemplũ legitur ꝙ quidã deuotus homo in obitꝰ ſui hora aſpicientibꝰ circũſtantibꝰ hoĩbus ſubito cepit hilareſcere: ⁊ pulcher candidus apparere ⁊ in leta verba prorũpere. Querentibꝰ illis cur loqueretur reſpõdit, Nonne videtis ſanctos patriachas. Iterũ eo loquente ⁊ eis interrogantibus reſpondit. Nonne videtis ſanctos ꝓphetas. Tertio dixit. Ecce iam veniunt ſancti apl'i. Iterũ dixit. Ecce veniũt angeli. Ultimo dixit. Surgite iam venit ieſus. Et hoc dicto migrauit ad dñm. ℌ Secundo memorandũ eſt homini ꝙ nudus recedet ad hic ⁊ in terra ſepelieẗ ⁊ a vermibus cõſumeẗ. Et illa iam dicta oſtẽdunt homini primo ꝙ oĩa bona mundi nõ ſunt ꝓpria hominis: quia oportet eũ illa poſt ſe relinquere. vnde Amb. Bona hominis non ſunt q̃ ſecũ ferre non põt. Unde etiã .j. Thi. vj. Nihil intulimus in hũc mũdum haud dubiũ: q2 nec auferre quid poſſumus. p̃s. Relinquunt alienis diuitias ſuas: ⁊ ſepulchra eorũ domus illorum in eternũ. Hoc valet contra auaritiam. Hiero. Facile contẽnit omnia qui ſe cito credit moriturum. Si enim habuiſſes centuʒ milia florenorũ quid tibi ꝓdeſſent cum nullum tecũ recipies ⁊ omnes poſt te relinqueres. Et ſi habuiſti octo tunicas ⁊ decem pallia tunc peiorem tecũ reciperes ꝓ tegumento nuditatis tue. vnde Job. j. Nudus egreſſus ſum de vtero matris mee: et nudus reuertar illuc. ꝙ autem in terra ſepelietur: hoc valet contra ſuperbiam. Eccleſi. x. Quid ſuperbis terra ⁊ cinis. vnde capite ieiunij cinis ſuper caput hominis poniẗ in ſignum humiliationis dicendo. Memento homo q2 cinis es ⁊ in cinerẽ reuerteris. Et quõ audes te ſuper proximũ tuum exaltare: cũ ſuꝑ ſepulchrũ tuũ forte cras canes cacabunt. Et ꝙ homo eſt cibus vermiũ valet cõtra voluptatẽ carnis. Qua enim ſic delicate nutris corpus tuũ qḋ in breui erit cibus vermiũ. Job. xvij. Putredini dixi pater meꝰ es, mater mea, ⁊ ſoror mea vermibꝰ ⁊c. Uñ oẽs guloſi ſeipſos impugnantes ſunt coci vermiũ. Uñ legimꝰ tale exẽm. Quidã foſſor fodiẽs ſepulchrum inuenit cadauer quoddã foraminibꝰ plenũ: ⁊ de quolibet foramine vermis ſe erigebat cũ capite ſuo. Qui percuſſit ſuꝑ cadauer: ⁊ oẽs vermes capita ſua retraxerunt: ⁊ de lingua illius natꝰ eſt ſerpẽs habens caudã venenoſam in ſignũ peccati lingue: de epate aſpis in ſignũ luxurie: de cerebro bufo in ſignũ ſuperbie. Iſta valẽt ad domandũ deſideria ⁊ voluptates carnis. Tertio peccata ſequuntur ipſum hominem ſi hic nõ penituerit ꝓpter qḋ deinde ipſum condẽnat. Angeli eũ a bonis ſeparant ⁊ demones eũ imperpetuũ cruciant. Apoc. xiiij. Opera em̃ illoꝝ ſequunẗ illos. Ergo quilibet ſtudere dʒ vt veniat cũ honeſtate ante ſummũ iudicẽ ⁊ regem. Si eñ cũ firma fide ⁊ pura cõſcientia ꝗs venerit ibi obuiam ſibi patriarche. Si cũ vera ſapientia: obuiã ſibi ꝓphete. Si cũ voluntaria paupertate obuiã ſibi apl'i. Si cũ ſapiẽtia martyres. Si cũ humilitate cõfeſſores. Si cum caſtitate maria ⁊ omnes virgines. Si cũ charitate inimicorũ: ipſemet xp̃s ſibi obuiabit q̇ pro ſuis inimicis in cruce orauit ⁊ dicet ſibi. Intra in gaudiũ dñi tui. Sed ſi cum vitijs ante ſummũ regem veneris. ipſe vna cũ omnibꝰ ſanctis te repellet ⁊ tibi pctã tua obijciet. v.g. Si cũ ſuperbia veneris: tunc ipſe xp̃s ad ſanctos ſuos dicere poterit. Uenite ⁊ videte: hic venit inimicus meus qui me priuare voluit honore meo appetendo gloriam ⁊ honorem temporalẽ: ideo iam priuabiẗ gloria eterna. Si cũ auaritia dicet. Ecce inimicus meus q̇ me totiens vendidit ⁊ ſe ⁊ oẽs heredes ſuos diabolo tradidit, vt diuitias cõgregaret. Si cum gula: luxuria dicet. Ecce inimicꝰ meus venit q̇ plus dilexit delitias ⁊ voluptates corpis q̃ meipſum. Ergo q̃tũ in delitijs fuit: tm̃ date ei de tormentis ⁊ ſic de alijs vitijs. Quarto demones occurrunt ad agonẽ hoĩs: ⁊ ius ſuũ expectãt. p̃s. deus dereliquit eũ perſequimini ⁊ cõprehẽdite eũ: q2 non eſt qui eripiat. vnde etiam Exo. Dixit inimicꝰ perſequar ⁊ cõprehendam ⁊ diuidã ſpolia ⁊c. vnde verſus. Poſt hominis mortẽ tria querunt animam ſortem. Uult vermis carnem: ſathã animam. poſteritas rem. Et illi tres ſic diuidunt hec tria inter ſe: ꝙ quilibet non daret partẽ ſuã pro duabus alijs. Hoc ptʒ q2 vermis non querit aĩam nec tꝑalẽ ſubſtantiam ſed vult hr̃e carnẽ ideſt hoĩs cadauer. Et diabolus non querit res tꝑales nec corpus hoĩs, ſed aĩam. Similiter amici et conſanguinei non curant de carne nec etiã multũ ſoliciti ſunt de aĩa: ſed querũt ſua tꝑalia. Et ſic ſemper fit qñ ꝗs moriẗ in peccato mortali. ſ. ꝙ corpus daẗ vermibus: anima demonibꝰ: ⁊ tꝑalia conſanguineis. Et ſic nullam partẽ hʒ xp̃s in illo homine: et mors ⁊ paſſio xp̄i ⁊ oĩa beneficia q̃ a deo iſte pctõr accepit perdita ſunt. ℑ Sciendum etiã ꝙ multi demones aſſunt morienti homini. De quo legitur tale exemplũ ꝙ quidã adoleſcens pulcher ⁊ diues ꝯ deuʒ ſecrexit ⁊ cõtra deũ ⁊ ſalutẽ propriã multa mala cõmiſit in chorizãdo, ⁊ in fornicando in ludẽdo: ⁊ in voluptatibus carnis viuendo ⁊ in alijs grauibꝰ peccatis. Tandẽ incidit in grauẽ infirmitatem: ⁊ cũ ſic iaceret ⁊ nullũ ſignũ cõtritionis in eo appareret quedam cognata eius corã eo ſedens dixit ei. Debilis es valde: ꝑpara te ad deũ per verã cõtritionẽ ⁊ pctõrũ tuorũ cõfeſſionem ⁊ ꝑ ſacramentorũ ſusceptionẽ ⁊ inuoca illũ q̇ pro te paſſus eſt ⁊ mortuꝰ in cruce vt peccata tua dimittat ⁊ adhuc ſpaciũ fructuoſe penitẽtie tibi concedat. Ad quẽ ille deſperatus reſpondit. Quid dicis tu mihi de cõfeſſione ⁊ de ſacramẽtoꝝ perceptione. Ego nunq̃ꝫ in vita mea deũ veraciter queſiui: ſed ſemꝑ ꝯ deum vixi: ⁊ deũ ad irã prouocaui: ergo cũ ab eo derelictꝰ ꝙ amplius eum inuenire nõ potero: q2 eternaliter ſententiatus ſum ad eternum ignem ⁊ ad eternã mortẽ: ⁊ iam ſum in poteſtate omnium demonũ. ⁊ addidit. Uides horreum illud magnũ in oppoſito noſtri. Dico tibi nõ ſunt tot calami in tecto eius q̇t ſunt iã demones circa me cõgregati. ⁊ hoc dicto mox agonizans expirauit ⁊ infelicem animã demonibꝰ reddidit. Quinto ꝙ vadit ad regionẽ ſibi ignotã vbi nihil habebit niſi que ꝑmiſit: ⁊ neſcit qualiter ibi diſpoſitum ſit ⁊ vbi prima nocte manebit: an in celo an in purgatorio: vel in inferno. vnde legiẗ ꝙ filiꝰ vnicus cuiuſdã comitis iacens in agone dixit. O q̇d eſt mũdus. Jam cõgnoſcũt me moriturũ ⁊ habeo in mundo iſto magnas diuitias multa caſtra: ⁊ multas ciuitates ⁊ iam multos hoſpitare poſſem: ⁊ iam moriar: ⁊ neſcio vbi hac nocte manebo. ⁊ ꝓuocauit oẽs aſtantes ad fletuʒ. ſic ſiẗ poſſũt dicere illi q̇ habẽt magnas ⁊ latas domos: q̇ forte etiã cito morientur ⁊ neſciunt vbi manebũt. Itẽ in futura regione inueniemꝰ ea bona q̃ premiſimꝰ: ergo ꝑmittere debemꝰ bona a corde per bonas meditationes ⁊ ſanctas affectiones. Bona de ore ꝑ deuotas orões ⁊ grãrum actiones, de pedibꝰ ꝑ ſalubres greſſus, de manibꝰ ꝑ elemoſynarũ largitionẽ. Mat. v. Theſaurizate vobis theſauros in celo. apl's. Gal. vj. Que homo ſeminat hec et metet. Sed heu quidã p̃io volũt incipere ſeminare in agone. i. bona opa facere: cũ iam deberẽt merere. i. mercedẽ bonorũ operũ capere. ℌ Sexto ꝙ homo in morte perdit tp̃s grẽ: ⁊ tp̃s negotiationis. Luce xix. Negotiamini dũ venio. Jam em̃ ſunt nũdine in q̇bꝰ poſſumꝰ pctã vendere ꝑ penitẽtiam ⁊ celũ emere ꝑ bona opa. Joã. ix. Operamini dũ dies eſt, venit em̃ nox cum nemo opari põt. Debemꝰ ergo multũ eſſe ſolliciti ad mercedẽ ꝑ bona opa dum tp̃s grẽ habemꝰ: q2 in preſenti eſt tp̃s merẽdi: ⁊ in futuro eſt tp̃s remunerãdi: ⁊ nihil eſt pretioſius tp̃e q2 in vna hora hõ põt tm̃ mereri meritũ qḋ ꝑualet toti mũdo: ⁊ xp̃s vult nobis dare regnũ celi in bono foro. Nam aliq̇ emunt illud pro oĩbꝰ bonis ſuis ſicut apl'i qui oĩa reliquerunt. vñ Mat. xix. Ecce nos reliquimus oĩa ⁊c. Aliqui emũt pro dimidia pte bonorũ ſuoꝝ, ſicut zacheꝰ qui dixit. Ecce dimiũ bonorum meorũ do pauperibus: Alij pro hauſtu aque. vnde Mat. x. Qui dederit vni calicẽ aque frigide nõ perdet mercedẽ ſuã. aliqui pro ſola bona voluntate. vnde Augu. ſuper p̃s. Si potes dare da: ſi non poteſ affabilem te preſta. Coronat deus intus voluntatem vbi non inuenit facultatem. ℒ Septimo ꝙ mors priuat hominem oĩbus gaudijs mundi. Eccli. xlj. O mors q̃ꝫ amara eſt memoria tam homini habenti pacem in ſubſtantijs ſuis ⁊c. Ergo potius iam homo

dʒ gaudia mundana ⁊ illicita. relinquere cū ſibi ſit meritoriū cū tamē in agone velit nolit oportet eū ab his ſeparari: quid pdeſſet homini ſi ſemꝑ in gaudijs, ⁊ delitijs vixiſſet: ⁊ nūc ad triſtitias ꝯfamē ⁊ miſerias eternaliter trāſire deberet: ⁊ ecōuerſo quid ſibi noceret ſi hic ſemper in paupꝫtate ⁊ triſtitia vixiſſet ⁊ iā ad diuitias et ad eterna gaudia tranſiret. Unde xp̄s dixit de bonis q̄ hic in triſtitia viuūt. Jo.xvj. Triſtitia veſtra vertet̄ in gaudiuʒ. ps. Cū ipſo ſum in tribulatione eripiā eum ⁊ glorificabo eum. Et econuerſo ad malos dixit. Ue vobis q̄ nūc ſaturati eſtis ⁊c. Et iterū. Ue vobis q̄ nūc ridetis ⁊c. vn̄ Gre. in omel. preſentia gaudia ſequunt̄ ꝑpetua lamēta. Et de guloſis dicit hiero. Impoſſibile eſt vt pſentibꝰ q̄ʒ ⁊ futuris fruat̄ bonis, vt hic vētrē illic mētē impleat: ⁊ de delitijs trāſeat ad delitias. Unde frequēter cogitare debemus de extremo fine. vnde Ber. quid fetidius humano cadauere: q̄d horribilius hoie mortuo. Cuius erat in vita graſſiſſimus amplexꝰ, fiet in morte horribilis aſpectꝰ. Quid ergo pſunt diuitie: q̄d delitie: q̄d honores. Diuitie nō liberāt hoīeʒ a morte: delitie nō liberāt a verme: honores nō liberāt a fetore. Qui modo ſedebat ornatꝰ ī aula. modo ſordet nudꝰ in tūba. Qui modo veſcebat̄ in delitijs in cenaculo: modo cōſumit̄ a vermibus in ſepulchro, ⁊c. ¶ Unde ſi volumus bene mori: tūc antea debemus diſcere bene mori. Quid aūt ſit ſcire bene mori ptʒ per tale exēplū. Quidā mercator trāſiēs p ſiluam inuenit ibi eremitam cētenariū degentē. A quo queſiuit quid ibi faceret Cui eremita. diſco. mori. Et mercator q̄ neceſſitas cū tu ſcis ſenex: quia alias oportet te cito mori. Et eremita: et hoc eſt quod timeo: q: ſcio me moriturum: ⁊ tamen neſcio mori. Dixit mercator. Quid eſt tunc ſcire mori: cui eremita vitia dimittere, ⁊ bona opera facere: iuxta illud. ps. Declina a malo ⁊ fac bonum. Mercator vltra querit. Quid comedis ꝙ ita ſenex factus es. Cui eremita. Cibum optimū. Et mercator. Quis tibi preparat hunc cibum. Eremita coquus optimus. ſ. fames. Mercator iterum querit. Quid eſt deductio tua. Eremita. Recogito omnes annos meos in amaritudine anime mee: ⁊ vbi inuenio me bene vixiſſe gratias ago domino deo meo: vbi autem male doleo. mercator. Es ne diues. Cui eremita: plus habeo, q̄ꝫ volo. ſcilicet corpus iſtud. Et mercator. Ergo velles mori. Cui eremita. Uellem libenter bene mori ꝙ ad vitam eternam peruenireʒ. ⁊ mercator. Poſſes ne me inſtruere bene mori ꝙ ad vitam eternam poſſem peruenire: cui eremita: poſſum. ⁊ ſubdit quid operis ſcis. Et ille: mercator ſum. Et eremita. Si mercari vis ⁊ dare pro maiori minꝰ reſpice celum quod eſt maius toto mundo: ⁊ eme illud pro temporali ſubſtantia tua ⁊ fac bonuʒ. Quo audito mercator reliquit omnia bona temporalia ⁊ factus eſt deuotus hō.

## ¶ In eadem dominica. Sermo.cxvj. de viduis.

fecit ꝙ anima illius deo erat placita. Vñ
xps qui vocauerat eū ad ſeruitiū ſuū nō
ſolū dedit ei veniā delictorū ſed ⁊ ei fecit
precognitū finē ſuū. Expletis vero iā tri-
bus annis in ſancta cōuerſatiōe febre cor-
reptus eſt viſitatuſꝗ̄ ab amicis dixit ſe
tertia die moriturū: qđ factū eſt. Eodē tē-
pore quedā mulier obſeſſa in quadā villa
in hora mortis eius liberata eſt. Et venit

ad ſacerdotē ſuum dicens demonē abs-
exijſſe. poſt paululū vero rediens diabo-
lus grauius miſerā vexare cepit. Addu-
cta eſt igit ad ſacerdotem qui quaſi cōiu-
rando cū diabolo cepit eū interrogare et
dicere. Miſer tu exieras. Ita eſt inquit. Et
vbi fuiſti infidelis. Rñdit. In clauſtro he-
menroed. et qd ibi feciſti? Rñdit. Vir q̄dā
iacebat ibi agonizās: ad cui⁹ trāſitū pene
quindecim millia socioꝝ meorū cū maxi-
mo tripudio illuc veniebāt: et videbatur
mihi nūꝙ̄ me gaudiū aliqđ habiturū niſi
ego iuiſſem cū eis. Sciens aūt iſtud vas
mihi traditū me amittere nō poſſe relīq
illud ad tps ⁊ iui cū eis. Dixitꝗ̄ ſacerdos.
Quid actū eſt ibi. Rñdit diabol⁹. Super-
uenerūt ibi maledicti tōſurati: ⁊ circūſtan-
tes cadauer ita valide fabulare ceperunt
ꝙ nullus noſtrū propius accedere auſus
fuit. Dixit iterū ſacerdos. Et quo deuenit
anima. Rñdit. ad pedes altiſſimi. et dixit
diabolus. Videte boni hoīes ꝙ̄ta nobis
iniuria ſit tibi illata. Homo eñ ille ſeruie-
rat nobis pluſꝗ̄. xl. annis ad oēm volun-
tatē noſtrā nocte ⁊ die paratiſſimus et
modo trib⁹ annis tm̄ ſeruiuit alteri dño: ⁊
ꝓpter hoc ille abſtulit nobis eū. Cum igit
anima eius nobis auferebat furore cōmo-
ti inuicem tota debachatione graſſati ſu-
mus. Et ego mō nō habeo vbi me vindicē
niſi in hoc vaſculo ꝙ eſt mihi traditum.

## ¶ De eodē euange. ſer. xxiij. de blaſphemia.

Hic blaſphemat. Mat. ix. Scien-
dum ꝙ blaſphemia eſt qñ ali-
quis attribuit deo qđ non eſt ei
attribuendum. vel qñ aliquis
deo abſtrahit qđ ſibi conuenit:
vel qñ aliꝗs ſubijcit attribuit ſiue vſur-
pat qđ dei eſt. Ergo ſcribe ⁊ phariſei dixe-
runt intra ſe ꝙ xps blaſphemaret in hoc
ꝙ dixit paralitico. Confide fili remittun-
tur tibi peccata tua: q2 ſolus deus pecca-
ta pōt remittere: et ipſi ſcribe ⁊ phariſei
tenuerunt xpm eſſe ſolū purū hominem:
⁊ non deū ⁊ ergo nō poſſet peccata dimit-
tere. Quare dixerunt verba premiſſa. Hic



blaſphemat. vnde in preſenti ſer. loquen-
do de blaſphemia tria ſunt dicenda. Pri-
mo quot modis fit blaſphemia Secundo
oſtendit blaſphemos hoīes eſſe peſſimos
Tertio dicet de pena blaſphemantiū. A
Circa primū ſciendū ꝙ blaſphemia ſcdm
ꝙ hic intelligimus eſt verbū in contume-
liam dei prolatū vt cū aliꝗs iratus vindi-
care ſe volens de deo. dicit aliqua ſibi in
cōtumeliam: qđ tripliciter ꝯtingit. Primo
irreuerenter iurādo per caput vel ꝑ ocu-
los: vel per aliqđ aliud mēbrum xpi. Vel
etiā qui iurat per inteſtina dei vel ꝑ pul-
monem cor iecur: et ſic de alijs. Et talis
ſic iurās ſi clericus eſt dz deponi: ſi laicus
anathematizari. xxij. q. i. Si ꝗs per capillū.
Unde legit de paulo apoſtolo ꝙ quoſdā
blaſphemos excōicauit, ⁊ ſathane tradi-
dit. i. Thim. i. De quibus eſt hymeneus
⁊ alexander quos tradidit ſathane vt di-
ſcant non blaſphemare. Scđo contingit
qñ fit abominabilis execratio ⁊ iuratio ſi-
cut per lutū vel pudibūda vel aliud ſimi-
le. Tertio qñ quis iurat per quinꝗ̄ vulne-
ra xpi: vel per mortē: vel paſſionē ipſius:
vel per pretioſum ſanguinē eius. B Hec
eñ iuramēta ab omnibus diligēter ſunt
vitāda ⁊ prohibēda q2 ſonant in blaſphe-
miam ⁊ irreuerentiā dei pretioſa ſua vul-
nera in vanū aſſumere. vnde nobis tota
ſalus effluxit. Chry. ſup Matt. Oīs ſalus
hoīm in xpi morte poſita eſt. Nulla eñ
res eſt q̄ magis ad ſalutē hoīum ꝑtineat
ꝙ̄ mors ipſius. vñ ſi talia iuramēta ex de-
liberatiōe fiāt ſunt mortalia peccata to-
tiens quotiens ꝗs ſic iurat. Etiā ſi cēties
vna die ſic iuraret centū peccata mortalia
faceret. Propter qđ etiā in aliquib⁹ terris
ciuitatib⁹ ⁊ villis talia iuramēta ſic ſunt
reſtricta ꝙ quicūꝗ̄ taliter iurat aurem vel
linguā vel digitū perdat. Unde legitur ꝙ
ſanctus Ludouicus rex frācie quēdā ciuē
pariſius q̄ blaſphemauit in penā ſui pec-
cati ⁊ in terrorē aliorū ferro candēti in la-
bijs ſui cautherizari ꝑcepit. Et cū aliqui
principes ⁊ nobiles ipſi⁹ indignati ex hoc
dictū Ludouicū propter factū iſtud argue-
rent, Reſpondit eis dicēs. Vellē ego talem
penam ⁊ indecentiā ſuſtinere libenter in

labijs meis ꝙ̄diu vixero: ⁊ hoc vitium de
regno meo tolleret vt amplius dominus
meus ieſus xps per nullū hominē ſic per
blaſphemiam offenderetur. ¶ Querit an
blaſphemia ſine deliberatione ſit peccatū
mortale. Reſpondetur ſcdm ſanctū Tho.
ij. ij. q. xiij. Blaſphemia abſꝗ̄ delibera-
tione pōt cōtingere tripliciter. Uno mō ꝙ
aliꝗs nō aduertit hoc ꝙ dixit eſſe blaſphe-
miam. Ut cū aliꝗs ſubito ex aliqua motio-
ne ⁊ paſſiōe in verba imaginaria prorum-
pit quorū ſignificationē non ꝯſiderat nec
aduertit tūc eſt peccatū veniale. Alio mō
qñ auertit eſſe blaſphemiā conſiderās ſi-
gnificata verborū ⁊ tunc nō excuſat a pec-
cato mortali: ſicut nec ille q̄ ex ſubito mo-
tu ire occidit aliquē iuxta ſe ſedētem. Ex
iſto poſſumus elicere ꝙ̄ periculoſe iurāt
⁊ blaſphemāt iſti q̄ ex mala cōſuetudine
ſic iurant: nō habentes intentionē ſe emē-
dandi ⁊ illud dimittendi: q2 tales blaſphe-
matores totiēs peccāt mortaliter quotiēs
ſic iurāt ⁊ blaſphemant: ſed aliqui ꝑuerſi
inimici dei dicūt. ſi nō iurarem tūc nullus
me timeret nec aliꝗs reputaret me aliqđ
eſſe: vt ergo timeantur ⁊ magni reputen-
tur iurant ⁊ creatorē ⁊ redēptorē ſuū bla-
ſphemāt. O miſerrimi ⁊ infideliſſimi pec-
catores vbi queritis honorē vbi eternam
inuenietis confuſionē et dānationē. Ta-
les blaſphemi ⁊ iracūdi non ſunt filij dei
ſed diaboli q2 ſicut pater eorum viuit in
inferno ſic ipſi filij diaboli viuunt in mū-
do: ⁊ iraſcendo: litigādo: ⁊ blaſphemādo.
D Itē ſciendū ꝙ aliqui ſunt q̄ lz non per-
tinaciter blaſphemant. tñ paſſionē ⁊ ſan-
guinem ⁊ mortē xpi frequēter vane nomi-
nant ⁊ ſine cauſa in illis ⁊ ſimilibus dñt ſe
etiam tales hoīes emendare: q2 paſſio et
mors xpi ⁊ pretioſus eius ſanguis nunꝙ̄
ſunt a nobis nominanda: niſi cū magna
deuotione ⁊ reuerentia: quia ibi eſt ſalus
⁊ vita noſtra. E etiā aliqui iurant et non
nominant deū ſed creaturas contra quos
dicit Augu. de verbis apoſtoli. ſer. ij. Ecce
dico charitatis veſtre quod qui falſa iu-
rat per lapidē periurus eſt ꝙ̄uis non au-
diuit. tamē eius creatorem in teſtem acci-
pit. Itē contra tales dicit beatus Iac. v. c.

Nolite iurare neqȝ per celū neqȝ per terram ⁊c. Ergo talia iuramēta que ſic fiunt nominando creaturas a quolibet xp̄iano omnino ſunt vitāda vnde xp̄s dicit in euāgelio vt habet̄ Mat. v. ego aūt dico vobis nolite iurare omnino neqȝ per celū: quia thronus dei eſt: neqȝ per terram: quia ſca. eſt pe. eius. ⁊ poſt ſubdit Neqȝ per caput tuū iuraueris. Itē ſunt aliqui q̄ totiens ⁊ ſine cauſa iurāt: ſic dicēdo. Per deū viuū per deū ſanctū vel per oēs ſanctos ſine oī cā neceſſitate ⁊ ex mala ꝯſuetudine. Contra quos dicit xp̄s in euā. Mat. v. Sit aūt ſermo veſter eſt eſt: nō nō: quod aūt his abundātius eſt a malo eſt. ¶ Circa qđ querit̄ an iſta iuramēta ſ. dicēdo per deū et per oēs ſanctos ſint peccata mortalia. Rn̄deo ꝙ talia iuramēta cōtingūt tripliciter. Primo qn̄ q̄s ſcienter falſum ⁊ mendaciter iurat ſiue in ioco ſiue in ſerio: tunc ſm ſanctū Tho. ij. ij. q. xcviij. talis nō excuſatur a peccato mortali etiā ſi iocoſe peierat: qꝛ nō deuitat diuinā irreuerentiam immo q̄ntū ad aliqđ auget magis. Item ſcđm eundē Tho. vbi ſupra notat̄ ꝙ iſte q̄ ex lapſu lingue iurat ſi qđē aduertit ſe iuraret: ⁊ falſum eſt ꝙ iurat nō excuſatur a peccato mortali ſicut neqȝ a dei cōtēptu. Si aūt hoc nō aduertit nō vr̄ habere intentionē iurādi. ⁊ ideo a crimine periurij excuſat̄. Ex iſtis iā dictis poſſumus elicere ꝙ illi male faciūt q̄ in ioco ſcienter falſum iurant truſando vel deridēdo alios. Sil'r illi parētes grauiter peccant q̄ iurāt pueris ꝙ velint eos diſciplinare cū delinquunt. ⁊ poſtmodū illud iuramētū infringunt: qꝛ omne iuramētū licitū eſt ſeruādū niſi vergat ꝯtra ſalutē. vn̄ dr̄ in decre. Omne iuramētū eſt ſeruādū niſi vergat cōtra ſalutē. xxij. q. iiij. c. dauid. Itē nō eſt cautū nec bonū aliq̄b⁹ mulieribus q̄ pueris ſuis iurāt verbis qn̄ tn̄ factis nō intēdūt. vt dicēdo p deū vel aīam meam ſi tu nō taces ad plateā te ꝓijciā: ⁊ ſic de alijs. Scđo qđ grauius eſt cōtingūt talia iuramēta dicendo p deū vel p oēs ſctōs cū q̄s ſciēter doloſe vel mēdaciter iurat in dānū primi vt in cōtractib⁹ primos ſuos decipiendo. v. g. Ut cū q̄s alicui vult vēdere ⁊ iurat per deū ꝙ nō velit remiſſius dare q̄ ſic: ⁊ ſi tūc intendit aliter dare ⁊ iurat ſic mentiendo ꝯtra mentē ſuā: qꝛ mentire eſt cōtra mētē ire: ⁊ ſi affirmat hoc mētiendo cū iuramēto peccat mort. Et totiēs q̄tiens ſic iurat. Et ecōuerſo. Ille dꝫ rē emere ſi dicit p deū non ampli⁹ volo dare pro iſta re q̄ȝ tm̄ ⁊ ſi intēdit adhuc plus dare ⁊ loquitur ꝯtra mentē ſuā: ⁊ iurat ſic mētiēdo etiā peccat mortaliter totiēs quotiens. Quot talia peccata mortalia cōmittunt̄ a multis q̄ ꝯſueti ſunt nec emere nec vēdere niſi iurādo ⁊ mentiendo doloſe ⁊ fraudulenter: vt iurando rē ſuam meliorē eſſe q̄ȝ ſit vel etiā ſibi plus cōſtare q̄ȝ verū ſit: vel etiā ꝙ plus ſibi in illa ciuitate ſoluiſſet: ⁊ ſic de alijs. Itē qui in ſuperiori pte ponūt qđ bonū eſt ⁊ in medio miſcent illud qđ defectuoſum eſt: ⁊ tūc iurant qđ totum ſit ſic vt ſuperius apparent ⁊ ſic primos decipiunt: ⁊ oēs illi tenent̄ ad reſtitutionē ⁊ recōpenſare dānum primi ⁊ tales etiam dupliciter peccāt. ſ. cōtra deū ⁊ etiā contra primum. Unde Iſi. de ſum. bo. Qui dolo iurat dupliciter reus fit: qꝛ ⁊ nomē dei ſui in vanū aſſumit: ⁊ primum dolo capit. Itē etiā qn̄qȝ aliqui in paruis reb⁹ deceptorie iurant. v. g. vt qui habēt vēdere coclearia in ciuitatibus vel poma vel pira vel cōſimiles fructus: vel etiā panes: vel aleca vel aliqua alia victualia: vel villā que oues ⁊ vitulos vendunt in velleribꝰ qui multotiens plura falſa iuramēta faciunt cū quibus primos ſuos cōcipiūt: ⁊ qn̄qȝ p talia iuramēta modicū lucrant̄ cū tn̄ quilibet xp̄ianus p toto regno vel p toto mundo ſemel peierare nō deberet. Itē aliqui dicunt ꝙ nō poſſunt vēdere vel emere niſi iurent: ⁊ allegāt ꝙ ſi ſemp dicerēt veritatē ⁊ nō iurarēt oporteret eos mendicare: qđ tn̄ eſt falſum: vt patet per ꝓphetā dicentem. Nūq̄ȝ vidi iuſtum derelictū: ergo qui iuſtus eſſet ⁊ deū veraciter pre oculis haberet nunq̄ȝ eū deus deſereret. Hoc patet per experiētiā: qꝛ ſunt plures boni viri q̄ emunt ⁊ vēdunt tn̄ nullo modo iurāt etiā in magnis ⁊ arduis emptionib⁹ ⁊ mercātijs: ſed ſimplici verbo affirmāt vel negāt ſcđm dictū xp̄i qui dicit. Sit ſermo veſter



eſt eſt: non nō. Tertio cōtingunt talia iuramēta dicēdo per deū per oēs ſanctos qn̄ quis iurat hoc qđ verū eſt licitū: tūc ſcđm Ray. cū ſic iuratur in cōi locutione aliqđ licitū ſicut fit in iuramentis quotidianis q̄ fiunt ex curſu verborū ex quadā leuitate ⁊ ꝯſuetudine mala vt dicēdo per deū ibo cras ad eccleſiā vel ieiunabo vel equitabo vel hoc vel illđ faciā: ⁊ ſic de alijs hoc eſt peccatū veniale. Cōcordat Inn. ⁊ etiā Ber. Tn̄ ſciendū ꝙ non eſt cautū ſic iurare q̄uis licitū et verū ſit: ⁊ ex quadā leuitate ⁊ ꝯſuetudine fiat. ſup quo dicit Chry. ſup Mat. Nemo eſt q̄ frequēter iurat q̄ nō aliqn̄ peierat. Itē q̄ñ tales qui ita frequēter ſine omni cā ⁊ rōne dicūt per deū ⁊ p oēs ſanctos nō aduertūt dictū xp̄i qui dicit in euange. vt habet̄ Mat. xij. De omni verbo otioſo qđ locuti fuerint hoies reddent rōnē in die nouiſſimo: multo ſtricti⁹ exiget̄ a nobis ratio de talib⁹ quotidianis iuramentis que ſine cā fiunt. Si ꝓponis te emēdare et amplius nō iurare: ſed ſimplr̄ verba tua ꝓferre dicēdo eſt eſt: nō nō: et poſtmodum ex lapſu lingue iuras. tūc immediate conterere de hoc ⁊ dic vnū aue maria beate virgini: tūc ip̄a impetrabit tibi gratiā a filio ſuo vt ampli⁹ eo melius tibi caueas, ne recidiues. ¶ Circa ſcđm ſciendum ꝙ blaſphemi ſunt peſſimi hoies qđ oſtēdit̄ quinqȝ modis. Primo in hoc ꝙ peiores ſunt iudeis: qꝛ iudei tantū ſemel crucifixerunt xp̄m et occiderūt: ſed xp̄ianus blaſphemus totiēs xp̄m crucifigit quotiēs execrabiliter iurat. vn̄ apoſtolus hebr. vj. Rurſum crucifigētes filium dei. Aug. ſup Io. Flagellatus eſt xp̄s flagellis iudeorum flagellatur blaſphemijs falſorum xp̄ianoꝝ. Et ſi eſſes reus in morte xp̄i ſicut pylatus vel caiphas libenter velles omnib⁹ diebus vite tue penitentiā agere: q̄d tunc faciendū eſt tibi cū ſimile peccatū totiens ꝑpetraſti blaſphemādo. vn̄ Greg. ſup illud Mat. xxvj. Blaſphemauit ſic dicit. Nō minus peccāt q̄ xp̄m blaſphemāt regnātē in celis q̄ȝ qui crucifixerunt ambulātē in terris. Inſup iudei ignoranter xp̄m crucifixerunt. vn̄ apoſtolus. j. Cor. ij. Si cognouiſſent nunq̄ȝ regē glie crucifixiſſent: q̄uis illa ignorātia nō excuſet iudeos: quia xp̄s ſepi⁹ dixit eis ꝙ eſſet filius dei: ſed ipſi noluerunt credere. Sed xp̄iani blaſphemi xp̄m ſciunt ⁊ credunt filium dei quē rurſum crucifigūt cum ſuis blaſphemijs. ⁊ ideo grauius peccāt eo qđ ſcienter peccāt. vn̄ glo. ſup p̄s. lxviij. dicit. Grauius peccat cōtennēs ſedentē in celo q̄ȝ q̄ crucifixit ambulantē in terra. Et in ſignū huius xp̄s non pōt orare p blaſphemis ſicut orauit p ſuis crucifixorib⁹ dicēs. Pater ignoſce illis: qꝛ neſciunt q̄d faciunt qꝛ blaſphemi bene ſciūt ꝙ male faciunt: ergo nō peccant ex ignorātia ſicut iudei fecerūt: ſed ex certa malitia quod eſt grauius: ⁊ ideo graui⁹ puniēt̄ in inferno blaſphemi q̄ȝ iudei. Lu. xij. Seru⁹ ſciēs volūtatē dn̄i ⁊ nō faciēs plagis vapulabit multis. Scđo qꝛ blaſphemi ſunt deteriores canibus: qꝛ canes nō mordent dn̄m ſuū qui eis bn̄facit: ſȝ applaudūt illi: ſed blaſphemus eodē ore q̄ bibit vinū ⁊ bn̄ficia dei recipit deū blaſphemant. vn̄ p̄s. Retribuebant mihi mala p bonis ⁊c. eccl̄. xxix. Paſcet ⁊ potabit ingratos et adhuc amara audiet. Mirū eſt ꝙ deus vnq̄ȝ ꝑmittit creſcere vinū in abūdātia cū tot blaſphemie inferunt̄ ei a potatoribus vini. Tertio tales blaſphemi peiores ſunt oībus creaturis: qꝛ oīs creatura laudat ſuū creatorem. Immo oīs creatura incitat ad laudādum deū. Sicut aqua laudat deū in ꝯtinuo ſuo curſu. Arbores ⁊ herbe ſe erigēdo ⁊ ſup ſe creſcēdo erga creatorē ſuū: aues in cātando: ſol ⁊ luna ⁊ ſtelle i lucēdo: ⁊ ſic de alijs. Sed blaſphemus cū illo membro deū inhonorat: in quo deus eū pre ceteris creaturis honorauit. ſ. in lingua. vnde Ari. Nullum animal naturaliter hꝫ ſermonem niſi homo: ⁊ hāc linguam accepit hō vt deum laudet pre ceteris creaturis irrationabilibus. Quarto qꝛ peccatum blaſphemie eſt peccatū diabolicū. Apo. xvj. Blaſphemauerūt deū celi pre dolorib⁹. Hoc intelligit̄ de illis q̄ ſunt in inferno: q̄ ꝓpter magnitudinem doloris et pene deum blaſphemant. Ergo blaſphemia eſt loquela infernalis: ⁊ blaſphemi diſcūt hic deū blaſphemare: qđ eſt opus dānatoꝝ vt in futu=

ro eo meli⁹ ſciãt:ſic boni hic aſſueſcũt ꝛ di
ſcunt deum laudare ꝛ bñdicere:vt in futu
ro in celis meli⁹ ſciãt.vñ Ber.Diſcam⁹ in
terris quas facturi ſumus laudes in celis.
Unde blaſphem⁹ hȝ linguã diabolicã: qꝛ
diabol⁹ ſequiť p blaſphemũ ſicut ſpũſſan
ctus loquiť per hoiem bonũ ꝛ deuotũ.vñ.
Mat.x.Non eñ vos eſtis q̃ loquimini:ſed
ſpũs pr̃is veſtri q̃ loquiť in vobis. Quinto
qꝛ pctm̃ blaſphemie nõ remittiť.Juxta il-
lud Mat.xij.Spiritus blaſphemie nõ re-
mittetur.i.vix remittetť.Hoc facit enormis
cõtemptus q̃ fit in xp̃o in illo pctõ: immo
tales multotiẽs efficiũtur peſſimi hoies ꝛ
indurati ꝛ obſtinati. Eccľ.xxij.Uir multũ
iurãs implebiť iniquitate: ꝛ non diſcedet
plaga a domo eius.nec immerito qꝛ blaſ-
phemus infert deo cõtumeliã in pſona p-
pria:cui alij pctõres cõtumeliã inferũt in
rebus.ſicut fur.vel latro vel raptor cõtu-
meliã infert deo in rebus ꝛ poſſeſſionibus
ſeruorũ ſuoꝝ.homicidia in ſeruis ſuis bla
ſphemus autẽ in ppria pſona.Jtem bla-
ſphemi ex ppria malitia peccãt: ergo gra
uiter deũ offendũt qđ ſic probať. Quia in
oibus alijs pctis videť in hoie eſſe aliqua
delectatio vel vtilitas propter quas ho-
mo induciť ad peccãdũ.vt in ſupbia que-
dam extollẽtia:in auaritia:cupiditas rerũ
ꝛ pecunie:ꝛ in luxuria:delectatio ꝯcupiſcẽ
tie.Sub pctõ autẽ plaſphemie:nihil dele-
ctabile nec vtile inueniť ppter qđ homo
inducať ad blaſphemãdũ deum. Peccatũ
eñ tanto magis aggrauať: q̃to min⁹ hȝ
impulſiua.Unde ſenex plus peccat q̃ iuue
nis in fornicãdo:propter minorẽ inclina-
tionẽ quã hȝ ad pctm̃ luxurie.cõmentator
ſex principiorũ.Complexio iuuenũ eſt cali
da ꝛ humida:ſenũ autẽ ſicca ꝛ frigida. Þ
Circa tertiũ ſciẽdum ꝙ blaſphemi graui-
ter puniẽtur a deo.Primo in corpore ꝛ qñ
q̃ blaſphem⁹ puniť in eodem mẽbro i quo
deum blaſphemauit.ꝛ inſuper pctm̃ blaſ-
phemie legitur punitũ grauiter in veteri
teſtamẽto.vnde Leuiť.xxiiij.Cum quidaꝫ
blaſphemaſſet ꝛ maledixiſſet nomẽ dñi:
adductus eſt ad moyſem ꝛ Aaron qui mi
ſerunt in carcerem donec noſcerent quid
iuberet dñs deus de eo fieri.Qui locutus
eſt ad moyſem dicẽs.Educ blaſphemũ ex
tra caſtra ꝛ ponãt oẽs q̃ audierũt manus
ſuper caput eius:ꝛ lapidet eũ vniuerſus
populus.ꝛ qđ factũ eſt.Deide promulga
uit dñs legem de pena blaſphemorum di
cẽs.Loquere ad filios iſrael.homo q̃ blaſ
phemat nomẽ dñi:morte moriať: lapidi-
bus eũ opprimet oīs multitudo ppli.O ſi tã
oẽs blaſphemi lapidari deberẽt:q̃ plures
iam in mũdo eſſent.Jtẽ aliq̃ puniũtur a
deo in preſenti:cũ ſubitanea morte.vñ re-
fert Greg.in dial.ꝙ quidã ciuis rome tene
re dilexit quendã puerũ.v annorũ:q̃ cõſue
tus erat blaſphemare nomen dñi: ſtatim
qñ aĩo ei⁹ aliqđ obſtitiſſet.Quadã die cũ
pater ei⁹ eũ teneret in brachijs: clamauit
puer.Nigri hoies veniũt q̃ me tollere vo-
lunt.ꝛ pr̃ rñdit.Noli timere fili mi.ꝛ puer.
Non vides hoies nigros me tollere volẽ-
tes.Et ſic puer cepit tremere.ꝛ demones ĩ
nigrorũ hoim ſpẽ acceſſerunt. ꝛ puerũ de
brachijs pr̃is violenter receperũt:ꝛ in fru
ſta corpus pueri decerpſerũt.Si ergo de⁹
in puero quinq̃ annoꝝ pctm̃ blaſphemie
ſic vindicauit q̃d tũc faciet adultis.J Un
de ſciendũ vltio ꝙ nõ ſolũ culpabiles ſunt
apud deũ ipſi blaſphemi:ſed iſti q̃ permit
tunt pctm̃ illud cũ phibere poſſent:vt pa-
rentes q̃ nõ corrigunt pueros ſuos cũ no-
men dei blaſphemãt. ꝛ talia peccata pue
rorũ redundabũt in ipſos parẽtes:ergo q̃
libet pater ꝛ mr̃ cũ audirent pueros ſuos
blaſphemie verba pferre deberẽt eos cũ
aſpera virga bñ diſciplinare ne ampli⁹ au
dirent talia ab eis. ꝛ hoc eſſet acceptum
deo ꝛ ipſis parẽtibus meritoriũ ſiľr illi cul
pabiles ſunt q̃ pmittũt deo cõtumeliã in
domib⁹ ſuis inferre:qui phibere poſſent.
Nullus eñ libẽter pmitteret cõtumelias
fieri patri vel mr̃i vel alicui conſanguineo
quẽ diligeret:ſi hoc impedire poſſet. O q̃
infelices xp̃iani ſunt illi q̃ ppter tpale lu-
crum permittũt in domibus ſuis cõtume-
liam inferri patri celeſti vel beate virgini.
Marie que eſt mater noſtra:ꝛ ſanctis de-
qui ſunt fratres noſtri. Jtem domini ꝛ re-
ctores ciuitatũ ꝛ villarum qui permittũt
deum blaſphemari participes ſunt illoꝝ
peeccatorum.Ro.j.Digni ſunt morte non



ſolum qui faciũt:ſed etiã q̃ cõſentiunt faciẽ
tibus.Magna eñ eſt peruerſitas princi-
pum ꝛ rectoꝝ terrarũ qui bona ſubdito-
rum accipiũt:cõtra prohibitionẽ dei et in
diſpẽdium proprie ſalutis.ꝛ qñ poſſent li-
cite ꝛ ad honorẽ dei recipere bona ſubdi-
torum tunc nolũt:qꝛ quilibet dñs terrarũ
poſſet pecuniariam penam imponere blaſ
phemantibus:ꝛ ſtricte ab eiſdem talẽ pe-
nam pecuniariam recipere: ꝛ ad honorẽ
dei expendere.

¶ Alius ſermo de eodem.

VT quid cogitatis mala i cor-
dibus veſtris. Jſtum ſermo.
de cogitationibus quere infra
ſermo.cxxviij.

¶ Dominica.xx.ſer.cxxiiij.de nuptijs
ſpiritualibus.

SImile factũ eſt regnũ celo
rum homini regi qui fecit
nuptias filio ſuo. Matth.
xxij.Sciẽdũ ꝙ nuptie ſunt
triplices.ſ.carnales q̃ fiunt
inter virũ ꝛ mulierẽ.ſpũa-
les que fiunt inter aĩam ꝛ
xp̃m:ꝛ celeſtes q̃ fiunt in celo.vñ de ſpũa
libus nuptijs ſpãľr in pñti ſermone tria
ſunt dicẽda.Primo qũo aĩa dr̃ ſpõſa xp̃i:ꝛ
que xp̃s fecit p ea vt eã ſibi copularet.Se
cũdo q̃d hr̃e aĩa vt deo ſpõſo ſuo placeat
Tertio.li Circa primũ ſciẽdũ ꝙ aĩa hois
diciť ſpõſa xp̃i: qꝛ ſibi copulata eſt in ba-
ptiſmo p fidẽ:vñ dicit dñs per prophetã.
Oſee.ij.ad quãlibet aĩam. Sponſabo te
mihi i fide.Et ſicut zelotes terren⁹ p puel
la quã ſibi copulare cupit inter cetera q̃n-
q̃ facit q̃b⁹ zelũ ſuũ illi apit: ſic ꝛ zelotes
ille celeſtis facit.prĩo zelotes ille terren⁹
portat pro amore puelle quã diligit ſertũ:
cyrotecas depictas.ꝛ calceos exciſos:cin-
gulũ latũ ꝛ depictũ veſtes curiales.Scđo
p amore ei⁹ ipſe cãtat cõtilenas amato-
rias.tertio ei tribuit pulchra clinodia. q̃r-
to p illa laborat.quinto aures puelle pul-
ſat rogãs eã tam p lr̃as tã p ſeipm̃:q̃ p nũ
cios.Sic de⁹ feruẽti⁹ omni zelote terreno
laborauit vt animã tuã ſibi attraheret ac ſi
tibi placeret.Primo ſertũ.i.ſpineã coronã
pro te publice portauit.Cyrothecas depi
ctas ꝛ calceos exciſos.i.vulnera manuum
cruẽtata:ac pedũ foramina p te tulit cingu
lũ depictũ.i.linoꝝ flagellorũ veſtes curia-
les.i.veſtẽ purpureã pylati ꝛ albã veſtem
herodis tibi ad laudẽ ꝛ gloriã: ſibi vo in
opprobriũ ꝛ illuſionem.Scđo cantilenas
amatorias in cruce altiſone cantauit nec
vna q̃dẽ:ſꝫ ſeptẽ oĩ inſtr̃o muſico dulciores.
Ad quarũ melodiã ſol in celo obſcurat⁹:la
tro in cruce cõuerſus eſt.Maria iuxta cru
cẽ turbať:terra cõtremuit:petre ſciſſe ſunt
ꝛ velum tẽpli diuiſum ẽ a ſummo vſq̃ ad
deorſuꝫ.De iſto cãtico dr̃ in p̃s.ꝛ nocte cã
ticũ ei⁹.ſ.cũ ſol obſcurať. De quolibet ſu-
pradictorũ in ꝛ infra dicẽdoꝝ diciť Eſa.ix.
zelus dñi exercituũ faciet hoc.tertio dat ꝛ
dedit clinodia nobiliſſima p aĩe tue dile-
ctione.Nõ autẽ de burſa vt alij zelotes: ſꝫ
de corde ſuo ſanguinẽ ꝛ aquã ꝛ clauiculos
pedũ ꝛ manuũ ei⁹.Quarto p ipſa aĩa mul
tipliciter laborauit quaſi in torneamento
more zelotũ tot⁹ clipe⁹ ſuus pforat⁹ eſt O
nobilis dña aĩa:tibi totũ ad laudẽ ꝛ ho-
norẽ:nõ ſibi ad vtilitatẽ ſubſtãtialẽ. Eſa.
ij.Dñs ſicut fortis egrediet: ſicut vir pu-
gnator ſuſcitabit zelũ. Tam fortiter ibi
ꝯ hoſtes nr̃os dimicauit: ꝙ cicatrices q̃s
ibi ptulit vſq̃ ad vltimũ diẽ iudicij nõ ob
ducẽtur ſine dolore:tñ ea tũc ſeruauit ſcꝫ
in ſignũ amoris nr̃i imo dubiũ eſt an vel-
let ipſas cicatrices etiã poſt iudiciũ fuare.
Quinto rogat myſterialr literis veteris ꝛ
noui teſtamẽti:ꝛ p ſeipm̃ multiplr in euã-
gelio:ꝛ etiã p nũcios.i.p̃dicatores. De pri
mo pꝫ:de ſcđo.Eccľ.xxxv.Bñplacitũ ẽ deo
recedere ab iniq̃tate: ꝛ dep̃catio recedere
ab iniuſtitia.Eſa.lxv.Expãdi man⁹ meas
tota die ad pplm̃ incredulũ:q̃ graditť i vijs
nõ bonis.Tamẽ de q̃buſdã cõqueriť hie.
xv.Laboraui rogãs:ꝛ tñ a vijs ſuis nõ ſũt
reuerſi.Per tertiũ rogat.ſ.p p̃dicatores q̃
nũcij ſui ſunt:ꝛ q̃ſi os ſuũ:vñ quotiẽs p̃di-
catorẽ audiſti:totiẽs rogauit te de⁹ cõuer
ti:q̃ſi ore ſuo.Lu.x.Qui vos audit:me au
dit.Exo.iiij.Perge ğ: ꝛ ego ero i ore tuo:
docebo te q̃d loq̃ris.Et nõ ſolũ dñs man-
dat hoi p predicatores ſed etiã per ſe ro-
gat vt conuertatur:dicens in canticis qua-

ter. Reuertere reuertere reuertere reuertere, L Circa ſcdm ſciendū ꝙ ſponſa xp̄i dʒ quinqꝫ habere q̄ docuerūt ſaram parētes eius vt ſponſo ſuo ſcʒ xp̄o placeat. Primū eſt honorare ſoceros. xp̄s em̄ fact⁹ eſt ſponſus in baptiſmo aīarū noſtrarū per fidem: cui⁹ pater in celis eſt de⁹ cuius mater in terra eſt btā virgo. Patrē em̄ eius in hoc honorare debem⁹ vt obediam⁹ ei in his q̄ precepit: ⁊ oīa opa nr̄a ad honorē ipſius ordinem⁹. Ad hoc hortaṫ apl'ſ cū dicit. j. Cor. x. Omnia quecūqꝫ facitis in verbo vel ope: in noīe dn̄i facite. Matrē ei⁹ ſimiliter honorare debem⁹ vt ipſam diligamus: ⁊ ei tanqꝫ matri ſeruiam⁹: ⁊ eā ſignāter in caſtitate ⁊ humilitate ſequamur. Secundū eſt diligere maritū. i. xp̄m: ⁊ ipſe vere digne diligit. Fecit em̄ pro animabus noſtris qđ nunqꝫ aliquis maritoꝝ feciſſet pro vxore ſua. Quis enim ſanguinē ſuum ita copioſe effunderet vt vxori ſue balneū ex eo faceret vt ſic a lepra mundareṫ, hoc fecit xp̄s pro ſponſa ſua. Itē ſi q̇s hr̄et vxorem defunctā: nunqđ permitteret ſe occidi vt ꝑ mortē ſuā vxor ſua viuificareṫ. Et hoc xp̄s fecit q: ꝓ aīa nr̄a mortuus eſt: nec em̄ ſufficit ſue hoc incōparabili dilectioni: qȓn ipſe dat aīabus noſtris quotidie corpus ſuū in cibū ⁊ ſanguinē ſuū in potū. vn̄ Jo. vj. Caro mea vere eſt cib⁹: ⁊ ſanguis me⁹ vere eſt pot⁹ ⁊c. Tertiū eſt ꝙ dʒ regere domū ⁊ familiā: domū. i. cor ⁊ cōſcientiam: vt oīa ibi ſint pulchra nihil feditatis vel pulueris vel fimi ibi permittens ⁊ oīa q̄ facit faciat pure ꝓpter deū. Et ſi aliq̄ñ facit cōtrarium: hoc ꝑ cōtritionē ⁊ cōfeſſionē optime purgeṫ. M Itē regere dʒ familiā. habet aīa. i. xp̄i ſponſa tres puellas nobiles ſeruientes ei interius: ⁊ quinqꝫ min⁹ nobiles exterius. Tres interius ſeruiētes ſunt tres potentie aīe. ſ. memoria: intellect⁹: et voluntas. Illas ſeruitrices ſponſa chriſti ſic regat: vt ſcilicet memoria ſit camera patris in qua habitet per continuam recordationem: intellectus ſit camera filij in qua habitet per vere fidei cognitionem: voluntas ſit camera ſpiritusſancti in qua habitet per amorem. Quinqꝫ puelle exteriores ſunt quinqꝫ ſenſus corporis quos regere debet ſponſa xp̄i: vt oculi non videāt que nō licet videre. vnde Greg. Non lʒ videre qđ nō lʒ cōcuſpicere. Similiter auditus cuſtodiendus eſt ne quicqꝫ indecens aut malū libenter audiat ſimiliter pedes quo ad greſſum: man⁹ quo ad tactū cuſtodiende ſunt: ⁊ ſic de alijs. Quartū eſt ſeruire ad menſam ⁊ ad lectū q: ſponſa xp̄i dʒ xp̄o preparare lectū id eſt cōſcientiā bonam purā ⁊ ſecurā. vnde Cañ. j. Lectulus noſter florib⁹. vnde Salo. Secura mens quaſi iuge cōuiuium. Ber. Magne diuitie ſunt bona cōſcientie ⁊ reuera qđ in rebus melius: qđ in corde dulci⁹ qđ in terra quietius atqꝫ ſecurius bona cōſcientia. Sic e cōuerſo eſt de mala cōſcientia. Iſid. de ſum. bo. Nulla pena eſt grauior mala cōſcientia. Vis autē nunqꝫ eſſe triſtis: bene viue. bona ꝯſcia ſemꝑ gaudiū hʒ: reus animus nunqꝫ eſt ſecur⁹. Itē ſponſa xp̄i ſeruire dʒ ſponſo ſuo ad menſaʒ ꝑparādo ei bona cibaria ſunt illa cibaria bona opa q̄ q̇s facit in gr̄a. vn̄ Jo. iiij. Meus cib⁹ eſt vt faciā volūtatē eius q̇ miſit me. Ergo quot bona opa facis: tot fercula xp̄o ſponſo tuo preparas. Et ſponſa xp̄i dʒ diligēter opa ſua facere ⁊ nō vſqꝫ ad mortē differre nec de die in diē protrahere. vn̄ Jo. ix. Operamini dū dies eſt: venit em̄ nox q̄ñ nemo operari pōt. Quintū eſt ſe irreprehenſibilē exhibere corā hoībus: ne vel exteri⁹ vel interius aliquos ſcandalizet moribus verbis vita ⁊ exēplo. ₰ Unde ſciendū ꝙ ad exteriorē diſciplinā inducunt nos tria. Primū eſt ſi cōſideremus qualiter cū illa ſctōs angelos letificam⁹: q: angeli gaudent cū vidēt bonos geſtus in nobis. Secundū ſi cōſiderem⁹ ꝙ primus noſter inde exēplū datur. Tertiū eſt ꝙ ſpūalis diſciplina cōſeruat in nobis gr̄am. Sed diceres per quid cognoſciṫ aliq̇s eſſe ſpūaliter diſciplinatꝰ. Reſpondeṫ per tria ſigna. Primū ſi homo humiliat ſe in oībus opibus ⁊ geſtib⁹. Secundum eſt ſi homo eſt dulcis in verbis. Qui em̄ plane ⁊ dulciter loquitur ⁊ reſpondet primus ille eſt deo ⁊ hoībus dilectus. Tertiū eſt ſi in oībus operib⁹: motib⁹: geſtibus ⁊ motib⁹ timet deū offendere ⁊ proximū ſcandalizare. Exemplū. Quedam



puella cui⁹ nomē erat Alexandria ſeipſam fecit cōcludi: ⁊ ꝑ foramē exiguum alimēta ſuſcepit: ⁊ nec viros nec mulieres in decem annis vnqꝫ vidit nec vultū ſuū alicui oñdit ⁊ cauſam ſue incluſionis referat dicēs. Cuiuſdam inquit iuuenis anim⁹ in mea pulchritudine quōdam fuit leſus: ⁊ ne viderer eū vel cōtriſtare vel ꝑdere malui me quādiu vixero potius includi qꝫ aīam proximi mei ad ſimilitudinē dei factā cum pulchritudine mea deo retrahere ⁊ occidere. Itē cū quereret ab ea q̄uo ſic poſſet viuere. r̄ndit A principio diei paſſionem xp̄i meditor ⁊ orationi vaco: ⁊ opus ex lino facio. ⁊ poſtea ꝑ ſāctos patriarchas: ꝓphas apoſtolos martyres cōfeſſores ⁊ virgines cogitatione diſcurro meditādo q̄uo tā clare vidēt faciē dei in celo: ⁊ quomodo ipſis mille anni ſunt tanqꝫ dies heſterna que preterijt ante cōſpectū dei: ceteris horis cibū capio. Appropinquāte nocte dn̄m meum cum maxima quiete glorifico ⁊ laudo: finemqꝫ vite mee cū ſpe bona patienter expecto.

De eadem dominica. Ser. cxxv. de penis inferni.

Ligatis manibus ⁊ pedibus mittite eū in tenebras exteriores. Matt. xxij. In hoc ꝙ dānati habebūt ligatas manus ⁊ pedes daṫ intelligi ꝙ nunqꝫ ab illa pena poterūt exire. In hoc ꝙ ſunt miſſi in tenebras exteriores daṫ intelligi ꝙ nūqꝫ ad dei miaʒ pñt ꝑuenire. dicunṫ em̄ tenebre infernales exteriores: q: ſunt extra ambitū diuine miē. vn̄ Greg. li. ix. mora. quiſq̇s ad inferni mala tolerāda deſcēderit: nequaqꝫ vlteri⁹ ad lucē redibit q: neqꝫ vltra mia parcētis liberat q̇s ſemel in locis penalib⁹ iuſtitia iudicātis dānat: ergo dicit ligatis manib⁹ ⁊c. O Un̄ ſciēdū ꝙ ſicut ſcti angeli hn̄t nouem choros i celo: ſic dānati ꝑncipaliṫ hn̄t noue penas in inferno. Prīa pena dānatorū in inferno eſt calor ignis. Un̄ xp̄s dicet dānatis in iudicio illud Mat. xxv. Ite maledicti in ignē eternū. Et iſte ignis ꝑſens hʒ ſe quoad calorē reſpectu ignis infernalis tanqꝫ ignis in pariete depict⁹ ad ignē verū: q: ſicut ignis depictus hʒ magnaʒ differētiā reſpectu ignis noſtri quo ad calorem ſic ignis noſter hʒ ſe reſpectu ignis inferni. Modo ſi q̇s digitū ꝑ horā vnā retinere deberet in igne nr̄o multū affugereṫ q̄uo tūc affugēdi ſunt illi q̄ cū corpe ⁊ aīa in igne infernali in eternū cruciādi ſūt vbi pene eorū nūqꝫ finē habebūt: q: ſm̄ Ariſ. ij. de gn̄a. Impoſſibile eſt infinita ptranſire. vn̄ ſi alicui aīe dānate fieret talis optio ſiue cōditio: vt de⁹ ad eā diceret hāc gr̄aʒ tibi facio aīa: volo ꝙ oīa frumenta q̄ vnqꝫ creuerūt ab initio ſeculi ad vnū cumulū cōgregenṫ: ⁊ ſꝑ poſt mille annos vnū granū de illo accipiaṫ. ⁊ ſic cōſumpto cumulo: tu ſalua fies illa aīa diceret deo gr̄as Inſuꝑ diceret. Benedict⁹ dn̄s i donis ſuis, q: pena mea q̄uis maxia adhuc finē habebit q̄uis adhuc ꝑ multa milia annorū pati me oporteat. Sed nō ita erit: q: in inferno nulla eſt redēptio: q: pena ignis infernalis eſt infinita. vn̄ Eſa. vl. Ignis eoꝝ nō extingueṫ. Unde etiā Ariſt. viij. phiſi. Finiti ad infinitū nulla eſt proportio. hoc q̇s cogitare deberet cū peccare proponeret ⁊ digitū ſuū ad ignē applicare ⁊ probare an preſentē ignē poſſet ſuſtinere qđ ſi nō: quomodo tūc ignē infernalē eternaliṫ ſuſtinebit. vn̄ legiṫ in vitiſpatrū ꝙ quidā ſctus pater propter quādam mulierē maxime eſt tētatus q̇ volēs probare an poſſet ſuſtinere penā infernalē q̄ illi peccato luxurie debeṫ: combuſſit digitos ſuos ⁊ ſic compeſcuit in ſe illā vehemētem carnis tētationem. ꝓ Secūda pena eſt frigus intolerabile. Nam dānati de maximo calore proficiſcūtur in maximū frigus vt ex cōmutatione pene eorū aggrauatur. vn̄ Job xxiiij. Trāſibunt ab aquis niuium in calorem nimium ⁊ econuerſo. vn̄ fulgētius in quodā ſer. dixit. Duo principalia tormenta ſunt in inferno ſcʒ frigus intolerabile ⁊ calor ignis inextinguibilis. Unde legitur in euange. Ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Fletus namqꝫ in liquefactione oculorum de calore naſcitur: ſtridor vero dentium de frigore oritur. Tertia pena eſt fetor maxi-

muſ: nec mirum vbi tot cadauera cremabuntur: q2 ſi hic vnū cadauer in ignē poſitum cremaretur fetorē emitteret intolerabilem: q̄d tūc erit ibi vbi quaſi infinita cadauera in igne ⁊ ſulphure ꝯburēda ſunt. vñ Apoc.xxj. Pars illoꝝ erit in ſtagno ardenti igne ⁊ ſulphure. Joel.ij. Aſcendet fetor eius ⁊c. O peccator ſi times fetorē preſentis ſeculi q̄re nō times fetorem inferni. Nā ſicut odor ſuauiſſimus eſt in celo qui ſuperat oīa aromata hui⁹ mūdi: ſic econuerſo in inferno ille fetor maior eſt quā ſi oīa cadauera mūdi in pice: ſulphure: igne cremarent̄. Et q̄lz hō hoc cogitare dz quādo aliq̄d fetet in p̄nti qḋ eū ledit q̄uo ſuſtinebit iſtū futuꝝ fetorē inferni ſi illḋ modicum qḋ hic fetet ſic ſe ledit. Sic etiā qñ q̄s aliq̄d dulce guſtat: vel aliquā rem pulchram videt cogitare dz de dulcedine celeſtium ⁊ claritate ⁊ pulchritudine electoꝝ. vñ Ber. Dulcedo oīm creaturaꝝ ſi q̄s debite aduertit nihil aliud eſt niſi ꝙ ad eternam dulcedinē nos inuitat: ſic ſimile intelligendum eſt de penis. ¶ Quarta pena inferni eſt fames ⁊ ſitis. Un̄ p̄s. Famē patientur vt canes ⁊c. Hāc penā guloſi cogitare deberent q̄ hic in crapula die ac nocte viuunt: ⁊ laute comedūt: ⁊ precioſa pocula bibunt ⁊ ſic in voluptate carnis quotidie viuūt: q̄bus xp̄s in euan. maledicit dicens vt hr̄ Lu.vj. Ue vobis q̄ nūc ſaturati eſtis ⁊ econuerſo dr̄ de bonis qui in abſtinētia viuūt. Bti q̄ nūc eſuritis q2 ſaturabimini. Item nō ſolū patient̄ famem: ſz ēt maximā ſitim: q2 ſunt in maximis calorib⁹: ex q̄bus gn̄atur maxima ſitis: vt hoc p3 in euang. Lu.xvj. de epulone q̄ petiuit vnā ſolā guttam aque dicens. Pr̄ abrahā mitte lazarū vt intingnat extremū digiti ſui in aquā: vt refrigeret linguam meā: q2 crucior in hac flāma. ſilr̄ continget illis q̄ hic in ebrietate viuunt. q2 vt dr̄ Sap̄.xj. Per que hō peccat per hec ⁊ punie‌t̄. vñ ſicut hic bibūt dulcia pocula ſic ibi habebūt amara ⁊ amariſſima pocula: de q̄b⁹ dicit p̄s. Ignis ſul. ſp. pce. pars ca. coꝝ. ſicut em̄ vinū in p̄nti intrat in hoīem ⁊ cor letificat: ſic amaritudo potus infernalis totū hoīem in oībus membris penetrat ⁊ contriſtat: ⁊ de hoc q̄

re exemplū ſer. xcix. p. R ¶ Quinta pena inferni eſt horrida viſio demonū ſicut enī deus ⁊ ſancti delectabiliter ſunt videndi: ita econuerſo in inferno eſt horribilis viſio demonū ⁊ dānatorum: q2 ſi nullā penā aliā haberēt: iſta ſola eis ſufficeret. vñ legitur ꝙ q̄dā frater iacens in agone videns demonē horribiliter clamabat ⁊ poſtq̄ fratres ad ipſum cōuenerāt ⁊ cām clamoris quererēt. rñdit dicēs ſe vidiſſe horribilem viſionē demonū: ⁊ ſi daret̄ ei optio potius vellet intrare ſuccēſum clibanum q̄ illā horribilem viſionē adhuc ſemel videre. Hoc illi perpendere deberēt q̄ hic viſum ſuum ad vanitates mundi ſpargūt videndo choreas ⁊ ornatas mulieres i quo ſepe deum grauiter offendūt. Mat.v. Qui viderit mulierē ad cōcupiſcendū eā ⁊c. Itē hoc illi delicati attendere deberēt q̄ hic nō poſſunt videre hoīem leproſum vl̄ alios infirmos hoīes abhorrent videre: q̄uo tūc poterūt videre demones ⁊ dānatos in inferno. ¶ Sexta pena ſunt vincula ⁊ tenebre. Un̄ in v̄bis p̄miſſis. Ligatis manibus ⁊ pedibus ⁊c. Sciendū ꝙ illi p̄ncipaliter ligant̄ manibus ⁊ pedib⁹ q̄ hic mūdo per illicitos tactus ⁊ greſſus deū offenderūt. ſ. amplexendo: oſculādo ⁊ alios ⁊ ſeipſos illicite tangendo: ſilr̄ corizando: ⁊ ſaltādo: ⁊ ſuperbe cū pedibus incedēdo: ⁊ tales tūc maledicent ſibi ⁊ mēbris ſuis dicētes. Maledicte manus mee q̄ per malū ⁊ illicitū tactū priuaſtis me corona glie: iam pp̄ter vos ducor ad ignē de q̄ nūq̄ᵱ egrediar. Ue, vobis pedes mei maledicti q̄d mihi miſero imputaſtis ꝙ per malū greſſū veſtrū mihi ianuā celi clauſiſtis. Ingredimini portas inferni q̄ vobis nūq̄ᵱ amplius aperiemur. O maledicti oculi qui nūq̄ᵱ pro peccatis meis veraciter vnā lachrimā fudiſtis. Iā incipit veſter fletus ⁊ intollerabilis: ⁊ cum per mille millia annoꝝ merorē habueritis nunq̄ᵱ inde conſolatorē habebitis. O maledictū cor meū iā incipit triſtitia mea que nunq̄ᵱ ſequitur aliq̄ letitia ⁊ cōſolatio. ¶ Querit̄ hic vtrū in inferno ſit aliqua lux. Rñdetur ꝙ ibi eſt lux mixta fumo ad videndum ea q̄ contriſtāt dānatos. Unde Iſid. de ſum. bo. li. iij. ignis gehēne ⁊ lucebit miſeris ad augmētū pene vt videāt vñ doleant: ⁊ nō lucebit ad ꝯſolationē vt videant vñ gaudeāt. Hoc p3. nam dānati habent maximā inuidiā ſicut iſti in celo hn̄t maximam charitatē ⁊ cū vident beatos in celo ex hoc torquebunt̄: q2 inuidēt illis de tanta glia ⁊ dolēt de ſeipſis: q2 talē ⁊ tātā gloriam peccādo amiſerūt. vñ Ber. dānati vident vñ doleāt. ſ. bonū qḋ amiſerunt: ⁊ iuſti videbūt ⁊ letabunt̄ cōſiderātes q̄d euaſerunt. vñ etiam Gre. vt pctōres i ſupplicio amplius puniant̄ eoꝝ vidēt gloriā quā cōtēpſerūt. ¶ Querit̄ an ſi dānati recordent̄ de bonis q̄ hic in p̄nti mundo habuerunt. Rñdet̄ ꝙ ſic hoc in augmentum pene eorū. vñ Hiero. in originali ſup Eſa. In cōſummatione mūdi preteritaꝝ deliciaruz recordatio erit materia cruciatuū. Un̄ q̄ hic diues fuit ⁊ ibi pauper erit. iſte recordabitur voluptatū ⁊ delitiarum quas habuit i cibo ⁊ potu ⁊ veſtitu: vt eo ibi pl⁹ torqueatur ex recordatione preteritaruz delitiaruz ſilr̄ q̄ hic in honore fuit ⁊ ibi deſpectus erit. ſilr̄ q̄ hic ſe ſuper alios exaltauit ⁊ ibi erit ſuppreſſus in igne infernali: omnes tales recordant̄ p̄teritorum bonorum ⁊ hoc cedet eis in augmentum pene: ⁊ triſtitie. Un̄ Boe. in de conſo. philo. Infeliciſſimū genus infortunij eſt recordare ſe fuiſſe felicem: hoc pbatur ſic: q2 cum quis de diuitijs ad magnā paupertatē ⁊ penuriam peruenerit: ita vt op3 eum poſt abūdantiam ſuſtinere miſeriā: tūc plus ledit̄ q̄ iſte q̄ ſemp in paupertate vixit: q2 difficile eſt conſueta relinquere. vñ Ari.ij. rhe. Separari ab amicis ⁊ conſuetis miſerabile eſt. Septima pena eſt miſerabilis clamor ⁊ fletus dānatorū: ⁊ inſup terribilis vlulat⁹ demonū. Nā ſicut delectabile eſt audire in celo cantū ⁊ laudem angelorum qui inceſſabili voce proclamāt. Sctūs: ſanctus: ſanctus dñs deus ſabaoth: pleni ſūt celi ⁊ terra glia tua ⁊c. ſilr̄ dulce eſt audire laudem btōrum q̄ cōtinue deū laudāt. Un̄ p̄s. Bti qui habitāt in domo tua dñe in ſecula ſe. lau. ⁊c. Sic econuerſo eſt horribile ⁊ terribile audire clamorem dānatorum: ⁊ vlulatum demonum. vñ de clamore dānatorum dicitur zachar. xij. Plangit terra



ſcilicet infernalis familie ⁊ familie ſeorſū, nam ſeorſum clamat ⁊ plangit familia ſuperborum: ⁊ ſeorſum familia luxurioſorū: ⁊ ſeorſum familia auarorum: ⁊ ſic de alijs. Et ſi triſte eſt in preſenti audire clamorē hominis tribulati qui clamat in vulgari: a larme: quid tunc erit vbi omnes damnati clamabunt: ve: ve: ve: vt habetur Apoc. viij. Ue ꝙ vnq̄ᵱ nati ſumus: ve ꝙ ſecundū carnē viximus: ve ꝙ vnq̄ᵱ illicite gauiſi ſumus. Et qui hic magis lete cantauerunt: ⁊ illicite cū cachinis riſerunt ⁊ in muſicis fiſtulis ⁊ in cytharis maiorem cōplacētiā habuerunt tales in futuro triſtabilius clamabunt ⁊ flebunt. Luc.vj. Ue vobis q̄ nūc ridetis: quia lugebitis ⁊ flebitis. ¶ Octaua pena eſt mors eterna ⁊ perpetua triſtitia ſine omni conſolatione. p̄s. Mors depaſcet eos: ⁊ ſi preſens ⁊ temporalis mors que ſecundum Ariſto. nihil aliud eſt. q̄ᵱ receſſus anime a corpore ita hominem cruciat ꝙ nec ſtare nec ſedere: nec quicq̄ᵱ facere poteſt pre dolore. O quid tunc faciet perpetua mors in dānatis. vñ Greg. in omel. Erit enim miſeris mors ſine morte: defectus ſine defectu: quia mors ibi ſemper incipit: deficere neſcit: vtinam damnati mori poſſent: ſed heu neſciunt mori. Apocal.ix. In diebus illis querent homines mortem ⁊ non inuenient. Si enim damnatus haberet omnia regna mundi libenter daret vt ſemel mori poſſet. Unde Aug. in ſer. Quare in inferno mors queritur ⁊ non inuenitur quoniam quib⁹ in hoc ſeculo vita offertur ⁊ nolunt accipere in inferno q̄rent mortē ⁊ nō potuerunt inuenire. O q̄ᵱ ſtultum eſt in peccatis viuere ⁊ in eiſdē gaudere: q2 talis p tale gaudiū p̄uabit̄ eterno gaudi. Gr. Nemo pōt hic gaudere cū hoc ſclo ⁊ illic regnare cū deo. ¶ Nona pena eſt ſepatio a deo ⁊ a btā v̄gine maria ⁊ ab oībus ſctis ⁊ āgelis. ⁊ inſup iūgi lucifero ⁊ oībus demonib⁹ i infernō: ⁊ iſta ſeparatio a deo ⁊ a ſanctis eſt amariſſima. vñ Chryſoſto. ſuper Matt. Due ſunt pene eternales excidi ⁊ in ignem mitti multi gehēnā horrent ego vero caſū glorie multo maiorem fore dico. Et exēplū. x. millia meli⁹ eſſet ſuſtinere fulmina q̄ᵱ xp̄i faciem man-

ſuetiſſimã aduerſaꝫ in iudicio videre ⁊ ab
ipſa ſeparari. qꝺ etiã amariſſimũ: ſit exclu
di a deo: ⁊ a ſanctis ⁊ ab oĩbus electis ⁊ an
gelis dei. oſtẽdit etiã Chryſ. in quodã ſer.
dicẽs ſic. Excludi a bonis eternis: ⁊ alienũ
effici ab his que preparata ſunt ſctis tãtũ
cruciatũ: et tantũ dolorẽ infert: vt ſi nulla
extrinſecꝰ pena torqueret: hec ſola ſufficere
ret. vnde Hug. lib. j. de anima. Quiſputas
tunc meror erit que triſtitia cũ ſeparabũ-
tur impij a cõſortio ſctõrum ⁊ a viſione dei
⁊ traditi in ptãtem demonũ ibunt cũ ipſis
in ignẽ eternũ ibiq̃ʒ ſemper erũt ſine fine in
luctu ⁊ gemitu. De diſpoſitione corporũ
damnatorũ. quere ante ſer. L. B Pena in
ferni ꝙ̃ grauis: ſit pʒ ex dictis ſctõrum do
ctorũ. Bernar. dicit ꝙ vna ſcintilla gehẽne
ignis plus ledit pctõrem ꝙ̃ ſi vna mulier
in labore ⁊ partu prolis perſeuerãdo du-
raret mille annis. vnde etiã Anſel. dicit ꝙ
ſi oẽs hoĩes nati ab Adã vſq̃ʒ ad hodier-
num diẽ viuerẽt: ⁊ oẽs predicatores boni
eſſent: ⁊ oẽs de minutiſſima pena inferni
predicarẽt oẽs illi propalare nõ poſſent mi
nutiſſimã penã. ſimiliter dicit̃ de gaudijs
eternis ꝙ etiã oẽs illi eterna gaudia reſe-
rare nõ poſſent. vñ etiã Aug. dicit. Si oẽs
hoĩes nati ab Adã vſq̃ʒ ad hodiernũ diẽ:
⁊ qui amplius vſq̃ʒ ad nouiſſimũ diẽ naſci
turi ſunt: et oĩa gramina que vnq̃ʒ exorta
fuerũt eſſent hoĩes: ⁊ ſi vnam penã quã pa
titur anima pro vno pctõ mortali in infer-
no ſuſtinerẽt: tũc quelibet perſona pro ſua
parte haberet maiorẽ penã ꝙ̃ oĩa tormen
ta que oẽs ſcti martyres: ⁊ oẽs raptores:
⁊ oẽs malefici vnq̃ʒ paſſi ſunt. vnde etiam
Gre. dicit. Hoc de penis excogitari nõ po-
terit qꝺ ibi cruciatibꝰ deditũ non fuit. ¶
Exemplũ de penis inferni legit̃ ꝙ duo fra
tres quorũ vnus dñi pape erat penitentia
rius: alter vero innocẽs ⁊ pius diſcurrebãt
ad predicandũ. Tandẽ recepti ſunt ſemel
in quodã caſtro cuiuſdã nobilis matrone
vbi miſſam celebrauerũt. vnde gauiſa dña
iſta cogitauit dicẽs. Nequaq̃ʒ opʒ me for
midare: nec verecũdari ſecure potero ipĩs
cõfiteri cũ ſint peregrini ⁊ ignoti: ⁊ ſic cum
cõfiteret̃ vni. ſ. ſeniori vidit iunior ꝙ ad ſin
gula pctã de ore eiꝰ buſo peſſimꝰ egredie

batur etiã ab eccleſia ſaltãdo. Tãdẽ cum
me pctm̃ cũ cõfiteri voluit deipſius ore
terribiliſſimꝰ draco caput ſuũ emittere ce
pit exire tñ nõ valuit: qꝛ verecũdia deuicta
illa crimẽ illud celauit. Jdeo buſones
oẽs antea expulſi cũ terribili dracone re-
deũtes in os eius intrauerũt. Fratribꝰ ve
ro recedentibꝰ narrauit iunior penitentia
rio iſti quõ totã ſeriẽ dictã vidiſſet: in ſpũ
tũc territus: penitẽtiariꝰ ad dictã dñã ire
dixit ad exhortandũ eã quã defunctã inue
nerũt. vñ cõtriſtati fratres ieiunijs ⁊ ora-
tionibꝰ ſedule inſiſtũt donec die tertia de-
functa illis apparuit dracone horribili cĩ
tãs cuius collũ duo crudeles ſerpẽtes am
plexãdo cingebãt: ⁊ vbera eius ſuggendo
dẽtibꝰ diripiebãt cuiꝰ etiã oculos duo bu-
fones horribiles poſſidebãt: ⁊ ex ipſis ignis
ſulphureus fetidiſſimꝰ emanabat cuius
etiã manus a duobꝰ canibus magnis de
uorabant̃: ⁊ aures eius ſagittis igneis re
plebantur. Cuius etiã caput lacerte vene
noſiſſime corrodebãt. Unde fratres territi
corruerũt: quibꝰ illa. Amici oĩpotentis dei
ne timeatis. Nã ego ſum illa infeliciſſima
multorũ pctõrum vobis pridie cõfeſſa ficte
⁊ non integre: qꝛ vnum peccatũ qꝺ cũ con
ſanguineo meo commiſi verecundata in
confeſſione celaui: ideo perpetuo ſum dã
nata: quã penitentiariꝰ ex pte dei ⁊ dñi nr̃i
Jeſu xp̄i adiurauit: vt ſibi cauſas illarũ pe
narũ innueret. Rñdit illis. Capitis mei la
certe puniũt me ꝓpter capitis mei ſuꝑflua
ornamẽta: buſones oculos puniunt illici
tos aſpectus meos. ſil̃r ſagitte puniũt ne
pharios auriũ auditꝰ. ſil̃r igne ſulphureo
punitur os meũ ꝓpter verba blaſphemie
⁊ ꝓpter detractiones: ⁊ cãtilenas: ⁊ oſcu
la: ⁊ turpia verba: ⁊ vaniloquia. ſil̃r ꝓpter
illicitos tactus ⁊ amplexꝰ ſerpẽtes vbera
mea ſugunt ⁊ mordẽt ⁊ collum cingũt. Ca
nes vero manus meas corrodũt quas ex
tendi ad canes dando eis ea que paupe
ribus dare debui: ſcilʒ carnes: oſſas: ⁊ alia
etiam quia eas anulis ⁊ gẽmis luxurioſe
ornaui. Hunc etiam crudeliſſimum draco-
nem equito propter ſuperbiam quam ha-
bui in equitãdo ⁊ in curribus ⁊ in veſtibꝰ
pretioſis me ſuper alios exaltando ⁊ pro-
pter



pter cõcubitus luxurioſos muliebria mea
intolerabiliter cõburunt̃ cũ tibijs genu-
bus ⁊ femoribus meis. Cui penitentiariꝰ
ait. Que ſunt pctã quibus precipue plures
dãnant̃. Rñdit illa. Hoĩes maſculi in ſexus
ꝓpter diuerſa pctã mortalia dãnant̃. Mu
lieres vero ꝑcipue ꝓpter quatuor gña pec
catorum. ſ. ꝓpter pctã lingue: ⁊ ſuperflui
ornatus ſortilegij: ⁊ ficte confeſſionis pro-
pter nimiam verecundiã. Requiſita ꝟo an
ſuffragijs poſſet iuuari. Rñdit horribiliter
clamãdo non: qꝛ eternaliter ſum dãnata.
Et ſubito draco ille terribiliter eã cruciãs
ad infernũ traxit ⁊ nuſq̃ʒ comparuit.

¶ De eadem dñica. Ser. cxxvj. Qꝺ multi damnantur.

Multi ſunt vocati: pauci vero
electi. Matt. xxij. Jn verbis
premiſſis fit mentio de pau
corum ſaluatione. ⁊ hoc eſt
ẽt qꝺ dicit dñs Mat. vij. Ar
cta eſt via que ducit ad vi-
tam. ſ. eternã: ⁊ pauci ſunt qui inueniũt eã
ſed lata ⁊ ſpacioſa eſt via que ducit ad ꝑ-
ditionem ⁊ multi ſunt qui intrant per eaꝫ.
D pro quo ſciendum ꝙ ſi vnus ſolus hõ
crederetur ex ſolo gñe humano periturus
deberet qlʒ pro ſe formidare ne ipſe eſſet
vnus: ſicut cũ xp̄s dixit in cena ſuis diſci-
pulis vt hr̃ Matt. xxvj. Unus veſtrum me
traditurus eſt. Ceperunt ſinguli trepida-
re ⁊ dicere. Nunqd ego ſum dñe? Multo
ergo magis cuʒ dixerit ille qui oĩa nouit.
Multi ſunt vocati pauci ꝟo electi: timere
⁊ tremere deberẽt vniuerſi. Jlla em̃ verba
ſunt terribilia oĩbus hoĩbus ea audienti-
bus ⁊ corde aduertẽtibus. Qꝛ autẽ multi
damnant̃ ⁊ pauci ſaluant̃ ptʒ in figura ve
teris teſtamenti. Sicut in diluuio aquaꝝ
in quo ſolũ octo perſone ſalue facte ſunt ꝑ
arcaꝫ Noe: ⁊ multa milia hoĩm tã virorũ
ꝙ̃ mulierꝝ perierũt ꝑ aquas diluuij: ꝑ qꝺ
datur nobis itelligi ꝙ ſicut octo hoĩes ſal
uati de aquis diluuij pauci ſunt reſpectu
ppli totius mũdi q̃ ſubmerſi perierũt: ita
pauci ſunt ⁊ ſaluãdi reſpectu dãnãdorũ q̃
erũt q̃ſi infiniti. Ecc. j. Stultorꝝ infinitꝰ eſt
numerus. i. dãnãdorũ q̃ ſtulti ſunt. Jſta fi-
gurata ſunt ẽt in ingreſſu terre promiſſio

nis vbi inter oẽs filios iſrael q̃ egreſſi fue
runt de terra egypti a. xx. ãnis ⁊ ſupra nul
lus ingreſſus eſt in terram ꝓmiſſionis niſi
duo. ſ. Joſue ⁊ Caleph. Sed alij oẽs mor-
tui ſunt ĩ deſerto. Et pueri eorũ q̃ nati ſunt
in deſerto ⁊ qui exierunt de egypto intro-
ducti ſunt in terrã ꝓmiſſionis. Jtẽ ẽt ptʒ
in nouo teſtamẽto vbi legit̃ ꝙ xp̄s. x. lepro
ſos mundauit inter quos niſi ſolus vnus
reuerſus eſt ad regratiandũ ⁊ laudanduꝫ
deum. vt hr̃ Lu. xvij. Jtẽ ꝙ pauci ſaluant̃:
põt cognoſci in vita hoĩm qꝛ ſolũmodo iu
ſti ⁊ boni ſaluant̃. ps. Hec eſt porta dñi et
iuſti intrabunt in eã. Jtẽ. j. Pe. iiij. Juſtus
vix ſaluabit̃ impius ⁊ peccator vbi appa-
rebunt. Sed heu plures hoĩes ſunt iniuſti
⁊ mali: qꝛ ſm̃ Jo. Totus mundus in mali-
gno poſitus eſt. hoc etiã ptʒ: qꝛ ſuperbia:
auaritia: ⁊ luxuria: ⁊ plura alia vitia iaꝫ re
gnant in mũdo. j. Jo. ij. Omne qꝺ eſt ĩ mũ-
do aut eſt cõcupiſcentia carnis: aut ꝯcupi-
ſcentia oculorꝝ: aut ſuperbia vite: hoc ptʒ:
qꝛ plures ſunt luxurioſi quã caſti: plures
ſunt ſuperbi ꝙ̃ humiles: plures auari quã
miſericordes: ⁊ plures deceptores ⁊ mẽda
ces ꝙ̃ veraces. ps. Diminute ſunt verita-
tes a filijs hoĩꝫ. Ari. ij. thopi. hoĩes vt ĩ plu
ribus ſunt mali: in paucioribꝰ vero boni.
Ex quo multi ſunt vocati: pauci vero ele-
cti: ⁊ nullus ſcit an ſit de ſaluandis aut de
dãnãdis ſm̃ illud Eccl. ix. Neſcit homo an
odio vel amore dignus ſit. Neſcit quidem
ſcia certitudinis: ſed tñ cũ ſcia ꝯiecture pt̃
ſcire. Et ſunt nouẽ ſigna per q̃ vnuſquiſq̃ʒ
põt cognoſcere an ſit ex electis ⁊ ſaluan-
dis. Et q̃̃to plura ſigna q̃ſq̃ʒ de illis nouẽ
ſignis in ſe inuenerit tanto maiorem ſpeꝫ
habere poterit. Etiã ſi iam peccator, ſic ad
huc ſperare dʒ ꝙ deus ordinabit ſecum ꝙ
ſaluabitur ⁊ erit vnus de numero ſaluan-
dorum ⁊ electorũ qui a deo electi ſunt. de
iſto quere ante ſer. cxlix. A.

¶ Dñica. xxj. Ser. cxxvij. De nobilitate.

Erat quidã regulus cuius filius
infirmabatur capharnaũ. Jo.
iiij. Sicut dicit Theophilus.
Jſte rex interfuit miraculo fa
cto in nuptijs qñ xp̄s aquã in
vinum mutauit: quia tunc credidit. Sed

tũc chriſti diuinitatẽ nõ ꝑfecte cognouit.
Et ad hoc innuendũ illud miraculũ reme
morat euãgeliſta dicẽs. venit iterũ Jeſus
in chana galilee: vbi fecit aquã vinũ ⁊ erat
quidã regulus cuius filius infirmabat̃ ca-
pharnaũ. Ex quo hic facit mentionẽ de re
gulo q̇ nobilis fuit: tũc in pñti ſer. tria ſunt
dicẽda. Primo vñ nobilitas habeat ortũ:
⁊ q̄ ſunt ſigna nobilitatis. Scd̓o q̇d tenen
tur nobiles ⁊ p̄lati ſuis ſubditis. Tertio q̄
econuerſo ſubditi tenent̃ ſuis p̄latis. ❡ Cir
ca primũ eſt ſciendũ ꝙ nobilitas habuit
ortũ a virtutibꝰ. Unde primꝰ rex ſup̱ iſrael
ſ. Saul electꝰ eſt a deo: q: humilis fuit et
virtuoſus. j. Reg. xv. Cũ eſſes paruulus in
oculis tuis cõſtitui te regẽ ſuper oẽm po-
pulũ meũ iſrael. Scd̓s rex fuit Dauid qui
etiã propter ſuã probitatẽ electꝰ eſt a deo.
Unde dixit dñs de eo. Inueni virũ ſm̃ cor
meũ. Ex his habet̃ ꝙ nobiles ex virtute co
gnoſcendi ſunt non ex lõgis tunicis: vel ex
magnis manicis vel in multis ſciſſuris q̄s
gerũt in palijs ⁊ tunicis: q: alias mechani
ci ⁊ ruſtici iã oẽs eſſent nobiles: q: oẽs vo
lunt habere ſciſſuras in veſtibꝰ. Qr aũt no
biles debẽt eſſe virtuoſi ⁊ ꝑ virtutes cogno
ſci: oſtẽdit Ari. ij. poli. Uirtus ⁊ malitia de
terminant nobiles ⁊ ignobiles. ❡ Circa
qđ querit̃ que ſunt ille virtutes ꝑ quas co
gnoſcunt̃ nobiles. Rñdetur ꝙ pricipaliter
ſunt qnq3. Prima virtꝰ eſt largitas. Unde
deus q̇ eſt nobiliſſimꝰ: eſt largiſſimꝰ. Hoc
ſic p3 q: non ſolũ dat nobis ſua bñficia: ſ3
etiã dat nobis ſeipſum in ſacramẽto alta
ris in preſenti: ⁊ in futuro vult ſeipſum no
bis dare in p̄miũ. Unde dixit ad Abrahã
⁊ dicit iam ad quẽlibet virtuoſum hoiem.
Ego ero merces tua magna nimis. Itẽ ap
paret in hoc etiã ꝙ ipſe ſolẽ oriri facit ſup̱
bonos ⁊ malos ⁊ pluit ſuper iuſtos ⁊ iniu
ſtos: ⁊ ex ſua largitate bene facit: ⁊ benefi
cia ſua impẽdit bonis ⁊ malis: amicis ⁊ ini
micis. Itẽ largitas xp̄i apparet in his que
fecit in humanitate: q: ad abundantiã illa
fecit. v.g. Sicut quãdo aquã in nuptijs cõ
uertit in optimũ vinum. Et qñ quatuor mi
lia hominũ pauit cũ ſeptẽ panibꝰ ⁊ paucis
piſciculis: ita abũdãter illos panes: ⁊ illos
piſciculos multiplicauit ꝙ ſuſtulerunt ſe-
ptem ſportas de fragmẽtis que ſuperaue-
rant. Itẽ quãdo pauit quinq3 milia hoim
vt habet̃ Jo. vj. Cũ quinq3 panibꝰ ordea-
ceis: ⁊ duobus piſcibus ita abũdanter tri-
buit ⁊ augmẽtauit ꝙ diſcipuli collegerũt
⁊ impleuerũt duodecim cophinos fragmẽ
torum ex quinq3 panibꝰ ordeaceis: ⁊ duo-
bus piſcibus que ſuperauerãt his qui mã
ducauerãt ⁊c. Ergo qui largitior eſt inter
homines ille nobilior eſt: hoc etiã natura
liter patet in aquila que eſt auis nobilior:
que ex ſua nobilitate nõ ſola comedit pre-
dam ſuã: ſed cõdiuidit alijs auibus. Sed
parcitas ⁊ auaritia: rapina ⁊ exactiones in
ſubditos ſunt ſigna ignobilitatis. ❡ Se-
cũda virtus nobilitatis per qua3 nobiles
cognoſci debẽt: eſt gratitudo que eſt reco
gnitio beneficiorũ dei ⁊ hominũ. ſ. qñ deo
grati ſunt in hoc ꝙ eos pre alijs hominibꝰ
honorauit ⁊ ſublimauit. vnde Aug. Qui
bo. Non te arroges: non te iactes: nō te inſolēter extollas nihil de teipſo preſumas: nihil boni tibi tribuas. Nam tāta poſſet eſſe cōplacentia ſuiipſi⁹: ꝙ in hoc de⁹ grauiter offenderet̄: qꝛ q̄to qs maior ē in ſuis oculis: tāto deſpectior ē corā deo. vn̄ Gre. Quiſq̄s reminiſcēdo bonū qđ geſſit dum apud ſe erigit: apud humilitatis autorē cadit. Ergo quilibet dʒ eſſe cautus vt cum diabol⁹ eū tentat ꝑ arrogātiā ꝙ tūc humiliet ſe recogitādo ſua ꝓpria pctā. Et qn̄ diabolus tentat eū ꝑ deſꝑationē: tūc debet ad deū cor ſuū erigere cogitādo dei miſericordiā ⁊ ſua bona merita ne deſperet. ſicut legit̄ d ſctō Antho. ꝙ diabol⁹ dixit ad eū. Tu viciſti me: qn̄ te volo exaltare tūc teipſum deprimis: cū te volo deprimere tūc teipſum erigis. Sed propria cōplacentia ⁊ ſpūalis ſupbia homini ſit multū nociua: de hoc quere exemplū ſuperius. ſer. lxxij. x y Quinta tentatio cū qua plures decipit: eſt nimia occupatio rerū tꝑaliū. Tunc enim in agone deberet qs poſtponere oīa temporalia: ⁊ ſe deo totū offerre. vnde Scotus ſuper. iiij. lib. ſen. dicit. Si quis infirmus cū ſe iam videt vtiq̄ moriturum mori vult, ⁊ plene cōſentit in mortē ac ſi ꝑ ſeipſum mortē elegiſſet penā mortis ſic patiēter ſuſtinendo ſatiſfaciet pro oībus peccatis venialib⁹ immo etiā aufert aliqđ ad ſatiſfaciendū pro mortalib⁹. Ideo per omnia laudabile eſt in iſto volūtatem ſuā diuine cōformare. A Queritur vtrū malum ſignū ſit cū quis inuitus moritur. Reſpondeo ꝙ ſi infirmus ideo inuitus moritur qꝛ ad mortē indiſpoſitus: ⁊ adhuc pauca merita hʒ pro quib⁹ remunerari dʒ in celo: ideo diutius libenter vellet viuere vt ſe melius ad mortem diſponeret ⁊ maiora ſibi per bona accumularet dicendū ꝙ hoc non eſt malū nec reprehendendū: ſʒ ideo inuitus moritur eo ꝙ dʒ ſeparari a voluptatibus carnis ⁊ gaudijs mūdi ⁊ ab honoribus ⁊ diuitijs: ⁊ ab vxore ⁊ a filijs: vel a ſuis cognatis ⁊ amicis: ⁊ propterea libēter vellet diutius viuere vt poſſet in talibus diutius delectari: hoc eſſet valde malum ⁊ deteſtabile. Unde arguendi ſunt iſti qui audire nolunt ꝙ dicatur eis de preparatione ad mortē per confeſſionem ⁊ ſacramentorū perceptionē cū infirmantur ſed dixerūt, melius erit: ego ſpero non me moriturū. ⁊ hoc eſt verbū reprehēſibile in ore xp̄iani. Quid em̄ pōt melius fieri niſi ꝙ homo peniteat ⁊ ſe deo reconciliet. Etiā ſi veraciter ſciret ſe non moriturū, adhuc deberet cōfiteri ⁊ ſacramentū euchariſtie ſuſcipere. Sed ſacramentū extreme vnctionis nō eſt accipiendū niſi veriſimile ſcit ꝙ eſſet in articulo mortis. vn̄ Bon̄. ſuper. iiij. ſen. diſt. xxiij. Nullus eſt inungendus niſi ad exitū appropinquans. Unde hoc ē manifeſtū ſignū ꝙ tales preſentē vitā nimis diligūt. Unde ſciendū ꝙ qs intantū poſſet ſe occupare cum rebus terrenis in agone mortis ꝙ ꝓpterea poſſet dānari. Unde legitur tale exemplū ꝙ fuit filius cuiuſdam comitis q̄ fuit caſtus ⁊ bonus: ſed in agone cū mori deberet intantū doluit de hoc ꝙ debuit ſeparari a ciuitatib⁹ ſuis caſtris ⁊ villis que iure hereditario ad eū pertinebāt ꝙ ꝓpterea fuit dānatus. Et poſt mortem apparuit ⁊ dixit ꝙ hec eſſet cauſa dānationis ſue ꝙ in agone cū bonis paternis ſe nimiū occupauit: ⁊ ſic dei ⁊ proprie ſalutis oblitus fuit. Quare ſeculares homines debent omnia terrena poſtponere ⁊ cor ſuum ad deū erigere: ⁊ ad vitā eternam anhelare. B Unde ſciendū ꝙ homo moriens debet ſeipſuʒ cōſolari in agone cum eū omnia relinquere oportet ſic cogitādo ꝙ pro iſtis temporalibus que iam libere reſignas propter deū committens te diuine voluntati dabit tibi deus eterna bona. Item pro vxore quam in morte relinquis dabit tibi deus ſuam benedictam matrem virginē mariam: que dignior ⁊ pulchrior ⁊ nobilior eſt omnibus. Item pro amicis filijs ⁊ cognatis a quibus te ſeparari oportet dabit ibi ſocietatem omniū ſanctorum angelorum. Item pro honore ⁊ poteſtate preſenti dabit tibi eternum honorem ⁊ regnū eternum ps. Introibo in potentias domini. Et ſic patent iſte quinq̄ tentationes que cōmuniter contingunt homini in morte. Quia tūc ſcʒ in agone diabolus nō tentat hominē de ſuperbia veſtiū: nec de chorea: quia nō

poteſt tranſire: nec de gula: nec de ebrietate: nec de luxuria: nec de carnis voluptate tentat: q2 tunc ſuſtinet tantos dolores de infirmitate corporis; ꝙ de his omnibus nihil curat.

¶ In eadē dñica. Ser. cxxxv. de interrogationibus ad agonizantes.

DOmine filia mea modo defuncta eſt: ſed veni impone manū tuam ſuper eam: ⁊ viuet. Mat. ix. Videtur eſſe cōtrarietas inter Mattheū ⁊ Marcū. Mattheus enī dicit ꝙ pater dixit ꝙ filia mortua erat: ſed Marcus dicit ꝙ pr̄ dixit: filia mea in extremis eſt. Hic dicēdum eſt ꝙ qñ a filia receſſit iam moriebatur: qñ vero venit ad xp̄m ſupponebat ꝙ eſſet mortua. Et ideo vtrūq3 potuit dicere: ⁊ ꝙ dimiſerat eam in extremis: ⁊ ꝙ credebat qḋ eſſet mortua. Ergo dixit. filia mea modo defuncta eſt. ¶ Modo q̄tū ad ſecūdam partē precedētis ſermonis ſciēdum ꝙ ſex ſunt interrogationes: ad q̄s ſi agonizās pfecte reſpōderit: ⁊ iſta ſex in ſe habuerit: ſignū eſt ꝙ eſt de numero ſaluādorū. Primo infirmus interrogandus eſt an oīa credat que dogmatizata ſunt in eccl̄ia dei ad credendum homini xp̄iano: ⁊ ea q̄ duodecim articuli fidei indicant eſſe credenda: ⁊ an gaudeat de hoc ꝙ ſperat ſe moriturū i vera fide catholica. Si infirmus rn̄det ꝙ ſic ſ3 ꝙ oīa credat q̄ xp̄ianus credere debet ⁊ habet bonā ſpem ꝙ velit mori in fide catholica: ſignū eſt ſalutis. Scd̄o infirm⁹ interrogādus eſt an recognoſcat ꝙ peccādo ſepius creatorē ſuū offendat: cognitione: locutione: ope: omiſſione. Et ſi rn̄det ꝙ ſic ſignum eſt ſalutis. vnde Ber. ſup Canti. Scio neminē abſq3 ſui cognitiōe ſaluari: de qua nimirū mater ſalutis humilitas oritur ⁊ timor dñi: que ⁊ ipſe ſicut initium ſapientie ita ⁊ ſalutis eſt. Tertio infirm⁹ interrogandus eſt an doleat de hoc qḋ deū ſepius offendit peccando nō ex timore mortis ⁊ pene inferni vel extremi iudicii: ſed doleat ex charitate qua tenetur deū ſuper omnia diligere quem grauiter ſepe offendit peccādo: qui ſibi multa bona retribuit: ⁊ in multis ſibi ſuam maximā charitatem exhibuit vt ſc3 moriendo pro ipſo. Johā. xv. Maiorem charitatē nemo h3 vt aīam ſuā ponat quis pro amicis ſuis. ſed ipſe pctōr tribuit xp̄o mala ꝓ bonis. ſ. iſtam offendēdo cū ſuis pctīs. vñ xp̄s cōqueritur ꝑ prophetā dicentē. Retribuebāt mihi mala pro bonis. ſ. nunc offendēdo cum ſuis pctīs. Si infirm⁹ reſpōderit ꝙ doleat de offenſione dei nō ex timore mortis vel pene inferni ſed ex mera charitate qua tenet deū diligere: ⁊ ſi h3 aliqua peccata q̄ ante nō eſt cōfeſſus ⁊ libēter vellet ei cōfiteri ⁊ pro eis ſatiſfacere ſm̄ ſui poſſibilitatē: ſignum eſt ſalutis. Quarto infirm⁹ interrogādus eſt an ꝓponat vitā emendare: ⁊ amplius nunq̄ velle ſcienter peccare mortaliter ſi cōualuerit de ſua infirmitate: ⁊ ꝙ habeat tale propoſitū ꝙ nihil ſit ſibi tam charum vel precioſum ꝓpter qḋ ſciēter amplius vnū pctm̄ mortale vellet cōmittere. Si infirm⁹ reſpōdet ꝙ ſic: ſignū eſt ꝙ d3 ſaluari. Quinto infirmus interrogandus eſt vtrū oībus inimicis ſuis q̄ eum offenderūt verbis ⁊ factis ex corde indulſit. Et ſi ſciret aliquē cui eſſet obligat⁹ ad reſtitutionē ſiue in reb⁹ ſuis: ſiue in fama: hoc eſt ſi ſciret aliquem cui res ſuas ſiue paruas ſiue magnas recepiſſet contra iuſtitiam. Vel ſi alias ſciret ſe aliq̄s res iniuſtas poſſidere: ꝙ paratus eſſet res reſtituere ſm̄ ſuum poſſe. Vel etiam ſi ſciret alicui ſe fuiſſe oblocutum: ⁊ bonā famā ipſius denigraſſe p ſuā falſam oblocutionē: ꝙ paratus eſſet ad reuocandū ⁊ reſtituendū illi bonā famā ſuā ſi infirmus reſpondet ꝙ ſic eſt ſignū ſalutis. Sexto infirmus interrogādus eſt an credat ⁊ gaudeat de hoc ꝙ d3 peruenire ad vitā eternā non ꝓpter ſua merita propria que adhuc parua ſunt reſpectu vite eterne ſed propter meritū paſſionis ieſu xp̄i: in quo merito conſiſtit omniū hominū ſalus. He ſunt ſex interrogationes que debent homini fieri in agone: per quas cognoſci poteſt an debeat ſaluari an damnari. Quia quicunq3 ſeipſu3 interrogaret vel etiā aliū hoīm ⁊ in ſe iſta ſex inueniret ſecure mori debet ſup miſericordia dei



⁊ ſperare ad vitam eternam peruenire. Et talis infirmus qui iſta ſex in ſe habet inducendus eſt vt ſe ad meditandū paſſionem xp̄i deuoto corde preparet: in qua meditatione omnes diabolicas tentationes pōt vincere. ¶ Sed quātum ad tertiam partē precedentis ſermonis ſciendū ꝙ ſicut vita xp̄i d3 eſſe exemplar vite noſtre: ita mors xp̄i debet eſſe exemplar mortis noſtre: vñ ſicut xp̄s mortuus eſt ſic ⁊ nos mori debemus. Grego. Omnis xp̄i actio noſtra eſt inſtructio. Pro quo eſt ſciendu3 ꝙ xp̄s quinq3 fecit in cruce moriendo que nos etia3 facere debem⁹ in agone noſtro. Primo xp̄s in cruce pendēs orauit. Unde dicit ꝙ illū ps. Deus de⁹ meus reſpice in me incepit orare: ⁊ orauit vſq3 ad illum ps. In te dñe ſperaui. ⁊ vſq3 ad illū verſu3. In manus tuas cōmendo ſpm̄ meū. Sic ⁊ nos cū ſumus in anxietate mortis deuote orare debem⁹: ſi nō ore poſſum⁹ tn̄ corde. vnde Iſid. de ſum. bono. Melius eſt cū ſilentio cordis orare ſine ſono vocis: q̄3 ſolis verbis ſine intuitu mētis. Scd̄o xp̄s in cruce clamauit ſic ꝙ terra tremuit ⁊ petre ſciſſe ſunt: ſolq3 obſcuratus eſt. Sic ⁊ nos in agone clamare debemus. Et iſte clamor non d3 fieri ore ſed corde q2 iſte clamor quē deus vult habere in agone nihil aliud eſt niſi deſideriū cordis qḋ debemus habere pro eternis gaudiis. Unde in agone abſtrahere debem⁹ nos ab oībus terrenis ⁊ corporalibus rebus: ⁊ eleuare mentē noſtrā ad deū ⁊ ad celeſtia. ſic vt vnuſquiſq3 noſtrū poſſit dicere cum aplo. Phil. i. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cū xp̄o. Tertio xp̄s i cruce plorauit. Unde apoſtol⁹ ad Heb. v. Cū lachrymis exauditus eſt pro reuerentia ſua. Sic et nos flere debemus in agone: ſaltem corde pro peccatis noſtris. vñ Caſſio. ſuper ps. Dominus neſcit differre: quē compūcto corde ſibi ſenſerit ſupplicare vn de Ezeche. xviii. In quacunq3 hora peccator ingemuerit ⁊c. Quarto xp̄s in cruce patri ſpiritum ſuum commendauit dicens. pater in manus tuas cōmendo ſpiritum meum. Sic ⁊ nos in agone mortis debemus committere animas noſtras deo omnipotenti qui eſt protector omniū ſperantium in ſe. Quinto xp̄s ſpiritū in cruce tradidit. Johan. xix. Inclinato capite tradidit ſpiritum. Sic ⁊ nos debemus reddere animas noſtras ipſi deo qui eſt creator et redemptor animarū noſtrarū. Unde crucifixus habēdus iuxta infirmū: vt infirm⁹ per ſignū crucifixi viſum admoneatur ad meditandū paſſionē xp̄i: vt ſicut xp̄s mortuus eſt in cruce: ſic ⁊ ipſe velit mori. Et illa quinq3 in ſe habere que xp̄s habuit dū in cruce obiit. ¶ Etiam circa infirmū habenda eſt aqua benedicta: vt ipſe infirm⁹ ſepe aſpergatur propter infeſtationes demonum: q2 in agone aſſunt multi demōes tam bonis q̄3 malis. Quod patet per tale exēplū. Legitur in dialogo Ceſarii ꝙ quidam miles qui fuit religioſus multū obſequioſus: hic cū grauiter infirmaretur ſoluſq3 iacere diabolus illi ad pedem viſibiliter apparuit: ad inſtar ſimie habens cornua caprina. Ad cuius conſpectū miles territus ait. Quid es aut quid queris? Reſpondit monſtrū. Diabolus ſum: ⁊ veni animā tuam tollere. Cui miles. Recede turpiſſime: xp̄o eam commendaui quē in ſacramento accepi. Ait demon. Ualthere ſi mihi homagium feceris ſanitati te reſtituam ⁊ ſuper omnē progeniē tua3 ditabo te. Reſpondit miles. vnde tibi theſauri. Reſpondit diabolus. Iuxta meam curiam infiniti theſauri abſcondūtur. Et adiecit miles. Dic mihi vbi eſt anima domini comitis Uuilhelmi nuper defuncti. Reſpondit demon. Per fidem meam dico tibi ſi quis maximū montem ſub celo exiſtentem illuc mitteret vbi anima comitis vuihelmi eſt anteq̄3 in oculo ſupercilium ſuperius inferiori iungeretur liquefieret. Quo dicto cachinnando ſubiunxit: ardor ille balneum lactꝭ eſt illi. In die autem iudicii debitam accipiet penam ſecundu3 ſua merita. Adiecitq3 interrogare de quodam alio. At demon reſpondit ſibi. xxi. annis ille in penis fuit ſed monocula ⁊ caluus quidam pediculoſus nobis eum de penis purgatorii abſtulerunt. Monoculam vocauit vxorem ſuam: que plorādo pro anima ei⁹ perdiderat oculū vnū. Caluum vero nominauit filiū ei⁹ monachu3

qui i monaſterio fuit vir deuot⁹ ⁊ religio
ſus q̄ multū pro anima ei⁹ ſudauerat. Tā
dem inquiſiuit dicens. Dic mihi de quo lo
co veniſti ad me? Qui ait. Ego ⁊ ſocij mei
eramus in extremis cuiuſdā abbatiſſe ni
gri ordinis egreſſum ei⁹ preſtolātes. Tūc
miles ait. Quot eratis? Tūc rn̄dit. Mari
ma ſylua ſub celo in mayo tot folia nō h₃.
Et miles. Quid obtinuiſtis ibi. rn̄dit. heu
nihil. Femina fuit religioſa: ⁊ michael ar
changelus ſuperuenit cū fuſte ferreo ⁊ ſic
nos verberauit ⁊ fugauit vt diſpergeremur
ſicut puluis quē proijcit vētus a facie ter
re. Requiſitus ſi ēt fuiſſet in morte domi
ni Gerbardi abbatis q̄ fuit ſancte vite. rn̄
dit demon. Nō eſt tantum arene in littore
maris quot ibi fuimus: ſed modicū ibi ob
tinuimus: q₂ viliſſimū monachi more por
corum gemmētis nō ſinebant nos ꝓpius
accedere. Et ait miles. Quomō aūt auſus
fuiſti ad obitum tāti viri venire. Diabol⁹
ait. Ego p̄ſens fui vbi filius dei expirauit:
ſedens ſuper brachiū crucis quare tūc nō
ad obitum auderem talis viri accedere.

Dominica. xxv. Ser. cxxxvj. De mundo
non diligendo.

ESt puer vnus hic q̄ ha
bet quinq₃ panes ordea
ceos ⁊ duos piſces. Jo
han. vj. Matth. xiiij. ¶
Concludendo iſtos
ſermones de tempore
eſt notandu₃ q̄ per qn̄
q₃ panes ⁊ duos piſces poſſumus intelli
gere ſeptem que debent nos retrahere ab
amore huius mundi. Primū eſt q̄ cōſide
remus q̄ amicitia hui⁹ mundi hoīem ini
micum dei cōſtituit: q₂ nemo pōt hr̄e mun
di amicitiā ⁊ dei qd̄ poſtq₃ ex teſtimonio
ſcripture veraciter eſt inuentu₃ deliberet
apud ſe fidelis hō q̄ iſtorum magis expe
diat: ve₃ deū derelinquere vel hunc mun
dum. Et hō ratiōe vtēs inueniet q̄ magis
expediat derelinquere hūc mundū ⁊ domi
no adherere ⁊ ad hoc monet nos ſacra ſcri
ptura. Jo. ij. Nolite diligere mundū neq₃
ea que in mundo ſunt cuius cauſam aſſi
gnat dicens. Si quis diligit mundum non
eſt charitas patris in eo. qd̄ autem ami
cus hui⁹ mūdi inimicus dei ſit p₃ Jac. iiij.
Amicitia hui⁹ mūdi inimicitia ē deo q̄cūq₃
voluerit eē amicus huius mūdi inimicus
dei cōſtituit. Quicūq₃ ergo deū ⁊ ei⁹ ami
citiam ⁊ grām ⁊ dilectionem habere vo
luerit neceſſe eſt vt in ei⁹ corde mūdus va
dat: q₂ amor mundi expellit deū: gratiam
eius ⁊ dilectione₃ dei a corde hoīe: q₂ ſicut
ignis ⁊ aqua frigidū ⁊ calidū nigrū ⁊ albū
ſunt contraria: ſic amicitia dei ⁊ mundi ſi
mul ſtare non pn̄t. vn̄ Aug. ſuper can. Jo.
duo ſunt amores. ſ. mundi ⁊ dei. Si amor
dei inhabitat non eſt vbi intret amor ſecu.
vn̄ Gre. Diſce homo nō diligere mundum
vt diligas deū auerte ⁊ conuertaris effun
de vt implearis. ¶ Sc̄m q̄ conſiderare
debemus q̄ totus mūdus eſt laqueis ple
nus. Nā laqueus a retro ſunt male volu
ptates ⁊ delectatiōes pctōꝝ preteritoꝝ,
vn̄ quādo delectatio preteritorū peccatoꝝ
tibi inciderit tunc ſcias hanc eſſe laqueus
diaboli. vn̄ Aug. in quadā epl̄a. Nullū ſce
lus deo tam abhominabile fit q̄ p̄terita
peccata vnicuiq₃ noſtrū dimiſſa reminiſcē
do gaudere ⁊ īde exultare. heu hodie ſunt nō
curant q̄ pctā prius cōfeſſa reiterāt: niſi eī
delectarentur in eiſdē nō recidiuarēt. Itē
laqueus ab añ ſunt male volūtates: ergo
ſi malā volūtatem habes peccādi mortas
liter: ia₃ captus es in laqueo diaboli quē
añ te poſuit Aug. ſuper Gen. Si rō cōſen
tiat eo qd̄ libido cōmouerit faciendu₃ eſſe
⁊ nō diſcrepat ab omni vita bona tanquā
de paradiſo expellitur hō ⁊ iam peccatum
imputatur ēt ſi non conſequatꝰ factū: quo
niam res tenetꝰ in conſenſu cōſciētie. Item
laqueus ſuper nos eſt timor inordinatus:
ſicut heu plures ex timore inordiāto pec
cant: q₂ timēt hoc dānū incurrere vel alios
offendere: vel hoc bonu₃ perdere ꝯ quos
dicit xp̄s in euan. vt habetꝰ Mat. x. Nolite
timere eos q̄ occidūt corpus: aīam autem
non pn̄t occidere ſed potius timete eū q̄
⁊ aīam ⁊ corp⁹ pōt ꝑdere in gehēnā: ergo
multominus debemus timere eos q̄ tem
poralia diripiunt. Itē laqueus infra nos

Septem causas quae hic connotantur, mundus debet contemni.



eſt amor inordinatus ad tēporalia ad cō
gnatos: ad vxore₃ ⁊ ad filios ſicut heu plu
res peccant ex inordinato amore quē ha
bent ad ſe vel ad ſuos amicos vel ad ſua
tēporalia que preponūt deo: ⁊ tales ca
piuntur laqueo q̄ eſt infra nos poſitus. nā
due ſunt radices omnis mali. ſ. timor inor
dinatus. ⁊ amor inordinatus. Itē laqueus
a dextris eſt proſperitas in tēporalib⁹. cū
iſto laqueo plures capiuntur ſicut illi qui
abutuntur dei bn̄ficijs. v. g. Sicut diues q̄
ſuperbiā exercet in veſtibus: potēs qui eſt
oppreſſor pauperū: pulcher q̄ ē ſibi ⁊ alijs
occaſio peccandi. vn̄ conquerit dn̄s per ꝓ
phetam dicens. Abominabilē feciſti deco
rem tuū. Fortis eīn chorizat ⁊ haſtiludit:
ſi infirmus ⁊ claudus eſſet tūc illa cōtra
deū non faceret. vn̄ Aug. Nihil infelicius
felicitate peccantiū: q₂ multoplures cadūt
⁊ capiuntꝰ in felicitate ⁊ proſperitate q̄ in
aduerſitate. Vn̄ p̄s. Cadent a latere tuo
mille ⁊ decē millia ⁊c. Ite₃ laqueus a ſini
ſtris eſt aduerſitas. Et cū iſto laqueo ca
piuntur pauperes ⁊ infirmi ⁊ tribulati qui
maledicūt deo ⁊ ꝓximis ⁊ ſibijpſis in ſuis
aduerſitatibus. vn̄ Augu. j. de ci. dei. Affli
ctione mali deum deteſtantꝰ atq₃ blaſphe
mant: boni deo precantꝰ ⁊ laudāt. vn̄ paupe
res ⁊ infirmi ⁊ tribulati ſollicite cauere de
bent ne capiantꝰ laqueo impatientie: quia
qui hic capiuntur miſeri ſunt hic ⁊ in futu
ro. vn̄ exēplum legitur in dialo. Ceſa. q̄ q̄
dā mulier tribulata pedes ſuos pelui im
ponens ⁊ extra illam retrorſum falliēs ſic
ait. hic ſic ſalto de ptāte dei in ptāte dia
boli: quā diabolus mox rapiens ⁊ per ae
ra ducens multis q̄ aderāt videntib⁹ ita q̄
vſq₃ hodie nuſq₃ cōparuit. Et ſic p₃ quo
modo hō circunquaq₃ eſt laqueis diaboli
circūdatus: quare neceſſe eſt vt vnuſq̄ſq₃
ſe cuſtodiat ne capiatur his laqueis dia
boli quibus circundatus eſt. ¶ Tertiu₃
quod nos debet retrahere ab amore mun
di eſt q̄ totus mūdus eſt plenus amaritu
dinibus ⁊ miſerijs. Joh. xiiij. hō natus de
muliere breui viuens tēpore repletꝰ mul
tis miſerijs. Ergo mundus preſens vallis
dicitur lachrymarum. Et hoc puer oſtēdit
naſcendo: quia primo flet: qui fletus repre
ſentat miſeriam huius mundi: ad quā mi
ſeriam puer iſte natus eſt. Deum in adul
ta etate obliuiſcitur cu₃ diſcernit inter bo
num ⁊ malum ⁊ gaudet in vanitatibus:
quaſi in preſenti vita nulla ſit miſeria. Et
ratio huius eſt: quia talis homo raro co
gitat de ſtatu ſuo in preſenti ⁊ in futuro:
ſcilicet ſi quis ⁊ qualis erit. Unde Ber. Co
gita vnde veneris: ⁊ erubeſce vbi es ⁊ ge
miſce quo ꝓperas ⁊ pertimeſce. Unde me
lius eſt in valle huius miſerie flere quam
ridere in vanitatibus ⁊ gaudere. Vn̄ Sa
lo. Melius eſt ire ad domum luctus qua₃
ad domum conuiuij: quod autem vallis
huius mundi ſit plena amaritudinibus:
patet Eccleſiaſtici. ij. Cuncti dies eius do
loribus ⁊ erumnis pleni ſunt: quod patet.
Nam homo iam patitur frigus: nunc fa
mem: nunc ſitim: nunc eſt ſanus: nunc eſt
infirmus. nunc letus: nunc triſtis: iam vi
uens: cras moriens. Job. xiiij. Nunquam
in eodem ſtatu permanet hō. Jmo mun
dus non ſolum plen⁹ eſt amaritudinibus:
ſed etiam plenus eſt periculis que quis
perpendere poteſt in ſeipſo. Nam ſi in vte
ro matris vel in natiuitate vel poſt nati
uitatem immediate ante baptiſmum mor
tuus fuiſſes ad limbum inferni deſcendiſ
ſes. ſi es in etate virili ⁊ in peccatis morta
libus: ſi ſic morieris eternaliter damnabe
ris: ⁊ ſi es in gratia ⁊ ſine peccato adhuc
potes peccare ⁊ damnari. Nam lucifer
peccando de celo cecidit. Adam de para
diſo expulſus eſt. Judas de ſocietate apo
ſtolorum ſegregatus eſt. Item neſcis an
opera tua etiam bona placeant deo an nō
⁊ an tibi peccata tua ſint indulta an non.
Nam certus es de culpa: ſed incertus es
de venia. Ex his miſerijs ⁊ periculis non
poſſumus hic euadere ex toto: niſi poſtq̄
patriam noſtram intrauerimus. ergo ſper
nendus eſt mundus ⁊ appetendum eſt ce
lum. Primo q₂ ibi eſt patria nr̄a. ad Heb.
vlti. Non habemus hic ciuitatem manen
tem: ſed futurā inquirimus. Johā. xvij. De
mundo non ſunt: ſicut ⁊ ego non ſum de
mundo. Secundo quia ibi eſt theſaurus
noſter. nā q̄cq̄d lucramur vel boni facimus
in hoc mundo: hoc illi reponamus ſecūdā

dictum chriſti ſaluatoris noſtri qui dixit.
vt habetur Matt.vj.Theſaurizate vobis
theſauros in celo:vbi nec erugo:nec tinea
demolit:⁊ vbi fures non effodiūt nec furā
tur.Tertio q: ibi eſt pr̄ nr̄ celeſtis.Matt.
xxiij.vnus eſt em̄ pater veſter qui in celis
eſt.Inſuper ibi eſt mater noſtra.ſ.btā vir
go maria:⁊ fratres noſtri.ſ.apl'i martyres
⁊ cōfeſſores:⁊ ſorores noſtre.ſ.oēs ꝟgines
⁊ amici noſtri.i.oēs electi ⁊ angeli dei. I
Quartū qđ debet nos inducere ad contē-
nendū mundū eſt:q: oia bona huius mun
di ſunt breuia ⁊ parua.Similiter ⁊ vita no
ſtra in qua ſolū poſſumus vti bonis huius
mūdi breuis eſt:ſicut dicit Job.xiiij.Bre-
ues dies hois ſunt ⁊c.Itē Jac.iiij.Que eſt
vita noſtra.Vapor eſt ad modicū parens:
qđ ſi ſcire vis ꝙ breues dies hois ſunt.re-
quire vbi ſunt qui ante centū annos vire
rūt ⁊ quaſi nullū reperies.imo plures mo
riunt infra.xx.an.ꝙ qui vltra.xxx.viuunt.
De amatoribꝰ huius mūdi dicit dn̄s p pro
phetam Baruch.iij.Exterminati ſunt ⁊ ad
inferos deſcēderunt:⁊ alij loco eorū exſur
rexerūt.vnde ipſi miſeri mūdi amatores
in inferno exiſtētes dicunt ⁊ clamāt illud
Sap.v.Quid nobis profuit ſupbia:aut di
uitiarū iactātia quid cōtulit nobis:trāſi-
erunt oia velut vmbra.Gre.Momētaneū
eſt qđ delectat:perpetuū autē qđ cruciat.
K Quintū qđ nos debet inducere ad cō-
tēnendū mūdum eſt qđ amatores mundi
ſunt ſerui diaboli:q: ſm dictū chriſti.Ne-
mo pōt duobꝰ dnīs ſeruire.i.deo ⁊ mundo
aut em̄ vnū odio habebit ⁊ alterū diliget:
aut vnū ſuſtinebit ⁊ alterū contēnet.Apl's
Gal.j.Si adhuc mūdo placerē ſeruus xp̄i
non eſſem.Modo homo qui eſt ſeruitor
mūdi ⁊ diaboli verecūdaret ſeruire alicui
vel paſtori:vel ruſtico:⁊ non verecūdatur
ſeruire diabolo:ſicut chorizantes:guloſi:
ebrioſi:ſuperbi:auari:⁊ iracundi ⁊c.q̄ oēs
ſeruiunt diabolo qui eſt maximus inimicꝰ
eorum.Grego.Stultū eſt ſeruire diabolo
qui nullo placatur obſequio:imo qn̄q3 du
rius laborāt ſerui diaboli ꝙ ſerui chriſti:
quia in labore ſunt ⁊ ſudore q̄ diabolo ſer-
uiunt:⁊ ſunt quaſi omni tpe inquieti ⁊ fati
gati.Hier.x.Ut inique agerent laborane-
runt.hoc patet in chorizantibꝰ qui magna
fatigatione ſuorū corporū diabolo ſeruiūt
chorizando:ꝙ ſi deberēt tot ſaltus facere
propter deū eſſet ipſis nimis graue.Simi-
liter qui vadunt ad torneamēta vbi qnq3
grauiter percutiunt:quas percuſſiones p-
pter deū nullo modo ſuſtinerēt.ſimiliter
ſuperbi qui graues veſtes portāt ⁊ dupli-
catas in eſtate ⁊ ligāt manꝰ ⁊ brachia ſua
ſtrictis manicis:crura ⁊ pedes ſtringūt cū
ſtrictis caligis ⁊ calceis:⁊ ſic de alijs.⁊ de
talibus mūdi amatoribꝰ dicit chriſtus in
euāg.Ligatis manibꝰ ⁊ pedibus proijcite
eos in tenebras exteriores:⁊ tales conſu-
mūt vires corporis ⁊ ſubſtantiā corporalē
in ſeruitio mūdi ⁊ diaboli plus qn̄q3 ꝙ ve
ri ſerui dei in ipſiꝰ ſeruitio.Et poſtmodū
ſerui chriſti habebūt eternā requiē:ſ3 mū
di ⁊ diaboli habebūt laborē eternū ⁊ in
quietudinē.pſ.Laborauerūt in eternum.
L Sextū qđ debet nos inducere ad contē
nendū mundū eſt ꝙ nemo ſeruiēs ſeculo
⁊ ſeruiēs mūdo pōt venire i regnū celeſt.
Jo.xviij.Regnū meum nō eſt de hoc mun
do.q.d.regnū meū nō eſt de his negotijs
que in hoc ſeculo actitant.vnde Aug.Sē
per enim mūdana excluſerūt hoies a bea
ta vita.Qđ em̄ amatores mūdi huius qui
querūt mūdana gaudia non poſſunt cele
ſtia gaudia poſt hanc vitā poſſidere oſtē
dit Greg.in omel.dicēs.Nemo pōt et hic
gaudere cū hoc ſeculo:⁊ illic regnare cum
deo.vnde merito mūdus iſte cū ſuis gau
dijs contēnendus eſt a ſeruis chriſti.Un
de Augu.hec gaudia mūdana velut ve
nena diaboli repudiare debemus que nō
ſolum corpus fedant:ſed animā necare fe
ſtinant.vnde Chryſ.ſuper Mat.O ꝙ mi
ſerrimus eſt mundus ⁊ miſeri qui eum ſe
quūtur:ſemper enim homines mūdi ope
ra excluſerunt a vita.Augu.Uincula hu
ius mundi habēt veram aſperitatē et fal
ſam iocunditatē certum dolorem ⁊ incer
tam voluptatē:durum laborem timidam
quietem:rem plenam miſerie:ſpem bea
tudinis inanē.Septimū quod nos debet
inducere ad contemnendū mūdum eſt ꝙ
mundus iſte amatores ſuos male remu
nerat pro omnibus ſeruitijs ſuis nihil eis
niſi



niſi ſudariū in fine3 dereliquē.Nā homi-
ni mortuo dabitur peior tunica vel peior
pannus ⁊ non melior.Jo.xxvij.Diues cū
dormierit nihil ſecum auferet.Ber.mūdꝰ
inexorabilē conſtituit ianitorē q̄ de omni-
bus nihil aſportare permittit.Job.j.Nu-
dus egreſſus ſum de vtero matris mee ⁊
nudus reuertar illuc.hoc memorari debe
rent illi auari q̄ die noctuq3 laborāt ⁊ oc-
cupantur quomodo magnas diuitias va-
leant congregare cum omnia illa poſt ſe
relinquere eos oporteat.Unde pſ.Relin-
quent alienis diuitias ſuas ⁊ ſepulchra il-
lorum domus eorum.Unde legitur ſala-
chadinus magnus princeps inter ſaraſe-
nos fecit ſibi deportari ſudarium ſuum cū
videret ſe propinquum morti:⁊ fecit illud
per preconem per plateas portare:⁊ cla-
mare coram populo. Tantum portabit ſe
cum magnus princeps Salachadinus de
omnibus diuitijs ſuis.Et inſuper mundi
amatores cogitare deberent quales poſt
mortem erunt q: cadauer fetidum ⁊ abo-
minabile.vnde Auguſti.Cuius erat ante
amplexus gratiſſimus:erit in morte hor-
ribiliſſimus aſpectus.Unde Ber.Quid fe
tidius humano cadauere?quid horribiliꝰ
mortuo homine?quid ergo proſunt diui-
tie?quid delitie?quid honores?diuitie nō
liberant hominem a verme:honores non
liberant eū a fetore:quia qui quondam ſe
debat purpuratus ⁊ gemmatus in aula:
modo ſordet nudꝰ in tūba:qui quōdā ve-
ſcebatur in delitijs in cenaculo,modo con
ſumitur a vermibus in ſepulchro.Utinam
ſaperent ⁊ intelligerent ac nouiſſima pro
uiderent:⁊ non ſolum nouiſſima ſed etia3
prima ⁊ media.Unde Job.xvij.Putredi-
ni dixi pater meus ⁊c. N Unde legitur
exemplum cum quedam eccleſia conſecra
retur in qua erat quidā comes quōdā ſe-
pultus:⁊ deberet inde extrahi pp̄ter con-
ſecrationem.Aperto ſepulchro eius appa
ruit horribiliſſimus buſo ſuper faciē eius
eā corrodens ⁊ alij multi vermes ⁊ ſerpen-
tes ad quorū aſpectū ⁊ horrorē hoies reſi
lierunt.Hec aūt filius comitis iuuenis au
diens acceſſit ⁊ viſa paterna carne ſanie ⁊
vermiū diuerſitate horrere incepit:⁊ me
ſtus cogitare de morte ⁊ ꝙ vane eſſent di
uitie mundi delitie ⁊ honores.vn̄ relictis
omnibus fugit cogitans ſe fore beatum ſi
pauper fieret pro xp̄o.Quidam aūt domi
celli eū ſequentes ⁊ inuenientes nec eum
reuocare valentes.Venditis equis ⁊ rebꝰ
⁊ pro deo erogatis ad monitionē eiꝰ cum
pauperez pauperes ſequebant cū eo mul
ta conuitia propter deum ab oibus ſuſtinē
tes:⁊ cū peterēt elemoſynas quicqd me
lius inueniebant ei dabant ꝙ noluit ⁊ di
xit ꝙ quilibet haberet qđ ei deus daret.
Et cum in introitu cuiuſdam ville duxiſſet
eos per vicos:⁊ ipſe victum pauperē eli-
geret nihil in eo potuit inuenire niſi duriſ
ſimam cruſtam ⁊ nigerrimam quā in do-
mo cuiuſdam paupercule videns petiuit
⁊ fragilem teſtā:vn̄ galine eius bibebant.
Qui agendo gratias ad ſocios ſuos por-
tauit:nec aliud voluit comedere niſi dictā
cruſtā in aqua teſte temperata.Cum autē
cruſtam iſtā comederet ⁊ ſanguis de ore
eius exiret:flebāt ſocij eius quos ipſe licē
tiauit ⁊ fugit ab eis ne emollirent cor eiꝰ.
Ipſe vero romam venit vbi factus eſt car-
bonarius:⁊ ſecretum ſuum ⁊ ſtatum ſuu3
cuidam cardinali reuelauit in confeſſione.
Cum autem poſt plures annos ſemel vr-
bem intraſſet ad vendendum carbones:
⁊ ad domū dicti cardinalis confeſſoris ſui
carbones portaſſet:arreptus infirmitate:
poſt ſuſcepta ſacramēta omnia pauper ia
cens ſub gradu ad dominū migrauit:quo
mortuo omnes cāpane vrbis per ſe ſonue
runt:quod cum audiſſet papa admiraba-
tur ⁊ Cardinalis confeſſor eius reuelauit
cauſam.Homines autē terre ſue exiſtentes
in curia audientes hec:quē viuū querebāt
mortuum inueniebant.

¶ Finiunt feliciter Ser.
Diſcipuli de tempore.

¶ Incipiunt ſermones communes
eiuſdem omni tempore predicabi-
les.Sermo.cxxxvij.de rogationibꝰ.

D

Cogitatio coꝛū apud al-
tiſſimū. Sapi. v. ſciendū
ꝙ tria ſunt pꝛīcipaliter
cū quibꝰ meremur ⁊ pec
camus. ſ. cogitatione: lo
cutione ⁊ ope. vnde tres
ſermões ſunt hic formā
di. Pꝛimus de cogitatio
ne. Secūdus de locutione. Tertius de ope
re quō nos in vnoquoq; illoꝛū habere de-
beamus vt mereamur ⁊ ne peccemꝰ. Quā
tum ad pꝛimū ſermonē ſciendū ꝙ hic tria
ſunt dicēda. Pꝛimo que ſunt homini cogi-
tanda. Scdō que obliuiſcēda. Tertio exē-
plum. ¶ Circa pꝛimū ſciendū ꝙ homini
volēti pꝛoficere quatuoꝛ ſunt cogitanda.
Pꝛimo habēde ſunt cogitationes q̄ valent
ad peccati deteſtatione. Sʒ diceres q̄ ſunt
ille. Rñdetur ꝙ qñ quis cogitat dāna que
pctā inferūt. Nam pctm̄ facit hoīem miſe
rū in pꝛeſenti vita: qꝛ ſpoliat eū oībus bo-
nis ⁊ meritis q̄ fecit: ⁊ oībus virtutibꝰ ⁊ gra
tys. Si eñ tot bona opera q̄s haberet et
virtutes quot paradiſus hʒ nobiles arbo
res floꝛes: herbas ⁊ radices. Itē quot celū
ſtellas quot mare guttas: hec oīa per vnū
pctm̄ moꝛtale perdit: ſic ꝙ nunq̄ꝫ habebit
aliqō bonū in celo pꝛo his oībus: niſi ꝑ pe-
nitentiā recuperauerit. Eze. xviij. ſi auerte
rit ſe iuſtus a iuſtitia ſua: ⁊ fecerit iniqui-
tatē nunqd viuet? oēs iniuſtitie eiꝰ quas
fecerat non erūt in memoꝛia. Inſuꝑ pctōꝛ
exiſtēs in pctō moꝛtali nihil boni pōt ope-
rari: qō ſibi ſit meritoꝛiū q̄ꝫdiu ſciēter ſtat
in vno pctō moꝛtali. Leui. xvij. ſi maculam
habuerit non erit acceptū deo. Eſa. j. Non
accipiā a vobis ſacrificiū: qꝛ manus veſtre
plene ſunt ſanguine: id eſt pctō. Item pec-
catum facit hoīem tam vilē ⁊ indignū qō
ille qui ante pctm̄ dignꝰ erat celo: ⁊ bonis
celeſtibꝰ poſt pctm̄ non eſt dignus pane
quo veſcitur ⁊ paſcit̄. Ergo moderatiꝰ co
uī deberet q̄ꝫtūcūq; poſſet. vnde Eze. iiij.
Panē tuum in pōdere comedes ⁊ aquam
tuā in mēſura bibes. Imo peccatoꝛ indi-
gnioꝛ eſt oībus creaturis. vnde Ari. j. Pol.
ſicut optimū animaliū eſt homo fruēs le-
ge ⁊ iuſtitia: ſic peſſimuʒ animaliū eſt ho-
mo a lege ⁊ iuſtitia ſeparatus: ergo ſi indi
gnioꝛ eſt oībus creaturis irrationabilibꝰ
cōſequēter ſequit̄ ꝙ non eſt dignꝰ vti crea
turis. Ergo pctm̄ facit hominē tam miſerū
ꝙ nullius boni: nec ſpūalis: nec tp̄alis di-
gnus eſt. Ergo miſeria pctōꝛis tā magna
⁊ periculoſa eſt: ꝙ ſi oēs creature deflerēt
miſeriā pctōꝛis: ſcʒ oēs lapides: oīa ligna:
omnia animalia terre: oēs aues celi ⁊ oēs
homines in mūdo viuētes: non tamē poſ-
ſunt cōdigne damnū pctōꝛis in quod per
vnum pctm̄ moꝛtale incidūt deflere. Sed
heu plures pctōꝛes centū peccata moꝛta-
lia cōmittunt: nec vnā guttā flent pꝛo om-
nibus. Ratio eſt: qꝛ non cognoſcūt quāta
bona perdiderunt: ⁊ in quot mala incide-
runt. Si hec veraciter cognoſcerēt: non ſo
lum ploꝛandū eſſet eis: ſed etiā vlulandū:
qꝛ nihil tam malū homini q̄ꝫ pctm̄ moꝛta
le. Meliꝰ eñ eſſet homini ꝙ decē milia de
monū in ſe haberet: vel etiā cum oībꝰ gla
dys qui vnq̄ꝫ fabricati ſunt trāſfigeret̄: vel
in igne cōbureretur: vel in aquis ſubmer-
geretur: vel cū rotis rotaret̄: q̄ꝫ ꝙ cuʒ vno
peccato moꝛtali deū ſciēter ⁊ volūtarie of-
fenderet: qꝛ pctm̄ cū cōſummatū fuerit ge
nerat moꝛtē: ſcʒ ipſius anime q̄ moꝛs ma-
gis timēda eſt q̄ꝫ moꝛs coꝛpoꝛis. vñ Greg.
Moꝛtē coꝛpoꝛis oīs homo timet moꝛtē an
tē anime pauci. Et his ſequit̄ ꝙ homo po-
tius deberet moꝛi q̄ꝫ cū vno peccato moꝛ-
tali deū offendere. vnde Ari. iij. ethi. Me
lius eſt moꝛi q̄ꝫ facere cōtra bonū virtutis.
¶ Secūde cogitationes ſunt que faciunt
ad contēptum ſuiꝑſius ⁊ ad humiliatio-
nem pꝛopꝛiā que habēde ſunt homini vo-
lenti pꝛoficere. Sed diceres q̄ ſunt iſte co-
gitationes? Rñdeo cogitare defectus no-
ſtros in cōmuni ⁊ in ſpeciali. Cogitare qd
ſumus: quid fuimus ⁊ quid erimus. Bern.
Cogita ergo vñ venis ⁊ erubeſce: vbi es ⁊
ingemiſce: quo pꝛoperas ⁊ pertimeſce. Un
de Aug. in ſer. O homo ſi cōſideras quid
per os: quid per nares: ceteroſq; meatus
egrediatur: nunq̄ꝫ vilius ſterquilinū inue
niſti. vnde etiam Bern. Nos miſerabiliter
nati quibꝰ datum eſt cum meroꝛe naſci:
laboꝛe viuere: cum doloꝛe moꝛi. vnde Au-
gu. in lib. de ſpiritu ⁊ anima. Lugentes in
hanc vitam intrauimus: cum laboꝛe viui-



mus: cum doloꝛe ⁊ timoꝛe exituri ſumus.
Iſta iam dicta omnia debent nos induce-
re ad humiliationē pꝛopꝛiā ⁊ ad contem-
ptum ſuiꝑſius. ¶ Tertie cogitationes
ſunt que pꝛomouēt hominē ad pꝛofectū ⁊
ſtudium virtutū. Sed queris que ſunt iſte
cogitationes? Reſpondet̄ cogitare de pꝛe
mio quod virtutibꝰ datur: ⁊ etiā de digni
tate virtutū. Nam nihil reperitur nobiliꝰ
⁊ pꝛecioſius virtutibus. vnde philoſophi
non habuerūt notitiam dei ſicut nos: nec
pꝛemium futurū quod dabitur virtuoſis:
expectabāt tamen intēdebant virtibꝰ pꝛo
pter nobilitatē virtutum. Temperātiam
enim habuerūt in cibis ⁊ potibus ⁊ in ope
ribus carnis. Foꝛtitudinē que eſt ſecūda
virtus habuerūt: ſic ꝙ multa mala et op-
pꝛobꝛia ⁊ aduerſitates ⁊ deriſiones in pa-
tientia ſuſtinuerūt: ⁊ in pꝛudentia ſpiritus
que eſt tertia virtus: tantum ſtuduerūt ꝙ
hec tempoꝛalia bona valde contēpſerunt:
nec dilexerunt eo ꝙ cum laboꝛe acquirun-
tur cum timoꝛe ⁊ ſollicitudine poſſident̄: ⁊
cum doloꝛe amittūtur quare multi de eis
magnos theſauros abiecerunt: ſicut So-
crates ⁊ diogenes: ⁊ multi alij qui ꝓpter
ſtudium omnia reliquerunt. Et iuſtitiam
que eſt quarta virtus intantū dilexerunt:
vt nulli inferent aliquam iniuriam. Item
tam nobilis eſt virtus ꝙ nullus honoꝛan
dus eſt: niſi ſolus virtuoſus. vnde Ariſto.
iij. Ethic. honoꝛ eſt pꝛemium virtutis. Et
q̄ꝫtumcunq; virtuoſus honoꝛatur adhuc
maioꝛis honoꝛis eſt dignus. vnde Ariſto.
iij. Ethi. Uirtuti perfecte non fit cōdignus
honoꝛ. Imo tam nobilis eſt virtus ꝙ om-
nes in celo ⁊ in terra: tam angeli q̄ꝫ ſancti
non valent remunerare ſufficienter cū om
nibus gaudijs virtutē virtuoſi hominis:
niſi ſolus deus. Aug. in lib. de ciuitate dei.
pꝛemium virtutis eſt ipſe deus qui virtu-
tem dedit. Item ſciendū ꝙ virtus eſt: tam
nobilis et tam ignobilis: ꝙ pꝛopter hanc
deus ⁊ omnes ſancti ⁊ angeli ſingulariter
illum qui virtuoſus eſt diligūt: tam ſingu
lariter ꝙ pater vel mater nunq̄ꝫ dilexerūt
fictum vnigenitum filium: imo intātum
dominus diligit virtuoſum vt minimum
bonum quod facit ille virtuoſus plus va-
let coꝛam eo ⁊ ſanctis eius q̄ꝫ omnia bona
que facta ſunt ab initio mundi: ⁊ etiā que
fieri poſſunt vſq; in finem ſeculi ab omni-
bus vitioſis hominibus in peccatis moꝛ-
talibus conſtitutis. Licet multi mali ho-
mines multa opera fecerūt de genere bo
noꝛum: ſicut ille fecit hec ⁊ alter alia. Un-
de felix eſt qui poteſt dicere cum pſ. Mul
tiplicabis in anima mea virtutem. Unde
Augu. Uirtus anime donum excellentiſſi-
mum eſt. Quarte cogitationes que habē-
de ſunt homini volenti pꝛoficere ſunt ille
que incitant hominem ad dilectionē dei
⁊ pꝛimi. De illis quere ante ſermo. cij. O.
vbi dicitur. Beneficia autem dei ⁊ charita
tem ipſius cognoſcere debemus in digni-
tate creationis: aſſumptiōe carnis ⁊ intol-
lerantia paſſionis. ℞ Quantum ad ſe-
cundū: tunc eſt ſciendum ꝙ quatuoꝛ ſunt
obliuiſcenda: ⁊ nunq̄ꝫ ad memoꝛiā ducen-
da homini volenti pꝛoficere. Pꝛimum eſt
bonitas ⁊ ſanctitas pꝛopꝛia. Cum magno
enim periculo hec ad memoꝛiam reuocan
tur: niſi in extrema neceſſitate: quia gene-
rant complacentiam ſuiꝑſius ⁊ ſpiritua-
lem ſuperbiam in ſeipſo. vnde Gregoꝛius.
Quiſquis reminiſcēdo bonum quod geſ-
ſit dum ſe apud ſe erigit apud humilita-
tis autoꝛem cadit. Quidam enim aſcribūt
ſibi bona ſua non deo. vnde Greg. Qui ac
cepta bona ſibi arrogat: ſuis donis cōtra
deum pugnat. Contra quos dicit Iſid. in
ſino. De iuſtitia ⁊ virtute nulla elatione ſu
perbias: de bonis factis non extollaris: de
bono opere non gloꝛieris periculoſum eſt
enim multum. Auguſtinus. Deſcende vt
aſcendas: humiliare vt exalteris: ne exal-
tatus humilieris. Unde bona noſtra ope-
ra et virtutes et merita non ſunt ad me-
moꝛiam reuocanda: niſi in extrema ne-
ceſſitate. vnde Job in ſumma tribula-
tione bona ſua recogitauit: ne in tot
anxietatibus deſperaret dicens. Si am-
bulaui in vanitate: ſi negaui quod vole-
bant pauperes: et ſic de alijs bonis que
ibi enumerat: ſimiliter rex Ezechias cum
moꝛi debuiſſet dixit vt habetur. iiij. Re-
gum. xx. Memento dñe quomodo ambu-
lauerim coꝛā te in veritate: ⁊ coꝛde ꝑfecto

quod bonū eſt in oculis tuis feceris. Igit
non niſi in tali neceſſitate bonitas ⁊ ſancti-
tas propria ad memoriam eſt reuocanda
vel etiam mala que quis pro deo pertulit.
S Scdm̄ qđ obliuiſcendū eſt: eſt iniuria
ab angelis illata. Vñ leuit. xix. Ne memo-
reris iniurie ciuiū tuorum: non queras vltio
nem: nō oderis fratrem tuū in corde tuo:
ſed ſunt aliq̄ qui dicūt indulſi ſibi ſed non
obliuiſcar. cōtra quos di. Ber. ſuper Cañ.
Sunt aliqui donātes iniuriā vt non vlci-
ſcantur: tñ ipſis improperant. Sunt aliq̄
qui lʒ ſileāt manet tamen alta mente re-
poſitum: ⁊ rancorem tenent in animo quo
rum neutra plena eſt indulgentia: ⁊ anim⁹
obliuioſus beneficiorum ⁊ iniuriarum te-
nax eſt: velut calcatorium fecē retinens et
quod purū eſt exire permittens. Sed qui-
libet xp̄ianus ex toto indulgere debet exē
plo chriſti qui ſuis crucifixoribus indulſit
⁊ nobis indulget. Ber. Tā liberaliter dñs
omnem iniuriam donat: vt nec damnet vl
ciſcendo: nec cōfundat improperando: nec
minus diligat imputando: ſic ⁊ nos ſimili
modo indulgere debemus proximis no-
ſtris. T Tertium quod obliuiſcendum
eſt: eſt delectatio de p̄teritis peccatis. hec
eñ recordatio valde periculoſa eſt mul-
tis. Augu. Malū eſt nūq̄ȝ de peccatis cogi
tare. peius eſt cū cogitat de eis ⁊ non do-
let: peſſimū cū cogitat ⁊ delectat̄ de eiſdē.
vñ Hug. de ſancto vic. Qñ deus in contri-
tione abſoluit peccatorē a peccatis ligat
eum vinculo perpetue deteſtatiōis: vt ſem
per peccatū de cetero deteſtet̄. Ergo quā-
documq̄ȝ hō cogitat de preteritis peccatis
hoc ſemp fieri dʒ cū amaritudine cordis. ſ.
q̄ vellet ſe nūq̄ȝ peccaſſe ⁊ deū nō offendiſ
ſe. Sʒ qñ cogitat de preteritis pctis et de
lectatur in eiſdem hoc eſt nimis periculo-
ſum ⁊ malum ſignum: q̄r eſt ſignum q̄ hō
non eſt vere penitens. V Quartuʒ quod
obliuiſcendum eſt: eſt q̄ homo non debet
cogitare de profunditate dei: ⁊ de abſcon
ditis ipſius: quia hoc eſt valde periculo-
ſum: quia qui talia cogitant in magnos er
rores multotiens incidunt volentes pro-
funde nimis perſcrutari deitatem et ſan-
ctam trinitatem. Contra quos dicit Sa-
lo. Altiora te ne queſieris: ſed que prece-
pit tibi deus illa ſemper cogita. Unde ſcien
dum etiam quod familiarem eſſe deo et
plurimū cogitare de deo bonū eſt ⁊ vti-
le. Unde dicitur in verbis premiſſis. Cogi-
tationes iſtorum apud altiſſimum. ſimili-
ter cogitare ſanctam trinitatem laudabi-
le eſt. Sed cogitare quomodo deus poſ-
ſit eſſe trinus ⁊ vnus: hoc profunde rima-
ri nimis periculoſum eſt. ſimiliter de incar
natiōe perſcrutari quomodo virgo potuit
concipere ⁊ parere. Similiter de ſacramē
to eucharīſtie quomodo totus chriſtus
tam magnus ſicut in cruce pependit poſ-
ſit eſſe ſub tā parua ſpecie panis: q̄r tales
decipiūtur in talibus ſubtilib⁹ ⁊ infructuo
ſis cogitationibus. Quia Apoſtolus dicit
Romano. xij. Dico enim per gratiam que
data eſt mihi omnibus qui ſunt inter vos
non plus ſapere quaʒ oportet ſapere: ſed
ſapere ad ſobrietatem. Si enim tales co-
gitarent interim paſſionem chriſti: ⁊ poſt
ponerent tales ſubtiles ⁊ profundas cogi
tationes eſſet deo magis acceptum: ⁊ eis
plus ſalutiferum. Quia tales quandoq̄ȝ
cadunt in propriam complacentiaʒ et in
ſpiritualem ſuperbiam eſtimantes ſe ali-
quid ſcire ⁊ eſſe: cum tamen nihil ſint ⁊ ta
les quandoq̄ȝ damnabuntur profundius:
⁊ perdūt quādoq̄ȝ omnia bona opera ſua
per talem ſpiritualem ſuperbiam ⁊ p̄priā
complacentiam. V Unde legitur exem-
plum quod quedam virgo deuota ita ar-
ctam vitā duxit ieiunando: vigilando: orā
do: ⁊ caſtigando ſe: quod ab hominib⁹ re
putabatur ſancta. Contigit eam autem
infirmari vſq̄ȝ ad mortem: cui confeſſionē
quidam deuotus ſacerdos audiuit: ⁊ ſuaʒ
ſpiritualem ſuperbiam ignorauit. Cui
poſt obitum ipſa apparuit nigra ⁊ valde
horribilis. Et ſacerdos expaueſces queſi-
uit quiſnam eſſet: ⁊ ipſa fatebatur ſe eſſe
illam virginem que ab hominibus quaſi
ſancta reputabatur. Et ſubiunxit dicens.
Ego infelix tradita ſum infernalibus incē
dijs, cum inferioribus demonibus: et cum
infimis damnatis eternaliter crucianda:
propter vanitatem ⁊ meam propriam cō-
placentiam ⁊ ſpiritualem ſuperbiam quā



habui: q̄ nullum equalem mihi reputaui:
ſed ſuper oēs me extuli ⁊ alios hoīes indi-
gnaui ⁊ ſpreui: ⁊ propterea ad profundū in-
ferni deſcēdi de quo nunq̄ȝ liberabor. Nā
ſi ſiccate eſſent aque maris ⁊ fund⁹ reple-
tus papauere et vna auicula omni anno
vnum granum educeret: q̄ et tunc poſſem
ſaluari omnes penas inferni eligerē vſq̄ȝ
ad illud tempus ſuſtinere: ſi finito illo tē-
pore celum poſſem intrare: ſed non ſic fiet:
q̄r in inferno nulla eſt redēptio. vnde pa-
ter ſancte nec tu nec aliquis alius oret pro
me: quia nunq̄ȝ liberabor.

## Sermo. cxxxviij. De malis cogitationibus.

Auferte malum cogitationū
veſtrarum ab oculis meis.
Eſa. j. Sic dicit Hiero. Tu-
tiſſimum atq̄ȝ perfectiſſimū
eſt vt aſſueſcat anim⁹ perui
gili cuſtodia diſcernere co-
gitationes ſuas: ⁊ ad primum cum intrant
vel probare vel reprobare quod cogitat vt
bonas cogitationes in ſe ſeruet ⁊ malas
ſtatim expellat: hec nanq̄ȝ fons eſt boni et
origo mali. Quoniaʒ igitur cogitationes
ſunt fons boni ⁊ origo mali: ideo ſaluator
noſter qui eſt ſcrutator cordiuʒ ⁊ diſcretor
cogitationum ad nos loquitur in premiſ-
ſis verbis dicens. Auferte malum cogita-
tionum veſtrarū ⁊c. Unde in preſenti ſer-
mone quinq̄ȝ de cogitationibus ſunt dicē-
da. Primo vnde cogitationes male habēt
originem. Secūdo quare ſumus proni ad
malum. Tertio que damna inferūt nobis
male cogitationes. Quarto quibus caute
lis debet quis ſe premunire a nociuis co-
gitationibus. Quinto per que expellūtur
male cogitationes. A Circa primū ſciē-
dum q̄ q̄ȝtum ad primam originē omnes
male cogitationes ortum habuerūt a dia
bolo. Quod ſic patet. Cum eñ primus ho
mo conditus in ſtatu innocentie nihil de
malis cogitationib⁹ ſciret venit diabol⁹ in
ſpecie ſerpētis: ⁊ ſuaſit mulieri ⁊ mulier vl
terius viro: ⁊ ibi ex ſuggeſtiōe diaboli or-
tum habuerūt oēs cogitationes male. Et
eodē modo ⁊ ordine quo ibi ſuccreuerunt
adhuc in nobis ſuccreſcunt. vnde ſm̄ Au-
gu. Suggeſtio ſerpentis in nobis eſt pri-
mus motus ex fomite. Comeſtio vero mu
lieris eſt delectatio: ſed comeſtio viri eſt
conſenſus. Per hec tria: ſcilicet ſuggeſtio-
nem delectationē ⁊ conſenſum homo in tē
tationē ducitur: quia tētatio per ſuggeſtio
nem que in cogitatione cōſiſtit inchoatur
per delectationē cogitationis progreditur
⁊ per conſenſum cōſumatur. E ſic pʒ pri-
mū videlicet vnde cogitationes male or-
tum habeāt. B Sed q̄ȝtum ad ſecundū
queritur quare homo pronior ſit ad cogi-
tandū malum q̄ȝ bonū: de hoc poſſunt aſſi
gnari tres cauſe. Prima eſt ex nature cor-
ruptione in p̄rio parēte: ⁊ ad id facit quod
dicitur Sapi. ix. Corpus quod corrūpitur
aggrauat animā: ⁊ terrena inhabitatio de
primit ſenſum multa cogitātē. Unde plus
trahit vnus equus deorſum q̄ȝ decem ſur
ſum. Sic fomes qui mouet ad malū ſemꝑ
intra nos eſt: ergo proni ſumus ad maluʒ.
Geñ. viij. Senſus ⁊ cogitatio humani cor-
dis in malum prona ſunt ab adoleſcentia
ſua. Secūda cauſa eſt: q̄r incitans nos ad
malū eſt preſens delectabile enim appre-
henſum ꝑ ſenſum vel imaginationē quaſi
ex neceſſitate mouet concupiſcentiā. Sed
incitans nos ad bonum eſt abſens ⁊ mul-
tū diſtans: ſcʒ beatitudo que eſt fons vir-
tutum. Tertia cauſa eſt: q̄r malum poſſu-
mus facere per nos: ſed bonū non poſſu-
mus ſine gratia adiutrice. C Sed quan
tum ad tertium ſciendū q̄ ex fonte mala-
rum cogitationū quinq̄ȝ mala procedunt.
Primum eſt malū peccati: licet quedā cogi
tationes in ſe non ſunt male: imo poſſunt
eſſe bone ⁊ meritorie etiā ſi ſunt de re il-
licita: puta ſi aliquis cogitaret de mechia
ad predicandum vel ad corrigendum: ta-
men ſi cogitatio fit cum concupiſcentia et
delectatione: tunc cauſat peccatum: et hoc
fit tripliciter. Primo cum concupiſcētia cō
ſiſtit in primo motu: ⁊ ſic eſt peccatum ve
niale. Secundo cum conſequitur conſen-
ſus in delectatione: licet non opus. Et
ſic eſt peccatū mortale. Unde cum aliquis
conſentit in talem delectationē cum plena

deliberatiōe:iō eſt aliud ꝙ̄ quod effectus
ſuus ſit inclinatus ad delectandū in tali
moroſa delectatione. Tertio cū conſentit
in operibus:vt.ſ.proponat opus actu per-
ficere tūc voluntas pro facto reputat̃ etiā
ſi facultas deſit faciendi illud opus et ſic
malū cogitationis gradatim ſemper ag-
grauatur: quorum etiā graduum aggra-
uationē ita deſcribit.b.Grego.dicēs ꝙ ex
delectatiōe cogitationis naſcitur peccati
affectio ex affectione conſenſus ex cōſenſu
operatio:ex operatione cōſuetudo:ex con-
ſuetudine deſperatio ⁊ ex deſperatiōe de-
fenſio:ex defenſione gloriatio ex gloria-
tione eterna dānatio.et omnia illa mala
veniunt ex malis cogitationib⁹. Da Se-
cundum malum cogitationū eſt quod cor
inquinant ⁊ defendant illud.Cum em̄ cor
ſit membrum nobiliſſimum in homine ita
etiā vt ipſa ſapiētia increata ipſum cor ꝓ
ſe habere deſiderat dicens Prouer.xxiij.
Prebe fili mi mihi cor tuum.Inde eſt qđ
ſuppoſito quod in malis cogitationibus
nullum eſſet peccatū: tamen propter no-
bilitatem cordis deſignari deberet homo
cor ſuū fedis ⁊ immundis cogitationibus
deturpare exemplo illius gentilis Sene-
ce qui dixit.Si ſcirem deos peccata igno-
ſcituros et homines ignoraturos adhuc
propter peccati turpitudinē peccare de-
dignarem:propter qđ propeta Dauid pe
tijt in ps.Cor mundū crea in me ⁊c. Ter-
tium malum cogitationū eſt quod diabo
lus eſt cor aduocans et ſibi domicilium
ibi parans. contra illud dicit apoſtolus.
Ephe.iiij.Nolite locum dare diabolo.ſ.
per fedas et immundas cogitationes in
quibus ipſe immundus ſpiritus delecta-
tur:⁊ per eas homo ſibi obligatur.vnde
Gre.in mo. Licet reproborum mentes nō
ſemper diabolū ſequantur in opere.valde
tamen illi ſe obligant in cogitatione: ſic
econuerſo per bonas cogitatiōes deo pre
paratur locus in corde noſtro iuxta illud.
j.Reg.ij.Et ipſi preparantur cogitatio-
nes.Gl.bone.Quartū malum cogitatio-
num eſt quod male cogitationes cū ma-
lis cogitationibus faciunt in homine in-
fernum.Nam vbicunq̨ eſt diabolus ibi
eſt infernus ſic econuerſo vbi eſt deus ibi
eſt celum:quia igitur diabolus habet do-
micilium in corde polluto ⁊ malis cogita-
tionibus vt dictum eſt:ergo quodāmodo
fecit infernū:q: ſicut in inferno eſt ignis:
fetor:vermis:⁊ tenebre:ſic etiam in pollu-
to corde eſt ignis ardentis concupiſcētie:
fetor fede luxurie vermis remordentis cō-
ſcientie:tenebre obſcurate intellentie.ps.
Obſcurentur oculi eorum ne videant. E
Quintum malum cogitationum eſt quod
male cogitationes hominem gratia dei
priuant.vnde Iudas poſtq̄ diabolus mi
ſerat in cor eius quomodo traderet xp̄m
perdidit omnem gratiam irrecuperabili-
ter.Sic etiam alij peccatores q̄plures
etiam perdunt irrecuperabiliter omnem
gratiam per malas cogitationes. Nam
multi habēt a deo ſpeciales gratias de-
uotionis ⁊ diuine dulcedinis in oratione
et meditatione quas perdunt quandoq̨
per malas cogitatiōes.Eccl'.x.Muſce mo-
rientes perdunt ſuauitatē vnguenti Mu-
ſce ſunt cogitatiōes volatiles ⁊ vage:que
tunc ſunt morientes:quādo ad inſtar ca-
daueris mortui putreſcunt in corde:⁊ iſte
muſce perdunt ſuauitatem vnguenti.i.
omnis deuotionis ⁊ gratie qua intus ſpi-
rituſancto operante vncte ſunt. F Sed
quantum ad quartū ſciendū quod tribus
cautelis debet ſe premunire quis nociuis
cogitationibus. Prima cautela eſt timor
domini vt homo imaginetur deum eſſe
preſentem ⁊ videre ſecreta cordis.Mul-
ta enim peccata operis cauentur propter
timorem hominum ne vel hominibus ig-
noſcant.Quis enim turpitudinem com-
mittere vellet in preſentia hominū.Mul-
to magis timere debet homo preſentiam
dei in corde cogitationes noſtras multo
clarius cognoſcentis q̄ homines facta
noſtra cognoſcere poſſunt.Prouer.xv.In
timore domini declinatur a malo.Secun-
da cautela ad excludendum cogitatiōes
malas eſt cuſtodia ſenſuum:et precipue
cuſtodia oculorum. G Unde ſciendum
ꝙ oculi ſollicite ſunt cuſtodiendi: et hoc
propter tria.Primo quia oculi ſunt valde
veloces ad nocendum anime:ideo preda-



ribus comparat̃.Treñ.iij.Oculus meus
depredatus eſt animam meam. Geñ.iij.
Uidit mulier quod bonum eſſet lignum
ad veſcendum et pulchrum oculis aſpe-
ctuq̨ delectabile.vnde Grego. Nō enim
lignum eua contigiſſet niſi prius incaute
reſpexiſſet.Secūdo cuſtodiendi ſunt ocu-
li quia viſus eorum eſt valde neceſſarius.
q̄to enim viſus eſt magis neceſſarius:
tanto eius abuſus plus eſt timēdus.licet
lingua valde corrupta ſit tamen includi
poteſt longo tempore quod ſic eſſet a lo-
quela.Exemplo illius qui portauit ꝑ tres
annos lapidem in ore vt ſic diſceret tace-
re et linguam refrenare.Sed oculi ei viſi
ſunt valde neceſſarij: ideo magis cuſto-
diendi.Tertio cuſtodiendi ſunt oculi: q:
ſunt due porte in caſtro noſtri corporis:et
qui habet portas alicuius caſtri habet
ipſum caſtrū.Sic ſi diabolus habet ocu-
los noſtros : tunc habet caſtrum corpo-
ris noſtri:et tunc conſequenter mors in-
trat per feneſtras noſtras et nihil habet
deus in homine ſi oculos non habet: ſi-
cut dominus caſtri qui non habet ingreſ-
ſum ibi.Tertia cautela eſt fuga otij:ergo
ſemper aliquid boni facito : vt te diabo-
lus inueniat occupatum.Hiero. Non em̄
facile capitur a diabolo qui bono vacat
exercitio.Unde legitur in vitiſpatrum ꝙ
qui eſt occupatus in aliquo exercitio bono
habet vnum demonem cum tentantem:
ſed qui eſt otioſus habet mille demones
eum tentantes. H Sed q̄tum ad quin-
tum ſciendum quod male cogitatiōes per
quinq̨ expelluntur que intelliguntur per
quinq̨ digitos in manu per quem repel-
lit homo a ſe inimicum volentem eum le-
dere in corpore.Primū eſt memoria mor-
tis.vnde Auguſt.nihil ſic reuocat a pec-
cato ſicut frequens mortis meditatio.Se-
cundum eſt memoria paſſionis xp̄i Aug.
Totus nobis figatur in corde qui ꝓ no-
bis fixus eſt in cruce. Tertiū eſt memo-
ria extremi iudicij vbi reddituri ſumus
rationem de cogitationib⁹ noſtris.Sap.
j.In cogitationibus impij interrogatio
erit.Quartū eſt pena dānatorum. vnde
Iſido.in ſino. Intende animo quoſcunq̨
ſeculi penas quoſcunq̨ tormentorum do-
lores.et compara hoc totum gehenne et
leue tibi erit eſſe quod pateris. Hierony-
mus in epiſtola.Tanta in inferno vis do-
loris eſt quod mens ad aliud dirigi non
poterit:niſi ad quod vis doloris impellit.
Quintum eſt gloria beatorum de qua di-
cit ps.Quoniam mille annis ante oculos
tuos tanq̨ dies heſterna que preterijt.
I Unde pro concluſione iſtius ſermonis
cauere nos debemus a malis cogitatio-
nibus:et quando incidunt tūc immedia-
te eas expellere debemus.vnde Ceſa.In-
cipiamus bonas cogitationes diligere:
⁊ ſtatim ab illis que male ſunt dominus
dignabitur liberare. Hiero.Quicquid pu-
det dicere pudeat ⁊ cogitare.Quod dia-
bolus delectat̃ in malis cogitationib⁹ pa-
tet per tale exemplum.Legitur quod qui-
dam habuit malas cogitationes ⁊ dele-
ctationes: et diabolus ei ſe aſſocians in
ſpecie curſoris ſecum ambulauit:⁊ cum ſi-
mul ambularent iſte homo expaueſcere
cepit:⁊ cum peruenirent ad quandā eccle-
ſiam ille homo intrauit et cōpunctus ad
ſacerdotem iuit eo quod in quadrageſi-
ma eſſet ⁊ confeſſus eſt:et quando exiuit
de eccleſia diabolus ſtetit foris ⁊ viciſſim
inſpexit homines exeuntes de eccleſia:in-
terrogans vbi ſocius ſuus maneret.Et cū
ille diceret:ego ſum qui huc tecum veni-
eamus vlterius vias noſtras.Ait ille Tu
non es ſocius meus qui antea fuiſti.Et nō
cognouit eum eo quod confeſſus eſſet:et
deus peccata ſua ei indulſiſſet. ¶ Item
alium ſermonem de cogitationibus quo-
modo continue homini ſex ſunt cogitan-
do que preſeruant eū a malo:⁊ cuſtodiūt
eū in gratia.quere ante ſermone.liij. N.

## ¶ Sermo.cxxxix.De locutione.

De omni verbo otioſo qđ locuti
fuerint homines reddent ra-
tionem.Mat.xij. Sciendum ꝙ
quatuor ſunt obſeruanda ne
offendamus in lingua ⁊ in ver-

bis. Nam homo qui loquitur debet attẽdere quid dicat: cui dicat: quãdo dicat: et quomodo dicat. ¶ Primo quid homo debeat loqui docetur infra. j. Petri. iiij. Si quis loquitur quaſi ſermones dei ſup. loquatur. Ephe. iiij. Omnis ſermo malus ex ore veſtro nõ procedat: ſed ſi quis bonus eſt ad edificationem. Contra hoc faciunt illi qui loquuntur verba ſcurrilia ⁊ nociua: vt talia verba turpia oſtendunt hominẽ eſſe peruerſum ab intra: ſicut porcus cognoſcit in lingua vtrũ mundus ſit vel immundus ſic homo in prolatiõe verborum. Hiero. In verborũ pondere probatio cõſiſtit vite hũane. Matth. xij. Ex abũdantia cordis os loquitur. Unde ſi homo habet bonũ ⁊ caſtum cor: tunc loquitur verba bona ⁊ caſta. Sicut patet in bonis ⁊ deuotis hominibus q̃ ſepius nominant Jeſum ⁊ mariam ⁊ alia verba ſalutifera. Sed immundi ⁊ luxurioſi delectant loqui verba impudica: ⁊ in hoc oſtẽdunt ſe habere corda impudica ſiue ſint viri: ſiue mulieres: ſiue virgines. vnde Chryſo. ſuper Mat. Quale cor habet vnuſquiſq; talia verba loquitur, ⁊ opera facit. vñ Iſido. Qualis oſtenditur: talis ⁊ animus cõprobatur. Unde alique mulieres que volunt eſſe multum honeſte cum talia ſcurrilia verba proferũt ⁊ corriguntur, tunc excuſant ſe quod non denotant talia corde qđ eſt falſum: quia chriſtus dicit vt habetur Mat. xij. Ex abundantia cordis os loquitur. Et ſi tales eſſent mulieres honeſte et caſte ⁊ haberent corda pudica: nullo modo talia verba proferrent. vnde Ari. iiij. eth. Qualiſcunq; eſt, vnuſquiſq; taliter dicit taliter operatur, ⁊ taliter viuit: ⁊ inſuper talia luxurioſa verba inficiũt audientes. Gre. ſuper Ezeche. Sicut malus aer aſſiduo flatu inficit corpus: ita peruerſa locutio aſſidue audita infirmantiũ inficit animam. Et ſi ille malus reputatur qui inficit corpus proximi ⁊ homicida eſtimatur: quid tunc ille qui animam proximi inficit que dignior ⁊ nobilior eſt q̃ mille corpora. vnde Aug. Maius eſt dãnum in amiſſione vnius anime q̃ mille corporum. L Unde ſciendum ꝙ tres ſunt prouincie: ⁊ quelibet habet ſuã propriam loquelã et ſpecialem per quã ſeipſum vnuſquiſq; põt cognoſcere ad quã prouinciam pertineat. Prima eſt ꝓuincia celeſtis, ⁊ loquela illius prouincie eſt deũ laudare ⁊ ei regratiari vnde p̃s. Beati qui habitant in domo tua domine in ſeculũ ſeculi laudabũt te. Eſa. lj. Gratiarum actio et vox laudis ſupple inuenitur in ea. Ergo q̃ deifica verba loquuntur: ⁊ libẽter orant: ⁊ deo regratiantur de beneficijs ſuis: oſtendũt ſe pertinere ad celeſtem prouinciam. Nam hi diſcunt in terris quomodo debeãt deũ laudare in celis. Ber. Diſcamus in terris q̃s facturi ſumus laudes in celis. Nihil ita proprie in terris celeſtis habitionis ſtatũ repreſentat: ſicut alacritas laudantiũ deũ. Secũda eſt prouincia terreſtris. Et iſta habet linguam ſpecialẽ ſcʒ loqui de mundanis rebus. Johan. iij. Qui de terra eſt de terra loquitur. Itẽ. j. Jo. iiij. Ipſi de mundo ſunt: ideo de mundo loquuntur. Unde patet ꝙ multi oſtendunt ſe eſſe filios huius ſeculi qui frequẽter loquuntur de magnis rebus. Hoc patet: quia vbicunq; iam homines ſunt ſimul congregati vt frequẽter nõ loquuntur, niſi de rebus mundanis. Tertia eſt ꝓuincia infernalis. Et loquela illius prouincie eſt iurare, maledicere ⁊ blaſphemare. Nã dãnati pre multitudine dolorum ⁊ penarũ blaſphemant deũ. vnde Apoca. xvi. Blaſphemauerunt deũ celi pre doloribus. Eſa. viij. Cũ eſurierit iraſcetur: ⁊ maledicet regi ſuo ⁊ deo ſuo. Unde patet ꝙ blaſphemi ⁊ maledicti addiſcunt hic in terris loquelam quã habituri ſunt in inferno: ⁊ oſtendunt ſe eſſe filios inferni. Unde dictũ eſt Petro apoſtolo. Nã ⁊ loquela tua manifeſtũ te facit. Sic poſſum dicere vnicuiq; homini ꝙ ſua propria loquela manifeſtum eũ facit ad quã prouinciam pertineat. Attendere ergo diligenter debet in verbis quilibet chriſtianus quid loquatur: ſcilicet qđ hoc ſit bonũ ⁊ licitũ. Unde Iſidorus de ſum. bo. Mali ſermones in ore chriſtiani eſſe non debent. M Secundo attendere debet homo qui loquitur cum quo loquatur. Gre. Obſecro vt diſcas qualiter vnũ



quẽq; alloqui debeas. Nam ſi loqueris cum ſtulto tunc non debes facere multa verba. Eccli. xxij. Cum ſtulto non multũ loquaris. Eſt enim ſignum ſtultitie quãdo ſapiens cum ſtulto multum loquitur. Eccli. xxij. Cum dormiente loquitur: qui enarrat ſtulto ſapientiã. vnde Salo. Nõ recipit ſtultus verba prudentie niſi ea dixeris que verſantur in corde ſuo. Item ſi cum homine iracundo et litigioſo loquaris tunc verba mollia ⁊ non dura ſunt ei dicenda. vnde Salomõ. Mollis reſponſio frangit iram: durus ſermo ſuſcitat furorẽ. Augu. Quantomagis ignis ligna ſuſcepit: ſemper in maiorẽ flammam erigitur. Ita malus homo quantomagis rãcorem audierit ſemper in maiorem malitiam excitatur. Ergo nihil melius eſt q̃ tacere ⁊ victoriam illis verboſis dare. niſi eſſet contra famam propriam: tunc crudelis eſſet qui negligeret ſuã propriam famam: ſed in alijs communibus eſt ſignum prudentie dare victoriam verboſis. vnde Cato. Contra verboſos noli contendere verbis. Item ſi cum homine ſene: tunc loquẽdum eſt reuerenter: quia ſenes honorãdi ſunt propter ſenium. vnde apoſtolus. j. Thi. v. Senes obſecro honorate, vt frẽs. Nam ſenes faciliter prouocantur ad iram ⁊ difficulter reuocantur. Item ſi cum homine ſapiente: tunc pauca ⁊ breuia verba ſunt dicenda. Unde ſcriptum eſt. Sapienti pauca verba ſufficiunt. N Tertio attendere debet homo qui loquitur quando loquatur. vnde Salo. Eſt tempus tacendi ⁊ tempus loquendi. vnde Hugo de diſciplina monachorũ. Eſt enim tempus quãdo nihil eſt dicendum: et eſt tempus aliquid dicendum. Nullum vero tempus eſt quando dicenda ſunt omnia. vnde Albertanus de menſura loquendi et tacendi dicit. Magna enim res eſt vocis et ſilentij temperamentum. Sene. Serua itaq; ſilentium donec loqui fuerit tibi neceſſarium. Et non ſolum in dicẽdo alijs tempus expectandum eſt. ſed etiam in reſpõdendo. vnde Salomõ. Qui prius reſpondet q̃ audiat ſtultum ſe eſſe demonſtrat ⁊ confuſione dignum. Unde etiam ſciendum quod qui ori ſuo diſcretionis cuſtodiam non apponit eſt velut ciuitas abſq; muro. Prouer. xxv. Sicut vrbs patens et abſq; murorum ambitu: ita homo qui in loquendo non poteſt cohibere ſpiritum ſuum. In periculo enim eſt ciuitas illa cuius porta ſemper eſt aperta tẽpore guerre: ⁊ in terra inimicorum ſita. Tales ſunt illi apud quos nullum eſt ſilentium: qui ⁊ nullum ſecretum celare et abſcondere poſſunt quicquid audierint vel viderint in publicum referunt. Item eſt ſicut nauis ſine gubernaculo, que vadit non quo vult: ſed quo ventus ducit. Item eſt ſicut domus ſine oſtio vbi vnuſquiſq; intrare ⁊ exire poteſt: ⁊ vbi intrant canes et porci. Unde ſicut ad portam domus vel caſtri maior cuſtodia ponẽda eſt: quia qui habet portam de facili habebit caſtrum. ſic quilibet debet ponere cuſtodiam ori ſuo ⁊ dicere cum p̃s. Pone domine cuſtodiam ori meo. Quarto debet attendere qui loquitur quomodo loquatur ſcilicet prudẽter et honeſte: vt dicere poſſit cum p̃s. Os meum loquetur ſapientiam. Nam dicenda ſunt verba ſimplicia: leta, et honeſta: ſine cachinnis ⁊ clamore. Item verba dulcia ⁊ rationabilia ſunt proferenda. Eccli. vj. Dulce verbuʒ multiplicat amicos: ⁊ mitigat inimicos. Nam facundia dulcis excitat ⁊ nutrit amorem proximi. O Quantum ad ſecundam partem huius ſermonis dicendum quod cum quis iſta quatuor iam predicta habet in verbis: tunc debet ſequi dominum noſtrum ieſum xp̃m proferendo verba ſua: ſicut ipſe chriſtus verba ſua protulit. Gre. Omnis xp̃i actio noſtra eſt inſtructio. Sic etiam intelligitur de verbis chriſti, ſicut de actionibus eius. vnde Augu. in lib. de vera religione. Tota vita chriſti in terris que per hominem geſſit diſciplina morũ fuit. Ergo quilibet chriſtianus dʒ ſequi ipſum in verbis ⁊ in moribus. Aug. in lib. de vita chriſtiana. Chriſtiani nomen ille fruſtra ſortitur, qui chriſtum minime imitatur. vnde etiam Cyprianus de. xij. abuſionib⁹. Chriſtianus nemo recte dicitur niſi qui chriſto moribus coequat. Sed diceres. Quid

tenuit chriſtus in verbis in quo eum imi-
tari debeo? Reſpondetur quod chriſtus
tria tenuit in ſuis verbis in quibus eum
quilibet chriſtianus imitari debet: quia
ipſe eſt magiſter noſter qui nos docet ver-
bis ⁊ exemplis. Primo enim chriſtus tenuit
veritatem in verbis: in ſignum huius ipſe
dixit: vt habetur. Iohã. xiiij. Ego ſum via
veritas ⁊ vita. In quo ipſe imitandus eſt
vnde Albertrandus de menſura loquen-
di. Super omnia veritas colenda que ſo-
la deo homines proximos facit. Nam ve-
rax in verbis diligitur a deo ⁊ hominibus.
Pſal. l. Ecce enim veritatem dilexiſti. Et
econuerſo mendax oditur a deo, ⁊ homi-
minibus. Quod enim ab hominibus odi-
tur oſtendit Salomon dicens. Potius dili
gendus eſt fur ꝙ aſſiduus in mendacio.
Quod etiam oditur a deo qui mentitur
fraudulenter ⁊ deceptorie oſtendit Pſal.
dicens. perdes omnes qui loquuntur mē-
dacium ſcilicet in nocumentum proximi.
Nec immerito oditur a deo: quia menda
cium eſt peccatum diabolicū. Iohan. viij.
Ipſe mendax eſt ⁊ pater eius: ſcilicet men
dacij. Quia ipſe primū mendaciū adinue
nit quando primos parentes: noſtros de-
cepit dicens. Nequaꝙ moriemini ⁊c. Un-
de mendax habet linguam diabolicā in
ore ſuo. Prouerbi. xij. Abominatio eſt deo
labia mendacia. Item homo mendax ſi-
milis eſt falſe monete: ergo quantum pre-
ualet florenus bonus floreno falſo: tantū
preualet homo verus homini falſo ⁊ men
daci. De mendacio quando ſit mortale vel
veniale: quere ſupra ſer. cxxxiij. ¶ Se-
cundo chriſtus habuit vtilitatem in ſuis
verbis: quia nunꝙ aliquod verbū inutile
protulit. In quo etiam eum quilibet chri-
ſtianus imitari debet. Non enim ſufficit
veritatem habere in verbis: niſi etiam ibi
ſit vtilitas. vnde Bern. in lib. de formula
honeſte vite. Sermo tuus non ſit inanis:
ſed aut conſoletur aut doceat: aut preci-
piat: aut moneat. Deus enim vult vt vtili
ter exprimamus verba noſtra. In ſignum
huius anteꝙ verbum producitur in lucē
ſex habet pertranſire. Primo enim incipit
in pulmone. Secūdo peruenit ad cor. Ter
tio pertranſit guttur. Quarto linguam.
Quinto dentes. Sexto labia: ⁊ ſic tunc e-
mittitur. Ex his patet ꝙ quilibet debet
ſe moderare a verbis inutilibus ⁊ iocoſis:
⁊ exemplo chriſti verba vtilia proferre. ¶
Circa quod queritur an homo in verbis
iocoſis poſſit peccare mortaliter. Reſpon
deo ꝙ ſic: hoc quatuor modis. Primo cū
quis profert in loco verba mala ⁊ ſcanda
la que ſunt contra honorē dei ⁊ ſcandalū
proximi. Sicut iſti qui proferunt verba io
coſa cum intentione prouocādi audientes
ad iram: vt illi faciunt qui homines ſenes
⁊ paſſionatos prouocant ad iracundiam
⁊ ad blaſphemiam. Et tales ſic prouocan
tes proximos rei erunt omnium peccato-
rum que committunt prouocati vel in ver
bis vel in factis. Quia regula eſt iuris. q
dat occaſionem damni damnum feciſſe vi
detur. Et chriſtus dicit in euangelio vt
habetur Matthei. v. Omnis qui iraſcitur
fratri ſuo reus erit iudicio. Quibus tunc
ille reus erit qui proximū ſcienter ad ira-
cundiam prouocat. Secundo cum quis lo-
quitur verba iocoſa cauſa alliciēdi ad ma
lum actum. verbigratia. Si quis loquitur
verbum iocoſum ea intentione vt aliquā
perſonam ad actum illicitum alliciat tunc
tale verbum iocoſum erit ſibi peccatum
mortale propter malam intentionem. Un
de deus iudicat verba ſecundū intētionē
proferentis. vigeſimaquinta queſtione
quinta. humane. Tertio propter delectatio
nem: quia poſſet quis habere tantam de-
lectationē in verbis iocoſis ꝙ in hoc deū
grauiter offenderet. Auguſtinus. Nullū
peccatum eſt adeo veniale: quod non fiat
mortale ſi placet. Et quāto quis maiorem
delectationē habet in aliquo peccato: tā
to maiorem penā ſuſtinebit pro illo. Apo
calipſis. xviij. Quantum in delitijs fuit:
tantum date illi tormentum. Ergo quan-
do aliquo peccato quod veniale eſſet quis
habuiſſet exceſſiuam delectationem tunc
omnino confiteri deberet propter ſecu-
ritatem. vnde reprehenſibile eſt habere ni
miam complacentiam in riſibus: iocoſis ⁊
verbis iocoſis: niſi talia fierent cauſa re-
creationis ⁊ moderate Ariſtote. vij. ethi.



homo ſemper indiget quadam delecta-
tione quaſi quadam recreatione propter
multos labores qui ſibi occurrunt. Quar
to cum quis iocando iocoſe ſcienter men-
titur: quia tales ſecundum ſanctum tho-
mam. ij. ij. queſtione. cxviij. Non excuſatur
a mortali peccato qui iocoſe peierat: quia
non euitat diuinam irreuerentiam: immo
quantum ad aliquid magis auget. Ex iam di
ctis patet ꝙ debemus exemplo chriſti ſer
uare veritatem ⁊ vtilitatem in verbis no-
ſtris. ℞ Tertio chriſtus habuit mode-
rantiā in verbis ſuis: ſic ⁊ nos. Quia duo
iam predicta non ſufficerent ſcilicet veri-
tas ⁊ vtilitas: niſi etiam ibi eſſet moderā-
tia. Eccleſiaſtici. xxj. Verba ſapientis ſtate
ra ponderabuntur. Unde ſicut diues nu-
merat denarios ſuos anteꝙ eos expen-
dit ⁊ a ſe alijs tribuit: ſic ⁊ nos ponderare
debemus verba anteꝙ proferamus. Un-
de premeditate loqui bene conuenit ſapiē
ti. Eccleſiaſtici. xxxij. Adoleſcens loquere
vix in cauſa tua cū neceſſe fuerit, ⁊ cum bis
interrogatus fueris habeat caput reſpon-
ſum tuum. Nam qui multis vtitur verbis
nunꝙ peruenit ad verā perfectionē. Ia. j.
Qui ſe putat religioſum eſſe ⁊ non refre-
nat linguam ſuam: huius vana eſt religio.
vnde Gregorius in mo. Multiloquio quiſ
quis ſeruiens rectitudinem iuſtitie tenere nō
poteſt. Iuxta illud Pſal. Uir linguoſus
non dirigetur in terra. Ex his iam dictis
patet ꝙ quilibet chriſtianus exemplo chri
ſti debet illa tria in verbis ſuis habere ſci-
licet veritatem: vtilitatem, ⁊ moderantiā.
§ Sed quantum ad tertiam partem huius
ſermonis ſciendum ꝙ ſe[illegible] debent nos
inducere ad ſilentium: vt libenter tacea-
mus ⁊ pauca verba loquamur. Primum
eſt ꝙ moderantia in verbis eſt principa-
lis. Unde Cato. virtutem primam puto
compeſcere linguam. Proximus ille deo
qui ſcit ratione tacere. Sic ⁊ econuerſo ma-
ximum dedecus eſt non compeſcere ⁊ mo-
derare linguam. Secundum eſt ꝙ natura
propria nos inducit ad moderantiam ver-
borum. ex eo ꝙ quilibet homo naturaliter
habet vnum os ad loquendum ⁊ duas au
res ad audiendum in ſignum ꝙ debet eſſe
moderatus in verbis. vnde Iacobi primi.
Sit omnis homo velox ad audiendum:
tardus autem ad loquendum. Sed econ-
tra facit ille qui cum vno ore tot verba
profert, ꝙ alij habentes duas aures ha-
bent tedium audire. Et ſi ille haberet duo
ora tunc tot verba proferret ꝙ alij vix vel
nullo modo ſuſtinere poſſent. Ergo mul-
tiloquio ſeruiens facit contra propriam
naturam que inducit eum ad taciturnita-
tem: ⁊ ad verborum moderantiam. Ter- 3.
tium eſt ꝙ qui paucis vtitur verbis cuſto-
dit animam ſuam. Prouerbio. xxj. Qui cu
ſtodit os ſuum ⁊ linguam ſuam cuſtodit
ab anguſtijs animam ſuam. Et econuer-
ſo qui multis vtitur verbis ledit ani-
mam ſuam. vnde Ambroſius. libro. de offi
cio. Quam plures vidi loquendo incidiſſe
in peccatum vix autem quemꝙ tacendo.
vnde. Nam tacuiſſe nulli nocet: nocet eſſe
locutum. vnde etiam Ambroſius ſuper
Pſal. Beati immaculati ⁊c. Ualde difficile
eſt ꝙ qui multa loquitur, non mentiatur.
Quartum quia loquacitas eſt ſignū ſtul 4.
titie. Salomon. Multas curas ſequuntur
ſomnia: ⁊ in multis ſermonibus inuenitur ſtul
tia. Sic ecōuerſo taciturnitas eſt ſignū ſa
piētie. Seneca. Taciturnitas homini ſtul-
to pro ſapiētia reputatur. Ergo quicūꝙ vtitur
multis verbis in illo nō eſt fundamētum
vere ſapiētie in quo vnuſquiſꝙ alterū pōt
cognoſcere an ſit verus ſapiēs an nō. Ec-
cle. x. Stultus multiplicat verba. Sed vbi
eſt diſcordia ibi eſt diabolus. Sextū qd dꝫ 5.
nos inducere ad ſilentiū ⁊ ad moderātiā
verborū eſt exēplū xpi q ante pilatū ⁊ he-
rodē tacuit. vñ Eſaie. liij. Sicut ouis ad oc
ciſionē ducetur: ⁊ quaſi agnus corā tondēte ſe
obmuteſcet ⁊ nō aperiet os ſuū. In hoc dat no
bis xps exēplū taciturnitatis ⁊ ſilētij. Se- 6.
ptimū eſt ꝙ de omni verbo otioſo reddi-
turi ſumus xpo rationē in die iudicij put
habetur Matthei. xij. vbi chriſtus dixit ꝙ
de omni verbo otioſo quod locuti fuerint
homines reddent rationem. ¶ Sed di-
ceres quod eſt verbum otioſum? hoc oſtē
dit beatus Gregorius in libro moralium
dicēs. Uerbum otioſum eſt quod ſine vti
litate audiētis vel loquentis profertur.

Tacete ad Deorum exemplum.

Grego. Si ratio de otioſo ſermone exigitur penſandū valdé eſt que pena multiloquium ſequat̄ in quo etiā per ſupbie ꝟba peccatur. Exemplū ꝙ libēter loqui debemus de licitis bonis: quere ante ſermone xcviij.

## ¶ Sermo .cxl. De operibus.

Operari me oportet opera eius q̄ miſit me donec dies eſt: venit nox in qua nemo poteſt operari. Joan. ix. Sciēdum ꝙ in verbis premiſſis chriſtus nos admonet ad faciendum bona opera. Pro quo ſciendū ꝙ homines quatuor modis damnātur cum bonis operibus: et quibꝰ modis nos intelligere debemus qualiter opera noſtra bona facere debeamus. vt p ea ſaluemur. Et ad hanc operationē xp̄s nos admonet in verbis premiſſis dicēs. Operari me oportet ⁊c. A Unde ſciendū ꝙ opera noſtra bona quatuor modis maculantur vt non poſſint eſſe deo grata ⁊ accepta et nobis meritoria ad vitā eternam: ſed cum ipſis dānamur ſi ſic morimur. Primo dico ꝙ cū noſtris bonis operibꝰ damnamur cū ea remittimus idest facimꝰ ea cū tedio nauſea ⁊ negligentia: ex quadā conſuetudine ⁊ non ex charitate. vnde. Prouerb. x. Egeſtatem opera eſtimemꝰ remiſſa. Idē prouerb. xviij. Qui mollis ⁊ diſſolutus eſt in opere ſuo frater eſt ſua opera diſſipantis. Nam materia mollis diſſoluitur: ſic opus mollium ⁊ tepidorū cito deficit ⁊ parum proficit. Eſaie. j. Et erit opus veſtrum ſicut ſcintilla cito deficiens. Nam ſicut ignis male accenſus cito deficit et extinguitur. ſic ⁊ opus factum cū tedio ⁊ negligentia et nauſea diſſoluitur. Quod autem tepiditas ⁊ negligētia in bonis operibus diſplicet deo: hoc probatur Apoca. iij. vbi chriſtus dicit. Scio opera tua q̄r neq̄ frigidꝰ es neq̄ calidus vtinam frigidus eſſes aut calidus: ſed quia tepidus es ⁊ nec frigidus neq̄ calidus incipiam te euomere de ore meo. Gloſ. euomere idest de conſortio beatorum ſegregare. Calidus eſt qui feruens eſt in bonis operibus. Frigidus qui ſimpliciter deſiſtit a bonis operibus. Tepidus qui medio modo ſe habet. Gloſ. interli. Maior ſpes eſt de frigidis q̄ꝫ de tepidis. Ratio eſt: quia tepidi quandam ſecuritatem recipiunt eo quod aliquid boni agūt: ⁊ ideo ſe nō corrigūt. Sꝫ frigidi ſe eſſe peccatores cognoſcunt ⁊ ꝙ non agunt bona ideo citius cōuertuntur. Tepidus euomitur quando in deteriora precipitatur ex impediens moritur: ⁊ a cōſortio ſanctorū ſeparatur. B Circa hoc queritur vtrum tedium boni ſit mortale peccatū. Pro quo ſciendū ꝙ ſecundum hermanū de ſchilditz. Tedium boni poteſt conſiderari tripliciter. Uno modo prout eſt motus naturalis ex laſſitudine corporis poſt exercitium ſpirituale proueniens ⁊ ſic nō eſt peccatū. Secundo modo ſecundum ꝙ eſt modus appetitus ſenſitiui contriſtari de opere ſpirituali laborioſo et ſic poteſt eſſe peccatum veniale: q̄uis etiam ille appetitus ſit deliberatiuus: quia conſenſus in veniali nō eſt niſi veniale: verbigratia. Si canto vel oro aliqualiter cum tedio tamen propterea dimittere nolo. ⁊ ſic ſolum eſt veniale. Tertio modo cū hoc tedium redundat in omiſſionem illorum que ſunt neceſſaria ſaluti: ad que neceſſario homo tenetur ⁊ ſic eſt mortale. verbigratia. ſicut non audire miſſam in die dominica vel penitentiam iniunctam nō complere. Cum autem tedium redundat in contemptum rationis vel voluntatis bonum diuinum non amātis vel cum faſtidio recogitantis: ſic eſt peccatum mortale. Tamen ex eo ꝙ ratio ⁊ voluntas cum triſtitia feruntur in bonum de quo gaudendū eſſet: quod directe contrariatur charitati. Tūc etiā q̄r tale tediū redūdat in omiſſionem eorum que neceſſaria ſunt ſaluti ſcilicet diligere verum bonum ⁊ declinare a malo. Si autem tedium illud ex omiſſione boni et difficultate aggrediendi bonum ducit in deſperationem: tūc iam accedit ad peccatum ſpiritusſancti. Et ſi tedium ita creſcit ꝙ etiam ducit in tediū



vite intantū ꝙ iniiciat ſibi manus tunc iam ſimilis erit iude qui laqueo ſe ſuſpendit. Ergo magna mala oriri poſſunt ex tedio ⁊ accidia niſi eis reſiſtatur. vnde etiam de negligentibus dicit dominus per Heremiam prophetam. Maledictus qui facit opus dei negligenter. ¶ Ut autem opus noſtrum ſit deo acceptum debet fieri cū diligentia ⁊ cum hilaritate ⁊ cum bona voluntate. Primum cum diligentia. ij. Paralipo. xix. Cum diligentia omnia facite. Unde diligentia in oculis dei plus placet q̄ꝫ opus. Sed quid eſt diligentia in operibus bonis? Reſpondetur ꝙ non eſt aliud niſi intenta deuotio. Et hoc facimus cum mentem noſtram infigimus in illud quod agimus omnem euagationem mentis ſecundum poſſe reſtringentes. Et hec diligentia multum placet deo: ſicut eius oppoſitum multum diſplicet. Unde ꝙ anima eſt in corpore hoc eſt deuotio in bono opere: ſed corpus ſine anima nihil eſt. vnde Ariſto. j. de anima. Egrediente anima de corpore corpus marceſcit ⁊ expirat. Sic bonum opus ſine diligentia coram deo nihil eſt. Secundo cum hilaritate. ij. Corin. ix. Hilarem datorem diligit deus. Hieronymus. Mallem pſalmum vnum cum deuotione ⁊ hilaritate mentis decantare: q̄ꝫ totum pſalterium cum faſtidio et accidia. Tertio cum bona voluntate: ſic ꝙ libenter plus vellet facere et ſic deus plus inſpicit cor q̄ꝫ opus. Grego. Cor ⁊ non ſubſtantiam penſat deus nec conſiderat quātum in eius ſacrificio: ſed ex quanto offeratur. Unde quando quis libenter vellet plus dare vel facere et non poteſt tunc ſufficit deo voluntas etiam quantumcunq̄ ſit opus paruum vel donum. Gregorius. Regnum dei tantum valet quantum habes. Ualuit namq̄ petro ⁊ andree regnū celorum rethe. zacheo mediam partem ſubſtantie ſue valuit. vidue duo minuta: valet etiam calicem aque frigide. Innocen. Etiam valet bonam voluntatem. vnde Auguſtinus. Coronat deus voluntatem vbi non inuenit facultatem. Unde etiam Bern. Bona voluntas in animo eſt origo omnium bonorum ⁊ mater omniū virtutum: quam qui habet ſecum: habet quicquid ei ad bene viuendum opus eſt. Secundo damnamur cum bonis operibus ſi ea vendimus: ⁊ hoc fit cum pro lucro temporali: vel pro honore conſequendo ea facimus coram hominibus. Sicut ille phariſeus qui bonum opus fecit quādo in hebdomada duos dies ieiunauit et decimas de bonis ſuis dedit: qui tamen damnatus eſt: quia laudem humanā queſiuit: ⁊ ſe de bonis operibus inaniter iactauit dicens. Deus gratias ago tibi: quia non ſum ſicut ⁊c. vt habetur Luce. xviij. Quod nobis chriſtianis dominus prohibet Matthei ſexto dicens. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrū qui in celis eſt. D Unde queritur vtrum ſit peccatum mortale cum quis laudem humanam in bonis operibus querit. Reſpondetur quod ſic. quando honor vel lucrum quod queritur preponitur deo ⁊ proprie ſaluti. Nā in oībus operibꝰ bonis principaliter debemus querere honorem dei. Apocalipſis primo. Ego ſum alpha ⁊ o: idest principium ⁊ finis. Et deinde ſalutē anime noſtre. Unde Gregorius. Quiſquis ideo ſeminat vt hic vel laudis vel muneris mercedem recipiat eternam: procul dubio mercede ſe priuat. Maximus in ſermone. Non poſſumus ſimul pro vno ⁊ eodem opere fauorem mundi expetere ⁊ premium celeſtis glorie inde acquirere. Unde ſciendum ꝙ opera noſtra vt ſint deo accepta et nobis meritoria debent fieri in recta ſinceritatis intentione. Et autem recta ⁊ ſincera intentio vt ſingula noſtra bona opera non ad placendum hominibus ſed ad placendum deo fideliter faciamus. Et quia deus nobiliſſimus eſt finis ideo quando operi noſtro talis finis per intentionem rectam imponitur erit nobile ſupramodum. Ambroſius. Intentio operi tuo nomen imponit. Gregorius in mora. Omne bonum quod agimus per intentionem ſemper ad celeſtia leuemus vt videlicet queramus honorem dei et ſalutem propriam. Hierony. Quicquid agis

pro eterna mercede age:ꝛ nihil ſtudeas
propter laudem humanam vel opinionez
humanam ſed propter vitam eternam. ¶
Sed diceres an liceat deo ſeruire propter
regnum celorum ꝛ peccata vitare propter
penam inferni. Reſpondetur quod non li-
cet. Nam qui ſolum propter regnum celo
rum bona operatur nunquam illuc perue
niet. Et qui ſolum propter penam inferni
non peccat vel peccare dimittit illuc poſt
hanc vitam perueniet:ꝛ ratio eſt:q꞉ quic-
quid non fit ex charitate vite in bona fa-
ciendo:ſiue in mala omittendo:non eſt
deo acceptũ:nec hoĩ meritoriuz. Vñ Apo
ſtolus. j. Corin. xiij. Si diſtribuero omnes
facultates meas in cibos pauperum:cha-
ritatem autem non habuero: nihil mihi
prodeſt. Et ſi tradidero corpus meum:ita
vt ardeam:charitatem autem non habue
ro nihil mihi ꝓdeſt. Vñ de hoc Ber. dicit.
Charitas eſt bonum cum quo nec opus
minimuz deſpicitur ſine qua nec maximũ
acceptatur. Unde homo debet deo ſerui-
re ꝛ bona opera ſua facere principaliter ex
charitate qua diligere tenetur deum:ſimi
liter ꝛ mala dimittere principaliter ꝓpter
deum ꝛ habere ſpem ꝛ deus dabit ſibi re-
gnum celorum ſi ei ex charitate ſeruierit:
ꝛ inſuper liberabit euz a penis inferni vbi
peccatores eternaliter cum demonibus
punientur. Unde principale motiuum de-
bet eſſe charitas. Unde Apoſtolus. Om-
nia opera veſtra in charitate fiant. Et hoc
ſignuz quod opus in charitate fiat quan
do quis principaliter in operibus ſuis q̄-
rit honorem dei ꝛ ſalutem propriam. ¶
Tertio damnamur cum operibus ſi ea in
peccatis mortalibus facimus:ſcilicet in ſu
perbia:luxuria:inuidia ꝛ ſic de alijs. Leui.
xxij. Si maculam habuerit non erit acce-
ptum deo. Eſaie. j. Non accipio a vobis ſa
crificiũ:quia manus veſtre plene ſunt ſan-
guine. Naz ſicut mors corporis priuat ho
minem vſu membrorum:ſcilicet quod non
poteſt ambulare:nec ſtare:nec audire:nec
videre ꝛc. ſic ꝛ peccatuz mortale priuat ho
minem vſu membroruz quo ad opera me
ritoria:ſic quod nihil meretur cum omni-
bus operibus ſuis:quod ſit meritoriuz vi-
te eterne:ſicut animal brutum. Unde ps.
Homo cum in honore eſſet non intel. cõ.
eſt iu. inſipientibus ꝛ ſimilis factus eſt il-
lis. ergo ſicut iumentum quod continue la
borat ꝛ nihil meretur niſi pabulum ſuum
temporale:ſic ꝛ homo exiſtens in peccato
mortali ſolum meretur temporalez remu
nerationem cum ſuis bonis operibus. ¶
Sed queritur quis ſit in peccato mortali:
Reſponde. quod ille qui fecit peccatũ mor
tale ꝛ adhuc non eſt vere contritus:vel qui
habet propoſitum adhuc peccandi morta
liter. ¶ Sed quando quis eſt contri-
tus etiam ſi adhuc non eſt confeſſus:ſed
habet propoſitum confitendi ꝛ ſatiſfacien
di:tunc amplius non eſt peccator morta-
lis. Ezech. xxviij. In quacunqz hora pecca
tor ingemue. ꝛc. Unde Caſſio. Dominus
neſcit differre quod quem compuncto cor
de ſibi ſenſerat ſupplicare. Unde quicquid
talis contritus boni operis fecerit deo ac
ceptum eſt ꝛ ei meritorium ad vitam eter
nam. vnde ſi volumus quod opera noſtra
ſint nobis meritoria ꝛ accepta deo debe-
mus ea facere in vera cõtritione ꝛ gratia.
Nam opera bona erunt ex operantis bo-
nitate. Luc. vj. Bonus homo de bono the-
ſauro cordis ſui profert bonum. Idem ar-
bor bona profert fructus bonos. Aug. Ni-
hil eſt bonum niſi ex te bono. Gre. In quã
tũ em̃ boni ſumus corã deo intantuz bona
erunt opera noſtra apud eũ:ſed que bona
proueniant ex bonis operibus que in pec-
cato mortali fiunt quere ante ſerm̃. xcij. L.
vbi dicit ꝙ ſeptem bona opera inde proue
niunt. ¶ Quarto damnamur cuz bonis
operibus ſi ea ante finem noſtre vite di-
mittimus. j. Paral. xxviij. Firmabo regnũ
tuũ ſi perſeueraueris facere ꝓcepta mea.
Ezech. xviij. Si auerterit ſe iuſtus a iuſti-
tia ſua ꝛ fecerit iniquitatem nunquid vi-
uet? Omnes iuſtitie eius quas fecerat nõ
recordabuntur. Ex quib⁹ verbis habetꝙ
ſi quis facit bona opera ꝛ nõ perſeuerauẽ
rit in illis cum eiſdem bonis operibus dã
nabitur. vñ Gre. li. j. mora. Incaſſum bonũ
agitur ſi añ vite terminũ deſeraẽ. vñ ope-
rari debemus perſeueranter bona opera
ſi volumus habere premium. Ber. Tolle



perſeuerantiã nec obſequiũ mercedẽ hz.
Iſid. de ſum. bo. Tunc deo placet noſtra
conuerſatio quando bonũ quod inchoam⁹
perſeueranti fine complemus:imo perſe-
uerãtia facit ardua leuia. vñ verſus. Om-
nibus in rebus grauis eſt inceptio prima.
Quod autem perſeuerantia ꝛ aſſuetudo
faciant ardua leuia:patet per Ariſto. qui
dicit. Multa que naturaliter non ſunt de
lectabilia cum aſſuefacta fuerint delecta-
bilia erunt. Unde etiam Boetius in de cõ-
ſola. philoſophie. Duritia cuiuſlibet ope-
ris aſſiduitate permollitur. Unde patet
quod debemus deo ſeruire in arduis ꝛ ꝑ-
ſeuerare in eiſdem:vt ex his cognoſcatur
ſerioſa intentio noſtra ad deum. Nã om-
nes ſancti qui deo placere voluerunt exer
citia ardua elegerunt: quia ſciuerunt chri
ſtum ſic preceſſiſſe. Unde Berñ. ſuper. cañ.
Chriſtus qui non fallitur elegit quod carni
moleſtius eſt. quid ergo vtilius:iſtud etiã
magis eligendum eſt:ꝛ quiſquis aliud do
cet vel ſuadet ab eo tanquã a ſeductore ca-
uendum eſt. vnde xp̄s de ſe dicit in euan-
gelio vt habetur Luce. xxij. Ego diſpono
vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus re-
gnum ꝛc. quaſi dicat. Sicut pater diſpo-
ſuit mihi quod niſi per aſpera in celuz re-
direm vnde exiui:ſic ꝛ ego diſpono vobis
vt ſequamini veſtigia mea. j. Petr. ij. chri-
ſtus paſſus eſt pro nobis:vobis relinquẽs
exemplum vt ſequamini veſtigia ei⁹. Apo
ſtolus Gal. v. Qui xp̄i ſunt carnem ſuam
crucifixerunt cum vitijs ꝛ cõcupiſcentijs.
Actuum. xiiij. Per multas tribulationes
oportet nos intrare regnum dei. Pro quo
ſciendum eſt quod ſi teipſuz non caſtigas
tunc deus omnipotens te caſtigabit ſi es
de numero electorum. ij. Paralip. x. Ego
maius pondus apponam. Nullum enim
electorum hic patitur. Hebreo. xij. Flagel
lat omnem filium quem recipit. Origenes
ſuper Ozee. iiij. Qui diligitur a deo corri-
pitur:qui autem non diligitur in peccatis
ſuis dimittitur. Gregor. in moral. Si exce-
ptus fueris a paſſione flagellorũ eris ex-
ceptus a numero filiorum. Apoca. iij. Ego
quos amo arguo ꝛ caſtigo. Unde ſciendũ
quod perſeuerare debemus non ſolum in
leuibus:ſed etiam in arduis factis:ſcilicet
caſtigando:vigilando:ieiunando ꝛc. Ber
nardus. Bonam vitam puto mala pati:et
bona facere:ꝛ ſic vſqꝫ ad mortem perſeue
rare. Iſidorus de ſummo bono. Salus in-
cipientibus promittitur: premium perſe-
uerantibus datur. Chriſoſto. ſuper Mat.
Non incepiſſe: ſed perfeciſſe virtutis eſt.
Unde chriſtus dicit Mat. x. Qui autez per
ſeuerauerit vſque in finez hic ſaluus erit.
Ex iam dictis patet quomodo homo cum
bonis operibus damnari poteſt:ꝛ quomo
do quis opera ſua facere debeat vt deo
ſint accepta ꝛ ſibi meritoria vite eterne.
Exemplum habemus quod nõ ſufficit bo
nam vitam incipere:niſi quis velit in eo p
ſeuerare. Unde legitur in vitaſpatrum ꝙ
quidam adoleſcens ſecularis habens pa
trem deſiderabat fieri monachus. et duz
multum ſupplicaret patri ſuo vic acquie-
uit. Et ingreſſus monaſterium:ꝛ factus
monachus cepit deo feruenter ſeruire in
ieiunijs ꝛ orationibus. Contigit autẽ poſt
aliquod tempus eundem fratrem ſuppli-
care abbati ſuo dicens. Rogo te abbas vt
dimittas me in eremum. Dixit ei abbas. fi
li noli hoc cogitare. Ignoras enim tenta-
tiones diaboli ꝛ verſutias eius:ꝛ ſi contin-
gerit te tentari:nõ inuenies ibi qui te cõſo
letur. Ille autem cepit amplius eum ro-
gare vt eum dimitteret ire:ꝛ abbas cõſen
ſit. Poſtmodum autem dixit abbati ſuo.
Rogo te abbas vt concedas qui oſtendãt
mihi eremum. Et miſit cum eo duos fra-
tres qui irent cum eo. Ambulantibus au-
tem fratribus cum eo per eremum vna
die ꝛ altera die defecerunt pre eſtu. Et
proijcientes ſe in terram dormierunt. Et
ecce aquila venit percutiens eos alis ſuis
ꝛ euigilantes viderunt aquilam et dixe-
runt fratri illi. Ecce angelus domini:ſur-
ge ꝛ ſequere eum. Surgens ꝛ vale dicens
fratribus ſequebatur eam:et venit vſque
dum ſtaret aquila. Que mox ſurgens vo-
lauit vſque ad vnum ſtadium:ꝛ iterum re
ceſſit:ſimiliter ſequebatur eam frater ille
ꝛ iterum volauit ꝛ ſedit non longe. Et fa-
ctum eſt hoc per tres horas. Poſtmo-
dum autem diuertit ſe cum diligentia

aquila ad dexterā partem:et frater ille ſe-
quebatur eam. Et reſpiciens vidit tres ar
bores palmarū ⁊ fontem aque et ſpeluncā
modicam:⁊ dixit:ecce locus quem prepa-
rauit mihi de⁹. Et ingreſſus cepit in ea ſe-
dere ſumens cibum dactilorū:et de fonte
aquam bibens:⁊ fuit ibidem ſex annis ne
minem vidēs. Et ecce vna dierū venit dia-
bolus ad eum in ſpecie abbatis cuiuſdā ſe
nioris habens vultū terribilē. Videns fra
ter eum timuit ⁊ procedēs in oratione ſur-
rexit:⁊ dixit ei diabolus. Oremus iterum
frater. Et ſurgētes dixit diabolus. Quan-
tum temporis habes hic frater? Et reſpō-
dit habeo annos ſex. Et dixit ei demō. Ec-
ce vicinū meum neſciebā:⁊ non potui co-
gnoſcere niſi ante dies quatuor ꝙ hic ha-
bitares:⁊ cogitaui mecum dicēs. Vadam
ad hominē dei iſtum:⁊ conferā cum eo ſu
per illo qđ poteſt eſſe ſaluti anime noſtre:
⁊ hoc dico frater ꝙ nihil proficimus in cel-
lis noſtris ſedētes:quia corpus ⁊ ſangui-
nem chriſti nō percipimus:⁊ timeo ne effi-
ciamur externi ab eo:ſi nos ab hoc myſte
rio elongauerimus. Sed dico tibi frater:
ecce per tria miliaria ſunt monaſteria ha
bentia preſbyteros:eamus illuc omni do
minica:aut poſt duas hebdomadas ⁊ ac-
cipiamus corpus chriſti ⁊ ſanguinē eius:⁊
reuertamur ad cellas noſtras. Placuit au
tem fratri illi ſuaſio diabolica:⁊ veniente
dominica dic:ecce diabolus venit et dixit
ei. Veni eamus quia hora eſt:et exeuntes
perrexerunt ad predictum monaſteriū in
quo erant preſbyteri. Et ingreſſi eccleſiam
miſerunt ſe in oratione:⁊ exurgens ab ora
tione frater ille reſpiciens non inuenit il-
lum qui euꝫ duxerat ibi ⁊ dixit:vbi putas
perrexit? an ad cōmunem neceſſitatē per-
rexit ⁊ cum expectaret diu ⁊ non veniret:
exijt foras ⁊ requirebat eum. Et cum nō
inueniſſet:dixit ad fratres loci illi⁹ inter-
rogās eos. Vbi eſt abbas ille ſenex q̄ me-
cum eccleſiam ingreſſus eſt? Et dicunt ei.
Neminem vidimus niſi te tantum et ſtu-
pefactus ignorabat quidnam deueniſſet.
Tunc conſiderauit frater ꝙ demon fuiſ-
ſet. Et dixit. Videte cum qua aſtutia dia-
bolus eiecit me cella mea. Sed tamē non

multum inde auctior quia ad bonū opus
veni. Percipiam igitur corpus ⁊ ſanguinē
chriſti: et hoc facto reuertar ad cellam
meam. Et celebratis miſſis in monaſte-
rio volente reuerti fratre illo ad ſuam cel
lam retinuit eum abbas illius monaſte-
rij dicens. Niſi refeceris nobiſcum:non te
dimittemus reuerti. Et cum recepiſſet ci-
bum cum eis reuerſus eſt in cellam ſuam.
Et iterum poſt aliquos dies venit diabo-
lus in ſimilitudine cuiuſdam iuuenis ſe-
cularis:⁊ incepit eum inſpicere a ſummo
capitis vſqꝫ ad pedes dicens. Eſt iſte aut
non? Et cepit eum conſiderare:et dixit ei
frater. Quid ſic me reſpicis? Et ille ait.
Puto quod me non cognoſcas. Nam poſt
tantum tempus quomodo poſſes me co-
gnoſcere. Ego ſum vicinus patris tui ⁊ fi-
lius illius. Nōne pater tuus ſic eſt dictus
et mater tua tale nomen habuit:et ſoror
tua ſic eſt dicta:et tu ſic vocaris:⁊ manci-
pia illa ⁊ illa:⁊ ſic ſunt dicta. Mater vero
tua et ſoror tua ante tres annos mortue
ſunt. Pater vero tuus modo defunct⁹ eſt
et conſtituit te heredem dicens. Cui ha-
beo dimittere ſubſtantiam meam niſi fi-
lio meo viro ſancto qui reliquit ſeculum:
et abijt poſt deum? Ipſi ergo dimittam
omnia bona mea. Modo vadant aliqui
qui eum requirant:vt veniens diſtribuat
omnem ſubſtātiam meam:⁊ ergo eroget
eam pauperibus pro anima mea ⁊ ſua. Et
perrexerunt multi querentes te:⁊ minime
inuenerunt. Ego vero veniens a caſu pro
quadam cauſa huc cognoui te. Vnde non
facias moram:ſed veni et vende omnia:
et fac ſecundum voluntatem patris tui.
Reſpondit frater ille dicens. Non ha-
beo neceſſe reuerti ad ſeculum. Tunc di-
xit ei diabolus. Si non veneris et deper-
erit ſubſtantia illa:tu exinde reddes ratio-
nem. Quid enim mali dico tibi ꝙ venias:
⁊ eroges eam pauperibus et egenis ſicut
bonus diſpenſator:vt non a meretricibus
⁊ male viuentibus conſumatur quod pau
peribus dimiſſum eſt. Aut quid oneroſum
eſt tibi vt venias ⁊ facias eleemoſynas ſe
cundum voluntatem patris tui pro anima
tua ⁊ ſua. Et hoc facto reuertaris ad cellā
tuam.



tuam qui multa ſuadens fratrem illū de-
poſuit in ſeculum:⁊ veniens cū eo vſqꝫ ad
ciuitatem tunc reliquit eū. Voluit autem
ille ingredi domum patris ſui tanq̄ iam
defuncti:⁊ ecce pr̄ ei⁹ viu⁹ egrediebat:et
videns eum nō cognouit. Et ait ad eum.
Quis es tu? Ille vero turbatus nihil po-
tuit loqui:⁊ cepit eū iterato pater interro
gare quis eſſet. Tunc cōfuſus rn̄dit. Ego
ſum filius tuus. Ait. Et ad quid reuerſus
es? Erubeſcebat autem ei dicere qđ verū
fuit:ſed dixit charitas tua fecit me reuer-
ti:quia deſiderabam te videre:⁊ manſit ibi.
poſt aliquod vero tempus incurrit forni-
cationeꝫ:⁊ multis ſupplicijs afflictus a pa
tre ſuo:infelix ille non egit penitentiam:
ſed manſit in ſeculo ⁊ omnia bona opera
ſua prius facta perdidit:⁊ ſic dānatus eſt.

¶ Sermo.cxlj. de ſeptē peccatis mor-
talibus.

PEccatū cū cōſummatū
fuerit generat mortem.
Iaco.j. hoc intelligit de
quolibet peccato morta
li. Quare in preſenti ſer-
mone breuiter eſt aliq̄d
dicendum de ſeptē pec
catis mortalibus. Primo
de ſuperbia que eſt origo omnis peccati.
I. pro quo ſciendum ꝙ duplex eſt ſuper-
bia.ſ. exterior ⁊ interior. Interior eſt cum
homo in ſua eſtimatione prefert ſe alijs ⁊
appetit laudari:⁊ dolet ꝙ alij laudātur.
Et talis preſumit iudicare proximuꝫ eſſe
malum ⁊ ſeipſum eſſe bonum:quod eſt cō
tra dictum xp̄i qui dicit Matt.vij. Nolite
iudicare ⁊ non iudicabimini. Sed verus ⁊
bonus xp̄ianus debet alios meliores ſe re
putare ⁊ ſe in humilitate alijs ſubijcere:⁊
ſua peccata maiora aliorꝫ peccatis eſti-
mare. Ber. Noli te cōparare maiorib⁹:no-
li efferri minoribus:nulli te preponas:ſed
nec cōparare preſumas. ideo quilibet de-
bet in humilitate ſeipſum contemptibileꝫ
reputare propter incertitudinē quaꝫ ha-
bet de ſua bonitate. Eccl.ix. Neſcit homo

an amore dignus ſit:an odio. Exterior ſu-
perbia exercetur in capite ⁊ in toto corpo
re:ſcꝫ in peplis:in longis crinibus:in ca-
putijs:in pallijs in ſciſſuris multis:in cin-
gulis:in calceis:⁊ ſic de alijs. Sed queritur
qn̄ talis ſuperbia exterior i corpore ſic pec
catum mortale? R. Rn̄detur. Sex modis
per ornatum corporis quis peccat morta-
liter. Primo per intentionem ſcꝫ qn̄ quis
ſe ornat ea intentione vt velit ab alijs con
cupiſci:quia ſecundum Augu. Non ſolum
appetere ſed etiam appeti velle crimino-
ſum eſt. Chry. in lib. de compunctione. Si
mulier ſe decorauerit ⁊ ad ſe viſus homi-
num prouocauerit:extremam vindictam
ſuſtinebit. Ergo mulieres ⁊ virgines que
ſe ornant, vel facies ſuas colorāt vt ab alijs
concupiſcantur peccant mortaliter, quam-
uis etiam nō habeāt voluntatē cōſentiē-
di illis q̄ eas cōcupiſcunt. Secūdo peccāt
mulieres, vel etiā viri in ornatu corporis:
cum ſe ornant ex ſuperbia.ſ. extollendo ſe
ſuper alios homines ⁊ contēnendo alios
qui nō habent talem ornatū:⁊ talis orna
tus cōmuniter ex ſuperbia procedit. vnde
Innoc. de vilitate humane conditionis.
Superbus autem vt magnificus videatur
ſatagit veſtiri duplicibus:indui mollibus
p̄tioſis ornari. hoc patet quia heu multi
homines ex ſuperbia ſeſe ornant, vt alios
in pulchritudine excedāt:vel ſaltem vt nō
excedātur ab alijs, vel ex amore vane lau-
dis ⁊ vane glorie vt dicatur de eis qđ ipſi
ſint pulchri ⁊ honorabiles. Luc.xiiij. Om-
nis qui ſe exaltat humiliabitur. Tertio
peccant hoīes in ornatu corporis.ſ. facies
ſuas colorando:cum hoc faciunt in contē-
ptum creatoris ſui. Vnde Ambroſius. De
les picturam dei ſi vultum tuum natura
li candore obnubilas ⁊ exquiſito rubore
perfundis. Tales ſimiles ſunt lucifero: qui
volunt eſſe pulchriores quam deus omni
potens eos creauit:ſicut illi qui habent
facies pallidas, ⁊ volūt ſibi facere rubeas
vel albas ⁊ illi qui habent crines nigros ⁊
volunt habere glaucos, ⁊ qui habent cri-
nes planos, ⁊ volūt habere criſpos. Quar-
to homines peccant in ornatu corporis ꝙ
contingit propter nimiam complacentiaꝫ

⁊ amorem ⁊ ſollicitudinē quam habēt ad
ornatum ad pulchritudinē corporis. Tan
tus enim poſſet eſſe amor iſte ⁊ tāta com=
placentia quod eſſet mortale peccatū: et
quaſi idolatria: vt quando amor ille ⁊ cō=
placētia illa amorem dei ſuperaret: q: hoc
ab homine colitur quod pre ceteris diligi
tur. vnde Aug. Nullum peccatū adeo ve=
niale eſt quod non fiat mortale dū placet.
Ergo iſti periculoſe ſtant q̄ habent nimis
magnam complacentiā in ſuis veſtib⁹ co
ꝙ habēt diuerſa paria veſtium in tunicis
⁊ pallijs caputijs: ⁊ peplis: ⁊ ī cingulis de=
auratis vel argentatis: quia tales propter
hoc poſſunt damnari. Unde exemplū nar=
rat Hūbertus: ꝙ fuit in Frācia quedā mu
lier deuota: que cum ſemel eſſet rapta: vi=
dit in ſpiritu quandā magnā comitiſſam:
que fuerat ei familiaris. Cuius cū animā
demones traherent ad infernū: ipſa comi=
tiſſa eiulando clamauit: heu me miſeram
que ſatis caſta fui ⁊ abſtinens ⁊ eleemoſy
naria: nec pro alia re dānor niſi pro orna=
tu veſtium quem nimis dilexi: ⁊ admoni=
ta nō ceſſaui. Unde etiā legitur de quadā
muliere que propter nimiū ornatū corpo=
ris cū venit euchariſtiā recipere in ſagone:
ſed duo pulcherrimi iuuenes aſſiſtētes ac
ceperunt Jeſum chriſtū de manu ſacerdo
tis volētis eam cōmunicare: ⁊ ſic ipſa ſine
cōmunione obijt. Quinto propter ſcanda=
lum quāuis non intendas perſonā aliquā
allicere: tamen ſi cognoſcis alios accendi
in mala concupiſcentia: et tamen non vis
dimittere ornatum ſuperbū propter ſalu=
tem proximi: mortaliter peccas ⁊ dānabe=
ris. Sexto propter exemplū ⁊ informatio=
nem aliorū: ſicut qui primitus inuenerūt:
vel adhuc hodierna die inueniunt nouos
modos veſtium ⁊ extraneitates: ⁊ volunt
habere ſequaces in talibus adinuentioni
bus: ſcilicet in varijs ⁊ diuerſis ſciſſuris: et
ſic de alijs. Taliū pena accidentalis aug=
mentatur quotidie in inferno vſq₃ ad no=
uiſſimū diem a quolibet homine qui eos
imitatur in talibus adinuentionibus. L
Secundum peccatum mortale eſt auari=
tia. Circa quod ſciēdū ꝙ quis peccat qua=
tuor modis per diuitias. Primo concupi=
ſcendo bona aliorum contra deum ⁊ iuſti=
tiam: vel etiam illi qui cōcupiſcunt multas
res habere: ſcilicet ad malum finem: vel
ad peccandum: ſcilicet ad vanam gloriā:
vel ad luxuriam: vel ad crapulam exercen
dam: ſicut ille diues de quo ſcribitur Lu.
xvj. Qui epulabatur quotidie ſplendide: ⁊
induebatur purpura ⁊ byſſo. Item qui ni=
mio appetitu ⁊ amore afficiuntur ad tem=
poralia: quāuis non iniuſte vellent ea ac=
quirere: tamen ille appetitus ⁊ amor tem=
poralium ſuperat ⁊ excellit amorem dei ⁊
appetitum proprie ſalutis: ſic mens ſuffo=
catur in toto talis etiam grauiter peccat.
Sicut heu plures ſunt qui totum cor ſuū
occupāt cum temporalibus: ſic ꝙ raro vel
nunq̄₃ de deo: vel ſalute propria cogitant.
Sed quando quis appetit aliena cum vo=
luntate conditionata: ſcilicet ſi poſſet ea
habere ſine offenſa dei ⁊ iniuria proximi:
⁊ tunc vel nullum: vel ſolum peccatum ve
niale eſt. Secundo peccat quis per auari=
tiam acquirēdo bona temporalia iniuſte
ſcilicet cum vſura: vel ludēdo: vel per frau
dem in emendo: vendēdo: vel per furtum:
vel per rapinam: ⁊ ſic de alijs. Nam quo=
cunq₃ modo quis tēporalia iniuſte lucra=
tur mortaliter peccat: ⁊ tenetur ad reſtitu=
tionem ſi vult ſaluari: ſiue ſit in rebus ma
gnis: ſiue in paruis. vnde Augu. Auarus
anteq̄₃ quid lucretur ſeipſum perdit: ⁊ an
teq̄₃ aliquid capiat capitur. Idem Auguſ.
Peccatum non dimittitur: niſi reſtituatur
ablatum. Unde de hoc dicitur in dec. In=
ferens damnum proximo non eſt abſoluē
dus niſi damno ſecundum arbitrium leſi
reſtituto. xxv. q. vlti. Peſſimam. ix. q. vj. Si
res. Tertio peccat quis per diuitias male
expendendo: ſcilicet quādo non vtitur ad
honorem dei ⁊ ſalutem propriam: ſed vti=
tur ad peccandū contra deum: tales ſic ex
pendendo poſſunt propterea condemnari
etiam ſi nullas res iniuſtas haberent: ſed
ſuas iuſtas res ſic ad peccandum expen=
derent: vt patet in illo diuite epulone. de
quo habetur Luc. xvj. Qui ſepultus eſt in
inferno: ⁊ tamen non reperitur ſcriptū de
eo qđ fuit vſurarius: raptor: luſor: vel fur.
ſed quia bona ſua male expēdit: ſcilicet in



ſuperbia veſtium: in gula ⁊ crapula ⁊ pau
peri Lazaro nō ſubuenit: ideo damnatus
eſt. O quot diuites ſequuntur eum in ſu=
perbia veſtiū habentes pretioſas veſtes:
longas caudas ⁊ ſciſſuras varias: ⁊ multa
paria veſtium. Similiter ſequuntur eum
in gula: ſicut multi qui volunt laute viue=
re ⁊ pretioſa fercula habere: et pretioſum
potum bibere: et ſic ſuperflue expendunt
ſuas iuſtas res: de quibus diſtrictam ra=
tionem vſq₃ ad vnum denarium reddituri
ſunt deo in nouiſſimo die. Similiter q̄ per=
dunt, vel qui male expendunt patrimo=
nium ſuum. Sed diceres iſta bona ſunt
mea: ergo mihi licet facere cum eis quic=
quid volo. Reſpondetur ꝙ non ſunt tua
propria: ſed ſunt a deo tibi accommodata.
vnde apoſtolus. j. Corin. iiij. Quid habes
quod non accepiſti: ſcilicet a deo. Ergo
quilibet debet vti ſuis bonis tanq̄₃ rebus
accommodatis cum timore ne offendat
deum qui ea ſibi accommodauit. Quarto
peccat quis per diuitias eas nimis auare
poſſidendo, ⁊ retinendo ſua iuſta bona: ſic
ꝙ de ſuperfluo non ſubuenit pauperibus
ex inſatiabili cupiditate: quia timet ſem=
per ſibi deficere, et talis reputatur raptor
coram deo. vnde Ambroſi. Non minoris
criminis eſt habenti tollere q̄₃ cum poſſis
indigentib⁹ denegare: ergo tantorū ſcias
te inuadere bona quantis poſſis p̄ſtare ⁊
nolis: ergo quilibet poſſidens bona tem=
poralia debet pauperib⁹ condiuidere. Au=
guſtiñ. Da chriſto in terra qui tibi reddet
in celo. Et de hoc quere ſermo. ciiij. T. L.
3 Tertium peccatum mortale eſt gula. Cir=
ca quod queritur quot modis quis come=
dendo et bibendo peccet mortaliter. Re=
ſpondetur quod principaliter quinq₃ mo=
dis. Primo quando diligo corpus intan=
tum ꝙ contra preceptum eccleſie paratus
ſum comedere in diebus ieiuniorum: cum
tamen bene poſſem ieiunare: ⁊ nolo corp⁹
meum grauare intantum: ⁊ ſic ſolus ieiu=
nium ſine cauſa ab eccleſia preceptum. vn
de herman. de ſchilditz dicit. Quādo quis
inordinate gule vel concupiſcētie inheret
tanq̄₃ vltimo fini: ita quod tali quaſi deu₃
contemnens paratus ſit precepta dei ⁊ ec
cleſie trāſgredi: vt delectationes gule aſſe
quatur: talis grauiter peccat. Nam qui=
cunq₃ ſoluit ieiunium ab eccleſia inſtitu=
tum ſine legitima cauſa ⁊ ratione: et ex cō
temptu non vult obedire: peccat mortali=
ter totiens quotiens hoc tranſgreditur.
Secundo peccat quis in comedendo cum
quis ſumit cibum illicitum vel prohibitū:
ſicut ſi quis in quadrageſima comederet
lacticinia: oua: ⁊ ſimilia: quia in quadrage
ſima interdicūtur vniuerſaliter oua: ⁊ om
nia lacticinia. Similiter qui vota feciſſet:
ſcilicet ſextis ferijs: nec oua: nec lacticinia
comedere hoc votum infringeret. Tertio
quando quis ſcienter cibum nociuum ſibi
comedit propter ſolam delectationem: ta=
lis etiam grauiter peccat ſic ſumendo il=
lum cibum et potum. vnde ſcienter vires
corporis debilitat: et vitam ſibi abbre=
uiat: quia ſic facit contra charitatem qua
homo tenetur ſeipſum diligere in deo: et
vires ſuas preſeruare: vt deo diutius poſ=
ſit ſeruare ſuam vitam et ei ſeruire. Pſal.
Fortitudinem meam ad te cuſtodiam ⁊c. 4.
Quarto cum quis excedit in nimietate ſic
quod perdit inde rationem: vel incidit in
nauſeam, vel acquirit inde vomitum pro=
pter ſuperfluam crapulam: talis etiam
grauiter peccat. Nam ſecundum Henri=
cum de vri. Quicunq₃ inebriatur vel ex=
cedit menſuram in comedendo, vel bi=
bendo: et hoc facit cum propoſito ⁊ inten=
tione talis peccat mortaliter: totiens quo=
tiens. Unde Ambroſius in libro de peni=
tentia. Ebrioſus cum abſorbet vinum ab
ſorbetur a vino: abhominatur a deo: de=
ſpicitur ab angelis: deridetur ab homi=
nibus: deſtituitur a viribus: confundi=
tur a demonibus. Unde etiam Orige.
Ebrietas eſt mater omnium vitiorum.
Item ebrietas facit de homine beſtiam:
de robuſto infirmum: de prudente fatuū.
Et ſi quis in tali ebrietate occideretur, vel
alia morte moreretur: eternaliter damna=
retur. Exemplum habemus de quodam
qui frequenter inebriabatur: et quodam
tempore perrexit ad dedicationem. Que=
re hoc exemplum ſupra ſermo. xcix. p vn=
de Gregori. Qui nunc male ſe in voluptas

ſtibus dilatat illum poſtea in ſupplicijs pe
na anguſtat. Quinto peccat quis in come
dendo vel bibendo cū quis tantū diligit
cibum quod appetitus delectationis cibi
eſt cauſa finalis et principalis ſumendi
cibum delectabilem. ſic ꝙ preponit illā de
lectationē deo: qui principalis ⁊ finalis de
bet eſſe cauſa omniū operū noſtrorū: ⁊ ta
lem delectationē querunt hoīes voluptuo
ſi qui ſolū viuūt ſm carnē. Unde Apoſto
lus Rom. viij. Si ſecundū carnē vixeritis
moriemini. Hiero. Impoſſibile eſt vt pn̄ti
bus quis ⁊ futuris fruat̄ bonis: vt hic ven
trem ⁊ ibi mentē impleat: ⁊ ſic de delitijs
tranſeat ad delitias. Tantū ſciendū ꝙ qn̄
quis eſurit ⁊ ſic eſuriendo comedit ⁊ dele-
ctatur in cibo non eſt peccatū: q: hoc ē na
turale cuilibet aīali. Etiā ſi quis preparat
cibum ea intentione vt eum ſumere poſſit
hoc itez pōt fieri ſine peccato: ſed quere-
re tantū ſaporē ⁊ delectationē in cibo ⁊ po
tu hoc eſt peccatū. M Quartū peccatū
mortale eſt luxuria. Et eſt ſciendū ꝙ quā
docunqꝫ committitur actus luxurie preter
actū matrimonij ſemper eſt peccatū mor-
tale. Apl's Ephe. v. Omnis fornicator aut
immūdus: nō habebit partē in regno xp̄i.
Sed diceres: an hō ſine actu poſſit pecca-
re mortaliter? Reſpōdetur ꝙ ſic: ⁊ hoc cō
tingit octo modis. Primo qn̄ quis dat con
ſenſum in moroſaʒ delectationē: ſicut q̄ de-
lectantur cū plena rōne in malis cogita-
tionibus: ſicut heu multi faciūt tā viri q̄ꝫ
mulieres q̄ licet nolūt ad actū ꝓcedere: tn̄
volunt in malis cogitationibus ⁊ delecta
tionibus delectari. Quod etiā nimis peri
culoſum eſt: q: faciliter per hoc pctm̄ mor
tale q̄s incurrit qđ beatus Iac. probat in
epl'a ſua vbi ſic dicit. Cōcupiſcentia. i. inte
rior animi delectatio: cū cōceperit ſup con
ſenſum rōnis: parit pctm̄: ſcʒ mortale. Sʒ
tn̄ ſciendū ꝙ qn̄ alicui incidit turpis cogi
tatio ſine delectatione: ⁊ ꝯtra volūtatem
hoc nullum peccatū eſt. Unde Greg. Quā
tūcunqꝫ immunda ſit cogitatio menteʒ nō
polluit: ſi ratio nō conſentit: imo eſt meri-
torium. vnde Bernar. Quotiens reſiſteris
totiens coronaberis: Sed dum turpis co-
gitatio incidit cum delectatione: tamen ſi-

ne conſenſu plene rationis: tunc eſt venia
le peccatum. Secundo cum committit̄ lu-
xuria ſine actu: quando quis ex mala cogi
tatione ⁊ delectatione dat conſenſum et
voluntatem ad ipſum opus perpetrādū:
⁊ hoc eſt ſemper peccatum mortale. vnde
Auguſti. Si ratio conſentiat ei quod libi-
do commouerit faciendum eſſe ⁊ nō diſcre
pat: iam ei peccatum imputatur: etiam ſi
non conſequatur factum quoniam res te-
netur in conſenſu conſcientie. Et hoc etiā
intelligitur de quolibet peccato mortali.
Unde dicitur in decret. In malitijs volun-
tas pro facto reputatur. de peñ. diſt. vij. c.
omnis. Ergo quicunqꝫ regnum celorūʒ in
trare voluerit: oportet quod habeat fir-
mum propoſitum quod vſqꝫ ad mortē nū-
quam velit mortaliter peccare: nec etiam
actum luxurie facere niſi in matrimonio.
Tertio committitur luxuria ſine actu cū
viſu: vt quando quis inſpicit aliquam per
ſonam ea intentione vt eam concupiſcere
velit. Mat. v. Qui viderit mulierem ad con
cupiſcendū eā iam mechatus eſt eā in cor
de ſuo. Unde ſi quis vna die centum do-
mos intraret: ⁊ in qualʒ domo talē cōcu-
piſcentiā iā dictā ſibi per viſum acquireret
tot pctā mortalia cōmitteret: ergo ſumme
neceſſaria eſt cuſtodia oculoꝝ. Quarto cō
mittitur locutiōe: vel riſu: vt cū q̄s alloq̄-
tur vel arridet vni perſone ea intentione
vt eā alliciat peccat mortaliter. Quinto cō
mittitur per tactū illicitū ſiue impudicum
⁊ per amplexus ⁊ oſcula ⁊ hmōi: qui mo-
dus vocat̄ ab Apl'o: turpitudo. Et illo mō
ēt peccat q̄s mortaliter: ⁊ tanto grauius
peccat q̄̄to magis per talia libido accen-
ditur ꝓpter nimiam approximationeʒ ad
mulierem vel ad ꝟginē. Sexto cōmittitur
per ornatū corporis vel per alia ſigna ad
luxuriam incitantia. ꝟgi grā. Ut ſunt iſti
qui non cōcupiſcunt: nec actum perpetra-
re volunt: ſed faciunt vt concupiſcant̄: vt
mulieres ⁊ ꝟgines q̄ ꝓpterea ſe lauant ⁊
ornant ⁊ caput ſuū diſcooperiūt vt ama-
biliores fiant: ⁊ ſic alios allicere poſſint:
illi mortaliter peccant. Septimo commit-
titur per dona ⁊ munuſcula: vt cum quis
dat alicui perſone donum vel exenium ea



intentione vt eam ſic ad malam concupi-
ſcentiā ⁊ ad malum actum alliciat peccat
mortaliter. Octauo cōmittitur quādo ali-
qui libēter vellent actum illū perficere et
bene poſſent: q: habent opportunitatē tē
poris: loci ⁊ perſone ſed ſolūmodo ꝓpter-
ea dimittūt: quia timent mundū ⁊ ſcanda
lū hominū ⁊ confuſionē propriā: ſed ſi ſci-
rent ſe poſſe latere in hoc actu: nec deum:
nec ſanctos: nec ſalutē anime curarent q̄n
hoc nephas perpetrarēt: ⁊ tales qui ſic di
mittunt non propter deū: ſed ſolū propter
homines grauiter deum offendūt. Unde
Leo papa. Sunt nōnulli qui cum corde cō
cipiūt peccatum faciendū deliberāt: illud
tamē timore dimittūt: aut pre difficultate
implere nequeunt: hi profecto non in do-
mino moriunt̄. Et hoc intelligendū eſt de
quolibet peccato mortali quod quis pro-
pter deum non dimittit: ſed ſolū propter
timorem hominū. N Quintū peccatū
mortale eſt ira pro quo ſciēdū ꝙ principa
liter ira eſt triplex. Prima eſt bona: et eſt
quādo quis iraſcitur ſuper peccata ꝓpria
⁊ aliena. Eccl'i. vij. Melior eſt ira riſu: quia
per triſtitiā vultus corrigitur animus de-
linquētis. pſ. Iraſcimini ⁊ nolite peccare.
Et hoc eſt ſignū ꝙ ſunt filij dei qui nō poſ
ſunt ſuſtinere iniuriā dei. Ergo iraſci ſu-
per propria peccata: ⁊ etiā aliena: ſimiliter
et vindicare iniuriā dei talis ira eſt bona
⁊ laudabilis. Secūda ira eſt venialis: ſicut
ſubita ira ſine deliberatione rōnis: quia in
aliquibus hominib' ignis ire cito accēdi-
tur: ⁊ quando quis ex ſubreptione non cō-
mouebitur: ⁊ q̄̄cito hoc cū ratione aduer-
tit: ſic expellit ⁊ reſiſtit huic ire: ⁊ nō vult
ſe vindicare. Et ſic peccat ſoluʒ venialiter.
vnde Caſſio. Venialis ira eſt que non du-
citur ad effectuʒ. Tertia ira eſt mortalis:
vt quis iraſcitur cum deliberatione: ⁊ cuʒ
conſenſu rationis: ⁊ cogitat in animo ſuo
quomodo poſſit ſe vindicare: ⁊ talis ſic ira
ſcens reus erit iudicio. Mat. v. Omnis qui
iraſcit̄ fratri ſuo reus erit iudicio: ⁊ ſi illaʒ
oſtēdit verbis. ſ. maledicēdo ꝓximis ſuis:
ſic adhuc grauius peccat. Et per hoc in-
currit eternā maledictionē: quā quidē ma
ledictionē xp̄s dicturus eſt in iudicio: vt hr̄
Mat. xxv. Ite maledicti in ignē eternū. Et
ſi ex ira procedit ad factū cōtra proximū:
ſcʒ eū percutiēdo vulnerādo vel occidēdo:
tunc adhuc grauius peccat. O Sextum
pctm̄ mortale eſt inuidia. Pro quo ſciēdū
ꝙ triplex eſt inuidia. Pria inuidia eſt que
prouenit ex natura: ſicut quidā naturali-
ter ſunt inuidi: et hoc non eſt pctm̄ cū hoc
nullo modo ſit in poteſtate noſtra. Unde
Ariſto. iij. ethi. In deſiderijs naturalibus
pauci peccant. Ergo talibus primis moti
bus: ſic naturaliter incidentib' immedia-
te ⁊ ſine mora reſiſtendū eſt: ⁊ tunc nō no-
cent. vnde Greg. Tentatio cui non cōſenti
tur eſt pctm̄: ſed eſt materia exercēde vir-
tutis. Secūda inuidia eſt venialis: ⁊ eſt cū
quis triſtatur de fortunio ⁊ felicitate pro-
ximi: tamē non cum plena rōne ⁊ delibera
tione: ſic eſt pctm̄ veniale: hoc patet ex eo
quia cū plena rōne optat: ⁊ fauet ſibi om̄e
bonū. Tertia vero inuidia eſt cū dolet de
bono alterius: ⁊ hoc ex deliberato propo-
ſito: vt quia cū alijs excedit in talib' bonis
ſcʒ in ſapiētia: ſiue in rebus tp̄alibus: ſiue
in fauore hominū: ſiue q: habet ampliorē
gloriā ⁊ excellentiā: ⁊ ſic eſt pctm̄ mortale.
Et in hoc proprie conſiſtit inuidia: ⁊ illud
ſemper eſt malū: q: dolet de quo eſt gau-
dendū: ſcʒ de bono proximi: qđ eſt contra
charitatē proximi: quia ſi diligo proximū:
ſicut debeo ⁊ teneor: tunc faueo q̄cq̄d deus
ſibi fauet: ⁊ ad hoc quilibet tenetur. vnde
Ariſ. Diligere eſt alicui bonū velle. Unde
inuidioſi qui gaudent de aduerſitate pro-
ximi: ⁊ dolent de proſperitate ipſius ſunt
homines diabolici: quia habent ſignum
ipſius. vnde Ioann. xiiij. In hoc cogno-
ſcent omnes qđ mei eſtis diſcipuli ſi dile-
ctionem habueritis adinuicem. Sic econ-
uerſo eſt ſignum qđ ſunt filij diaboli qui
habent inuidiam ad proximos, ⁊ gaudent
de malis aliorum: quod diabolicum eſt.
Prouerbio. xvij. Qui in ruina alterius le-
tatur, non erit impunitus. Nam dolere
de bonis proximorum infeliciſſimum eſt:
quia amittunt quicquid alij lucrentur.
Seneca. Utinam inuidi in omnibus ciuita
tibus aures ⁊ oculos haberent vt de ſin-
gulis proſperitatib' hominū torquerent̄.

P Septimum peccatū mortale eſt accidia. vnde queritur qñ tedium boni ſit peccatum mortale ⁊ quādo non. Reſpon. ſm Herma. de ſchilditz quādo tedium boni poteſt conſiderari tripliciter. Uno modo prout eſt quidā motus naturalis ex laſſitudine corporis poſt exercitium ſpirituale proueniens: et ſic nō eſt peccatum. Scđo modo ſm ꝙ motus appetitus ſenſitiui cōtriſtat de opere ſpirituali laborioſo: ⁊ ſic pōt eſſe peccatū veniale: ꝙuis etiam ille appetitus ſit deliberatiuus, qꝛ conſenſus in veniale nō eſt niſi veniale. verbigratia. Si canto vel oro aliqualiter cum tedio: ⁊ tamē propterea dimittere nolo ſic ſolum eſt veniale. Tertio modo cū hoc tedium redundat in omiſſionē eorum que ſunt neceſſaria ſaluti: et ad que neceſſario homo tenetur: ⁊ tunc eſt peccatū mortale. verbigratia. Sicut nō audire miſſam in die dominica vel penitentiam iniunctam nō implere, vel horas canonicas omittere ab illo qui eſt in ſacris ordinibꝰ conſtitutus vel promiſſum votum non adimplere. et ſic de alijs.

## De decē preceptis. Sermo. cxlij.

Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata Matt. xix. In verbis premiſſis oſtēdit chriſtus cuilibet homini viam vite eterne cū dicit. Si vis ad vitam ingredi ⁊c. Unde ſciendū ꝙ decem ſunt precepta que quilibet homo tenetur ſeruare q̄ vult ſaluari. Q Primum preceptum eſt.
1. Nō adorabis deos alienos. Et illud preceptum tangit fidē quia fides eſt fundamentum omnis boni. vnde Augu. Fides eſt humane ſalutis initiū ſine qua nemo poteſt ad numerū filiorum dei peruenire: vnde chriſtus dicit in euang. Joh. iij. Qui non credit iam iudicatus eſt. Ex quibus verbis patet ꝙ omnes infideles ſicut pagani: iudei: heretici: ſunt in ſtatu dannationis: ⁊ iam ad eternā mortem iudicati. R Sꝫ loquēdo de chriſtianis baptiſatis tunc dicendū eſt ꝙ ipſi multipliciter contra hoc preceptum peccāt. Primi ſunt qui dubitant de fide an ſit ſicut ſcriptura dicit ⁊ fides catholica tenet: et etiā qui negligunt addiſcere articulos fidei cū poſſent ⁊ debeāt eos ſcire. Naꝫ quilibet chriſtianus cū ad annos diſcretionis peruenerit tenetur addiſcere ⁊ ſcire ſymbolum apoſtolorū. Unde de hoc dicitur in decre. Paruuli facti adulti tenentur ad fidem quā pro eis ſpoponderunt offerentes. Et illi debent eos docere ſymbolū et dominicam orationē. de conſecra. diſt. iiij. Nos. Ergo qui articulos fidei friuole ⁊ ex contemptu ſcire nō vellet cū poſſet peccaret mortaliter: et tali nō eſt adminiſtrādum ſacramentū euchariſtie, donec addiſcat. Itē qui obſeruat tempus ⁊ dies egyptiacos in his actibus qui ſolū dependent ab hominis arbitrio libero: puta mercatio: traductio vxoris: herbarum collectio: vel alicuius operis inchoatio: quia in talibꝰ obſeruare dies egyptiacos eſt peccatum mortale: ergo reprehenſibiliter peccant qui in nocte natiuitatis xp̄i ⁊ Johannis baptiſte ſuas faciunt incantatiōes. Item qui ſomnia aduertunt ⁊ ſeruant: ad quos dicit̄ Leuit. xix. Nō augurabimini nec obſeruabitis ſomnia. vnde Eccl. xxxiiij. Multos errare fecerūt ſomnia, ⁊ illuſiōes vane. vnde Cato. Somnia ne cures, nā fallunt ſomnia plures. Itē qui ad pitoniſſas accedūt totiens quotiens mortaliter peccant: qꝛ nō licet diabolo cōſilium perquirere: qꝛ inimicus noſter mortalis eſt et ſemper habet malā voluntatem cōtra nos, ⁊ ſemper nititur impedire ſalutē noſtram. Inſuper nec eſt eis credendū: quia diabolus qui per eas loquitur mēdax eſt ⁊ pater eius. ſ. mendacij. Itē qui fatum tenent etiā grauiter peccant. Nā deuiant a fide qui tenent fatum: qꝛ ſunt multi qui dicūt qñ homo mala morte moritur. qñ. ſ. ſuſpēditur, ſiue rotatur, ſiue comburitur: ⁊ ſic de alijs ꝙ deus ſic voluit ⁊ ordinauit ⁊ ꝙ hō talis ad hoc natus ſit ꝙ talia pati debuit hoc dicere eſt graue peccatū: qꝛ eſt loqui cōtra honorē dei: qꝛ deus non vult niſi bonū. apoſtolus. j. Theſ. iiij. hec eſt volūtas dei ſanctificatio veſtra. Unde prouenit ex ꝓpria malitia: ipſius hominis ꝙ



male agit. Itē qui ſeruant augurium ⁊ hoc attendūt in geſtu: cantu, ⁊ volatu auium. verbigratia. Cū gallina cantat: canis latrat coruus ſupra domū ſe locat volentes hoc aliqd ſpeciale pretendere que omnia vana ⁊ ſuperſtitioſa ſunt. Itē qui in puerperio cū mulieribus impregnātibꝰ ⁊ parturientibus ſuperſtitiones exercent: ſicut qui mulierē difficultatē habentē in partu circūcingunt cingulo viri, vt leuius pariat. Item qui cū gladio euaginato benedicūt mulieres in puerperio ⁊ exufflant candelam in faciem eius qđ eſt ſuperſtitioſum. Sed ſi thus ibi adoleatur, ſiue accendat̄ lumen conſecratū vel aqua benedicta ibi aſpergatur vel ſignū crucis ibi habeatur: illa ſunt deifica ⁊ licita. Itē qui carmināt homines ⁊ pecora qđ fit multipliciter. Primo caput cingunt ⁊ menſurant cum cingulo proprio: ⁊ tūc ponunt cingulum ſub pedibus eius: ⁊ ipſe dicit. Melius te calco q̄ porto. Itē oculos benedicunt: terrā cum manu tangunt et tunc cū tali manu oculos ſibi cōtingunt. Item quādoqꝫ aliquos ducunt per fluidam aquam. Itē vertunt ſe contra ortum ſolis. Item quādoqꝫ ducunt aliquos ad vnā arborem et faciunt eos quaſſare arborem. Item quidā carminant equos ⁊ vaccas ⁊c. animalia quādo vermes habent: vel cū de mane expelluntur vel cū perdita ſunt, ea benedicunt ne lupi ea rapiant. Item quidā benedicunt vulnera ne cruentent. Itē qui contra inimicos canes ⁊ lupos cū vulneribꝰ xp̄i ſe carminant. Itē ſciendum ꝙ oēs iſti qui ſic carminant vel permittunt ſe carminare vel ſuos pueros: et in hoc conſentiunt grauiter peccant: et maxime quando de hoc admoniti ſunt nec tamē deſiſtere volunt. Et talia carmina nullā efficaciā habent ſanandi homines: ſed deus propter peccata hominū et propter fidem quam homo adhibet illis carminibus permittit quādoqꝫ ꝙ homini videtur ꝙ talia iuuēt. cū tamen de ſe nullā efficaciam habēt illa verba. ſed vti medicinis ⁊ herbis licitum eſt eo ꝙ habent naturalē effectū. S Secundum preceptū eſt. Nō aſſumes nomē dei tui in vanū. In vanum eñ nomen dei aſſumit qui blaſphemat nomē dñi noſtri ieſu xp̄i. Et qui iurat per vulnera vel mortem vel ſanguinem: vel etiā per inteſtina vel mēbra dñi noſtri ieſu xp̄i. Et talia iuramenta ſemꝑ ſunt peccata mortalia: qꝛ ſonant in irreuerentiā ⁊ blaſphemiam dei pretioſa vulnera ſua. in vanū aſſumere: vnde nobis tota ſalus effluxit. Chry. ſuꝑ Mat. Omnis ſalus hominū in xp̄i morte poſita eſt. Itē aliqui iurant deū nō nominando: ſed creaturas: et talia iuramenta que ſic fiunt nominando creaturas ſunt a quolibet xp̄iano omnino vitanda. vñ xp̄s dicit in euang. Matt. v. Ego aūt dico vobis non iurare omnino neqꝫ per celū neqꝫ per terrā. Item ſunt aliqui qui multotiēs ⁊ ſine cauſa iurāt: vt dicēdo per deū viuū: vel per oēs ſanctos, ſine omni cauſa ⁊ neceſſitate ex mala ꝯſuetudine. Cōtra quos dicit xp̄s in euangelio. vt habet̄ Matt. v. Sit ſermo veſter eſt eſt: nō non. C Circa qđ queritur an iſta iuramenta. ſ. dicendo per deū ſanctum: vel per oēs ſanctos dei ſint peccata mortalia. Reſpondet̄ ꝙ talia iuramenta contingunt dupliciter. Primo qñ quis ſcienter falſe ⁊ mendaciter iurat ſiue in ioco: ſiue in ſerio: tūc ſm ſanctum Tho. talis peccat mortaliter. v. g. Ut cum vxor vel familia negat mendaciter ⁊ cum hoc iurat feciſſe vel nō dixiſſe: vel ſe nō vidiſſe hoc vel illud: vel etiā cum quis vult aliqđ vēdere ⁊ iurat per deū ꝙ nō vult remiſſius dare q̄ ſic tñ intendit aliter dare: ⁊ nihilominus iurat mētiendo ꝯtra mentem ſuā peccat mortaliter totiens quotiens ſic iurat. Et econuerſo. Ille qui rem debet emere ſi iurat quod nō vult plus dare pro tali re q̄ intantū ⁊ tamē intēdit plus dare: ille etiā peccat mortaliter totiens quotiens. O quot mala peccata cōmittuntur ab aliquibus qui conſueuerunt nec emere nec vēdere niſi iurando ⁊ mentiendo doloſe ⁊ fraudulenter: vt iurando rem ſuam eſſe meliorem quā ſit: vel etiam quod plus conſtiterit q̄ fecerit. Inſuper et aliqui pro paruis rebus ſic iurant deceptorie: vt vendentes coclearia: poma: pira: vel conſimiles fructus: vel etiam panes: alecia: et alia victualia. Et

etiam ruſtici vitulos ⁊ oues ⁊ boues lac ⁊ caſeos: et oua in villis vendentes. Qui oẽs quandoꝗ multa falſa iuramenta faciunt cũ quibus proximos ſuos decipiũt ⁊ tamen per talia quandoꝗ parũ lucrantur. Cum tamẽ quilibet bonus xp̃ianus pro vno regno vel etiam pro toto mundo ſemel peierare non deberet. Secũdo modo cõtingunt alia iuramenta cũ quis iurat ꝙ eſſet verũ ⁊ licitum: nec ſcd̃m Raymundum hoc eſt veniale peccatũ cum. ſ. quis iurat in communi locutione et curſu verborũ ex quadam leuitate ⁊ mala conſuetudine: vt dicendo per deũ cras ibo ad eccleſiam, vel ieiunabo vel equitabo: ⁊ ſic de alijs. Tamen quilibet debet ſe in hoc moderare: ⁊ illã malam conſuetudinem poſtponere ⁊ aduertere dictũ xp̃i qḋ habetur Mat. xij. quod de omni verbo otioſo ꝙ locuti fuerint homines reddent rationem in nouiſſimo die. Multo ſtrictius exigetur ⁊ nobis ratio de talibꝰ quotidianis iuramẽtis que ſine cauſa fiunt. Unde quilibet homo debet ſe cauere ꝙ nũꝗ dicat per deũ vel per omnes ſanctos: niſi ſit magna cauſa vel vrgens neceſſitas: ⁊ qḋ hoc etiam verũ ⁊ licitũ ſit qḋ iurat. ¶ Tertium preceptũ eſt. Memẽto qḋ diem ſabbati ſanctifices. Cõtra illud preceptũ faciunt iſti qui in diebus feſtiuis laborant. Cõtra quos dicitur Exodi. xx. Non facies in eo omne opus. Ex quo patet quod quicunꝗ ſabbatũ violat. ſ. laborãdo vel mercantijs ſuis intendendo: vel etiã qui vecturam in diebus feſtiuis exercent ſicut ruſtici qui quãdoꝗ ad quatuor vel quinꝗ miliaria vehunt: ⁊ nũꝗ miſſam vel ſermonem in eiſdẽ diebus feſtiuis audiunt. Et qui querunt nundinas in diebus feſtiuis ⁊ emunt ⁊ vendunt ex mala cõſuetudine ⁊ propter lucrũ temporale. Inſuper qui in diebus ſabbatis de ſero in nocte nimis diu laborant: ⁊ ſic de alijs. Iſti oẽs grauiter deũ offendũt: ⁊ puniuntur a deo multotiens in bonis temporalibus per infortunia: ſic ꝙ qñꝗ raptores ſpoliant eos: vel equi eorũ leduntur vel moriuntur vel domus eorũ comburuntur vel alia infortunia illis accidũt: ſic ꝙ in fine nonnunꝗ depauperãtur etiã tales multotiens puniuntur in corpore: ſic ꝙ infirmantur per mẽſem vel per duos: ⁊ etiã qñꝗ cadunt ⁊ frangũt crura vel brachia: ⁊ ſic de alijs et tũc oportet eos feſtinare ex neceſſitate cũ merito deberent laborare: qꝛ antea cũ feſtiuare debuiſſent laborauerunt qꝛ ſcd̃m Salo. per q̃ hõ peccat ꝑ hec ⁊ punietꝛ. Itẽ puniuntꝛ in aĩa qḋ eſt maximũ: qꝛ q̃tiens feſta ſoluunt totiens mortaliter peccãt et animam propriam occidũt. Exo. xxxj. Qui polluerit ſabbatũ morte moriatur. item ſciendũ ꝙ qui in diebus feſtiuis peccant grauius peccãt ſicut qui chorizant in diebus feſtiuis qꝛ maius peccatũ eſt chorizare ꝗ̃ laborare. vnde etiã Augu. dicit. Oĩs motus petulantie ſaltus eſt in profundũ cloace. Ideo ꝗ̃to q̃s alius in chorea ſaltauerit: tanto profundius ad infernũ cadet. Similiter illi grauiter peccãt qui in diebꝰ feſtiuis viſitant tabernas ⁊ ſe inebriant: cũ tñ omnis ebrietas que ex ꝓpoſito fit ſemꝑ ẽ peccatũ mortale: ⁊ peccatũ eſt grauius qḋ fit in feſtiuo die ꝗ̃ in alia die. Similiter illi q̃ in diebꝰ feſtiuis exercent ſuas fornicatiões ſiue alia opera luxurie. vnde narrat Gre. ꝙ quedã mulier a ſuo legitimo viro ſabbato de nocte: cognita: cũ in die dñico proceſſiõi ſe adiũgeret a diabolo arripiebatur ⁊ multũ ab eo vexabatur. Et ſi hoc in legitimis perſonis quanta tũc pena concubitus illegitimus plectendus erit. ¶ Quartũ preceptum eſt. Honora patrẽ tuum, ⁊ matrẽ tuam, vt ſis longeuus ſuper terrã. Cõtra hoc preceptũ faciunt filij ⁊ filie qui vel que inhonorant ſuos parẽtes verbis ⁊ factis: ⁊ eis nolunt obedire in licitis ⁊ honeſtis. Et etiã parẽtibus ſuis defunctis non ſubueniunt per ſuffragia liberãdo animas eorũ a purgatorio. Et tales filij qui ſic inhonorãt ſuos parentes puniuntur multotiens a deo in corpore ſuo ꝓprio, ⁊ ſubitanea morte. Nã ſicut premiũ honorantiũ parẽtes eſt vite longeuitas. vt habetꝛ Eccl. iij. Qui honorat patrem ſuũ vita viuet longiori. Sic a contrario ſenſu inhonorãtes parẽtes moriuntur qñꝗ improuiſa ⁊ ſubitanea morte. p̃s. Subito defecerũt ⁊ perierũt ꝓpter



iniquitatẽ ſuam. Inſuper punientur eterna morte. Exod. xxj. Qui maledicerit patri vel matri morte moriatur ſupple eterna. Sciendũ ꝙ parentes dñt filios ſuos informare in preceptis dei ⁊ oẽs corrigere cũ delinquunt iurãdo: blaſphemando: qꝛ omnia peccata que filij cõmittunt redundant in parentes, ſi eos nõ corrigunt. apoſtolus Ro. j. Digni ſunt morte nõ ſolũ qui faciunt: ſed etiã qui cõſentiunt facientibus. ¶ Quintũ preceptũ eſt. Non occides. Cõtra hoc preceptũ faciunt qui proximum contra deũ ⁊ iuſtitiã occidũt: ⁊ hoc eſt vnũ peccatũ de quatuor peccatis clamantibus in celum. Geneſ. iiij. dixit dñs ad Cayn. Ecce vox ſanguis fratris tui clamat ad me de terra. Sic adhuc quotidie dñs poteſt dicere ad quẽlibet homicidaꝫ. Ecce vox ſanguinis fratris tui. i. proximi innocẽter a te effuſi clamat ad me de terra requirens vindictã ſuper te. Sciendum ꝙ triplex eſt homicidiũ. Quidam eñ occidunt corpus tm̃ vt infideles et principes tyranni qui martyres occiderũt qui ꝓpter veritatẽ paſſi ſunt. Illa occiſio non eſt timenda: maxime qñ propter iuſtitiam ſuſtinetur. Matt. v. Nolite timere eos, qui occidũt corpus ⁊c. Aliqui occidũt tantum animam qñ. ſ. proximum ad peccatũ trahunt per ornatũ corporis, vel per malum exemplum qḋ prebent alijs. quibus dicit Greg. tot mortibus quis dignus eſt quot exempla prauitatis in poſteros reliquit. vnde etiã Augu. Qui in conſpectu populi male viuit, quantum in eo eſt illũ a quo attenditꝛ occidit. Et hoc intelligitꝛ de anima. Aliqui vtrũꝗ. ſ. corpus ⁊ animã occidunt: ⁊ hoc fit in duobus caſibus. Primo quãdo quis procurat aborſum: quia tunc puer in corpore et anima moritur. Scd̃o quando quis occidit ſeipſum.

¶ De alijs quinꝗ preceptis.
Sermo. cxliiij.

SI vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Matth. xix. Quantũ ad ſcd̃am partẽ precedentis ſermonis tũc iam aliqua breuiter de vltimis quinꝗ preceptis dicenda ſunt. ¶ Sextum preceptũ eſt. Nõ mechaberis. In quo precepto prohibetꝛ omnis illicitus cõcubitus, excepto federe matrimoniali. Primi qui cõtra hoc preceptum faciunt ſunt fornicarij: ſicut ſolutus cũ ſoluta et tales totiens q̃tiens, peccant mortaliter. vnde dꝛ in decre. ad meretrices accedere eſt diuinitus ꝓhibitũ. xxxij. q. iiij. meretrices. vnde etiam apoſtolus. epheſ. v. Hoc aũt ſcitote qm̃ omnis fornicator aut immundus nõ habet partem in regno xp̃i. Secundi qui adhuc grauius peccãt ſunt illi qui committunt ſtuprũ: qḋ eſt illicita defloratio virginũ: qꝛ hoc peccatum aufert virginitatẽ que eſt theſaurus incõparabilis: vnde Salo. Nõ eſt condigna ponderatio continẽtis anime. Et inſuper qui deflorat virginem aliqñ eſt occaſio mille fornicationũ quas ipſa poſtmodum cõmittit: qꝛ talis virgo ſic corrupta qñꝗ nunꝗ maritum legitimum habebit: ſed cõmunis omnibus erit: ⁊ totiens tunc peccat mortaliter quotiens actũ luxurie cõmittit, ⁊ omniũ peccatorũ illorum ipſe reus erit q̃ eã primo violauit. Ariſ. Omne primũ in vnoquoꝗ genere eſt cauſa omnium eorũ, que ſequuntꝛ de poſt in eodem genere. Et in foro penitentiali iniũgendũ eſt illi ꝙ puelle ſatiſfaciat, ⁊ cũ ea componat. Tertij ſunt qui adulteriũ cõmittunt: ⁊ hoc eſt grauius peccatũ ꝗ̃ ſtuprũ: qꝛ eſt cõtra ſacramentũ matrimonij: quod ipſe deus in paradiſo inſtituit. Unde peccatũ adulterij punitur qñꝗ corporaliter: ſpiritualiter, ⁊ eternaliter. vnde Oſee. vij. Oẽs adulteri quaſi clibanus accenſus. Apoca. xxi. Erit pars illorũ in ſtagno ardẽti igne ⁊ ſulphure. Apoſtolus. j. Cor. vj. Adulteri regnũ dei non poſſidebũt. Unde exemplũ legitur ꝙ quidã homo raptus erat ante portas inferni qui vidit quandã mulierem grauiſſime torqueri: ⁊ flãma ignis circundabat eã. Ille aũt homo queſiuit quare illa tã grauiſſime torqueretꝛ. Reſpõſum eſt ei ꝙ hec tormẽta pateretur ꝓpter adulteria que commiſit cũ viris alienis. Quarti ſunt qui trãſgrediuntꝛ legẽ regularis profeſſionis ſcꝫ qui votũ cõtinẽtie violãt: ⁊ iſti peccãt cõtra fidem deo datã: vt ſunt reli-

ligioſi: ſacerdotes, ⁊ ſanctimoniales. Et
hoc peccatũ eſt oībus predictis grauiꝰ qꝛ
in eo maior fit iniuria ipſi deo. Quinti ſunt
qui cũ cõſanguineis ſuis peccãt. ⁊ hoc eſt
adhuc grauiꝰ. Et ꝓpter magnitudinem
illius peccati beatꝰ paulus apoſtolꝰ tradi
dit illũ fornicatorem q̄ cũ nouerca ſua pec
cauit ſathane ⁊ diabolo ad cruciandũ. vt
dicit̃. Corin. v. Sexti ſunt q̄ vitio indicibili
ſe contaminant cõtra naturam peccãtes:
⁊ hoc eſt grauiꝰ ⁊ peſſimũ peccatũ. de hoc
quere ante ſermo. lxxxv. R B Septimũ
preceptũ eſt. Non furtũ facies: vbi prohi-
betur offenſa in rebus. vnde cõtra hoc pre
ceptũ faciũt primo illi q̄ furtũ cõmittunt
in paruis rebus. vt q̄ furant̃ gramina. Cir
ca qd̓ querit̃ vtrũ in re parua cõmittat̃ fur
tum ſicut in re magna. Reſpõdeo ſm ſctm̃
Tho. ij. ij. q. lxvj. Si aliquis res minimas
furtiue accipit ꝑ quas homo non reputat
illi nocumentũ inferri: ⁊ ille q̄ accipit poſſit
preſumere hoc nõ eſſe cõtra volũtatẽ do-
mini excuſat̃: alias furtũ ſemper eſt pecca-
tũ mortale: qꝛ eſt cõtra dilectionẽ proximi
cui infertur damnũ. vnde etiã in talibꝰ mi
nimis ſi habeat q̄s animũ furandi ⁊ infe-
rendi nocumentũ primo erit pctm̃ morta-
le. vt Tho. ibidẽ dicit. Unde ſi decẽ vnam
ocam furatã comederẽt: quilibet tenet̃ re-
ſtituere partẽ que eũ cõtingit ſi vult indul
gentiã ⁊ remiſſionẽ pctõꝝ cõſequi. Simili-
ter intelligẽdũ eſt de his qui fructus ar-
borũ: vel rapas vel caules ſubtrahũt cõtra
volũtatẽ primorũ. Similiter q̄ botros de vi-
neis abſcindũt: ⁊ etiã venatores qui cum
equis ⁊ canibꝰ eorũ hominibus in ſegeti-
bus damna inferũt. Similiter vectores q̄
cum curribus ſuis per ſata agrorũ vadũt:
Et etiam ruſtici qui quandoqꝫ agros pro-
ximorũ cũ aratro diminuunt. Etiam ancil
le q̄ gramina de pratis aliorum furantur.
vel etiã qui cũ pecoribꝰ ſuis damna proxi-
mis ſcienter in ſegetibꝰ ⁊ pratis inferunt.
⁊ ſic de alijs. vnde de hoc dicit̃ in decret.
Furtum eſt iniuſta ablatio rei q̄ntumcũqꝫ
parue. xij q. iiij. c. vlti. ¶ Exemplum de
parentibus qd̓ debent pueros ſuos fideli
ter informare qd̓ nec ipſis nec cuiqꝫ homi
ni aliquid furtiue accipiant. Unde legitur

ꝙ puer quidã defunctꝰ eſt ⁊ iudici preſen-
tatus ⁊ diabolꝰ eũdem puerũ accuſauit
dicens. Domine iudica ſcd̓m iuſtitiam q
puer iſte germano ſuo obolũ furatus eſt:
nec inde fecit penitẽtiam: nec reſtituit ab
latũ. Cui dominꝰ. Velles ꝙ ꝑ tantillo pre
rum hũc damnarẽ. Mea iuſtitia nõ eſt ſi-
ne miſericordia. Supplicantibꝰ pro pue-
ro quibuſdã ſanctis quibꝰ puer ſeruierat
culpa puero remittit̃. Sed ad preceptum
iudicis puer in puteũ igneũ proijcit̃. i quo
tantam penã ſuſtinuit ꝙ poſtmodũ hanc
verbis exprimere nõ potuit. Poſtea de pu
teo extractꝰ ꝓpter preces ſanctorũ anima
reſtituitur corpori: ⁊ ſic puer reuixit ⁊ iuſ-
ſus fuit a iudice obolũ perſoluere. Et mi-
rantibꝰ cunctis q̄ aderant per ſigna que in
eo inuenerũt verbis eius cõpulſi ſunt cre-
dere. Et ſic poſtmodũ puer vixit in timore
dei ꝓpter penam quam antea ſenſit ꝙ nũ
q̄ amplius: nec vnũ pomũ: nec vnũ pirũ
vſqꝫ ad mortem alicui recepit. Secũdi ſunt
qui rem inuentam retinent ⁊ nõ reſtituũt.
Aug. Qd̓ inueniſti ⁊ nõ reddidiſti rapui-
ſti. Tertij ſunt ſerui ⁊ ancille qui bona do
minorum ſuorum furtiue ſubtrahũt ſicut
panem vinũ carnes oua ⁊ occulte come-
dunt: vel alijs hominibus tribuũt. Quar-
ti ſunt mechanici qui fraudulenter proxi-
mis ſuis laborant. vel etiam qui nimiũ pro
ſalario recipiunt. Quinti ſunt mercatores
qui cũ mendacijs proximos decipiunt: et
eis damna inferũt: ⁊ tales totiens peccant
mortaliter. Sexti ſunt hoſpites qui pro-
prie in vulgari dicuntur eſcorcheus qui ni-
mium computant ſuis hoſpitibus. Septi-
mi ſunt vſurarij qui commodant cum pa
cto vel etiam cum ſpe aliquid recipiendi:
contra quos dicitur Luce. vj. Mutuum dã
tes nihil inde ſperantes. Uel etiam qui ve
dunt res ſuas longe carius propter dila-
tionem q̄ ſi eis incontinenti ſoluerent: vt
patet de vſuris capitulo conſuluit. Simili-
ter qui pro prompta pecunia emunt ⁊ im
mediate ſuper dilationem illi cadẽ a quo
emerunt vel alij econuerſo vendunt in ca-
riori foro q̄ valet vel valere põt. Et etiam
illi qui recipiunt pignus aliquod vel con-
cedunt pecuniam ſuper predium aliquod



vel ſuper caſtrum vel ſuper ciuitatem: vel
ſuper villam: ⁊ fructus eius nõ computant
in ſortem omnes tales vſurarij ſunt. Octa
ui ſunt luſores qui cauſa lucri ludunt ex
auaritia: tales talem pecuniã nõ poſſunt
retinere: ſed debẽt ſcd̓m cõſiliũ confeſſoris
ſui expẽdere vel erogare. Unde nullus q̄
ludit ⁊ pecuniam in ludo lucratam poſſi-
det poteſt ſaluari: ſed ſemper eſt in ſtatu
damnationis. Ergo quandocunqꝫ quis ex
auaritia ⁊ ꝓpter lucrũ ludit peccat morta-
liter: ⁊ ſi lucratur infernũ lucratur: ſi per-
dit celum perdit. Ex quo patet ꝙ nullus lu
ſor ſoluatur niſi reſtituat. Sed qualiter et
quibus reſtituere teneatur hoc quere añ
ſermo. xij. L Noni ſunt qui rem furatam
vel raptam emunt: vel de rapinis come-
dunt: ⁊ etiam qui a iudeis dona vel munuſ
cula recipiunt: tales tenentur ad reſtitu-
tionem illis qui ſunt heredes talium rerũ.
Unde ſciendum ꝙ omnia iſta iam nouem
genera hominũ tenentur ad reſtitutionẽ
ſi volunt conſequi peccatorũ remiſſionẽ.
vnde Auguſt. Peccatum non dimittitur
niſi ablatum reſtituatur. D Octauum
preceptũ eſt. Non loqueris contra proxi
mum tuũ falſum teſtimoniũ. Primi qui cõ
tra illud preceptũ faciunt ſunt falſi teſtes
⁊ mendaces. Pro quo ſciendum ꝙ falſus
teſtis primo occidit animam propriam cũ
ſuo falſo teſtimonio. Sap. j. Os quod men
titur occidit animam. Secũdo chriſtũ ne
gat: qꝛ corruptio veritatis eſt negatio dei.
Nam qui veritatem negat chriſtũ negat.
Tertio proximũ ledit ⁊ damnificat: aut in
rebus aut in fama: aut in corpore cũ ſuo
falſo teſtimonio. Et quilibet talis bonus
homo ſic leſus poteſt dicere cum xp̄o ps̄.
Inſurrexerunt in me teſtes iniqui. Et fal-
ſus teſtis ſecũdum Thomam de aquino
peccat mortaliter ⁊ tenetur ad damni re-
ſtitutionem. Secũdi ſunt detractores qui
famam proximi denigrant. Ambroſius.
Tolerabiliores ſunt fures qui veſtes et
alia bona noſtra diripiũt q̄ detractores q̄
bonam famam noſtram dilaniant: qꝛ me-
lius eſt nomen bonum q̄ diuitie multe. E
Pro quo ſciendum ꝙ qui falſa crimina im
ponit proximo grauiſſime peccat: qꝛ vix re

mittitur tale peccatum. vnde hieronymꝰ.
Non facilis venia prata dixiſſe de rectis.
Et ratio eſt qꝛ tenetur reuocare ⁊ famam
proximi reſtituere ſi vult miſericordiam
dei conſequi: qꝛ ſi quis tenetur reſtituere
rem temporalem: multomagis famam bo
nam: ſed diceres. Si quis aliquod occultũ
peccatũ proximi manifeſtat: an ſit pecca-
tum mortale? Reſpondeo. Si manifeſtat
peccatũ proximi alicui preſidẽti ſicut ple
bano, vel alicui alij ea intentione vt hoc
peccatũ emendetur, ⁊ amplius nõ fiat hoc
bonum ⁊ licitum eſt. vnde de hoc dicitur
in decret. Crimen publicare vbi prodeſt
eſt meritoriũ. xxij. q. v. hoc videtur. Sed ſi
quis aliquod occultum peccatũ commiſit
ꝙ ſibi ⁊ ſoli deo conſtaret, vel paucis ho-
minibus, ⁊ ſi hoc publicares alijs ad infa-
mandum eũ qui hoc fecit, peccares morta-
liter licet verũ eſſet: qꝛ eſt cõtra charitatẽ
proximi. Et ſimiliter ille cui tu reuelaſti ſi
ipſe alteri eadẽ intẽtione hoc occultũ ma
lum reuelat ſcꝫ ipſum infamãdo ſimiliter
peccat: ⁊ ſic de ſingulis aſcẽdẽdo. O quot
peccata perpetrãtur cum quis in vna to-
ta terra, vel ciuitate infamatur. Similiter
⁊ qui libenter audiunt detractionem gra-
uiter peccant. Bern. Detrahere aut detra
hentem audire quid horum damnabilius
ſit nõ facile dixerim. vnde etiam Aug. Nõ
accommodes aures tuas ad percipiendũ
verba detrahentis: ne concipias mortẽ in
anima tua. Detrahenti ⁊ audiẽti vtriuſqꝫ
eſca eſt mors anime. Unde quilibet inquã
tum poteſt debet compeſcere detractores.
Exemplum de hoc habetur ſermo. xcj. I
F Tertij ſunt deriſores qui offendunt
proximum deridendo ⁊ ſubſanãdo. Et qui
libet talis timere debet illud. Subſanans
ſubſanabitur: et deridens deridebitur.
Circa quod queritur vtrum deriſio ſit
peccatum mortale. Reſpondetur ſecun-
dum ſanctum Thomam ſecunda ſecun-
de queſtione ſeptuageſimaquinta. Dicen
dum ꝙ qñ aliq̄ malũ alicuius perſone vel
defectũ in riſum vel ludũ ponit: deriſio di
citur. Et ſi q̄dẽ hoc fiat inquantũ malũ eſt
paruũ ſm ſe: ſic deriſio eſt pctm̃ veniale. Sꝫ
qñ accipitur quaſi paruũ ratione perſone

ſic aliquē deridere eſt paruipēdere: ⁊ tam
vilem eſtimare vt de eius malo nō ſit cu-
randū: ſed ſit quaſi pro ludo habendū: et
ſic deriſio eſt mortale peccatum. Et tanto
grauius q̄to maior debet̄ reuerentia per
ſone que irridetur. Unde grauiſſimū pec-
catū eſt irridere deū ⁊ ea que dei ſunt: ſi-
cut beatā virginē ⁊ ſanctos. Secundo eſt
grauior deriſio parentū: q2 in maiori reue
rentia ſunt habēdi. Tertio deriſio iuſtorū
⁊ bonorū hoim per quā etiā hoies de bene
agendo impediūtur. Quarti ſunt diſcor-
diam inter homines ſeminātes: ⁊ iſti ſunt
filij diaboli. vnde Greg. Si dei vocant̄ filij
qui pacem faciunt proculdubio ſathane
ſunt filij qui eā cōfundūt. Quinti ſunt qui
fraudulenter cū proximo loquūtur qui ha
bent mel in ore ⁊ fel in corde: ⁊ ſic primos
decipiūt ⁊ tradūt. Unde verſus. Quando
bonū facis ⁊ in corde malū meditaris. Oſ-
cula que iudas dn̄o dedit hec mihi tu das.
Sciendū qn̄ aliquis fraudulenter loquit̄
bonū de alio ⁊ vult ꝙ audiēs eū loquatur
oppoſitum ⁊ malū de eodē talis duplici-
ter peccat. Primo in ſeipſum: q2 fraudulē-
ter loquit̄. Scd̄o in ꝓximū cui nititur dare
occaſionē obloquendi. Sexti ſunt q̄ in pro
ximum cōuicijs ⁊ improperijs cōturbant
ſubijciendo ſibi defectus ſuos iniurioſe: vt
dicendo tu es fur: vel adulter: vel vſura-
rius: vel mendax: vel tu ibi hoc feciſti: vel
ibi ſic vixiſti ⁊ taliter egiſti ⁊c. vel dicendo
tu es cecus: vel tu es gibboſus vel ſcabio
ſus: ⁊ ſic de alijs eū cōfundendo mortali-
ter peccat ⁊ reus erit eterne pene. vn̄ Mat.
v. Qui dixerit fratri ſuo fatue ſupple con-
fundendo cū reus erit gehenne ignis. O
cuius tunc reus erit q̄ dicit: tu fur tu adul-
ter vel latro: ⁊ ſic de alijs. Septimi q̄ ꝓxi-
mum verbis rixoſis ad iracūdiam prouo
cant: ⁊ talis q̄ ſic ſcienter ꝓuocat proximū
oim pctōꝝ que ille in tali ira cōmittit ſiue
in dictis maledicēdo vel blaphemando ſi
ue in factis percutiendo reus erit. vn̄ ille
qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio:
cuius tunc ille reus erit qui nō ſolum ira-
ſcitur: ſed etiam proximū ad iram prouo-
cat. § Nonū preceptū eſt. Non cōcupi-
ſces rem proximi tui. Superius in ſeptimo
precepto prohibuit furtū: hic autē ꝓhibet
cōcupiſcentiam cordis dicens. Non cōcu-
piſces rem ⁊c. contra hoc preceptū primo
illi faciunt qui deliberato aio cōcupiſcunt
rem ꝓximi: ⁊ omnino pro eadē re labora-
rent vt ſibi eam auferrent ſi poſſent vel ſi
non timerent diſpendiū vel hoim cōfuſio-
nem. Secundi q̄ cōcupiſcunt iuſtas res: ſꝫ
ad malū vſum ſcꝫ ad peccandum: puta ad
vanam gloriā exercendā vel ad luxuriam
vel ad crapulam. Tertij qui nimio affectu
occupant ſe cū tꝑalibus: ita qđ obliuiſcun-
tur de his q̄ ſunt dei ⁊ ꝓprie ſalutis. Deci-
mum preceptū eſt. Non cōcupiſces vxorē
ꝓximi tui. Sic ꝓhibet ꝯcupiſcētiā luxurie.
Ubi prohibet̄ ois cōcupiſcentia carnis: ſi-
cut in ſexto p̄cepto ꝓhibuit actū luxurie.
Ubi ſciendū ꝙ cōtra hoc preceptū faciunt
tria gn̄a hoim. Primi qui deliberate cōcu-
piſcunt libenter actū ope perpetrarent ſi
poſſibile ipſis foret: vel ſi non timerent mū-
dum vel ſcandalū hoim. Secundi qui ſe
lauant ⁊ ornant vt cōcupiſcant̄. Tertij qui
nō concupiſcunt nel volunt concupiſcientie
actum facere proponunt: ſed tantum dele
ctantur in moroſa deliberatione cū plena
ratione. Et talis deliberatio eſt peccatum
mortale.

¶ Sermo. cxliiij. De nouem peccatis alienis.

AB alienis parce ſeruo tuo.
p̄s. xviij. Ubi ſciendū ꝙ no-
uē ſunt peccata aliena quo-
rum peccator in vno in mor
te deprehēſus fuerit ſic dā-
natur ſicut ꝓpter pctm̄ pro
prium. § Quorū primū eſt iuſſio. ſ. qn̄ ds
iubet alterū peccare. v. g. Sicut dn̄s qui iu
bet famulū: vel pater qui iubet filiū: ⁊ dn̄a
que iubet famulā hec facere que ſunt cō-
tra charitatē dei ⁊ proximi: ſicut ruſtici q̄
iubēt famulos ſuos dāna inferre proximis
cū pecorib9 ſuis i gramib9 vl' ſegetib9 vel ſi
dn̄a q̄ iubet ancillā ad pratū alteri9 ire ⁊
ibi gramina recipe: qđ cognoſcit eſſe cōtra
volūtatē illius cui eſt pratū. Et ſi non niſi
vnū pānum plenū graminibus ancilla ex
iuſſu dn̄e recepiſſet dn̄a obligaretur ad ſa-



tiſfationem. Itē mechanici q̄ iubent ſuos
famulos infideliter laborare ſua artificia:
ſicut pannifices q̄ iubent pannos nimis ex
ceſſiue laniare diſtendere: ſiue extrahere.
Et caupones q̄ iubent familiā ſuā menſu-
ras cū vino nō debite replere. Similiter
ſartores: ſutores: ⁊ piſtores: q̄ iubent ſer-
uos ſuos infideliter laborare ⁊ parētes q̄
iubent filios vel filias chorizare ⁊ ſic de
alijs q2 quicq̄d iuſſiſti qđ eſt cōtra charita
tem dei ⁊ ꝓximi: in iſto reus eſt ⁊ dānabe
ris cū illis q̄ hoc perpetrauerunt ex iuſſu
tuo. vnde Sap̄. xviij. Similiter pene ſeru9
cū dn̄o afflict9 eſt. Sed querit̄ vtrū etiam
tales teneant̄ ad reſtitutionē. Reſpondet̄
ꝙ ſic. qn̄ q̄s ꝓbabiliter credit ſecutā eſſe
rei ablationē vel damnū vel noie ſuo factū
poſtea ratū habuit. alias nō. § Secūdū
peccatū alienū eſt conſiliū. Quicūq3 ergo
alteri malū conſuluit ſiue ſuo inferiori ſiue
ſuo ſuperiori: ſiue pari: vel cuicūq3 alij dā-
nabitur cum illo qui opere perficit. Unde
peccant mali cōſiliarij dn̄oꝝ qui ſuadent
guerras rapinas ⁊ exactiones: vel alij qui
ſuadent fornicationes: vel furta: ⁊ huiuſ-
modi. Similiter quicūq3 dat conſiliū vn-
de damnū proximis ifert: vt noua telonea
inſtituere vel antiqua augmentare: vel ēt
exactiones ⁊ cenſus pauperū augmenta-
re ſeu aggrauare. Item q̄ in magnis ciui
tatibus dant cōſilia ad nouas inſtitutio-
nes ad damnū pauperū ⁊ cōitatis: tales
rei erunt oim illorū peccatorū que ex con-
ſilio eorum perpetrata ſunt vel in poſterū
perpetrabuntur ⁊ eorum pena accidenta-
lis ſemper augmentabitur vſq3 ad nouiſſi
mum diem: ſi ſic decedunt. Ergo quilibet
precauere ſibi debet ne det malum conſi-
lium vel doctrinam malam: quia talis co-
ram deo homicida reputabitur. vnde Au
guſtinus ſuper Johan. Homicida diabo-
lus dicitur. non ꝙ gladio armatus vel fer
ro cinctus ad hominem veniat: ſed q2 ma-
lum verbum ſeminat. Noli ergo facere
homicidam. mala fratri tuo perſuadēdo.
Et mali conſiliarij ſunt ſicut diabolus qui
ſemper malum ſuadet: ⁊ quia ſunt ſibi ſi-
miles in culpa conſequenter erunt ei ſimi-
les in pena. Sed boni conſiliarij ſunt ſicut
angeli dei qui ſemper ſuadent homini qđ
bonum ⁊ vtile eſt ſibi ⁊ etiā ea que ſunt
pacis ⁊ ideo merito cum angelis vitam
eternam poſſidebunt. Sciendum ꝙ mali
conſiliarij vt frequenter turpiter moriun-
tur: vt patet de principibus qui dederunt
conſiliū contra Danielem prophetam vt
ille mitteretur in lacū leonū: qui poſtmo-
dum per ſe in lacū ſunt miſſi ⁊ a leonibus
deuorati. Eccleſiaſtici. xxvj. Facienti con-
ſilium nequiſſimū ſuper ipſum deuolue-
tur. Tertiū peccatum alienū eſt cōſenſus.
Cum q̄s in corde diligit malū quod alter
facit: immo ⁊ fauet ſibi in hoc tales etiam
digni ſunt morte q̄ nulli placere debet il-
lud quod deo maxie diſplicet hoc eſt pec-
catum ⁊ iniuſtitia: ergo ſi non ſuaſiſti vel
non conſuluiſti: ſed ſolum conſenſiſti ad
mala facienda que ſine tuo conſenſu non
fuiſſent perpetrata reus eris omniū pecca
torum illorū: ⁊ propterea damnaberis cū
facientibus. Roma. j. Digni ſunt morte nō
ſolum qui faciunt: ſed etiam qui conſen-
tiunt facientibus. verbi gratia. Tu non iu-
bes aliquem ludere nec conſulis: ſed ſolū-
modo conſentis in hoc reus eris. Simi-
liter pater ⁊ mater non iubent filium vel
filiam chorizare: ſed conſentiunt hoc rei
erunt. Ergo quicunq3 preeſt alicui ciuita-
ti vel communitati licet non iubeat mala
facere: nec conſulat: ſed ſolum conſentiat
male facientib9: ⁊ permittit fieri mala vel
propter lucrum temporale vel propter fa-
uorem humanū: vel propter timorē reus
erit omniū malorū: que ſub domino eius
fiunt. vnde Sap̄. vj. Judicium duriſſimum
fiet his qui preſunt. hoc aduertere debe-
rent qui luſores fouent in domibus eorū.
vel in ſuis ciuitatibus: ⁊ ſic de alijs malis
que ſine conſenſu eoꝝ fieri nō poſſent. § 
Quartum peccatū alienum eſt adulatio:
⁊ rei in hoc ſunt illi qui peccatum commen
dant illorum qui male faciunt, pro quo dā
nabuntur. Nam qui ita laudant vel adul
lantur male facientibus rei ſunt quodam
modo ſicut illi qui peccata perpetrāt. Pro
quo ſciēdū ꝙ vitia per adulatores iam in
preſenti tempore acquiſierunt ſibi virtu-
tum noia. Nam ſuperbia veſtium: cingu-

lorum calceorū: ⁊ omnium exteriorum ge
ſtorum ab ipſis honeſtas eſt nuncupata
vt dicendo quā bene decorat te iſta tunica
ꝙ bene decorat te illud peplum vel quam
pulchre incedis in tali veſte. Et in hoc ꝙ
imitantur luciferū in ſuperbia extollēdo
ſe ſuper alios in hoc cōmendant: quod eſt
valde nociuum ⁊ reprehenſibile: qꝛ chri-
ſtus dicit in euangelio. Qui ſe exaltat hu-
miliabitur. Secundo auaritia nominatur
prouidentia: vt cum quis die noctuqꝫ om-
nibus viribus laborat pro acquiſitione re-
rum temporalium: ſiue iuſte: ſiue iniuſte:
vel quocunqꝫ modo ipſe pōt ſiue ſit cū deo
ſiue non minime curans: omnem ſollicitu
dinem adhibens quomō tēporalia poſſit
cōgregare vt cū tāta auiditate ꝙ nunqꝫ ſa
tiatur. Et in hoc comparatur inferno. Au
guſt. ad quēdam comitē. Auarus inferno
eſt ſimilis. Infernus enī quātoſcunqꝫ de-
uorauerit nūqꝫ dicit ſatis eſt ſic ⁊ ſi omnes
theſauri confluerent in auarum nunqꝫ di
ceret ſatis eſt. Et talis ab adulatoribꝰ nō
nominatur auarus: ſed prouidus. Tertio
diſſolutio ſocialis: iocunditas eſt nomina
ta: vt cum quis conformat ſe alijs indiffe-
renter: ſiue in licitis: ſiue in illicitis ſiue in
bonis ſiue in malis: ſicut in chorizādo: ſal
tando: ⁊ ludēdo: ⁊ ſic de alijs: talis ab adu
latoribus non nominatur diſſolutus: ſed
ſocialis ſiue ſocius. Talis qui ſic ſe cōfor-
mat alijs in malis ⁊ illicitis: poſtmodū ha
bebit ſocietatem omnium demonū ⁊ dam
natorum ⁊ carebit ſocietate dei ⁊ omniuꝫ
ſanctorū. Quarto aſtutia ab ipſis adula
toribus prudentia nominatur: vt. ſ. quādo
quis eſt aſtutus in mercantijs ⁊ in alijs
ſuis negotijs: ⁊ lucratur mentiendo ⁊ deci
piendo proximos: ſiue cū nouas adinuen
tiones ⁊ inauditas inuenit: vt ſic proximos
decipere poſſit: tales ab adulatoribus hu
ius mundi prudentes nominantur. Unde
Lu. xvj. Filij huius ſeculi ſunt prudentio-
res filijs lucis in gñatione ſua. Quinto la
ta conſcientia liberalitas animi nominatꝛ:
vt cum quis ſine timore dei viuit nihil cu
rans nec timens deum in cogitationibus:
locutionibus: ſiue in operibus ſed ſine om
ni timore dei peccat: ⁊ q̄ delectabilia ſunt
carni perpetrat. Talis enī letus ab adula
toribus nominatur. De quibus dicit dñs
Luc. vj. Ue vobis qui nūc ridetis. Sexto
garrulitas affabilitas nominatur: vt cum
quis eſt garruloſus: ſiue vir ſiue mulier ⁊
ſcurrilia verba proferens non curando vtrū
deum in hoc offendat. Tales nominan-
tur ab adulatoribus ſolatioſi. In quibus
aliqui multum peccant cogitando. ſ. homi
nes annoſos ad iracundiam: ad impatiē-
tiam: ⁊ ad blaſphemiam: qui alias ex na-
tura ⁊ ex ſenio mirabiles ſunt ⁊ impatiē-
tes: ⁊ in quocunqꝫ tales commoti ſic pec-
cant: redundant in eos qui cōcitauerunt
illos. L Et vlteriꝰ habemus videre quo
modo virtuoſi deriderentur: quia primo
quando quis eſt abſtinens ⁊ vult viuere
in parcitate qui tantum in neceſſarijs con
tentatur ⁊ bibit ceruiſiam vbi bene poſſet
bibere vinum: talis parcus ⁊ auarus no-
minatur quaſi nō audeat vti de bonis ſi-
bi conceſſis. cuꝫ tamen talis nō propter par
citatem: ſed propter deū hoc dimittit: quia
ſcit ſe eſſe redditurum rationem de omni-
bus creaturis quomodo illis vſus ſit: vel
etiā ideo in abſtinētia vult viuere vt pau-
peribus eo melius poſſit ſubuenire. Secū
do ſi quis diligit humilitatem: exemplo
chriſti qui dicit. Diſcite a me: quia mitis
ſum ⁊ humilis corde. Humilitatem ſtudet
ſeruare in verbis ⁊ factis: ⁊ nititur cauere
ſcandalum timens illud dictum xpī. Mat.
xviij. Ue homini illi per quem fit ſcanda-
lum. Talis ab amatoribus huius mundi
hypocrita nominatur. Tertio maturitas
ſcilicet quando quis mature incedit in ver
bis ⁊ factis cauens leuitatem mentis oſtē
dere: talis maturitas amaritudo nomina
tur. Quarto quies deuotionis vt cum quis
nititur expellere extraneas occupationes
⁊ deo quietum ⁊ tranſquillum cor offerre:
talis quies deuotionis pigritia nomina-
tur. Quinto ſimplicitas cum quis ſecun-
dum prophetam in ſimplicitate cordis quę
rit deum: ⁊ ſecundum dictum chriſti ſtu-
det ſimplicitatem columbe oſtendere: ta-
lis ſimplicitas: ſtultitia nominatur: et ta-
lis ab amatoribus mundi deridetur. Io
hannis. xij. Deridetur iuſti ſimplicitas.



Sexto timor dei ſtricta conſcientia nomi-
natur: ſcilicet quādo quis timet deum et
nō vult deū offendere ī verbis nec in factis.
Septimo fugere publicam ⁊ malam ſocie
tatem ſingularitas nominatur: vt cum
quis vult ſibi precauere a mala ſocietate:
aduertens illud dictum pſalm̄. Cum ſan-
cto ſanctus eris: ⁊ cum peruerſo peruerte
ris. Talis dicitur ſingularis vł deſpector
proximi. Octauo cum quis querit iuſtitiā
⁊ exigit: tunc auſterus ⁊ impatiens nomi
natur. Nono cum quis eſt bone conuerſa
tionis: ⁊ propterea ab hominibus diligi-
tur: ſic adulator noīatur. Decimo ſi quis
informationi: ⁊ correctioni proximi inten-
dit: preſumptuoſus noīatur. ⁊ ſic de alijs.
M Quintum peccatum alienum eſt re-
curſus. Sicut ſunt qui ſunt defenſores ma
lefactorum: ⁊ ad quos malefactores ha-
bent recurſum. Ergo ſi potens es: ⁊ in mu
nicipio tuo vel caſtro tuo tueris raptores
cum ſuis rapinis: reus eris omnium pec-
catorum. Si es receptor hoſpitum ⁊ reci-
pis in domum tuam homines non bonos
⁊ adminiſtras eis cibaria illicita ⁊ prohi-
bita: ſcilicet in quadrageſima lacticinia:
cum alias ſunt ſani ⁊ fortes. ⁊ bene poſſūt
vti cibo quadrageſimali: ⁊ tu bene haberes
res eis adminiſtrare cibum quadrageſi-
malem: ſed propter lucrum adminiſtras
eis quicquid deſiderant: ⁊ cibum prohibi-
tum ab eccleſia. v. g. Sicut repertum eſt ꝙ
in quadrageſima in vna quarta feria in
qua etiam fuit angaria: ⁊ cum hoc fuit vi-
gilia Mathie apoſtoli: quāplures fortes:
ſani ⁊ robuſti vſi ſunt de lacticinijs ⁊ alias
habuiſſent ſufficientiam de cibis quadra
geſimalibus. In quo non modicum pec-
cant tam comedentes quam etiaꝫ illi qui
adminiſtrant propter lucrum temporale:
eis talia fercula. Et ſi aliquis hoſpes dice
ret. Uideant: quid ad me? Reſpondeo qđ
ex charitate dei ⁊ proximi obligamur pro
mouere proximum in his que ſunt ſalutis
⁊ non ei adminiſtrare occaſionem peccan-
di. Item ſi es pincerna ⁊ hoſpitio recipis
malos: ſcilicet luſores: blaſphematores: ⁊
lenones qui cū meretricibus peccāt quas
ſecum ducunt que non ſunt legitime vxo
res earum: ⁊ hoc facis propter lucruꝫ tem
porale reus eris omnium peccatorum illo
rum. Item paterfamilias qui tenet famu-
lum ⁊ famulam ſimul peccantes in ſua do
mo reus erit illius peccati: ⁊ breuiter quic
quid in domo committitur quod eſt con-
tra deuꝫ ab his quos hoſpitio recipis ſciē
ter eius reus eris. N Exemplum de his
qui hoſpitio recipiunt malefactores pro-
pter lucrum. Legitur quod quidam taber
narius propinans vinū omnes tā bonos
quam malos hoſpitio recepit: ⁊ permiſit
eos in domo ſua ludere: chorizare: blaſ-
phemare: inebriari: lenones ⁊ meretrices
inſimul peccare: ⁊ alia multa mala permi
ſit fieri in domo ſua propter lucrum tem-
porale. Semel in vna die dominica cum
vinum de cellario portaret ⁊ ante ianuaꝫ
exportaret hoſpitibus extra domum ſedē
tibus: quia domus plena erat hoſpitibus
ecce ventus turbinis eum violēter rapuit
⁊ ſurſum in aere leuauit in conſpectu totius
populi. Et cum ſic a demonibus leuare-
tur clamauit compuncto corde. O deus
quid fiet de anima mea. Tunc demones
permiſerunt cadere in vno campo ſuper
agrum vnum dicentes. Quia oblitus es
omnium tranſitoriorum et corporis pro-
prij: vite: vxoris: filiorum: atque amicoruꝫ
tuorum ⁊ deum ſolum pro anima tua com
puncto corde rogaſti: ideo non poſſumus
te vltra ducere: quia omnipotens nō vult
permittere noſtram in te exercere volun-
tatem: eo quod compuncto corde inuoca-
ſti eum: ⁊ ſi hoc non feciſſes: cum corpore
⁊ anima te ad infernum duxiſſemus. Et
hoc dicto diſparuerunt. ⁊ poſtmodum in-
uentus in campo reportatus eſt ad domū
⁊ per aliquos dies decubuit. Et poſtquaꝫ
conualuit ſe emendauit: ⁊ tabernā amo-
uit: ⁊ amplius nunquam permiſit aliqueꝫ
in domo ſua ludere: ⁊ blaſphemare: vł cho
rizare: ſiue alia mala exercere.

¶ Sermo. cxlv. Et eſt continuatio pre
cedentis.

AB occultis meis mũda me:ꝛ ab
alie. parce ſeruo tuo. pſ. xviij.
Quantũ ad ſecundã partẽ pre
cedẽtis ſermo. hic dicendũ eſt
de alijs quatuoꝛ pctĩs alienis.
¶ Unde ſciendũ ꝙ ſextum pctm̃ alienū
eſt participatio in peccatis alienis: ſcꝫ cũ
quis partem in lucro peccati hꝫ:ꝛ per ꝯñs
etiam ꝛ partẽ habebit in pena: vt qui ſciẽ
ter emunt rapinã vel furtum vel inde co-
medunt ꝛ bibunt tales tenẽtur ad reſtitu
tionẽ: in tanto q̃to de illis rebꝰ vſi ſunt: vt
ſi ſex vel octo comediſſent vnũ pullũ fur-
tiue ablatũ: quilibet tenet̃ reſtituere ſuã
partem. Similiter intelligendũ eſt de his
qui a Judeis dona ꝛ munuſcula recepe-
runt: q: tales tenent̃ reſtituere: nõ ipſis iu
deis: ſed ipſis a quibꝰ ipſi Judei per vſu-
ram extorſerũt ſi habent notitiã eoꝛum: ſi
aũt non habent notitiã illoꝝ: tũc reſtitue
re debent ſcðm conſiliũ ſui cõfeſſoꝛis: vel
pauperibꝰ: vel ad alios pios vſus. Idẽ di-
cendũ de luſoꝛibus: ꝛ de his qui bona per
ludũ acquiſita recipiunt. Nam nullus dꝫ
cũ luſoꝛibꝰ bibere: nec comedere: nec ipſis
pecunias ad ludum accõmodare: nec etiã
denarios iſtos quos ad lumen exponunt
recipere. Sicut hi qui qñ comburũt lumi-
na pro vno denario recipiũt bene aliquã-
do quatuoꝛ denarios in recõpẽſam: tales
oẽs tenẽtur ad reſtitutionẽ ſm̃ conſilium
ſui cõfeſſoꝛis. Itẽ iudices ꝛ reipublice pro-
uidentes: qui permittũt panes ac vinũ mi
noꝛari propter ſuum lucrũ tp̃ale: ꝛ oẽs alij
qui participãt quocũqꝫ modo ſciẽter in lu-
cro peccãt: vt vxoꝛes ꝛ pueri res iniuſtas
ſcienter hereditãtes ꝛ poſſidẽtes. vnde le
gitur Dañ. c. xiiij. ꝙ tam vxoꝛes q̃ꝫ filij ſa-
cerdotum Belis: a rege combuſti ſunt. ¶
Septimũ pctm̃ alienũ eſt cum quis mutꝰ
eſt in peccato ꝙ coꝛripere ꝛ reprehendere
tenetur: vnde quibꝰ deus cõmiſit ſubditos
vt prelatus ꝛ patreſfamilias: tenẽtur ſub-
ditos coꝛripere: alias vna cum ipſis dãna
buntur. Unde legitur de ſacerdote Hely.
j. Reg. iiij. Qui non coꝛrexit filios ſuos ini
que agentes: vel quia tepide eos coꝛrexit:
ideo punitus eſt hic per moꝛtem tempo-
ralẽ: quia fracta ceruice cecidit de ſella re-
troꝛſum ꝛ expirauit: ꝛ ideo ſi in infernũ de
ſcendit: non inuenio aliã cauſam: niſi quia
filios ſuos non coꝛrexit: propter quod do-
minus ſubitanea moꝛte eum interfecit: vn
de cum filij a parẽtibus: ꝛ laici a prelatis
ſuis reprehẽdunt̃ nequaq̃ꝫ indignari de-
bent: nam patres ꝛ prelati ad hoc tenẽtur:
alias enim damnarent̃. vnde Ezech. iij. Si
dicente me ad impiũ moꝛte moꝛieris: ſcilꝫ
pro tua ſuperbia: auaritia: luxuria: ꝛ tu nõ
annũciaueris ei: neqꝫ locutus fueris ipſe ſi
in iniquitate ſua moꝛiatur: ſanguinẽ eius
de manu tua requirã. Nam omnia pecca
ta que prelati poſſunt coꝛrigere ꝛ non coꝛ
rigunt: ipſis imputabunt̃: ꝛ pro eiſdem dã
nabunt̃. vnde Sapi. vj. Duriſſimũ iudiciũ
fiet his qui preſunt. ¶ Ex quibus patet
ꝙ ſi confeſſoꝛ dure confitentem redarguit
non propter ea indignari debet: quia con
feſſoꝛ ad hoc tenetur: quia bonus confeſ
ſoꝛ potius debet duos vel tres bene expe
dire: q̃ꝫ decem negligẽter: quia nõ eſt red
diturus rationem de numero confitentiũ
vtrum paucos vel multos audiuerit: ſed
qualiter eos expediuit ꝛ abſoluit. Si au-
tem confeſſoꝛ propter lucrum tẽpoꝛale ne
gligenter expedit confitẽtes grauiter pec
cat: q: ſecundũ doctoꝛes: qui ſcienter ab-
ſoluit aliquẽ coꝛam deo probabiliter exi-
ſtimat vel ſcit non eſſe abſolutum ipſo fa-
cto peccat moꝛtaliter. Uideant ergo cõfeſ
feſſoꝛes quomodo abſoluant põpoſos ho
mines qui non intendunt dimittere ſuam
ſuperbiã: imo ipſo facto oſtendũt ſuam ſu
perbiam in veſtibꝰ ꝛ ſciſſuris veſtiũ in lon
gis caudis ꝛc. Et ſic etiam intelligitur de
alijs peccatoꝛibꝰ qui oſtendunt probabi
lia ſigna ꝙ non habent firmum propoſitũ
abſtinendi a peccatis: vt publici foꝛnica-
rij ꝛ adulteri ꝛ concubinarij qui concubi-
nas in domo ſecum tenent: nec a ſe inten
dunt eas remouere. Similiter vſurarij et
luſoꝛes ꝛ falſi mercatoꝛes qui nolunt reſti
tuere ſecundum conſiliũ ſui confeſſoꝛis. Si
militer ꝛ ſuperbi choꝛizantes ꝛ toꝛneamẽ
ta exercẽtes: qui ſeruant adhuc illa oꝛna
menta in quibus peccauerunt. Nam hoc
eſt euidens ſignũ ꝙ tales firmiter nõ intẽ
dũt deſiſtere ab illis peccatis: quia ſi tam
reſignarent



reſignarẽt illa oꝛnamẽta q̃bus non vtunt̃
niſi ad peccandum: tũc in futuꝝ oportet
ret eos ſibi alia oꝛnamenta ſuperbie p̃pa-
rare. Uñ verus penitẽs nõ ſolũ poſtponit
peccata ſed ẽt occaſiones peccatoꝝ: ꝛ hoc
in illis apparet qui veraciter conuertunt̃:
ꝛ hñt firmum propoſitum ſe emendandi:
q: tales abijciunt habitũ ſuperbie: ꝛ capu
tia magna: ꝛ crinalia: ꝛ pepla cũ q̃bus pec
cauerunt: ꝛ ſic de alijs. ¶ Octauum pec
catum alienũ eſt peccatis non obſtare: et
hoc ſpectat ad prelatos ꝛ preſides. Unde
prelati ꝛ domini qui ſubditos ſuos nõ co
hercent: ſed dimittunt eos damna paupe-
ribus inferre: pullos: aucas: pecoꝛa aufer-
re: fruges eoꝛum aquis in pabulum gra-
mina ꝛ fructus hoꝛtoꝛum ꝛ vinearum fu-
rari vl' virapere: vel ẽt pauperes vitupera
re: percutere: ledere: ꝛ male tractare: ꝛ non
prohibent: p̃pterea damnabunt̃. vñ Eze.
iij. dicit dñs prelatis. Non aſcendiſtis ex
aduerſo: nec oppoſuiſtis vos murum pro
domo iſrael ꝛc. diuerſi eñ rectoꝛes ad hoc
ſtatuti ſunt vt vnuſquiſqꝫ terrã ſibi ſubie
ctam in pace teneat. Et ſi foꝛte ipſe rectoꝛ
vel prelatus non ſpoliat ſubditos tamen
non reſiſtit ſpoliatoꝛibus. Et ſi eſſet terra
iſta ampla ſicut vltra mare omnia pecca-
ta que fiunt in ea per raptoꝛes quibus re-
ſiſtere poſſet ꝛ non reſiſtit: tunc de illis om
nibus redditurus eſt rationem coꝛam deo.
Unde ſi preſidẽtes poſſunt prohibere ma
la ꝛ non faciunt damnabunt̃. Ideo vos q̃
vel que permittitis filios veſtros, vel fi-
lias turpia verba loqui ꝛ mala perpetra-
re: ꝛ ridetis ꝛ nõ prohibetis: ꝛ vos patreſ
familias familiam veſtram: ꝛ vos iudices
potentes ſubditos veſtros ſi impedire po
teſtis talia ꝛ non facitis: etiaꝫ ſi aliud ma
lum non habueritis q̃ꝫ illud ſolum dam-
nabimini. Nonum peccatuꝫ alienũ eſt nõ
manifeſtare peccata hominum, vt ab illis
que poſſunt ꝛ debent ꝛ tenentur coꝛrigere
coꝛrigantur. vnde quicunqꝫ ſit periculum
aliorum ꝛ alios non auiſat ꝛ premunit ſi-
ue ſit in coꝛpoꝛe ſiue in rebus ſiue in ani-
ma: cum tamen poſſet eos premunire dã-
natus erit ſi non fecerit. Sic ſimiliter tu
ſcis aliquem peccare ꝛ poſſes hoc manife-
ſtare vt impediretur, ꝛ manifeſtaretur ſi
non feceris reus eris. Iteꝫ ſi tu ſcis res fu-
ratas circa aliquem retentas iniuſte ꝛ nõ
vis domino rei intimare vt exinde ſuam rẽ
rehabere ꝛ recuperare poſſit: cũ tamẽ hoc
licite ꝛ cõmode poſſis, reus eris coꝛã deo
illius peccati ꝛ damni. Item ſi videris ali-
quem alteri dãnuꝫ inferre in agro ſiue in
prato ſiue in oꝛto: ꝛ cũ proclamares ad eũ
idem foꝛtaſſis ceſſaret a damno inferendo
ſi ꝫ contẽpſeris vel neglexeris hoc facere in
ſubſidium dño rei tũc reꝰ es coꝛã deo. Sꝫ
aliqui dicunt cũ aliqua iniuſte fieri videt̃.
quid hoc ad me pertinet? Reſpondeo qð
ex precepto fraterne charitatis quilibet te
netur preuenire periculum ſui proximi in
coꝛpoꝛe ꝛ in anima: cũ hoc commode po-
teſt. Exemplum ſi videres cecum tranſire
circa foueam ꝛ nõ premunires eum: ſi ca-
deret in foueam ꝛ moꝛeretur: homicida il-
lius eſſes coꝛam deo. Itẽ cum in ſynodo p̃-
cipitur omnibus in eadem parochia exi-
ſtentibus vt manifeſtent crimina publica
ad coꝛrigendum ea quod quidam non cu-
rant: ꝛ ideo miſerabiliter ſeipſos dãnant.
Ergo quicunqꝫ cauſa conſanguinitatis vl'
familiaritatis vel cauſa lucri nõ proderet
peccatum: quod prodendum eſſet ſecun-
dum iura ſymoniam committeret ꝛ graui
ter peccaret. Item quicunque ſciret here-
ticum, vel phitoniſſam: ꝛ non proderet:
moꝛtaliter peccaret: quia melius eſt coꝛ-
ruptoꝛes fidei prodere prelatis eccleſie:
quam diu valde in pane ꝛ aqua ieiunare.

¶ De articulis fidei.
Sermo. cxlvj.

OMnis qui viuit ꝛ credit
in me non moꝛietur in
eternum. Johannis. xj.
¶ Sciendum quod fi-
des frequenter eſt pre-
dicanda fidelibus: ꝛ ẽt
ab eis diligenter cuſto-
dienda: quia fides eſt
fundamentum oĩs boni. Ap'ls. j. Coꝛin. iij.

Fundamētum aliud nemo poteſt ponere preter illud qḋ poſitū eſt: quod eſt Jeſus chriſtus: id eſt fides Jeſu chriſti. vnde Augu. Fides eſt bonorū omniū fundamentū. Fides eſt humane ſalutis initiū: ſine hac nemo ad filioꝝ dei numerū peruenire pōt. Hebre. xj. Jmpoſſibile eſt ſine fide placere deo. Ergo vt deo placere poſſumus debemus habere fidē rectā integrā ⁊ firmam. Quia ſecundū aplm ad Hebr. x. Juſtus ex fide viuit. Nos igitur ex quo de fide eccleſie locuturi ſumus: tunc eſt notādum ꝙ in ſymbolo apoſtolorū ſunt. xij. articuli fidei ſecundū numerū. xij. apoſtolorū a quibus compoſitū eſt. Nā apoſtoli cōgregati deſcripſerunt. xij. articulos fidei in primo cōſilio: de quo habetur Act. xv. Cuius prima diffinitio fuit data per beatum Petrū. Et eſt ſciendū ꝙ beatus Paulus nō habetur ibi: q2 pro tunc non fuit electus in apoſtolum: nec etiā ipſe eſt de numero duodenario. Et primus articulus pertinet ad patrē ⁊ ſex pertinēt ad filiū: ⁊ quinq3 vltimi ad ſpiritum ſanctū. Pro quo notandū ꝙ nullus dubitare debet: ſed quilibet chriſtian9 tenetur credere trinitatē perſonarū: ⁊ vnitatem eſſentie diuine: nec tamen curioſe perſcrutāda eſt beata trinitas: ſed ſimpliciter credenda. Bernar. Scrutari hec temeritas eſt: credere pietas noſcere vita eterna. Quomodo beata trinitas multipliciter probetur. Hoc quere ante ſermo. lxxv. O altitudo ⁊c. B Ulterius ſciendum ꝙ iſtos. xij. articulos fidei quilibet homo tenetur credere: ⁊ qui in vno articulo erraret: nec firmiter crederet: talis eſſet in ſtatu dānationis: quia abſq3 vera fide nemo ſaluabitur. Marci. xvj. Qui non crediderit cōdemnabitur. Et inſuper quilibet homo cum ad annos diſcretionis peruenerit tenetur addiſcere orationem dominicā: ſalutationem angelicā: ⁊ ſymbolū apoſtolorū ſi vult accipere ſacramētū euchariſtie. Et primum articulū poſuit beatus Petrus dicens. Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi ⁊ terre: id eſt ſm Aug. Creatorem omniū rerum viſibiliū ⁊ inuiſibilium. Contra hunc articulū dicunt manichei: viſibilia eſſe creata a principe tenebrarum inuiſibilia vero a deo. Que hereſis odibilis eſt deo et omnibus creaturis. Deo quia talis hereſis deo ſuum dominium minuit: dum viſibilia eius dominio ſubtrahit. Hominib9 quia contumeliā eis facit cū ex parte qua viſibiles ſunt diabolo eos attribuit. Jmo talis hereſis dehoneſtat omnes viſibiles creaturas dū eas a diabolo dicit eſſe creatas. Ex quo patet ꝙ quilibet chriſtianus debet firmiter deū credere eſſe creatorem omnium rerū viſibilium ⁊ inuiſibiliū: qḋ non eſt aliquis vermiculus in natura quin a deo ſit creatus. C Jtem ſciendū quod ex conſideratione iſtius articuli homo dirigitur ad tria. Primo ad gratiarūactiones. Q2 ex quo deus eſt creator omniū creaturarū certum eſt ꝙ quicquid ſumus vel habemus ꝙ hoc a deo ſumus vel habemus. j. Cor. iiij. Quid habes quod non accepiſti? pſ. Domini eſt terra ⁊ plenitudo eius: ſed ex quo omnia a deo habemus: tunc merito tenemur ei gratiarūactiones referre. pſ. Quid retribuam dño pro omni. que retri. mihi. vnde Chry. in ſer. Liberaliſſimus eſt deus q̄ta tibi largitas eſt ad ſuſtentationē q̄ta ad eruditionē: q̄ta ad correctionē: q̄ta etiā ad delectationē: ⁊ hec omnia gratis dedit. Secūdo inducimur ad beneviuendū rebus creatis. Nā creaturis debemus vti ad hoc ad quod create ſunt: ſunt autē create ad duo. Primo ad gloriam dei. Prouerb. xvj. Uniuerſa propter ſeipſum: id eſt ad gloriā ſuam operatus eſt deus. Secūdo creature create ſunt ad vtilitatē hominis: ergo vti debemus creaturis ad honorē dei ⁊ ad vtilitatē propriā. Sed heu plures ſunt qui nō regratiātur deo de creaturis ſuis: imo ſepius abutūtur donis dei. vnde Aug. de ciui. dei. Quiſquis beneficia dei non videt cecus eſt: nec laudat ingratus eſt: q̄ſquis reluctatur in laudando inſanus eſt. Sciēdum etiam ꝙ iſti multum timere debent qui male vtuntur creaturis et donis dei: quia de his diſtrictam reddituri ſunt rationem. vnde Chryſo. ſuper Matt. Jn die illa nihil eſt quod reſpōdeamus vbi celum et terra: aqua: ſol: ⁊ luna: dies: noctes: et tot9 mundus ſtabunt aduerſus nos in teſtimonium peccatorū noſtrorum: ⁊ ſi omnes tacerent: tamen cogitationes noſtre: ⁊ ipſa opera noſtra aduerſum nos ſtabunt ante oculos noſtros accuſantes nos corā deo dicente apoſtolo. Rom. j. Cogitationes inuicem accuſantium ⁊c. Tertio inducimur ex illo articulo ad cognitionē humane dignitatis: q2 deus omnes creaturas creauit propter hominē: ⁊ ſubiecit eas homini. Gene. j. Dominamini piſcibus maris ⁊ volatilibus celi ⁊ vniuerſis ⁊c. pſ. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius oues ⁊ boues vniuerſas inſuper ⁊ pecora campi. Eſt ergo homo tāte dignitatis: quod debet preeſſe omnibus creaturis, ⁊ ſubeſſe deo. D Secundū articulum poſuit Jo. euā. dicēs. Et in Jeſum chriſtum filium dei vnicū, dominum noſtrū. Credere enim debemus ꝙ Jeſus chriſtus eſt vnigenitus ⁊ verus filius dei: ⁊ qḋ fuit cum patre eternaliter: ⁊ quod eſt alia perſona a patre: ⁊ quod eſt vnius nature ⁊ ſubſtantie cum patre: ⁊ eſt patri ſimilis, ⁊ coeternus. vnde Jo. x. Ego ⁊ pater vnum ſumus: ſcilicet ſecundū formam dei: et pater maior me eſt: ſcilicet ſecundum formam ſerui ⁊ humanitatis. Sequitur dominum noſtrum. Ubi ſciendum quod libenter debemus habere chriſtum pro domino propter quinq3 conditiones. Primo quia eſt nobilis. Luc. j. Altiſſimi filius. pſ. Magnus dominus et laudabilis nimis: ⁊ magnitudinis eius non eſt finis. Secundo quia māſuetus: ergo agnus nominatur. Joan. j. vbi dicit. Joannes baptiſta. Ecce agnus dei. vnde etiam Eſai. liij. Et quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Tertio quia fortis ad protegendū et liberandum nos a malo. pſ. Dominus protector vite mee a quo trepidabo. Quarto quia nos creauit. pſ. Jpſe fecit nos ⁊ nō ipſi nos. Jnſuper nos redemit ꝓprio ſanguine ſuo. apoſtolus. j. Cor. vj. Empti eniꝫ eſtis precio magno. Quinto quia largus eſt ad remunerandū ſuos ſeruos. Auguſ. lib. xxij. de ciuita. dei. Jpſe deus erit finis deſideriorū noſtrorum: quia ſine fine videbitur ſine tedio amabitur ſine fatigatione laudabitur. Jtem Auguſt. in eodem libro. Quod deus preparauit diligentibus ſe fide non capitur: ſpe non attingitur: charitate non apprehenditur: deſideria ⁊ vota tranſgreditur: acquiri poteſt: eſtimari non poteſt. E Tertium articulum poſuit Jacobus maior frater Joannis euangeliſte: qui ambo fuerunt filij zebedei: dicens ſic. qui cōceptus eſt de ſpirituſancto: natus ex Maria virgine. Ubi ſciendū quod non ſolum eſt neceſſarium chriſtiano credere filium dei: ſed etiam neceſſariū eſt credere eius incarnationē per quam nobis viſibilis apparuit. Baruch. iij. Poſt hec in terris viſus eſt: ⁊ cum hominibus conuerſatus eſt. Querit̄ hic quomodo incarnatio chriſti facta eſt? Reſpondeo. Poſtq̄ angelus Gabriel fuit miſſus ad beatam virginem Mariam: vt habetur Luce. j. Et ipſa ſcilicet Maria credidit ⁊ conſentit: tūc ſpirituſſanctus ſuperuenit in eam: ⁊ ſanctificauit et fecundauit eam: ⁊ formauit in inſtāti de puriſſimo ſanguine virginis Marie: velut alij dicunt de puriſſimis ei9 humoribus corpus chriſti: et in eodem inſtāti in quo formatum eſt corpus creata eſt anima ex nihilo: ⁊ hec in eodem inſtanti coniuncta eſt corpori organizato. Et illa duo: ſcilicet corp9 ⁊ anima ſimul mox fuerunt diuinitati vnita in filij dei perſona. Et quod dicitur de ſpirituſancto conceptus per hoc excluduntur carnales commixtiones. Unde canitur in hymno. Non ex virili ſemine: ſed myſtico ſpiramine verbum dei factum eſt caro. Qui ſpirituſſanctus ſecundū Henricum de vri. ſuper ſymbolum illam conceptionem mundam ab omni peccato reddidit: quod nunq̄ factū eſt in aliquo puro homine. Licet enim aliqui ſunt ſine peccato ⁊ ſanctificati in vtero matris ſicut Joannes baptiſta ⁊ Hierem. tamen in peccato originali ſunt concepti: ⁊ ſecundum rationem ſeminalē deſcenderunt ab Adam Chriſtus autem non ſolū natus eſt: ſed conceptus fuit ſine peccato a ſpirituſancto. Augu. Solius redemptoris eſt eſſe ſine peccato. Jtem ſciendum ꝙ quāuis tota trinitas operata ſit incarnationem chriſti: quia opera trinitatis ab extra ſunt indiuiſa: tamen ſolus filius eſt incarnatus: vt dicit beatus Aug. de fide ad

Petrũ ⁊ Aug. ponit tale exemplũ. Si tres
puelle tenerent tunicam: ⁊ vna ex illis illã
indueret tunc illa indutio fieret a tribus
puellis: ſed tamen niſi vna earum ſoluʒ in
dueretur. Et alius doctoꝛ ponit tale exẽ-
plũ. Si tres ſcʒ Petrus: Johannes: ⁊ An
dreas ſimul agerent rubricando Andreã:
rubricatio Andree fieret ab his tribus ſi-
mul: attamen ſolus Andreas rubricaret.
¶ Sequitur. Natus ex Maria virgine.
Circa quod notandum ꝙ glorioſa virgo
Maria virgo cõcepit: virgo peperit ⁊ etiã
poſt partum ꝟgo permãſit. Queritur hic
quare xp̃s natus ſit de beata virgine Ma
ria? Rñdetur ſecundum Henric. de vii. q.
triplex eſt ſtatus humane nature: ſcʒ con-
iugalis: vidualis: ⁊ virginalis. Primus bo
nus: ſecundus melioꝛ: tertius optimus.
Quicquid autem optimum eſt deo attri-
buitur. Ideo cõueniens fuit vt de ꝟgine
naſceretur. Et in hoc etiam oſtendit chri-
ſtus excellentiam ſtatus virginitatis. Au
gu. Unius virginis ſancte partus omniuʒ
ſanctaruʒ virginum eſt decus. Secundus
ſecundum alium doctoꝛem. Per euam vir
ginem facta eſt perditio: ſic ecõuerſo. Per
virginem Mariam facta eſt reparatio.
Unde canitur. Paradiſi poꝛta per euã cun
ctis clauſa eſt: ⁊ per virginem Mariã ite-
rum patefacta eſt. Tertio vt veritas pro-
phetie adimpleretur. Eſai. vij. Ecce virgo
concipiet ⁊ pariet filium. ¶ Quartum
articuluʒ poſuit Andreas. Paſſus ſub Põ
tio pylato: crucifixus: moꝛtuus: ⁊ ſepultus.
Ubi ſciendum ꝙ ſicut credere debemus in
carnationem filij: ita neceſſariuʒ eſt crede
re paſſionem ⁊ moꝛtem eius: q2 ſcdm Gre.
nihil nobis naſci profuit niſi ⁊c. vbi aduer
tendum eſt circa paſſionem chꝛiſti. Primo
qs patitur. Reſpõdeo dei filius ſumme bo
nus ieſus xp̃s Marie filiꝰ. Secũdo q2 q̃lia
patitur: in rebus exterioꝛibus ſpoliationẽ:
quia in cruce nudus pependit: nec hauſtũ
aque habuit. In coꝛpoꝛe amariſſimam af
flictionem ⁊ doloꝛem: quia a planta pedis
vſq3 ad verticem capitis non fuit in eo ſa
nitas: in animam maximam triſtitiaʒ. Uñ
dixit. Triſtis eſt anima mea vſq3 ad moꝛ
tem. Tertio a quibus patitur. Rñdetur a
principibus ⁊ miniſtris: iudeis ⁊ gẽtilibꝰ.
Pſ. Quare fremuerũt gentes ⁊ populi me
ditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terre
⁊ principes conuenerunt in vnum aduer-
ſus dominum ⁊ aduerſus chꝛiſtum eius.
Quare patitur. Reſpondeo quod propter
peccata noſtra ⁊ ſalutem noſtram. Eſai.
liij. Ipſe autem vulneratus eſt ꝓpter ini
quitates noſtras ⁊ attritꝰ eſt propter ſce-
lera noſtra. Quinto quid cogit eum? Re
ſpondeo maxima charitas quam habuit
ad nos. Apoc. j. Dilexit non ⁊ lauit nos a
peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Romañ.
v. Cõmẽdat deus ſuã charitatẽ in nobis:
quoniam cum inimici eſſemus chꝛiſtus p
nobis paſſus eſt ⁊ moꝛtuus iuſtus pro in
iuſtis. ¶ Sequitur: ſub Pontio pylato.
Pro quo ſciendum quod pontius eſt co-
gnomen ab inſula ponti nominatum: ſed
pylatus eſt propꝛium nomen. Et ipſe erat
gentilis ⁊ malus ⁊ indignus pane quia ſʒ
Augu. Peccatoꝛ nõ eſt dignus pane quo
veſcitur. A quo malo hoie chꝛiſtus eſt
ſententiatus ⁊ iudicatus ad moꝛtem. Itẽ
ſciendũ ꝙ Uincentiꝰ in ſpeculo hiſtoꝛiali
dicit ꝙ pylatꝰ accuſatꝰ eſt in multis corã
vitellio preſide ſyrie. Primo de moꝛte ho-
minũ innocentũ quos occiderat. Item ꝙ
imagines gentiliũ ponebat in tẽplũ. Iteʒ
pecuniã poſitã i coꝛbanã redigebat i ſuos
vſus: inde faciens aqueductum in domuʒ
ſuã. Et pro his miſſus eſt in exiliũ: ⁊ ibi in
cidens multas calamitates ſe ꝓprijs ma-
nibus interfecit. Itẽ notandum ꝙ tũc xp̃s
paſſus eſt ſub pontio pylato iudice. ſ. q̃ ſic
nominabat: tũc quotidie in ſuis mẽbris
a multis patitur. Mat. xxv. Qđ vni ex mi-
nimis meis feciſtis mihi feciſtis. Et ideo ſi
iniuriã pateris a iudice iniquo noli remur
murare: ſed memento dñm noſtrũ ieſum
xp̃m iniurioſe paſſum ſub pontio pylato.
Itẽ ſi ſubditus es ⁊ habes prelatũ coꝛru-
ptum ⁊ ꝑmentẽ te ꝯ iuſtitiã ſis patiẽs: q2
ipſe eſt tuus pylatus. Si mulier es et ha-
bes virũ furioſum te percutientem: ſis pa-
tiens q2 ipſe eſt pylatus tuus. Si ſeruus
es ⁊ habes impiũ dñm ⁊ crudelẽ te mole-
ſtantẽ: ſis patiens q2 ipſe eſt pylatus tuꝰ: ⁊
ſic de alijs. Et oẽs illi predicti debent eſſe



patientes: quia pro his tribulationibꝰ ha
bituri ſunt premiũ magnũ in celo. Mat. v.
Beati eſtis cũ maledixerint vobis homi-
nes ⁊ perſecuti vos fuerint ⁊ dixerint om-
ne malum aduerſum vos mentientes pro
pter me: gaudete ⁊ exultate: qm̃ merces ve
ſtra copioſa eſt in celis. ¶ Quintũ arti-
culum poſuit Philippus dicens. Deſcẽdit
ad inferna. Circa quẽ articulũ primo que-
ritur quo tempoꝛe vel qua hoꝛa chꝛiſtꝰ de
ſcẽdit ad inferna. Reſpondet ſm̃ Tho. qđ
ſtatim quãdo aĩa chꝛiſti a coꝛpoꝛe ſepara
ta fuit: tunc anima chꝛiſti diuinitati vnita
deſcendit ad limbũ patrum: ⁊ mãſit ibi ab
hoꝛa moꝛtis chꝛiſti que fuit ſexte ferie no-
na vſq3 ad hoꝛam reſurrectionis. Et hoc
fuit tempus quadraginta hoꝛarũ: q2 dilu-
culo diei dñice reſurrexit: ⁊ eadẽ hoꝛa re-
ſurrectionis eduxerat patres de limbo. Et
in die aſcẽſionis ſue ꝑduxit iſtas animas
ad celum: quas in die reſurrectionis edu-
xerat de limbo. vnde Aug. in ſer. de reſur.
domini. Sicut enim dño reſurrexerunt: ita
cum eo aſcẽdente: ipſi etiam aſcẽdiſſe cre-
duntur. Item ſciendũ ꝙ anima chꝛiſti fuit
ſeparata a coꝛpoꝛe: ſed diuinitas ſemper
permanſit cum anima deſcendẽte ad infer
na: ⁊ etiam cum coꝛpoꝛe in ſepulchꝛo iacẽ-
te. Item ſciendũ ꝙ ante xp̃i paſſionẽ qua
tuoꝛ fuerũt receptacula animarũ. Primuʒ
receptaculũ fuit infernus dãnatoꝛũ. Et ad
hunc locũ chꝛiſtus nõ deſcẽdit: nec ab illo
aliquẽ liberauit: q2 in inferno nulla eſt re-
demptio. vnde Greg. xj. lib. moꝛ. Nequaq̃
vltra miſericoꝛdia parcentis liberat quos
ſemel in locis penalibꝰ iuſtitia iudicantis
damnat. Ergo pro talibꝰ dãnatis non eſt
oꝛandũ. vnde Aug. Si ſcirẽ animã patris
mei in inferno non plus oꝛarẽ pro eo eo q̃
pro diabolo. Secundũ receptaculũ eſt lim
bus pueroꝛũ: id eſt illoꝛũ infantiũ in pctõ
originali decedentium: qui limbus eſt ſu-
pra infernũ: ⁊ ibi eſt pena dãni: id eſt carẽ
tia viſionis diuine: ⁊ nõ pena ſenſus: id eſt
ſenſibilis pena non eſt ibi: ⁊ ſunt ibi tene-
bre exterioꝛes ⁊ interioꝛes: id eſt carentia
gratie: ⁊ etiã carẽtia viſionis diuine. Ad il-
lum locũ chꝛiſtus etiã non deſcẽdit: nec ab
illo aliquẽ liberauit. Ratio huiꝰ eſt: q2 iſti
paruuli non fuerunt capaces gratie Jeſu
chꝛiſti: ⁊ fructus redẽptionis Jeſu chꝛiſti.
Tertium receptaculũ eſt purgatoꝛiũ: ⁊ eſt
ſupra limbum pueroꝛũ in quo eſt ignis coꝛ
poꝛalis in quo anime illoꝛũ puniũtur qui
hic in vita penitentiã ſuam non impleue-
runt vſq3 ad ſatiſfactionẽ condignã. Que
ritur vtrum illi qui fuerunt in purgatoꝛio
liberati ſunt quando chꝛiſtus deſcẽdit ad
limbum patrum. Reſpõdetur ꝙ non oẽs:
ſed ſolum illi qui pro tunc fuerunt purga-
ti ſufficienter: vel meruerũt hoc quod pro
illo tempoꝛe: ſcilicet in deſcẽſu chꝛiſti libe-
rari debuiſſent. Quartum receptaculũ et
ſupremum eſt limbus ſanctoꝛũ patruʒ vbi
fuit carentia viſionis dei: ⁊ nulla pena ſen
ſibilis. Ad iſtum locũ chꝛiſtus deſcendit ⁊
eum fregit ⁊ ſanctos patres inde eduxit.
Ex iſto articulo habemus duo documẽta.
Primum quod habere debemus ſpem de
deo: quia ⁊ ſi illos qui fuerũt in limbo viſi
tauit: tũc quilibet noſtrũ poteſt confidere
ꝙ nos in tribulationibꝰ noſtris non dere-
linquet. vnde pſ. Cum ipſo ſum in tribula
tione eripiam eum: ⁊ gloꝛificabo eum. Se
cũdum documentũ eſt ꝙ debemus ſubue-
nire animabus proximoꝛũ. Si enim chꝛi-
ſtus deſcendit ad inferos vt ſuos charos
amicos liberaret ⁊ nos exemplo ipſius de
bemus ſubuenire animabꝰ amicoꝛũ ⁊ pa-
rentum per ſuffragia: que fiunt ſm̃ Greg.
Per oꝛationes: eleemoſynas: ieiunia: miſ-
ſas: ⁊ p alia opera bona. Unde ipſi clamãt
ad nos illud Job. xix. Miſeremini mei mi-
ſeremini mei: ſaltem vos amici mei. Sex-
tum articulũ poſuit ſanctus Thomas di-
cens. Tertia die reſurrexit a moꝛtuis. Et
iſtum articulum Tho. conuenienter po-
ſuit: quia in illo prius dubitauit: et de co
poſt plene certificatus eſt: vt habetur Jo.
xx. vbi chꝛiſtus dicit Thome. Infer digi-
tum tuum huc: ⁊ vide manus meas affer
manum tuam ⁊ mitte in latus meum: ⁊ no
li eſſe incredulus: ſed fidelis. Unde ſanctꝰ
Thomas de aquino dicit quod ſanctus
Thomas apoſtolus non ſolum vidit vul-
nera chꝛiſti: ſed et tetigit. Et eſt ſciendum
ꝙ chꝛiſtus ante tertiam diem reſurgere
noluit propter moꝛtis probationẽ: ſi enim

ſtatim reſurrexiſſet nō fuiſſet creditum ꝙ
vere mortuus fuiſſet. Sꝫ ſicut in ore duo-
rum vel trium conſtat omne verbū. ſic in
tribus diebꝰ experiri poſſumus omne fa-
ctum. Ultra vero tres dies noluit differre
reſurrectionem ſuā propter apoſtolorum
conſolationē qui remanſerūt in errore: ti-
more ꝛ dolore: ſꝫ ipſe reſurgēs eos certifi
cauit: cōfortauit: ꝛ letificauit. Itē ſm hēri.
de vri. Sicut neceſſariū eſt nobis credere
ꝙ xp̄s mortuus fuit ita etiā ꝙ a mortuis
reſurrexit: qꝛ hoc valet ad ſubleuationem
ſpei noſtre. Quia membris datur ſpes a
conſideratione capitis qꝛ ſicut xp̄s reſur-
rexit a mortuis ꝛ nos reſurgemus.

¶ Sermo.cxlvij. Et eſt cōtinuatio
precedētis de ceteris articulis fidei.

ASſumptus eſt in celū ꝛ ſedet a
dextris dei. Marci.vj. K. Iſtū
articulū poſuit beatus Barth.
Et in articulo iſto attēdere de
bemus magnitudinē virtutis
dei qꝛ aſcendit in forma humana cū cor-
pore ꝛ anima. ſ. de monte oliueti q̄ diſtat
a hieruſalē per mille paſſus: ꝛ preſentibꝰ
ipſis apoſtolis cū beatiſſima virgine ma-
ria ꝛ alijs mulieribꝰ que ſecute ſunt eū a
galilea: ꝛ corā ſeptuaginta duobꝰ diſcipu-
lis. Et veriſimile eſt ꝙ nō ſolum iam dicti
preſentes fuerūt in monte oliueti: ſed etiā
multi alij diſcipuli xp̄i occulti ꝓpter me-
tum iudeorū, ibidem etiā fuerunt: vt Ni-
chodemus. Gamaliel. Ioſeph ab arima-
thia: ꝛ plures alij qui venerūt cum apo-
ſtolis ad montē oliueti vt viderent xp̄m
dn̄m ſuum aſcēdere in celum. Dicit etiā
magiſter hiſtorie ꝙ facto prandio in die
aſcenſionis congregauerunt ſe in monte
ſyon xp̄i diſcipuli ꝛ exierunt cū proceſſio-
ne in montē oliueti vt viderēt xp̄m aſcen-
dere cū potentia magna. Item ſciendū ꝙ
xp̄s aſcendit gaudēter ſcd̄m illud p̄s. Aſcē
dit deus in iubilatione ꝛc. Nec ipſe ſolus
gaudebat: ſed etiā ipſi hoīes qui fuerunt
p̄ſentes. Similiter ipſi angeli et omnes
anime que ab eo de limbo liberate fuerūt
vꝫ ſanctorū patrum: prophetarū: patri-
archarū: ſanctorū innocentiū: ſancti Io-
hannis baptiſte: ꝛ eorū omnium iuſtorum
qui fuerūt ab initio mundi mortui ꝛ pur-
gati. He aūt ſingule cū xp̄o aſcenderunt
ꝛ fuerūt in maxima iubilatione ꝛ hoc vo-
luit ſignare p̄s. dicēs. Aſcendēs in altum
captiuam duxit captiuitatē. i. illos q̄ fue-
rant captiui in limbo inferni. L. Octauū
articulū poſuit Mattheus dicens. Inde
venturus eſt iudicare viuos et mortuos.
Unde ſciendū eſt ꝙ quilibet xp̄ianus te-
netur credere futurū iudicium: qꝛ eſt ar-
ticulus fidei. Et iſte incutere debet timo-
rem magnū: qꝛ de omnibꝰ reddituri ſumꝰ
in eo rationē diſtrictā. vnde Eccli.xij. Cū-
cta que fiunt adducet dn̄s ad iudicium.
Nā reddituri ſumus rationē de cogita-
tionibus noſtris. vnde Greg. Sicut deus
cogitationes vniuſcuiuſqꝫ conſiderat: ſic
cunctos greſſus dinumerat: vt nec minu-
tiſſime cogitatiōes que apud nos vſu vo-
luerunt in eius iudicio indiſcuſſe rema-
neant. Sap̄.j. In cogitationibus impij in-
terrogatio erit. Itē omnibꝰ verbis. Matt.
xij. De oī verbo otioſo qd̄ locuti fuerint
homines ꝛc. Itē de omnibus operibꝰ no-
ſtris que geſſimus in corpore ſcꝫ de omni
greſſu: viſu: tactu: auditu: ꝛ ſic de alijs. vn̄
Apoſtolus.ij. Corint.v. Oēs nos manife-
ſtari oportet ante tribunal xp̄i: vt referat
vnuſquiſqꝫ prout geſſit in corpore ſuo: ſiue
bonum ſiue malum. Itē de rebus tempo-
ralibus quomodo lucratus eſt illas: quo-
modo poſſediſti: ꝛ quō expendiſti. Item
quilibet de officio ꝛ artificio ſuo ſcꝫ faber:
ſartor: ſutor: piſtor: ꝛ ſic de alijs. Simili-
ter ꝛ officiales ꝛ magiſter ciuium et ſic de
alijs. Itē quilibet de ſtatu ſuo ſiue matri-
moniali ſiue viduali: ſiue virginali: quō
quiſqꝫ ſcd̄m ſuum ſtatū vixerit. M. Nonū
articulū poſuit Iacobꝰ minor frater Si-
monis ꝛ Iude dicēs. Credo in ſpiritum-
ſanctum. Sicut em̄ credimus in patrē et
filium ꝛ ſpiritumſanctū credere nos opor-
tet cū ſit ipſi patri ꝛ filio conſubſtantia-
lis ꝛ equalis ꝛ eiuſdē eſſentie cum patre ꝛ
filio. Ergo de neceſſitate ſalutis tenet̄ qui
libet xp̄ianus credere qd̄ ſpiritusſanctus
procedat a patre et filio: ꝛ in illo articulo
greci errant qui dicunt ꝙ ſpiritusſanctus
ſolū a patre procedat ꝛ nō a filio ꝙ falſūꝫ
eſt ꝛ cōtra fidem xp̄ianam. Unde canitur
in ſymbolo miſſe. Qui a patre filioqꝫ pro-
cedit. Unde etiam ab apoſtolo. Spiritus
filij nuncupatur. Gala.iiij. Miſit deus ſpi-
ritum filij ſui in corde veſtro ꝛc. Si ergo
ſpiritus filij eſt vtiqꝫ eſt a filio ꝛ ita pla-
num eſt ꝙ ꝓcedit ab eo. Itē ſciendum qd̄
ſpiritusſanctus ab omnibꝰ deſiderandus
eſt: qꝛ per ipſum viuificatur hō. Iohā.vj.
Spiritus eſt q̄ viuificat. Nā qui caret ſpi-
ritusſancto mortuus eſt. Nam ſicut ſpiri-
tus rationalis neceſſarius eſt corpori vt
illud viuificet: ſi em̄ auferat̄ ſpiritus cor-
pus in puluerē reuerteretur. Eodē modo
ſpiritusſanctus hꝫ ſe ad animam p̄s. Au-
feres ſpiritum eorū et deficient. Etiā ne-
ceſſarius eſt nobis ſpiritusſanctus: qꝛ nō
niſi per eū a malo liberamur: ꝛ bonū ope-
ramur. vnde Augu. in lib. de gratia. De-
ſiderate auxiliū gratie. qua ſola oēs libe
ramur a malo: ſine qua nullū prorſus ſiue
cogitando: ſiue volēdo: ſiue amando: ſiue
agendo facimus bonū. N. Decimum arti
culum poſuit Symon dicens. Sanctam
eccleſiam catholicā. Et ſciendum ꝙ ſic in-
telligitur ille articulus. Credo in ſpiritū
ſanctū, ſanctam eccleſiā ſanctificantē. Et
ſciendū ꝙ eccleſia eſt cōgregatio fideliū.
Et quilibet homo in gratia exiſtens eſt
membrum eccleſie ſancte: ꝛ xp̄s eſt caput
eccleſie. vn̄ Apoſtolus ad ephe.v. Uir eſt
caput mulieris: ſicut xp̄s eſt caput eccleſie.
Eſt aūt ſancta eccleſia in tres partes di-
uiſa. Una eſt in mundo que adhuc eſt in
timore et expectatione. Scd̄a eſt in celo
que eſt ſine timore ꝛ ſine expectatiōe. Ter
tia eſt in purgatorio que medio modo ſe
habet: quia eſt in expectatione: cū adhuc
gloriam vite nō habeat: ꝛ tn̄ ſine timore:
qꝛ habet liberū arbitrium in bono confir-
matū. Iſtas tres partes eccleſie repreſen-
tant tres partes ſacramēti euchariſtie q̄
in altari fiunt. O. Undecimū articulū ſm
henricū de vrina ꝯpoſuit iudas thadeus
frater ſimonis et Iacobi minoris dicens.
Sanctorū cōmunionē, remiſſionem pecca
torū. Pro quo ſciendum ꝙ ſanctorū cōio.
eſt bonorum ſpiritualiū per ſanctorum
acquiſitorū congregatio. Unde inter alia
que ſunt nobis credenda: etiā ſanctorum
cōmunicatio in eccleſia credēda eſt. Nam
oēs xp̄iani exiſtentes ſine peccato morta
li participes ſunt omniū bonorū que fiūt
in eccleſia per qd̄libet membrū eccleſie.
Sicut ſi candela accendatur pro aliquo
hoīe ſpecialiter, oēs qui cū eo ſunt bene-
ficium candele percipiunt niſi in viſu im-
pediantur, ſcꝫ obſtaculo peccati mortalis
qd̄ obtenebrat intellectū ꝛ inficit affectū
iuxta illud p̄s. Participē me fac deus oīm
timentium te. Ratio aūt quare cōia ſunt
bona eccleſie eſt charitas ꝛ vnitas fideliū
qꝛ charitas nō querit que ſua ſunt: ſed ꝙ
vtile ꝛ bonū eſt multis: ideo ipſa eſt diſtri
butrix bonorum que fiunt in eccleſia: hoc
etiā poteſt probari. Primo in hoīe in quo
cibus cū fuerit bene digeſtus dirigitur ad
ſingula mēbra ſua. Scd̄o probatur hoc in
arbore in qua humor per radicem attra-
ctus diuiditur in ſingulos eiꝰ ramos: ſal-
tem nō aridos. Quo ad ſecundā partem
preſentis articuli ſcꝫ de remiſſione pecca-
torū firmiter eſt credendū ꝙ omne pecca-
tum ſiue ſit actuale ſiue originale in eccle-
ſia poteſt remediari et mederi. Nam per
baptiſmū tollitur omne peccatū in baptiſ-
ſato nō ficte accedēte ſiue ille baptiſans
ſit adultꝰ ſiue paruulus. Itē poſt baptiſ-
mum quotienſcunqꝫ q̄s lapſus fuerit in
peccatū ſiue ſit mortale ſiue veniale po-
terit per verā penitentiā reparari: ergo fir-
miter credere debet quilibet ꝙ in eccleſia
catholica eſt remiſſio omniū peccatorū ꝛ
in nulla alia ſecta: qꝛ extra eccleſiā non eſt
ſalus. Et cōtra iſtum articulū faciunt ho-
mines deſperati qui propter magnitudi-
nem vel multitudinē peccatorū deſperāt
quod eſt maximum peccatū. vnde Iſido-
rus de ſum. bo. Deſperatio eſt peior omni
peccato. vnde etiā Augu. ſuper Ioh. De
nemine eſt deſperandū in hac vita. So-
lum enim deſperationis crimen eſt quod
mederi non pōt: ergo credere debemus
remiſſionem peccatorū q̄tumcūqꝫ etiam
magnus ſit peccator ꝛ ſi mille millia pec-
cata mortalia commiſiſſet. Et ſecundum
Bern̄. Maior eſt dei pietas q̄ queuis ini-
quitas: ſicut enim ſcintilla in medio ma-

ris:ita omnis malitia hominū ad miſe=
ricordiā dei. Duodecimum articulū com=
poſuit Mathias dicens Carnis reſurre=
ctionē. vitam eternā, amen. Credere de=
bemus ꝙ omnes homines ſimul reſurgēt
in die nouiſſimo. vnde Johan. vj. Ueniet
hora in qua oēs qui in monumentis ſunt
audient vocem filij dei: ⁊ qui audierint vi
uent. vn̄ Apoſtolus. j. ad Corint. xv. Oēs
quidē reſurgemus: ſcȝ tam boni ꝙ̄ mali.
Unde credendū eſt omni xp̄iano ꝙ quili=
bet homo idē in numero cum eodē corpo
re cū quo iam viuit reſurget. vnde Job.
xix. Rurſum circundabor pelle mea: et in
carne mea videbo deū ſaluatorē meum:
quem viſurus ſum ego ipſe ⁊ nō alius et
oculi mei conſpecturi ſunt. hoc dicit ad de
notandū fidelitatem corporis ꝓprij ꝙ̄uis
em̄ corpus in cinerem ⁊ in puluerē reda=
ctum ſit: tn̄ omnia que ſpectant ad cōple
mentum corporis redibunt ⁊ idē corpus
reſurget: ⁊ eadem anima illius hominis
hoc idē corpus econuerſo aſſumet ⁊ ei cō=
iungetur: ⁊ oēs reſurgemus in illa etate
in qua xp̄s fuit quādo mortem pro nobis
ſuſtinuit tam ſenes ꝙ̄ iuuenes: et corpus
cuiuſlibet electi erit in reſurrectione im=
mortale: ſubtile: incorruptibile: ſine omni
defectu ⁊ clarū ⁊ impaſſibile ⁊ agile: ſed
corpus cuiuſlibet reprobi erit valde paſ=
ſibile groſſum ponderoſum ⁊ obſcurū. De
iſto plenius habetur ſupra ſer. l. E. Sed
quantū ad ſcd̄am partem iſtius articuli
vbi dicit. Uitam eternā. Sciendū ꝙ qui=
libet homo debet credere vitam eternam
poſt hanc vitā de qua dicit Aug. lib. ij. de
ciuita. dei. O chare illam vitā amplecti de
buiſti vbi eſt vita ſine morte: lux ſine te=
nebris. iuuentus ſine ſenectute: pax ſine
diſcordia: volūtas ſine iniuria. regnū ſine
cōmutatione qd̄ nunꝙ̄ amittitur ⁊ in vita
eterna habebunt electi fercula multa pre
tioſa ⁊ dulcia. De hoc quere ſer. cxliij. h.

De ſacramentis. Sermo. cxlviij.

SAmaritanus approprians alli
gauit vulnera eius infundens
oleum et vinū. Luc. x. p. Unde
ſciendū qd̄ ſamaritanus. i. xp̄s
vulnerato appropinquās cura
tiōe eius ſacramētorū alligamēta adhi=
buit: qꝛ cōtra originale peccatū ⁊ actuale
ſacramentorū remedia deus inſtituit. Un̄
ſciendū ꝙ ſeptē ſunt ſacramenta q̄ deus
inſtituit et in quolibet ſacramēto datur
ſpecialis gratia digne recipiēti ipſum ſa=
cramentū: et ſm̄ Ray. quinꝙ̄ dicūtur ne=
ceſſitatis: qꝛ ſunt ſub precepto: ⁊ tenet̄ quī
libet ad ea ſuſcipiēda pro loco ⁊ tēpore ſcȝ
baptiſmus: cōfirmatio: penitentia: eucha
riſtia: ⁊ extrema vnctio. Reliqua duo ſa=
cramēta ſunt volūtatis ſcȝ ordo ⁊ matri=
monium. Q. Item querit̄ vtrum ſacramē
ta debēt peccatoribꝰ dari? Reſpondet̄ ſm̄
Ray. Propter occulta peccata nō poſſunt
ſacramēta denegari alicui niſi per admo=
nitionem ſecretam in ſpeciali vel publice
factā in generali: vt patet de conſe. diſt. ij.
nō prohibeat. Exiſtēs aūt in peccato mor=
tali ſiue occulto: ſiue manifeſto: mortali=
ter peccat recipiendo ſacramēta: vt patet
diſtin. xl. multi. et. xcv. illud. xj. q. iiij. audi.
Similiter ⁊ miniſtrans ſacramēta in pec=
cato mortali peccat mortaliter. R Queri
tur vtrum ſacramenta poſſint iterari. Re
ſpondetur ꝙ ſunt tria que nō poſſunt ite=
rari ſcȝ baptiſmus: confirmatio: ⁊ ordo. qꝛ
ſic collatione iſtorū trium imprimitur ca=
racter anime qui etiā per mortem non pōt
ab anima ſeparari. Unde ſi quis reſuſci=
taretur nō eſſet ſecundario baptizandus:
nec ꝯfirmandus: nec ordinādus: ſecus eſt
de alijs quatuor ſacramētis. Unde magi=
ſter hugo dicit. Si lazarus poſt reſuſci=
tationē voluiſſet reſumpſiſſe vxorem ſuā
oportuiſſet ꝙ de nouo cōtraxiſſet. Unde ꝑ
mortē ſoluitur matrimonium ſimiliter eu=
chariſtia, ⁊ penitentia, et extrema vnctio
reiterantur. Unde ſciendū qd̄ baptiſmus
eſt primū ſacramentū ⁊ ianua ⁊ fundamē
tum omniū ſacramentorū: qꝛ nulli cōfer=
tur in eccleſia aliqd̄ aliorū ſacramentorū
niſi prius ſit baptiſatus. S. Querit̄ quis
ſit baptiſmi effectus. Reſpondetur ꝙ ba=
ptiſmus digne ſumentibus delet omnem
culpā originalem: mortalē ⁊ venialē: ⁊ re=
ſtituit primā innocentiā quo ad animam.
Et inſuper extinguit ignē infernalē: ⁊ etiā
purgatorij ꝙ̄tum ad ipſum baptiſatū. Et



etiā delet omnem ſatiſfactionē quā homo
in preſenti deberet ꝓ peccatis ſuis exple=
re. hoc oportet: qꝛ ſi aliqs infidelis iudeꝰ
vel paganus mille annis vixiſſet: ⁊ omni
die mille peccata mortalia perpetraſ=
ſet: ſi contritus ⁊ fidē ſuſceperit et ſi cum
deuotione baptiſatus fuerit tūc nulla pe=
nitentia ſatiſfactoria ſibi imponēda eſt: qꝛ
baptiſmꝰ tollit omnem ſatiſfactionē: et ſi
talis immediate poſt baptiſmum morere
tur ſtatim ſine omni purgatorio euolaret
ad celum. Ex quo patet ꝙ̄ta ſit fatuitas
mulierum que incōſolabiliter dolent de
morte puerorū ſuorū qui poſt baptiſmum
in pueritia decedūt anteꝙ̄ baptiſmalem
innocentiā perdant. Et valde fatuum eſt
eas dolore de hoc ꝙ filij earum trāſeant
a ſocietate hominū ad ſocietatē angelo=
rum: a valle lachrymarū ad gloriam: de
exilio ad patriam. Unde puero baptiſato
anteꝙ̄ annos diſcretionis attigerit ſemꝑ
eſt celū apertum: et ꝙ̄cito moritur etiam
qualicūꝙ̄ morte ſtatim euolat ad celum.
Itē ſciendum ꝙ quatuor ſigna fiunt ante
baptiſmum ⁊ tria poſt baptiſmū ipſi pue=
ro. Et quid iſta ſignificent hoc quere ſu=
pra ſer. lxxvij. B. T. Scd̄m ſacramentū eſt
cōfirmatio. Circa qd̄ queritur vtrū confir=
matio ſit aliquo modo ſacramētū neceſſi
tatis? Reſpondetur ꝙ ſic propter ſpiritua
lem pugnam ad quā homo iuuatur: licet
ſimpliciter non ſit ſacramentū neceſſita=
tis: qꝛ ſine ipſo homo pōt ſaluari. Sed qui
ex cōtemptu dimitteret illud ſacramētum
dānaretur: qꝛ eius cōtemptus dānabilis
eſt vt dicit ſanctus. Tho. in. iiij. diſtin. vij.
Queritur vtrū cōferatur gratia in ſacra=
mento confirmationis? Reſpondetur ſm̄
Tho. quod gratia confertur nō ſolū com=
muniter ſicut in quolibet ſacramēto con=
fertur gratia mundans a peccato: ſed etiā
ſpecialis gratia per quā quis deputatur
ad effectū ſctificatōis ⁊ idoneus fit ad xp̄ȝ
confitendum. vnde de grato facit magis
gratum. Itē queritur quibꝰ debeat con=
ferri? Reſpondetur ſcd̄m Tho. Omnibus
xp̄ianis tam pueris viris ꝙ̄ mulieribus
quibus cōmunis eſt pugna ſpiritualis: qꝛ
ſm̄ Job. vij. Militia eſt vita hominis ſuꝑ
terrā. Item ſciendū ꝙ ſex requiruntur ad
cōfirmationē Duo ex parte ſacramenti in
ſe ſcȝ materia chriſmatis: ⁊ forma verborꝫ
que talis eſt. Signo te ſigno crucis, con=
firmo ⁊ chriſmate ſalutis. In noīe patris
⁊ filij et ſpūſſancti. Et duo ex parte mini=
ſtri ſcȝ dignitas pontificalis ⁊ debita in=
tentio. Et duo ex parte ſuſcipientis: ſcilȝ
frons in q̊ua debet fieri chriſmatio: ⁊ ꝙ cō
firmandus ſit baptizatus. Itē ſciendum
ꝙ vnctio chriſmatis tripliciter fit in tribꝰ
ſacramētis que imprimunt caracterē. In
baptiſmo fit in vertice ad ſignificandam
fidei ſuſceptionē. In confirmatione fit in
fronte ad deſignādum cōferri audaciam
confitendi nomē xp̄i. In ordine fit mani=
bus ad ſignificandā poteſtatē cōſecrandi
corpus xp̄i. U Itē ſciendū ꝙ effectus cōfir=
mationis eſt multiplex. Primo. gratiā da=
tam in baptiſmo confirmat. vnde p̄s. Cō=
firma hoc deus quod operatus es in
nobis. Scd̄o ad malitiam ſpiritualē pre=
parat: ⁊ oēs xp̄iani debēt eſſe de bello xp̄i.
ergo oēs debent recipere hoc ſacramentū
vt facilius poſſint cōtra mundū carnem ⁊
diabolū pugnare. Tertio ad conſtantem
confeſſionē nominis xp̄i animat quē opȝ
verū deum ⁊ verū hoīem confiteri. Primo
em̄ oportet vt cōfiteamur eū ſm̄ diuinam
naturā patri ⁊ ſpirituiſancto coequalē: qd̄
notatur in forma ipſorū verborū vt ſit ex=
preſſio trinitatis. Scd̄o vt cōfiteamur eum
ſm̄ humanā naturam crucis ſuppliciū per
tuliſſe: qd̄ notat̄ in crucis conſignatione
que fit in fronte. Quarto intus et extra
nos ſpirituali decore ornat. Intus quidē
per conſcientie puritatē: extra per odorem
bone fame. Et hec duo deſignātur ī chriſ=
mate qd̄ cōficitur in oleo propter primū: ⁊
balſamo propter ſcd̄m. Quinto in bonis
agēdis ⁊ malis ſuſtinendis roborat. Da=
tur em̄ hic ſpirituſſanctus ad robur. Sex=
to animam ⁊ corpus ornat. Animam qui=
dem per impreſſionem caracteris: corpus
vero per clipeum crucis. Septimo ꝑ illud
ſacramentū fiunt fideles pleni xp̄iani: ple=
nitudine dico copie qui tamen in baptiſ=
mo pleni facti ſunt plenitudine ſufficien=
tie. Octauo poſt pugnam coronat quod

notatur in vita que circa caput ligatur.
Conſiderandū eſt autem de illo ſacramē
to ꝙ ſi quis illud in mortali peccato reci=
peret peccaret mortaliter: ergo iuuenes q̄
debent confirmari inducendi ſunt: vt an=
tea cōfiteantur ⁊ inſinuandi ſunt eis effe=
ctus ſacramenti cōfirmationis vt eo maio
rem deuotionem ad illud ſacramentū di=
gne ſuſcipiēdū acquirant. Tertiū ſacramē
tum eſt penitentia ⁊ ſcdm Aug. Peniten=
tia eſt preterita mala plangere ⁊ plangen
da iterū non cōmittere. De cōfeſſione con=
tritione: ſatiſfactione: ⁊ de penitētia vera
vel falſa: quere ſermone .xliiij. H Et etiā
xliiij. R Quartum ſacramentū eſt eucha
riſtia in quo idem chriſtꝰ qui eſt de virgi=
ne natus ⁊ pro nobis paſſus cōtinetur ve=
rus deus ⁊ verus homo. Et ꝙ bonum ſit
digne cōmunicare ⁊ quomodo: in hoc ſa=
cramento eucharirtie q̄nqꝫ partes recipiū
tur. hoc quere ante ſer. xlvij. C x Quintū
ſacrm̄ ē extrema vnctio. Materia autē hu=
ius ſacramenti eſt oleum oliue ab epiſco=
po cōſecratū ⁊ tale oleū huiuſmodi conſe
cratio ſunt de neceſſitate huius ſacramen
ti. Forma autem huiꝰ ſacramenti ſecundū
Tho. eſt oratio deprecatiua vt dicendo p
iſtam vnctionem ⁊ ſuam piiſſimā miſeri=
cordiam indulgeat tibi deus quicquid de
liquiſti per illicitū viſum: auditū: tactum:
guſtum: ⁊ ſic de aliis. Queritur quibꝰ cō=
ferenda ſit extrema vnctio. Reſpondetur
ſcdm Pet. de tharentaſia. Non niſi adul=
tis infirmis in periculo mortis conſtitutis
ex ipſa infirmitate. vnde non datur eunti=
bus ad bellū nec nauigantibꝰ nec his qui
mox occidendi ſunt: q̄ talibus mors non
imminet ex defectu nature: ſed ex fortune
euentu. nec pueris datur quia nō habēt in
firmitatem ſpiritualem cōtractam ex pec
cato mortali actuali: nec diſpoſitionē deuo
tionis habere poſſunt ad hoc ſacramētū.
Nec etiam datur naturalibꝰ ſtultis. Que=
ritur vtrū extrema vnctio debeat dari fre
netricis ⁊ amentibꝰ. Reſpondetur ſm Petrū
ſupradictū. Si in ſana mente cōſtituti non
petierint nō debet dari. Si vero petierint
dari debet. Tamen hoc eſt aduertendum
ſm ſanctū Tho. ꝙ illis furioſis: ⁊ amenti=
bus precipue dari nō debet qui poſſent fa
cere irreuerentiam illi ſacramēto per ali=
quam immūditiam ⁊ niſi ipſi habent luci
da interualla in quibꝰ ſacramenta cogno
ſcerent. Queritur vtrū extrema vnctio poſſit
iterari. Rn̄r ſꝫ ſanctū Tho. in. iiij. di. xxiij.
ꝙ iterari pōt ſine aliqua iniuria ipſius ſa
cramenti: q̄ nō habet effectū perpetuū: eo
ꝙ ſanitas mentis ⁊ corpis que ſunt effe=
ctus eius amitti poſſunt. In eadem quoqꝫ
egritudine iterari pōt. Si primo quidam
ſit in periculo mortis ⁊ euadit: ⁊ poſtmo=
dum recidiuū patiatur: q̄ erit quaſi alia
infirmitas. Et ſimiliter ſi ſit egritudo diu
turna: vt ydropiſis tunc dꝫ fieri quando vi
detur perducere ad periculū mortis: ⁊ ſi
illud mortis periculum euadat eadem in=
firmitate durante: ⁊ poſtmodū ad ſimilē
ſtatum reducatur iteruꝫ pōt inungi: quia
tunc eſt alius infirmitatis ſtatus q̄uis ea
dem ſit infirmitas. Notandum ꝙ magi=
ſter in cōpendio theologice veritatis dicit.
Quando ſepe quis infirmatur ad mortem
ſepe pōt inungi: ſed in vna infirmitate nō
debet quis inungi: niſi eadem infirmitas
vltra annū protrahitur, ita ꝙ in vno anno
propter vnam infirmitatem nequaꝗ̄ bis
inūgatur. Sed bona. ſuper. iiij. ſen. redar=
guit dicēs abſurdū eſt ꝙ ſacramēta regu
lētur ſm motū aſtroꝝ. Queritur q̄s ſit effe
ctus extreme vnctionis? Reſpondeo ꝙ
eſt quadruplex: quorū duos ponit ſanctꝰ
Thomas ſuper. iiij. diſt. xxiij. ⁊ alios duos
magiſter in cōpēdio theologice veritatis.
Primus effectꝰ ⁊ principalis ſm ſctm̄ Tho
mam eſt ſanatio quedā ſpūalis q̄ datur
cōtra quādam debilitatē vel ineptitudi=
nem q̄ in nobis relinquitur ex peccato actua
li vel originali cōtra quā debilitatē hō ro
boratur per hoc ſacramentū. Et q̄ hoc ro
bur gratia facit que ſecū nō cōpatitur pec
catū ideo ex cōſequenti ſi inuenit aliquod
peccatū veniale vel mortale quo ad culpā
tollit ipſum: dūmodo nō opponatur obex ex
parte recipiētis. Secūdarius autem effe=
ctus eſt ſanitas corpalis. Hanc tamen nō
inducit niſi ſm ꝙ expedit ad finem princi
palē ſcꝫ ſpūalem ſanationē: ⁊ tunc cā ſem=
per inducit dūmodo nō ſit impedimentū



ex parte recipientis. Et licet in ipſo multe
fiant inunctiōes: vltima tn̄ eſt formalis re=
ſpectu oīm precedentiū agit in virtute ea
rum. Et ideo in vltima vnctione gratia in
funditur que effectū ſacramenti prebet. Hec
beatꝰ Tho. Tertius effectꝰ ſm magiſtrū
in compendio theologice veritatis eſt ꝙ
hoc ſacramentū vꝫ ad excitandū deuotio
nem. Quartus effectꝰ eſt ꝙ vꝫ ad velocio
rem tranſitū ad celū. Sextū ſacramentū
eſt ſacramentū ordinis. Quō autē ſacerdo
tes ſunt ſiles angelis ⁊ aliquo modo ſimi
les btē Marie virgini: ⁊ quō grauiter pec=
cant q̄ eis detrahūt. hoc quere ſupra ſer.
cij. T. V. x. y. Septimū eſt ſacramentum
matrimonij: quō autē deus multipliciter
honorauit matrimoniū: ⁊ quomodo debēt
viuere q̄ ſunt in matrimonio cōſtituti. hoc
quere ſupra ſermone. xxv. B.

¶ Expliciunt ſermones cōes diſcipuli om-
ni tempore predicabiles ad vulgum.

¶ Incipiunt ſermones cōmunes diſcipuli
de ſanctis. Et primo de Apoſtolis.

¶ Sermo. cxlix. Que ſint ſigna electiōis
ſiue pre~~dicationis~~ deſtinationis. 9.

**E**go eligi vos de mūdo.
Jo. xv. Ex quo xp̄s dr̄ i
euangelio. Matt. xx.
Multi ſunt vocati: pau
ci vero electi. Et nullus
ſcit an ſit electus ſecun=
dum illud Eccleſia. ix.
Neſcit homo an odio vel amore dignus
ſit. neſcit quidem ſcientia certitudinis: ſed
ſciētia cōiecture pōt ſcire. A Sciendum
ꝙ nouem ſunt ſigna predeſtinationis per
que cognoſcit q̄s an ſaluari debeat an dā
nari: q̄to plura de his nouem ſignis in
ſe inuenerit tanto maiorem ſpem habere
debet ad deū etiā ſi iam peccator ſcit ꝙ ad
huc deus ordinabit ſecum ꝙ erit de ſaluā
dis. primū ſignum predeſtinationis eſt
aduerſitas in hoc mundo ſcꝫ pati patien=
ter infirmitatem corporis ⁊ paupertatem
rerum. Hebr. iij. Flagellat autem omnem
filium quem recipit. Apoc. iij. Ego quos
amo arguo ⁊ caſtigo. Ergo quando acci=
dunt alicui infortunia in rebꝰ vt q̄ capti=
uatur, vel ſpoliatur, vel furee furantur ſibi: vel
etiam cū deus permittit infortunia ſuper
ipſum: vt equi vel vacce eius moriantur vel
tempeſtas deuaſtat ſibi ſegetes vel ignis
cōburat ſibi domū: ⁊ ſic de aliis. hoc eſt ſi
gnuꝫ bonū ſi patiēter ferat illa infortunia:
q̄ forte antea deū offendit cū rebus tem
poralibus: ſcꝫ per ſuperbiā vel per gulam
vel p auaritiā ⁊c. vel etiā q̄ deo ingratus
fuit q̄ ſibi iſta tpalia tribuit. Ergo dn̄s pri
uat eū iſtis bonis antea cōceſſis. vn̄ Ber.
ſuper canti. Ingratitudo inimica eſt ani=
me exinanitio meritorū: virtutū diſperſio:
beneficiorū pditio Ergo talis q̄ ſic infortu
nia rerum ſuſtinet de neceſſitate dꝫ facere
virtutem: ⁊ cū patientia cordis iſta bona
ſic amiſſa per infortuniū deo offerre: tunc
ipſe omnipotens deus in vita eterna ſibi
remunerabit ⁊ retribuet iſta bona perdi=
ta dando ſibi eterna bona. Similiter quā
do quis ī corpe infirmatur: ſiue in oculis:
ſiue in pedibꝰ: ſiue in manibꝰ ſiue capite
⁊ ſic d̄ aliis. Vel ſi leditur ī corpe vel ī mēbris
cadendo vel ſeipſum tradēdo ⁊c. Cum q̄s
enim tales infirmitates ⁊ dolores patien=
ter ſuſtinet, ⁊ cogitat ꝙ deum cū eiſdem
membris ſepius offendit: ſalutis ſue ſpem
habere pōt. vn̄ Gre. diuina diſpenſatione
agitur vt plixior vitio plixior egritudo exi=
ſtat, vn̄ etiā Aug. in ſermo. Aduerſa corpo
ris anime remedia ſunt egritudo carnem
vulnerat: ſed mentem curat. Similiter eſt
bonum ſignum cū q̄s ab intra patienter
ſuſtinet tribulationes cordis: tentationes
a diabolo: ⁊ perſecutiones a malis homi=
nibus in mundo. Johan. xv. Si me perſe=
cuti ſunt ⁊ vos perſequentur. Apoſtolus.
ij. Thi. iiij. Omnes qui pie volunt viuere
perſecutiones patiuntur. Et ratio omniū
predictorū eſt: q̄ tribulatio via eſt ad ce=
lum. vnde Act. xiiij. Per multas tribulatio
nes opꝫ nos intrare regnum celorū. Mat.
vij. Arcta eſt via que ducit ad vitā. Luce.
xxiiij. Nonne oportuit xp̄m pati ⁊ ita intra
re in gloriā ſuam? Ex quibus ptꝫ ꝙ bonos
homines qui ſunt in via dei opꝫ pati ſi vo

ſunt celo intrare eternaliter cū chriſto re=
gnare. Ap̄ls. ij. Thi. ii. Si cōpatimur cōre=
gnabim⁹. B Sed ecōuerſo cōtinua ꝓſpe-
ritas in rebus in ſanitate corpis: in hono=
re: in delitijs eſt malū ſignum. Cum ho=
mo nulla aduerſa ſuſtinet nec ab intra nec
ab extra: ſed in oībus factis ſuis ꝓſperita-
tem habet eſt ſignū dānationis. vñ Greg.
Continuus ſucceſſus rerū tpaliū eterne
damnationis eſt indiciū. Idem Greg. Si
exceptus es a paſſione flagellorum eris ex
ceptus a numero filiorū: ergo multū time
re debent homines qui ſemper proſperita
tem habent in oībus: q: hoc eſt ſignū ire
dei. vnde Origenes ſup Ozee. iij. Qui di=
ligitur corripit̄: qui non diligitur in pecca=
tis ſuis dimittit̄. Sed diceres quid faciet
talis qui hic a deo non corrigitur: nec ali=
quid aduerſitatis ſuſtinet vt ſaluari poſ=
ſit? Reſpondeo ꝙ debet ſe coram deo hu=
miliare: ⁊ de peccatis ſuis penitere vt pu=
ta per oris confeſſionem per cordis cōtri=
tionem ⁊ operum ſatiſfactionē. ⁊ debet ſe=
ipſum punire ⁊ ſibiipſi tribulationes infer
re ſcꝫ corpus ſuum caſtigando ⁊ flagellan
do cum ieiunijs ⁊ veſtibus aſperis: ⁊ cum
orationibus ⁊ vigilijs ⁊ alijs bonis exerci
tijs: q: per multas tribulationes chriſtus
⁊ omnes ſancti celū intrauerunt ſic ⁊ quili
bet per tribulationes ⁊ paſſiones celum
intrabit: q: non ſunt cōdigne paſſiones hu
ius temporis ad futurā gloriam que reue
leuabitur in nobis: ſed qui viuit in proſpe
ritatib⁹ ⁊ voluptatibus ⁊ gaudijs mundi
per temporalem viā nullo modo celū in=
trabunt. vnde Hiero. in epiſtola. Impoſſi
bile eſt vt preſentib⁹ quis ⁊ futuris fruat̄
bonis: vt hic ventrē: ⁊ illic mentē impleat:
⁊ de delitijs tranſeat ad delitias. Etiā de
voluptuoſis dicit Bern. Qui carnalib⁹ vo
luptatibus paſcitur eternarum delitiarū
epulis indignus habetur. Similiter de
his qui gaudent in voluptatibus ⁊ vani=
tatibus huius mundi dicit Grego. in ome.
Nemo poteſt ⁊ hic gaudere cū hoc ſeculo
⁊ illic regnare cū deo. De his iam dictis le
gitur tale exemplū in vitaſpatrū. ꝙ erat
quidam ſolitarius in heremo bonus ⁊ de=
uotus cui miniſtrauit vir qdā ſecularis ꝓ=
pter deum portando ſibi cibaria. Erat au
tem in ea ciuitate vnus diues ⁊ impius.
Contigit ergo vt moreretur ille diues qui
habuit ſemper magnā fortunam in omni
vita ſua ſimiliter in morte: q: ducebat eū
cum magno honore ad ſepulchrum tota ci
uitas ⁊ epiſcopus ⁊ totus clerus cū lam=
padibus ⁊ candelis. Egreſſus eſt autem
ille ciuis qui miniſtrauit illi ſolitario ꝓut
cōſuetus erat portans ei panes ⁊ inuenit
eum deuoratū a beſtijs ⁊ cecidit in faciem
in conſpectu dñi dicens. Non ſurgam hic
donec mihi notificabitur a domino quō
ſint hec ſua iudicia q: ille diues ⁊ impius
talem apparatū habuit in ſepultura ſua:
hic vero qui ſeruiuit deo die noctuqꝫ iam
deuoratus eſt a beſtijs. Et ecce angelus
domini venit ⁊ dixit ei. Ille impius habuit
paruum bonū in hoc ſeculo ⁊ de hoc rece
pit hic mercedem: vt in alio ſeculo nullā
inueniat requiem. Ille autem ſolitarius
qui homo erat honoratus ad omnem vir
tutem: habebat vero ipſe modicum aliqd
culpe ⁊ recepit hic illud vt ibi veniat pu=
rus coram deo. Et ita cōſolatus in his ver
bis abijt glorificans deum ſuper iudicia
eius q: vera ſunt. C Secundum ſignum
predeſtinationis eſt cum quis libenter au
dit verbum dei ſcilicet loqui de eo et de ſa
lute propria ⁊ de morte ipſius ⁊ de vita fu
tura q̄ erit vel in penis inferni: vel in gau
dijs celi. Unde Johan. viij. Qui ex deo eſt
verbum dei audit propter ea vos non au
ditis: q: ex deo non eſtis. Nam verbū dei
eſt cibus anime. Mat. iiij. Non in ſolo pa
ne viuit homo: ſed in omni verbo quod ꝓ
cedit de ore dei. vnde Greg. Omnibus mē
tis eſt verbum dei. Modo qui corporalem
cibum non recipit vel qui ſumit ⁊ non re=
tinet ſignum eſt mortis. Grego. Quiſquis
alimenta non retinet de huius vita profe
cto deſperatur. Unde ſciendum ꝙ qui ver
bum dei non libenter audit. eſt malum ſi
gnum: q: talis homo non eſt ex deo. Joh.
viij. Propterea vos non auditis verbum
dei: q: ex deo non eſtis. Ex quo patet ꝙ illi
qui potius ſtant in cimiterio vel in foro: ⁊
de inutilibus ⁊ nociuis loquunt̄: ⁊ taber=
nas citius intrant q̄ᷓ eccleſiam, vt verbū



dei audiant: habēt ſignū eterne reproba=
tionis. Sic illi q̄ libenter audiūt verbū dei
habēt ſignū electionis. vñ Ari. iij. topi. Si=
cut propoſitū in ꝓpoſito: ſic oppoſitū i op=
poſito. D Tertiū ſignū eſt ſi qs deū ho
norat ⁊ glorificat. ps. Domine qs habita=
bit in tabernaculo tuo? Et ſubdit. Timen
tes autē dñm glorificat: vnde ptꝫ ꝙ bonū
ſignū eſt in homine etiā cū ſit peccator cū
diligit bonos ⁊ fouet. Quia ſicut quādoqꝫ
denarius falſus inter bonos cōputatur ꝓ
bono ⁊ ſeruit bonus: ſic quandoqꝫ de ho=
mine peccatore qui diligit bonos ⁊ fouet:
contingit ꝙ cū ipſis in celū intrabit ex eo
ꝙ dñs ꝓpter bonos ſibi gratiam cōtrictio
nis tribuit ⁊ ſalutis. Nam dñs voluit om=
nibus ſodomitis q̄ fuerūt in quinqꝫ ciuita
tibus ⁊ in omni terra circūiacenti parcere
propter decē bonos ſi ibi inuenti fuiſſent.
Nonne tunc deus deberet parcere ⁊ miſe=
reri vni peccatori propter multos bonos
quos fouit, ⁊ dilexit dando ſibi ante exitū
vite ſue veram contritionem ⁊ peccatorū
remiſſionem. Nam ille homo naturaliter
eſt virtuoſus qui virtutes in alijs diligit.
vnde Sen. Scias cum multis virtutibus
abundare: qui alienas virtutes amat. Sic
econuerſo eſt ſignum reprobationis cum
quis bonos odit: ⁊ ſic in ſeipſo depravatus
eſt: q: nec bonum in ſeipſo diligit, nec etiā
in alijs videre poteſt ſed perſequitur bo=
nos verbis ⁊ factis exemplo diaboli pa=
tris ſui q̄ obſtinatus eſt in malitia: ⁊ ſemp
perſequitur bonos, ⁊ virtuoſos: ⁊ hoc eſt
valde grande peccatū: q: chriſt⁹ reputat
hoc ſibi eſſe factū quicquid bonis fit. Mat
the. xxv. Quod vni ex minimis meis feci=
ſtis mihi feciſtis. E Quartum ſignū pre
deſtinationis eſt humilitas ⁊ ecōuerſo ſu=
perbia eſt ſignū reprobationis. Greg. Eui
dentiſſimū ſignū reproborū eſt ſuperbia:
electorū vero humilitas. Aug. in epiſtola.
Quem ſuperbū videris: filiū eſſe diaboli
non dubites. Quod ergo quiſqꝫ habet: ex
hoc cognoſci poteſt ſub quo rege militet.
Sicut p armā milites cognoſcunt̄ ſub quo
rege militant: ſic p humilitatē ⁊ ſuperbiā
cognoſcūtur milites xp̄i vel diaboli Scien
dū q: ſtultū ⁊ periculoſum eſt diabolo ſer
uire in ſuperbia: ⁊ a deo recipere ſtipēdia
quia nullus rex terrenus hoc pro bono ha
beret: ſed grauiter in ſuo ſubdito puniret
ſi ab eo reciperet equū arma ⁊ ſtipendia: et
cū eiſdem ſuo inimico ſeruiret ⁊ dñm pro=
prium impugnaret. Sic eſt de xp̄o ⁊ de dia
bolo ⁊ de hoie: qui oīa bona a deo hꝫ ⁊ cū
eiſdem bonis diabolo ſeruit: cū quo depri
metur ad profunda inferni. Naꝫ qui in p̄=
ſenti eſt ſupbior: in futuro lucifero erit pro
pinquior. ⁊ q̄ hic eſt humilior: erit xp̄o in
celo vicinior. Luce. xviij. Omnis qui ſe exal
tat humiliabit̄ ⁊ qui ſe humiliat exaltabit̄.
F Quintū ſignū predeſtinationis eſt qñ
quis non libenter audit mala loqui de pro
ximis. Et inſuper oīa dicta vel facta proxi=
mi ex corde in bonū exponit ⁊ conuertit.
Sic ecōuerſo eſt ſignū reprobatiōis qñ qs
libenter audit detractores: ⁊ omnia que vi
det vel audit de proximis: interpretat̄ in
malū. vnde Chryſo. ſuper Matthei. Sicut
difficile aliquis ſuſpicatur malū: qui bon⁹
eſt: ſic difficile aliquis ſuſpicatur bonum
qui malus eſt. Unde queritur vtrū audi=
re loqui verba detractoria ſit peccatū mor
tale? Reſpondet̄ ſm ſanctū Tho. Si aliqs
detractionem audiat abſqꝫ reſiſtentia vi=
detur detractori conſentire: vnde fit parti
ceps peccati illius. Et ſi quidam inducit
eum ad detrahendum vel ſaltem placet
ei detractio propter odium eius cui detra
hitur: non minus peccat q̄ᷓ detrahens et
quandoqꝫ magis. vnde Bern. Detrahere:
aut detrahentem audire quod horum dā=
nabilius ſit non facile dixerim. Si vero ei
peccatum detractionis non placet: ſed ex
timore vel verecundia quadam omittit de
trahentem repellere: ⁊ oſtendere ꝙ ei de=
tractio diſpliceat: tunc peccat quidem: ſed
multo minus q̄ᷓ detrahens: et plerūqꝫ
venialiter. Exemplum de illis qui libenter
audiunt detractionem. quere ſupra ſer=
mo. nonageſimo primo. I Similiter ſcien
dum ꝙ in iudicando proximos aliqui gra
uiter delinquunt. Nam quilibet tenetur
dubia in meliorem partem interpretari:
verbi gratia. Si quis videret duas perſo=
nas ſimul loqui: vel ſe mutuo arride=
re: et diffinitiue iudicaret illas perſonas

loqui de malis: vel propter malam concupiſcentiam ſe mutuo arridere: peccaret mortaliter: quia forte loquuntur bona ſimul: vel forte etiam ex leuitate: vel ex quadam admiratione ſe mutuo arrident ⁊ nõ in malo. Luce. vj. Nolite iudicare ⁊ nõ iudicabimini. Apoſtolus Ro. ij. Quo iudicio aliū iudicas teipſum condemnas. Niſi quis viderit manifeſtum malum fieri ſicut occidere hominem ſine iuſtitia: vel ēt videre euidentia ſigna: ſicut nudum cum nuda: ſolum cum ſola. Unde Auguſti. De his que non habent bono animo fieri: ſicut ſunt blaſphemia: ſtuprum, huiuſmodi nobis iudicare permittitur. De factis autem medijs que poſſunt bono ⁊ malo animo fieri: temerariuꝫ eſt iudicare: maxime vt condemnemus. Si diceres. Unde oritur quod aliqui omnia que vident vel audiunt in malum interpretantur. hoc quere ante ſermone. xc. D ℌ Sextum ⁊ miſericors. Matthe. v. Beati miſericordes quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Ergo bonum ſignum eſt cum quis cõpatitur proximo pauperi tribulato, ⁊ infirmo. Greg. Non aliter redemptoris noſtri membra efficimur. niſi adherendo ⁊ compatiendo proximo. Et quãto maioreꝫ compaſſionem quis habet cum proximo tribulato: tanto maius ſignuꝫ bonitatis habet. Unde Gregor. xxiij. Moral. Tanto enim quiſquis perfectior eſt: quãto perfectius alienos dolores ſentit. Talis compatiens meretur cum omnibus quibus in charitate fraterna compatitur. Sed ſignum vere compaſſionis eſt cum quis proximo ſubuenit. Unde Gregor. Nunq̃ vere compatitur, qui quod neceſſe eſt proximo negat. Unde. j. Jo. iij. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi: ⁊ viderit proximum ſuum neceſſe habeꝛ, ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo quomodo charitas dei manet in eo: vnde etiã Hiero. in epl'a. Uult enĩ deus vnũquẽq̃ alterius anguſtias vt proprias ſentire: ⁊ q̃ñ ſi ipſe in tali tribulatione eſſet ſubueniri ſibi cuperet ita ipſe alter ꝓpter deũ ſubuenire nõ poſtponat: ſic econuerſo duri cordis exiſtens hꝫ ſignum reprobatiõis ex eo ꝙ proximis tribulatis non cõpatitur nec miſericordiam exhibet. vñ Greg. Dei miſericordiam nõ põt ꝓmereri q̃ hic miſericors non fuerit. Jac. ij. Judiciũ ſine miſericordia fiet illi qui miſericordiã nõ facit. vñ aliqui nõ cõpatiunꝛ proximis defectuoſis: ſed eos ſpernũt ⁊ verecũdantur loqui pauperibus ⁊ infirmis. Tales deberẽt cogitare ꝙ poſſent illis defectuoſis hoibus ſimiles effici: ſi deus permitteret: q: vnuſquiſq̃ q̃tũcunq̃ diues vel pulcher ſit ⁊ ſanus tamẽ poteſt fieri leproſus: cecus: claudus: ſurdus: mut⁹: ⁊ ſic de alijs. Ergo hoc deberet eos inducere ad humilitatem ⁊ compaſſionem: quia ſicut tunc vellent ſibi compati: ſic ⁊ ꝓximis debent facere. Mat. vij. Que vultis vt faciant vobis homines: ⁊ vos facite illis. Greg. Minus proximum amare conuincitur: qui non cum eo in neceſſitate illius ea que ſunt ſibi neceſſaria partitur. Miſericordib⁹ enĩ dicet xp̃s in extremo iudicio illud Mat. xxv. Uenite benedicti patris mei ⁊c. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi manducare: ſitiui ⁊ dediſtis bibere. ſed duris ⁊ immiſericordibus dicet. Jte maledicti in ignem eternum ⁊c. Eſuriui ⁊ non dediſtis mihi manducare ⁊c. ℌ Septimum ſignuꝫ eſt iniurias faciliter dimittere. Nulla enĩ virtus tã celeriter deo reconciliat ⁊ peccata relaxat: ſicut ledentibus ⁊ iniuriantibus fore placabilem. Matt. vj. Si dimiſeritis proximis de cordibus veſtris ⁊ pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Unde Aug. vnuſquiſq̃ talem indulgentiam accepturus eſt a deo: qualem ⁊ ipſe dederit proximo. Unde qui faciliter poteſt indulgere inimicis ſuis: ſignum eſt quod electus eſt a deo. Sed qui ſunt obſtinati ⁊ rancoroſi ⁊ nolunt indulgere inimicis ſuis habent ſignum reprobationis. Gre. Qui votum nocendi habet in animo debet ſe reum iudicare. J Octauum ſignum predeſtinatiõis eſt ſi quis cupit melior fieri ⁊ mouetur ab intra frequenter ꝙ velit bonus fieri: ⁊ ſic vel ſic ſe regeret i verbis: in factis: ⁊ moribus. Matthe. v. Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſtitiam. Ubi dicit gloſa ordinaria. Eſurire ⁊ ſitire iuſtitiam eſt ſemper habere deſiderium proficiendi. Bernar. Quando nobis de noſtro obſequio ſufficimus: tunc ſtatim coraꝫ deo deficimus. vnde Augu. Semper ambula: ſemper profice: noli in via dei deficere: noli retroire. Unde Bernar. Jn via dei ſtare: retrogradi eſt. Nam nullum remediũ poteſt eſſe vel oportet hominem proficere: vel deficere: ⁊ q̃cito nõ profi: it homo: tũc deficit. Johan. xiij. Nunquam in eodẽ ſtatu permanet. Sed quando homo incipit tepeſcere: ⁊ de mane diu dormire: ⁊ breue eſt ſibi tempus ſedere in tabernis et potare: ſed in his que dei ſunt habet tediuꝫ hoc eſt malum ſignum. vnde Leo papa in ſermone. Non dormientibus prouenit regnum celorum: nec odio: nec deſidia torpentibus beatitudo eternitatis repromittitur. K Nonum ſignum predeſtinationis eſt cum quis mortem chriſti ⁊ paſſionẽ eius frequenter ⁊ libenter meditatur ⁊ regratiatur. Nam qui libenter memoratur paſſionem chriſti ſperandum eſt quod nõ damnabitur. Jnſuper nihil tam acceptum eſt deo ⁊ homini ita vtile ſicut memorare paſſionem chriſti. vnde Albertus magn⁹. Simplex recordatio vel meditatio paſſionis chriſti ſicut quando homo cogitat lapidem vel lignum, tantuꝫ: plus valet quã ſi integrum annuꝫ ieiunaret in pane ⁊ aq̃ vel ſi quotidie virgis ⁊ flagellis cederetur vſque ad effuſionem ſanguinis: vel ſi quotidie legeret vnum integrum pſalteriuꝫ. Fructus quos quis conſequitur ex meditatione paſſionis chriſti. quere ſupra ſermone. xlviij. J hec ſunt nouem ſigna p̃deſtinationis per que quis coniecturaliter cognoſcere poteſt an ſit predeſtinatus aut preſcitus. L Ultimo notanduꝫ eſt exẽplum quod multi ſunt vocati: pauci vero electi. Legitur in vita beati Bernardi quod vnus eremita qui ante fuit decanus ligonen. qui cum fuiſſet. xxv. annis in eremo: poſt mortem apparuit ligonen. epiſcopo: in gloria magna: ſic quod epiſcopus admirabatur. Tunc dixit epiſcopo quod in hora mortis ſue. xxx. millia hominum deceſſerunt. de quibus omnibus ipſe ⁊ beatus Bernar. in celuꝫ aſcenderunt: ⁊ tres in purgatorium venerunt: ⁊ alij omnes ad infernum deſcenderunt.



De apoſtolis. Ser. cl. Quod cuꝫ rebus temporalibus meremur quinq̃.

Poſui vos vt eatis ⁊ fructum afferatis: ⁊ fruct⁹ veſter maneat. Jo. xv. Jſta verba que dñs locutus eſt diſcipulis tã loquitur nobis oĩbus dicẽs. Poſui vos ſup. in hunc mundum vt eatis ⁊ fructũ affereratis ſup. per bonã operationẽ: ⁊ fructus veſter maneat ſine eterna remuneratione. Et vt fructum afferamus xp̃s ꝯtulit nobis tria. ſ. res: corpus: ⁊ aiam: ⁊ cũ vnoquoq̃ predictoꝝ mereri debemus: ⁊ fructũ ferre, qui fruct⁹ maneat in eterna retributiõe. vñ hic tria ſunt dicẽda. Prio q̃ño meremur cũ reb⁹ temporalibus. Secũdo q̃ño cum corpore. Tertio q̃ño cum aĩa. De vlt. duob⁹ dicet in ſermõ. alio ſequẽti. M Circa primũ dicẽduꝫ ꝙ cũ reb⁹ tẽporalib⁹ q̃nq̃ modis meremur. Primo largiendo pauperib⁹ ⁊ opera miſericordie exercẽdo. vñ Lu. vj. Eſtote miſericordes ſicut pr̃ veſter miſericors eſt. Uñ ſciendũ vt qlꝫ libenter dat eleemoſynas ad hoc eũ inducere dñt tria que ꝯſiderare oꝫ. Primo ꝯſiderare debes q̃s petat: q: ipſemet xp̃s in ſpẽ pauperis. Mat. xxv. q̃d vni ex mi. meis fe. mi. fe. Ergo q̃liter velles xp̃m recipere ſi veniret ad ianuã tuam ſic debes pauperẽ recipere i nomine xp̃i. Mat. xxv. q̃ vos recipit me recipit. Sed illi male faciunt qui pauperes ſubſanãt: q: in hoc xp̃m cõſpuũt: q: hoc xp̃s reputat ſibi factum quod pauperib⁹ fit. N Uñ aliq̃ tã ſupbi ſunt ꝙ paupes defectuoſos abhominantur intantum quod nolunt eos alloqui nec eos videre: non cogitantes q̃d adhuc ante mortem poſſent peruenire ad talem ſtatum, ſi deus permittere vellet. Unde legitur quod quidam ſacerdos leproſorum intãtũ abhominabatur leproſos ꝙ conſtruxerat murum inter ſe ⁊ ipſos ⁊ per foramen cõfeſſiones eorũ audiebat ⁊ ꝑ illud etiam ſacramentũ euchariſtie eis porrigebat. Qui diuino iudicio etiam poſtmodum factus eſt leproſus in media pte corporis. ſcilicet, quam elongabat ab eis. alia

parte remanente ſana quam vertebat ad eos. Itē quidā ſeruus intantū abominabatur leproſos: ꝙ nec eleemoſynas voluit eis deferre: ⁊ poſtmodū permiſſione diuina factꝰ eſt leproſus: Quis non teneamur morari cū ipſis: tñ ex toto nō ſunt ſpernēdi: exēplo xp̄i qui mūdauit leproſos ⁊ tetigit leproſum virū dicens. Uolo: mundare. Scd̄o cogitare debes q̄d ipſe xp̄s petat in forma pauperis. Ipſe enim petit ſuū ⁊ nō tuū. vnde apl's. j. Cor. iiij. Quid habes qđ non accepiſti. vnde Aug. de verbis dñi ſer. xlij. De meo vtiq₃ quero: ait xp̄s da mihi: ⁊ reddā tibi: habuiſti me largitorē fac me debitorē: ⁊ habeo te feneratorē pauca mihi das plura vtiq₃ tibi reddaʒ: terrena mihi das: celeſtia vtiq₃ reddā. ¶ Tertio cōſiderare debes propter quid petat: qꝛ petit propter bonū tuū, ⁊ non ꝓpter ſuū. pſ. Bonorū meorū nō eges. Imo pauperes fecit chriſtus propter diuites. Chry. ſuꝑ Matt. Ne putes ꝙ ꝓpter vtilitatē pauperū deꝰ diuites fecerit: quos ſine diuitibꝰ ſuſtētare poterat: ſed ꝓpter vtilitatē diuitū pauperes fecit: qui nimirū infructuoſi ⁊ ſteriles erant futuri: niſi pauperes fuiſſent facti. vnde Luc. xvj. Facite vobis amicos de mām̄ona iniquitatis. vnde ſciendū ꝙ diuites tenent̄ ſubuenire paupeꝛibꝰ. Lu. xj. Quod ſupereſt date eleemoſynā ⁊c. Iteʒ Chry. Non ꝓpterea diuitias accepiſti vt in laſciuias cōſumas: ſed vt in eleemoſynis expendas. Que enim habes pauperū ſunt: ſed tibi credita ſunt: etiaʒ ſi ex iuſtis laboꝛibꝰ ⁊ ex hereditate paterna factꝰ es poſſeſſor. ¶ Unde legitur exēplū de quadam nobili muliere ⁊ diuite: a qua quidā pauper petijt eleemoſynā ⁊ ipſa dedit ei vnum denariū dicens. Ego iam plus dedi tibi: q̄₃ deus vnq̄₃ dedit mihi. Pauper reſpōdit. Tamen habetis tot ⁊ tāta bona a deo vobis data. Reſpōdit. Nō dedit mihi: ſed tantū mihi cōmiſit vt pauperibꝰ inde ſubueniā ⁊ rationē reddaʒ de quolibet denario quomodo expēdā ⁊ quo poſſideā. Item ſciendū ꝙ tenaces ⁊ auari qui bona ſua auare retinēt: nec pauperibꝰ inde ſubueniunt propterea poſſunt dānari: qꝛ corā deo raptores ſunt. vnde Amb. Non minoris criminis eſt habenti tollere q̄₃ cum poſſis indigētibus denegare. Baſilius ſuper illud Lu. xij. Hominis diuitis ⁊c. dicit. Homo ne: inquit ſpoliator es que diſpenſanda ſuſcepiſti propria reputādo: eſt enim panis famelici: quem tu tenes: nudi tunica: quaʒ in conclaui cōſeruas: diſcalciati calcei: qui penes te marceſcunt: indigentis argentū quod poſſides inhumatū: ergo diuitibus auaris dicet chriſtus in iudicio extremo. Ite maledicti in ignem eternū ⁊c. Eſuriui: ⁊ non dediſtis mihi manducare ⁊c. ex quo patet quod diuites qui volunt ſaluari: ⁊ a chriſto in vita eterna remunerari: debent ſic ſubuenire pauperibus. vnde Aug. Da chriſto in terra: qui reddet tibi in celo. Ergo dicet in iudicio miſericordibus. Uenite benedicti patris mei ⁊c. Eſuriui: ⁊ dediſtis mihi manducare ⁊c. Pet. rauen. Quicquid pauperi dederis: tu habebis: ⁊ quod a te non acceperit pauper, habebit alter. Amb. Hoc tantū tuū reputa: quod pauperibus erogaſti. ¶ Item ſciēdum ꝙ illis pauperibus danda eſt eleemoſyna qui nō poſſunt laborare vel etiam ſacerdotibus vel religioſis qui ſedule chriſto ſeruiunt ⁊ ſtudent pro fructu animarū. Eccli. xij. Da bono: ⁊ non recipies peccatorem: benefac humili: non dederis impio. Hieronī. ſuper Joan. Da indigenti ⁊ non ſaltanti: vt non tuis pecunijs animam illius perdas. Tu enim es cauſa perditionis illius: ſi occaſionem preſtas. Ubi patet ꝙ luſores hyſtriones ⁊ meretrices ſimul peccātes non ſunt hoſpitandi: quia quecunq₃ peccata ex permiſſione tua: in domo tua perpetrātur: in tuam animam redundabunt: ⁊ cum ipſis damnaberis. ¶ Et eſt ſciendum ꝙ eleemoſyna remunerabitur temporaliter: et eternaliter. Primo temporaliter. Prouer. iij. Honora dominum de tua ſubſtantia: ⁊ de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus et implebuntur horrea tua ſaturitate et vino torcularia redundabunt. Item Luc. vj. Date ⁊ dabitur vobis. Sed tamen iſta remuneratio temporalis non debet eſſe principalis intentio: nec principale motiuum ad dandum eleemoſynas: ſed honor dei: et ſalus anime. Et homo bene pōt habere ſpem: ⁊ ēt deus bene faciet ſibi ſi ipſe pauperibus bene fecerit. vñ Iſi. Sunt aliqui q̄ pauperibꝰ paruʒ tribuunt: vt accipiāt amplius ⁊ ſub pretextu eleemoſyne querūt diuitias: q̄. vtiq₃ magis feneratio appellata eſt q̄₃ eleemoſyna ſic aues: beſtie capiunt̄: ⁊ piſces modica in hamo cum ponit̄ eſca. vñ q̄s depauperet̄: dando eleemoſynā ad ſubueniēdū pauperibus qꝛ dñs retribuet hic: ⁊ in futuro. Lu. vj. Date ⁊ dabit̄ vobis. Scd̄o remunerabitur ſpūaliter: ⁊ illa ſpūalis remuneratio eſt peccatorū indulgentia. Eccli. iij. Eleemoſyna pauperis non erit in obliuiōe. Et ſicut in cereno glacies ſic fouent̄ peccata tua. vñ Eccli. iij. Igneʒ ardentē extinguit aqua. ⁊ eleemoſyna reſiſtit peccatis. Iteʒ remunerabitur cū infuſione grē. Uñ apl's ij. Cor. ix. Qui ſeminat in benedictionibꝰ de benedictionibꝰ ⁊ metet. ſup. gratiaʒ in preſenti: ⁊ gloriam in futuro. Ergo etiā diuitiꝙ cētuplū hic accipiet. i. gratiā: ⁊ in futuro vitā eternaʒ poſſidebit. Tertio remunerabitur eternaliter: qꝛ menſurā bonā et confertam ⁊ coagitatā ⁊ ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrū. Mēſura bona eſt ꝙ angeli debēt venire ad ſuū obitū: ⁊ ꝑducere aīam cum magno gaudio ad celum. Menſura ꝯferta eſt ꝙ xp̄s ⁊ Maria ⁊ oēs ſancti ⁊ angeli illā aīam lete ⁊ honorifice ſuſcipient. Maria ⁊ omnes ſancti ⁊ angeli oīa merita ⁊ gaudia ſua cū eo diuidēt. mēſura ſuperfluens eſt ꝙ xp̄s ⁊ glorioſa ꝟgo Maria: ⁊ oēs patriarche ⁊ ꝓphete: omnes apoſtoli ⁊ euangeliſte: oēs martyres: confeſſores: ꝟgines: oēs ſancti: angeli ⁊ electi dei ſibi imperpetuuʒ regratiant̄ ꝙ miſericordiā exhibuit homini indigēti. ¶ Sʒ diceres pauper ſuʒ ergo pauperibꝰ ſubuenire nō poſſum. Rñdetur ꝙ ſeruare debes dictum Thobie q̄ dicit. Quō potueris: ita eſto miſericors: ſi multū tibi fuerit: abundanter tribue: ſi exignum tibi fuerit: etiaʒ exiguum libenter impartiri ſtude. Nullus enim pot eſt ſe excuſare: qꝛ dominus plus reſpicit intentionem quam ſubſtantiā. vñ Iſido. de ſum. bo. quali intentione ab vno quoq₃ largitur: taliter ⁊ apud deum recipitur hoc patet Lu. xxj. de vidua que obtulit deo era de qua dicit xp̄s quod plus omnibus alijs dediſſet: quia totaʒ ſubſtātiam tribuit ⁊ libenter plus feciſſet ſi potuiſſet. Unde quilibet pauper debet dare eleemoſynam quod habeat intentioneʒ libenter plus faciendi ſi facultateʒ haberet tunc deus remunerat ſibi ſecundum illam bonaʒ intentionem. Et ideo vnus pauper poteſt dare vnum denarium propter deuʒ tali intentione ꝙ maius premium inde cōſequatur q̄₃ quandoq₃ aliquis diues q̄ dat integrum florenum. Et ſi non poteris plꝰ dare: des tantum hauſtum aque: ⁊ deꝰ dabit tibi ꝓ illo vitam eternā. Matth. x. Qui vni dederit calicem aque frigide tantum non perdet mercedem ſuam. Et ſi hoc nō potes: da tamē bonam voluntateʒ ſic ꝙ libēter velles facere ſi poſſes. Augu. ſuper p̄s. Coronat deꝰ intꝰ voluntatē vbi nō inuenit facultatem. ¶ Exemplum ꝙ deus remunerat eleemoſynam non ſolum in futuro: ſed etiā in p̄nti mundo. Legitur in vitaſpatrū ꝙ q̄dā ſenex cum alio iuuene fratre habebat cōem vitā. Erat aūt ille ſenex miſericors ⁊ ꝯtingit ꝙ veniet magna cariſtia ⁊ ceperūt q̄dam venire ad domuʒ eiꝰ pro eleemoſynis. Senex ꝟo omnibꝰ venientibus diſtribuit panē. videns aūt frater iuuenis qđ fecit dixit ſeni. Da mihi partem meam de panibus ⁊ q̄cq̄d vis cū parte tua fac. Senex autē diuiſit panes: ⁊ faciebat more ſolito de parte ſua eleemoſynas. Et multi concurrebāt ad ſeneʒ audientes qꝛ omnibꝰ daret. vidēs autē dñs humilitatē eius multiplicauit panes. Frater autē iuuenis q̄ ceperat partē ſuā ⁊ nulli dabat cōſumſit panes ſuos ⁊ dixit ſeni. Quoniam modicum adhuc habeo de panibꝰ meis habeamus ſimul panes. Dixit ei ſenex. Quomodo vis facito. Et ceperūt iterum ſimul eſſe ⁊ cōmuniter viuere. Facta igit̄ iterum abundantia victualium a deo: iteꝝ venerunt indigentes accipientes eleemoſynas. Contigit autem vna dierum ꝙ frater iuuenis ille intraret ad videndum q̄₃tum haberet de panibus: ⁊ videbat quod defecerant panes. Uenit autem vnus pauper poſtulans pro deo eleemoſynā: ſenex dixit fratri ſuo. Da ei panem. Alter rñdit

Iam nõ habemus pater. Et dixit ei ſenex. Intra ⁊ quere. Et ingreſſus frater attẽdit ⁊ vidit repoſitoria in quibꝰ panes habere ſolebãt repleta panibꝰ. Et cum vidiſſet tri muit. Et tollẽs dedit pauperi atq̃ ita co-gnoſcẽs fidẽ ⁊ virtutẽ ſenis glorificauit deũ.

v Scdõ meremur cũ tẽpalibus cuʒ ſumus patiẽtes in his que mali hoĩes nobis aufe rũt per furtũ vel per exactiones vel in his quibus alio quocũq̃ violẽto modo ſpolia mur. Unde quis poſſet eſſe tã patiẽs: ⁊ cuʒ tali charitate deo offerre qꝺ intantũ eſſet in oculis dei quaſi pauperibꝰ dediſſet. Hebre. x. Rapinã bonorũ veſtrorũ cũ gaudio ſuſcepiſtis ſcientes vos habere meliorẽ et manentẽ ſubſtantiã. Et in ſignũ huiꝰ chri ſtus permiſit illis vilibꝰ ⁊ malis ſeruitori bus Pylati vt eum priuarẽt ſuis veſtibꝰ ⁊ inter ſe diuiderẽt: q̃uis hoc ante bene co-gnouit: tamẽ ea nõ dedit pauperibꝰ vt no-bis exemplũ daret dũ mali hoĩes a nobis recipiunt bona tẽporalia ꝙ patienter hoc ſuſtineamꝰ: qꝛ hoc deo valde acceptũ erit ⁊ nobis meritoriũ. Similiter intelligendũ eſt de infortunijs q̃ deus ſi per oẽs hoĩes aliquãdo permittit ſicut cũ equi vel vacce eorũ moriunt̃: vel tẽpeſtas ſegetes deua-ſtat talia infortunia oĩa deo ſunt in patiẽ-tia cordis offerẽda: et dicere dʒ vnuſquiſq̃ illud pſ. Iuſtus dñs in oĩbus vijs ſuis. Qꝛ ingratus fui de beneficijs a deo acceptis: inſuper bñficijs ⁊ donis dei abuſus ſum: ſcʒ ad peccandũ: ⁊ ideo ſm̃ dei iuſtitiã me rito illa infortunia priuari debeo illis bo nis. vnde Ber. ſuper cãt. Ingratitudo eſt beneficiorũ perditio.

x Sed diceres quã do quis nimis triſtat̃ de infortunio an hoc ſit pctm̃. Reſpondet̃ ꝙ ſic: qꝛ hoc eſt ſignũ qꝺ rem amiſſam nimis dilexit: ergo etiam nimiũ dolet. Greg. in lib. xxxi. moral. Sine dolore amittitur quidq̃d ſine amore poſſide tur. Que vero feruẽter diligimus habita grauiter ſuſpiramus ablata. Ex quibꝰ ver-bis patet ꝙ quilibet dʒ eſſe patiẽs cũ ſibi ſua bona iniuſte a malis hoĩbus auferun-tur. Et dʒ deũ pro ipſis orare vt ipſos inſpi ret vt ſibi illa bona iniuſte ablata reſti-tuant ne pro eiſdẽ eternaliter damnẽtur. Sed qui maledicunt proximis qui eis in-iuſta bona auferũt: vel alias infortunijs ſuis contra deum murmurãt illi habẽt du plex damnũ: qꝛ perdunt illa tẽporalia cum hoc propter impatientiã incurrũt offenſio nem dei ⁊ magnum periculũ animarũ ſua rum. Ergo omnia infortunia quilibet pa tienter debet ferre: ⁊ deo totũ cõmittere et in charitate offerre ⁊ habere firmã ſpẽ ꝙ deus refundet ſibi in alijs hic ⁊ in futu ro.

y Tertio meremur cũ rebus tẽporali bus cum propter deũ volumus carere illis bonis que cõtra deũ lucrari potuiſſemus: ⁊ omnia ita que ſic propter deũ ⁊ propter ſalutẽ noſtrã dimiſimus et lucrari noluĩ mus iniuſte deo obtulimus. Greg. Hoc cãto rum deo obtuliſti qꝺ contra eius volunta tem accipere noluiſti. v. g. Si duo nobiles eſſent ⁊ vnꝰ faceret exactiones in ſuos ſub ditos aggrauãdo ⁊ ſpoliando eos iniuſte ⁊ alter nobilis ſimiliter poſſet facere ſuis ſubditis ⁊ dimittit hoc propter deũ ⁊ pro-pter ſalutẽ anime ſue hoc totũ deo offert ⁊ deꝰ in eterna vita ſibi remunerabit. Si-militer ſi eſſent duo mechanici: ⁊ vnus mẽ tiendo ⁊ decipiẽdo proximos ditaretur et alius etiã ſic poſſet ditari ſi vellet: ſed hoc dimittit quicquid ſic dimittit: hoc deo of fert. Et ſimiliter intelligendũ eſt de ruſti cis: ⁊ ciuibus qui vſuras cõmittunt: ⁊ cum iniuſtis rebus ditãtur: ⁊ alij boni ciues et ruſtici nolunt ſic ditari contra deum: nec quicq̃ iniuſte lucrãt: talia omnia deo of ferunt que ſic recipere noluerũt: tamen ſi potuerũt. Similiter intelligitur de ſeruis ⁊ ancillis: ⁊ alijs hominibꝰ. Ergo ſi audi res aliquẽ lucratũ eſſe centũ florenos per fallacias vel per vſurã: vel per ludum vel alio quocũq̃ modo iniuſto: ⁊ tu iſtos flore nos habere nolles ſic contra deũ: cum ta-men bene poſſes ſi velles deũ offendere et animã tuam dãnare: tunc deus remune rabit tibi iſtos florenos in vita eterna: ſic intelligendũ eſt de omnibꝰ rebus: ſiue ma gnis: ſiue paruis: quas aliquis cõtra deũ non vult iniuſte lucrari.

A Quarto me remur cum rebus tẽporalibus mutuãdo proximis propter deum. Luce. vi. Mutuũ dãtes nihil inde ſperãtes. Sed aliqui ſunt qui habent pecuniã ſuperfluã: ⁊ nolũt mu-



tuare proximis gratis: niſi aliq̃d detur de ipſis: ⁊ quicquid ſic inde recipiũt vſura eſt etiã ſi nil poſtularẽt: ſed ſolũmodo ea in-tentione mutuarẽt: ꝙ aliq̃d vellent recipe re ꝑpter mutuationẽ. Et ſi ſic aliq̃d recipe rent vſura eſſet: qꝛ ſola ſpes facit vſurariũ corã deo. Itẽ aliqui ſunt qui potius pecu-niam ſuperfluã ſub terra fodiũt vel in ciſta recludunt q̃ꝫ ꝙ proximis ꝑpter deũ accõ-modent quos vidẽt in neceſſitatibꝰ conſti tutos. Et in hoc oſtẽdũt ſe nõ habere cha ritatẽ dei ⁊ proximi: ⁊ per ꝯñs habẽt ſignũ ꝙ ſtãt in malo ſtatu: qꝛ ſine charitate dei ⁊ proximi nemo ſaluabit̃. i. Io. iij. Qui ha-buerit ſubſtãtiã huius mũdi: ⁊ viderit fra trem ſuũ neceſſe habere: ⁊ clauſerit viſce-ra ſua ab eo: quõ charitas dei manet ĩ eo. vnde Gre. Minus proximũ amare cõuinci tur qui nõ cũ eo in neceſſitatibꝰ illius que ſunt ſibi neceſſaria partitur. Et eſt ſignuʒ auaritie ⁊ diffidẽtie de deo: cũ quis pecu-niam ſub terra fodit. Unde legit̃ exemplũ ꝙ quidã diues theſaurũ in muro abſcõdit ⁊ infirmatus poſtmodũ non potuit cõfite ri hoc pctm̃: qꝛ diabolus tenuit linguã eiꝰ. Tũc preſbyter vir prudẽs portauit corpꝰ chriſti ad infirmũ: ⁊ ſic demonẽ ab eo fuga uit. Tũc infirmus ille confitebat̃ hoc pec-catum ꝙ ſic longo tp̃e theſaurũ ex auari-tia abſcõdit: ⁊ pauperibꝰ indigentibꝰ non ſubuenit. Et ſic theſaurũ abſconditũ oſtẽ-dit: ⁊ fecit eum pauperibꝰ dari pro ſalute anime ſue. Itẽ hoc meretur cũ rebus: quã do debitoribꝰ ſuis propter deũ dat dilatio nem qui libẽter ſibi ſoluerẽt: ſi pro p̃ſenti tp̃e haberẽt: ⁊ hoc eſt valde meritoriũ: et deo valde acceptũ: qꝛ d̃s in hoc poſſet me reri in vno hoĩe ꝙ deus ſibi in agone mor tis daret dilationẽ vt poſſet penitere ⁊ cõfi teri et ſic ſaluari: qui alias forte dãnarẽt̃. Unde etiã ſciendũ ꝙ quilibet qñ terminꝰ ſolutionis inſtat: tenet̃ ſtatim ſoluere ꝓxi mo prout promiſit: qꝛ ſicut cõtra deum eſt furari proximo bona ſua: ſic etiã contra iu ſtitiã eſt retinere bona proximi contra vo luntatẽ ipſius: quia per hoc impedit̃ ille in vtilitatibus rei. Ergo illi grauiter peccãt qui promittũt vel iurant ꝙ velint ſoluere de bita ſuper illum terminũ ⁊ poſtmodũ ad-uenientẽ termino protrahũt ſolutionẽ vſq̃ ad quatuor vel quinq̃ vel decẽ hebdoma das. Et tales qui ſic mentiũtur proximis: ⁊ non ſoluũt ſicut promiſerũt cum tamen ſoluere poſſunt non debẽt in cõfeſſione ab ſolui a peccatis: niſi perſoluãt vel dilatio nem petant ab eo cuius eſt iſta res. Et de hoc dicitur in iure canonico. Poſſidere nõ licet alienã rem inuito domino ſuo: vt pa-tet ex lib. iij. ti. xiiij. de pecca. c. i.

B Quin to meremur cum rebus temporalibꝰ qñ re ſtituimus res iniuſtas veris heredibꝰ. Et hoc intantũ placet deo qꝺ nil ſine iſta re-ſtitutione ab homine acceptat quicquid etiam boni fecerit: ſiue ieiunãdo: ſiue oran do: peregrinãdo: ſiue eleemoſynas dãdo. Et quãdiu quis ſcienter poſſidet res iniu-ſtas: tunc eſt inimicus dei ⁊ virginis Ma rie omnium ſanctorũ ⁊ angelorum beato-rum omnium in celis exiſtentium nec ali-quam habet participationẽ in omnibus orationibus miſſis: ⁊ alijs bonis que fiunt in eccleſia. Et talis qui ſic res habet iniu-ſtas non debet dare illas monachis: nec ſacerdotibus: nec pauperibꝰ: ſed veris he redibus ſi poterit ſcire qui ſint. Sed ſi nõ ſcit nec poteſt ſcire heredes: tunc debet da re illas res ſecundũ conſiliũ ſui cõfeſſoris qui autoritatem illam habet a ſuo epiſco-po. Sed ſi quis habet aliquas res iniu-ſtas occulte tunc dʒ fieri reſtitutio per in-terpoſitam perſonã: ſcʒ per confeſſorẽ vel per alium diſcretũ virum ſine expreſſione nominis: qꝛ homo nõ tenet̃ ſeipm̃ diffama re dicẽdo ego ſum tibi furatꝰ hoc vel hoc: ſed ſufficit ꝙ reſtitutio fiat per interpoſitã perſonã: ſcʒ per confeſſorẽ: vel per aliũ di ſcretũ virum: ⁊ reſtitutio dʒ fieri non ſolũ pro rebus magnis: ſʒ etiã pro paruis. v. g. Si decẽ ſimul furarent̃ vnam aucã ⁊ ean-dem comederẽt: tunc quilibet tenetur re-ſtituere partẽ que eum cõtingit donec to-ta fuerit ſoluta: ſi vult cõſequi indulgẽtiaʒ ⁊ remiſſionẽ peccatorũ ſuorum. Similiter intelligẽdũ eſt de his qui gramina in pra-tis aliorum metunt: vel cum pecoribus ſuis damna proximis ſcientes in ſegetibꝰ vel pratis inferunt: ⁊ etiam ruſtici qui quã doq̃ agros proximorum cum aratro ſuo

diminuunt ⁊ ſuos augmentant: vel qui lapides proijciūt ſuper agros proximorum quoniā tenent eos e conuerſo inde amouere. Et ēt venatores q̄ cū canibus ⁊ equis ſuis hoībus in ſegetibus dāna inferūt. Simul ⁊ vectores q̄ cum curribus ſuis per ſata agrorū vehunt: ⁊ hoībus dāna inferūt. Et ēt illi q̄ fructus arborū vel rapas agrorum: vel botros vinearum ſubtrahunt cō tra voluntatē ꝓximorum: tales oēs tenentur ad reſtitutionem. Et ſi nollent reſtituere q̄n poſſent tūc confeſſor non pōt eos abſoluere a peccatis ſuis. vnde dicitur in decre. Nō dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum. di. v. Si gn̄alis. Sed diceres cū quis multa talia furatus fuiſſet: et nō ſciret quibꝰ reſtituere deberet: q: ipſe multis hominibus in iſtis paruis rebus damna intulit: quō talis reſtituere tenet. Reſpondetur ꝙ ille tales res paruas furatas in eſtimatione ſua dꝫ computare ad vnam ſummā ⁊ ſm̄ conſilium ſui confeſſoris illam ſummā debet erogare ad vſum pauperum: tunc omnibus illis ſubuenit illa eleemoſyna quoꝝ illa bona fuerunt.

¶ Quod aūt non ſoluꝫ dꝫ reſtituere magna: ſed etiam parua ſi vult cōſequi remiſſionem peccatorum ptꝫ per tale exemplū. Legitur in dialo. Ceſarij ꝙ quidam conuerſus ordinis ciſtercienſiū cum miſſus eſſet ab abbate ſuo ⁊ ptrāſiſſet aquā quādā ⁊ non haberet nauluꝫ: promiſit naute trāſmittere vnum obolū. Qui conuerſus cum poſtea defunctus eſſet ⁊ nō miſiſſet illum obolum: nec ēt fuiſſet confeſſus illam negligentiam: q: vilipenderat eo ꝙ modicū eſſet poſt obitum predictum obolum ante oculos habebat: qui etiam obolus intantum creuit vt maior toto mundo videret. Et cum ſibi nihil aliud obſiſteret quod ſibi impediret ingreſſum celi niſi ſolus ille obolus. ⁊ cum non poſſet euadere niſi ille obolus in eo puniretur: ad petitionē ſanctorum ⁊ angelorum q̄bus ſeruierat pmiſſum eſt aiaꝫ ad corpus redire: ⁊ confeſſus eſt illud abbati. Et miſſus eſt ille obolꝰ cū magna velocitate quē mox vt nautare cepit conuerſus expirauit ⁊ celi gaudia intrauit.

De apoſtolis.

¶ Sermo. clj. Quomodo meremur cum corpore noſtro ⁊ anima noſtra.

POſui vos vt eatis ⁊ fructum afferatis: ⁊ fructꝰ veſter maneat. Jo. xv. Quantū ad ſecundam partem precedentis ſermonis tunc ſciendum ꝙ ſm̄ ꝙ nobis deus cōtulit cuꝫ quo fructū ferre debemus ⁊ mereri vitam eternam eſt corpus nr̄m ꝓpriū. ¶ Pro quo ſciendū ꝙ tribꝰ modis meremur cum corpore noſtro augmētū glie in vita eterna. Primo reſiſtendo peccatis iſtis ad que corpus nr̄m inclinatū eſt. Nā q̄ncūq̄ quis reſiſtit ſuis ꝓprijs cōcupiſcētijs ⁊ pugnat cū vitijs meret augmentū glie. Ber. Quotiens reſiſteris totiens coronaberis. Propter eandē eñ cām fomes peccati manet in corpe. Q̄uis eñ peccatū originale a quo fomes ꝓceſſit ex toto deleat in baptiſmo: tñ fomes ex toto nō extinguit: vt reſiſtere debeamꝰ vitijs ⁊ viriliter pugnare: q: nemo coronabit niſi qui legitime certauerit. vñ Aug. de ṽbis dñi. Ecce baptiſati oēs iuſtificati ſunt a peccatis. reſtat iā pugna cū carne: cū mūdo: ⁊ cū diabolo. vñ ēt Hiero. in epl'a q̄dā. Sine certamine nullus ſanctorū coronatus eſt. Amb. ſuper lucā. Corona ꝓpoſita eſt: ſubeūda ſunt certamina: nemo poterit coronari niſi vicerit nemo aūt pōt vincere niſi añ certauerit ipſius quoq̄ corone maior eſt fructus vbi maior eſt labor. v. g. Si q̄s inclinatus eſt ad ſuperbiā ⁊ cū honor exhibetur ſi ille ipſum vincit ⁊ illū honorē ſibi exhibitum in humilitate cordis deo offert dicendo cum ps. Nō nobis dñe nō nobis: ſꝫ nomini tuo da gl'iam. Et in hūilitate reputat ſe nō eſſe dignū talis honoris: ſꝫ dicit cū Aplo. j. Thi. j. Soli deo honor ⁊ gl'ia. Tūc ille meretur ꝙ dꝫ honorari in celo a xp̄o ⁊ glioſa ṽgine maria ab oībus ſanctis ⁊ angelis ꝓpter illū honorē quē ſic ſpnit hic ⁊ deo offert. Silr̄ cū q̄s ad irā ꝯmouet ⁊ ſeipſꝫ vincit ꝯpeſcēdo irā ꝓpriā nolēs ſe vīdicare: ſꝫ deo offert ⁊ ſibi ꝯmittit: talis totiēs meret coronā glie q̄tiēs ꝑꝑ irā ꝓpter deū vincit ⁊ ei fortiter reſiſtit. Et ēt cū q̄s eſt inclinatus ad luxuriā quotiēſcūq̄ tētatiōi carnis

reſiſtit ⁊ ſeipſum vincit: totiens meret coronam vite. v. g. Sicut illi qui ſunt in matrimonio conſtituti quotiēs tentātur in ſacris diebus ⁊ noctibꝰ ⁊ alijs tpibus in quibus prohibitus eſt actus matrimonij ⁊ reſiſtunt ſibiīpſis: ⁊ propter deum dimittūt actū illum: totiēs merent coronā vite eterne. Similiter ⁊ iuuenes qui in caſtitate viuunt quotiēs tentant ⁊ viriliter reſiſtunt: totiēs a deo coronant. O quot coronas merentur poſſunt virgines que caſte viuūt ⁊ tētationibus carnis totiens reſiſtunt: q: naturaliter iuuenes plꝰ ſunt inclinati ad luxuriam quā ſenes: q: ſm̄ Ari. Cōplexio iuuenū eſt calida ⁊ humida: ſenū aūt frigida ⁊ ſicca. Et ergo ſenes grauius peccant luxuriādo q̄ȝ iuuenes: ⁊ iuuenes plus merent reſiſtēdo. Sic. Juuenis cum fornicat peccat: ſenex aūt inſanit. Jſid. de ſum. bo. Nequaq̄ȝ in ſenectute cōtinentes vocandi ſunt qui in iuuētute luxurioſe vixerūt. Tales non habebūt premiū: q: certamē laboris non habuerūt. Eos enim expectat gloria in quibꝰ fuerunt laborioſa certamina. Unde ſciendū ꝙ in q̄nto quis plus eſt inclinatus ad aliqđ pctm̄ ⁊ illi pctō reſiſtit: tanto maiorē coronā glorie meretur. Ergo viriliter militare debemꝰ: quia ſm̄ Job. vij. Militia eſt vita hominis ſuper terrā. ¶ Exemplū legitur in vitaſpatrū ꝙ quidā ſenex ſedēs in partibꝰ Thebaidis in ſpelunca vna habebat vnum diſcipulū probatū. Cōſuetudo aūt erat ſeni docere diſcipulū veſpere que erāt profutura: ⁊ poſt ammonitionē dabat ei benedictionē: ⁊ dimittebat eum dormire. Contingit aūt ꝙ quidā religioſi venirēt ad ſenem: ⁊ cū eos cōſolatus fuiſſet ⁊ inſtruxiſſet dimiſit eos ⁊ receſſerūt. Deinde cepit exhortari ⁊ admonere diſcipulū: ſicut ſemper faciebat veſpere. Et cum loqueret ſenex ſomno grauatus eſt: ⁊ ſubito obdormiuit. Frater antē ſuſtinebat donec euigilaret ⁊ daret ei ſm̄ conſuetudinē benedictionē. Cū ergo non euigilaret per aliquas horas tētatus eſt diſcipulus eū eo ſedēs cogitationū ſuaꝝ moleſtia recedere ⁊ dormire qui extorquēs ſibi vim reſtitit cogitationi ſue ⁊ ſedit. Cūq̄ȝ iterū vrgeretur a cogitatione ſua vt iret ⁊ quieſceret: non diſceſſit priuſq̄ȝ dimitteret. Q̄d factū eſt ſepties: ⁊ diabolo ſepties reſtitit: ⁊ ecce media nocte trāſacta euigilauit ſenex: ⁊ iuuenē inueniēs aſſiſtentē prope ſe dixit eiuſq̄ȝ modo non receſſiſti fili? Et ille rñdit. Non receſſi pater q: non dimiſeras. Cui ſenex dixit. Cur me non expergefaciebas: ⁊ ille reſpondit. Non fui auſus ne aliquam iniuriā tibi incuterē. Exurgens aūt ſenex: ⁊ faciēs horas cōſuetas: ⁊ dictis matutinis dimiſit diſcipulū. Senex aūt cū ſederet ſolus: factus eſt in exceſſu mentis: ⁊ vidit quendā mōſtrantē ſibi glorioſum locum: ⁊ ſedē in eo ⁊ ſuper ſedem ſeptē coronas: ⁊ interrogauit ſenex eū qui ſibi hoc monſtrauit dicens. Domine cuiꝰ ſunt hec. Et dictum eſt ei. Diſcipuli tui ſunt. Locū quidē ⁊ ſedem illā pro cōuerſione magna accepit. Has aūt ſeptē coronas nocte iſta promeruit. Hec autem audiēs ſenex exterritus ⁊ admiratꝰ eſt nimis. Et vocauit diſcipulū dicēs ei. Dic mihi quid feciſti in nocte iſta? Reſpōdit. Crede mihi pater: quia nihil feci. Sperans autem ſenex quod pre humilitate non confiteret: dixit ei. Jn veritate non indulgeo tibi niſi mihi dixeris quid feceris: aut quid cogitaueris hac nocte. Jlle vero cum nihil ſibi eſſet conſcius quid diceret dubitabat. Et cū ſenex ab eo extorqueret dixit ei. Nihil aliud feci niſi ꝙ ſepties cogitaui ⁊ impugnatꝰ ſum hac cogitatione mea vt diſcederē ⁊ dormirē anteq̄ȝ me dimitteres. Sꝫ quia a te dimiſſus non fueram: nō receſſi: ſed ſuſtinebā te patrem mi donec euigilares et dares mihi ſecundum conſuetudinē benedictionē. Audiens hoc ſenex intellexit: quod quotiens reſiſtebat cogitationi ſue: totiens meruit coronam a deo. ¶ Secundo meruit cum corpore operando bona opera ⁊ expēdendo vires corporis noſtri in ſeruitio dei. Nam quilibet libenter debet ſeruire deo cum corpore: quia ipſe creauit nos. pſalm̄. Jpſe fecit nos: et non ipſi nos. Et quia ſeruiuit nobis in preſenti mundo. xxxiij. annis ⁊ inſuper redemit nos ſuo proprio ſanguine: et poſt hoc promiſit nobis vitam eternam: ſi ei ſeruierimus. Ergo ſollicite debemus ſeruire deo cum noſtro corpo-

re. Prouer. xxiiij. Exerce diligenter agrum tuū. Quia corpus noſtrū eſt ager vtilis: q̄ꝛ ſingulis dieb⁹ ⁊ ſingulis horis poſſumus mereri cum corpore ⁊ cum omnib⁹ membris noſtris. Nā primo pōt quilibet mereri cū oculis cum videt aliquē infirmū vel triſtem ⁊ cōpatitur ſibi: vel ſi videt aliquē letum ⁊ gaudentē: ⁊ bene habentē: ⁊ congaudet ſibi. Apoſtolus Ro. xij. Gaudere cū gaudentibus: ⁊ flere cū flentib⁹. Scđo meretur quis cū aurib⁹ ſi audit bona loqui de proximis cōgaudet ipſis, ⁊ ſi mala audit loqui de proximis cōpatitur ipſis. Apoſtolis Ro. viij. Scimus qm̄ diligentibus deū omnia cooperantur in bonū. Tertio meretur quis cū ore: vt cum quis informat proximum in his que ad ſalutē pertinent vel cōſolatur verbis conſolatorijs proximū: vel corripit delinquētes in fraterna correctione: vel cū libenter orat: vel regratiatur deo: vel etiā cum ſilentiū tenet: cum qn̄ libēter loqueretur et ſic de alijs. Quarto meretur quis cū manib⁹ ad modū crucis eas expandēdo: vel etiam in orationib⁹ deuotis eas leuādo. p̄s. Eleuatio manuum mearū ſacrificiū veſpertinū: vel eas ad pauperes extendēdo dādo eis eleemoſynas vel cū quis pauperē ſuſtētat ⁊ ducit qui per ſe incedere neſcit vel propter debilitatē pedū. vel ꝓpter cecitatem oculorū. Quinto meretur qs cum pedibus ad eccleſiam eundo vel loca ſacra viſitando pro indulgētijs: vel etiā infirmos viſitādo vel peregrinationes ad loca ſancta faciendo. Sexto meretur quis, cū toto corpore. ſ. dure iacendo: vel aſperā veſtem induendo: ⁊ corpus cū virgis vel flagellis caſtigando: vigilādo ieiunando: et mane ſurgēdo. G Quare aliqui homines ſunt ita pigri ad ſeruiendum deo. Reſpondet̄ q̄ꝛ non precogitant futurā mercedē quā dominus dabit ſuis ſeruitoribus. Nam ſi rex terrenus daret vellet ꝓ vno pater noſter florenū o quot pater noſter diceres. Similiter ſi rex terrenus diceret. Si vis vigilare illa nocte mecū: cras mane dabo tibi centū florenos: tu libēter faceres. Et ſi ſecunda nocte promitteret quingētos tertia nocte mille multo libētius vigilares. ſed xp̄s pro vna hora quā es propter eū vigilās plus dabit q̄ꝫ totū regnū terrenum valere pōt. Similiter pro vno pater noſter deuote dicto plus dabit tibi ꝓ premio q̄ꝫ mille floreni valent quia dabit eternū premium etiam pro minimo opere in gratia facto. Unde Hiero. in epiſtola. Nullus labor durus: nullū tempus longum videri debet: quo gloria eternitatis acquiritur. Itē ſciendū ꝙ chriſtus non ſolum remunerabit opa ſpiritualia ad honorem dei facta: ſed etiā remunerabit labores quos qs facit pro neceſſitatib⁹ preſentis vite. Nam cū quis laborat ea intentione vt velit aliquid cū laboribus iuſtis acquirere: vnde ſe ⁊ vxorē ⁊ pueros poſſit nutrire: vel etiam laborat vt cū ſuis laboribus poſſit ſubuenire pauperib⁹ ⁊ infirmis qui nō poſſunt laborare. Talis ſemper quolibet labore quantumcūq̄ paruo meretur premium eternū ſi eſt in gratia. vnde p̄s. Labores manuum tuarū quia manducabis: beatus es ⁊ bene tibi erit. Ergo quilibet cum de mane ſurgit: primo oret ⁊ eccleſiam viſitet: ⁊ deo oēs labores ſuos offerat quos die illo intendit facere. vnde Grego. in mora. Omne bonū quod agimus per intentionē ſemper ad deum leuemus. Quod em̄ quilibet noſtrū primo de mane ad eccleſiam debeat ire et orare ⁊ ſe deo commēdare: hoc docet xp̄s in euangelio Mat. vj. dicens. Primū querite regnū dei ⁊ iuſtitiam eius: et hec oīa adijcientur vobis. ſ. que ſunt vobis neceſſaria: q̄ꝛ homo per totā diem habebit maiorem proſperitatem in omnibus ſuis factis: cū de mane miſſam audit: ⁊ ſe deo deuote commendat. Ex iam dictis patet q̄ꝺ laboratores illi ſunt beati qui fideliter laborant: et deū in laboribus ſuis pretendunt: q̄ꝛ merentur ſemper in quolibet opere. verbigratia. Ruſticus nunq̄ꝫ pōt arare foſſam cū fideliter laborat quin mereatur. Similiter ſartor in omnib⁹ ſuis laborib⁹ meret̄: ſi fideliter laborat. ſimiliter paſtor ⁊ faber. ſimiliter ſeruus ⁊ ancilla ⁊ quilibet etiā qui pro denario diurno laborat ⁊ ſic de alijs. H Q̄ꝺ deus vult remunerare oēs paſſus ⁊ labores noſtros: hoc patet per tale exemplū. Legitur in vitiſpatrū ꝙ quidā ſenex longe habebat aquā a ſua cella. vbi dū ſemel iret haurire: defecit in via ⁊ ait. Quid neceſſe eſt vt hūc laborē patiar? ſed veniā ⁊ habitabo iuxta aquā. Tunc conuerſus retro vidit quendā ſequentem ſe ⁊ numerantem paſſus ⁊ veſtigia ſua: ⁊ interrogauit eū quis eſſet. Dixit autem ei ille: angelus dei ſum ⁊ iuſſus ſum veſtigia tua numerare. Hoc audiens ille: fortior eſt factus: ⁊ pronior et adhuc longius poſuit cellam ſuam vt eo plures paſſus faceret eundo ad aquā ⁊ redeundo ad cellam ſuā: vt ſic ſemper augmētaretur premium ſuū. Quod aūt noſtra bona opera nō ſolum dn̄t fieri principaliter ꝓpter gaudia celi: vel ad euitandū penas inferni: hoc quere ante. ſer. cxl. E. I Tertio meremur cum corpore ſuſtinēdo infirmitates corporis patienter quas deus ſuper nos permittit: q̄ꝛ melius eſt infirmitates patienter ſuſtinere: q̄ꝫ interim bona opera facere: cōtra hoc aliqui dicunt: ego negligo hoc bonum vel hoc ꝓpter infirmitates meas. Reſpondetur ꝙ ſolum ſis patiens: ⁊ nihil negligis vnde ſciendū q̄ꝺ quilibet libēter debet ſuſtinere infirmitates ⁊ tribulationes: q̄ꝛ eſt ſpeciale donū dei. et ſignū charitatis quā deus habet ad ipſum hominem. apocal. iij. Ego quos amo arguo et caſtigo. Aug. ſuper. Ozee. iij. Qui diligitur corripitur: q̄ non diligitur in peccatis ſuis dimittitur. K Sed diceres: quō poſſum eſſe patiens in tātis tribulationib⁹ ⁊ infirmitatib⁹? Reſpōdetur ꝙ tria principaliter dn̄t inducere hoīem ad patientiam. Primū eſt memoria paſſionis xp̄i. Gre. Si paſſio xp̄i ad memoriā reducitur: nihil eſt q̄ꝺ nō equo animo toleretur. Ber. quid eſt q̄ꝺ tibi ſuaue nō videatur: ſi collegeris ⁊ memoraueris oēs amaritudines ſaluatoris. Ergo ſi doles caput tuū: cogita dolorem capitis quē xp̄s ſuſtinuit cū coronatus cū ſpinea corona fuit. Si doles manus vel pedes cogita clauos infixos manibus ⁊ pedibus xp̄i. ſi doles in dorſo vel in alio mēbro vel in toto corpore cogitare debes dolorem xp̄i: quem in toto corpore ⁊ in omnibus membris ſuſtinuit: ⁊ ſic erit tibi leue omne q̄ꝺ patieris. L Scđm quod inducit hominem ad patientiam eſt cogitare penam purgatorij que eſt valde grauis. Augu. Ignis purgatorij miro modo eſt grauis: q̄ꝛ ignis qui eſt hic in terra ſe habet ad illum ſicut ignis qui depictus eſt in pariete ad verū ignem. Et in illo purgatorio oportet hominem valde diu ardere et purgari: qui hic non purgatus eſt. Ut aūt a peccatis tuis purgeris: tūc libēter debes hic ſuſtinere infirmitates corporis q̄ꝛ tanta eſt pena purgatorij ꝙ potius in preſenti deberes eligere. xxx. annis eſſe infirm⁹: q̄ꝫ vna die eſſe in purgatorio. vnde dr̄ in decre. Igni purgatorij nulla pena tpalis eſt cōparabilis. diſtin. xxxv. Qui in aliud. Unde legitur de quodam ſacerdote qui reputabatur quaſi ſanctus qui in vita ſua ſeipm̄ miro modo afflixit per penitentiam: cuidam querenti cur hoc faceret? reſpondit ꝙ ſi ille lacus magnus qui erat prope ſe eſſet totus igneus libenter vellet in eo eſſe vſq̄ꝫ in diem iudicij vt poſſet euadere inferni ignem: et penam purgatorij que eſt grauiſſima. Hoc idem Augu. orabat dicens. Domine hic vre hic ſeca: vt ineternum parcas. Tertium quod inducit ad patientiam eſt: quia per tribulationes et infirmitates augmentatur homini meritum eterne glorie. Math. v. Gaudete et exultate: qm̄ merces veſtra copioſa eſt in celis. Et iſta gloria tanta eſt ꝙ ſi vnus homo ſolus ſuſtineret oēs infirmitates ⁊ tribulatiōes omniū hominū in toto mūdo exiſtentium: adhuc nihil hoc eſſet reſpectu celeſtis glorie. Apoſtolus Roma. viij. Non ſunt cōdigne paſſiones huius ⁊c. De hac gloria dicit p̄s. Quoniā mille anni ante oculos tuos: tanq̄ꝫ dies heſterna que preterijt. M Quantum ad tertiā partem precedentis ſermonis ſciendum quod tertium quod deus nobis contulit cū quo mereri poſſumus et debemus: eſt anima. Pro quo ſciendum quod nos mereri debemus cum tribus potentijs anime que ſunt memoria: intellectus et voluntas. Primo mereri debemus cū memoria beneficia dei memorādo: ⁊ ei de eiſdē

regratiando. vnde Augu. in lib. de ci. dei ſic dicit Quiſquis beneficia dei nō videt: cecus eſt: nec laudat: ingratus eſt: quiſq̧ in laudādo reluctatur: inſanus eſt. Chryſo. ſuper Matt. Gratiarū actio eſt inuitatio ad plus dandū. Sed de his qui ſunt ingrati de bñficijs dei dicit Bernar. Accipiendis indignus eſt: q̄ fuerit de acceptis ingratus. Itē ſepius memorari debemus ipſum deū nobis eſſe preſentē in omnib⁹ noſtris cogitationib⁹: verbis: ⁊ factis. Sed heu multi ſepius obliuiſcuntur deū ⁊ raro cogitant de eo ⁊ hoc eſt ſignū ꝙ deum nō diligūt ſed ipſum paruipendūt. Ariſt. ij. retho. Obliuio eſt ſignū paruipenſionis. Et qui ſic obliuiſcuntur deum inuita: illorū deus obliuiſcitur in morte. vñ Aug. Ita fit vt in fine obliuiſcatur ſui: qui dum viueret oblitus eſt dei. Secūda potentia anime eſt intellectus per quā intelligere debemus deū. Primo tāq̧ noſtrū creatorem et ſic tenemur ſemper ſibi obedire tanq̧ creatura ſuo creatori. Scdo cognoſcere debemus eū eſſe redēptorē noſtrū qui nos cū ſua amariſſima paſſiōe ⁊ morte redemit ⁊ ſic tenemur eū diligere. Jo. xv. Maiorem hanc dilectionē nemo habet vt animam ſuā ponat quis ꝓ amicis ſuis. Tertio debemus cognoſcere eū eſſe noſtrum futurum iudicem: ⁊ ſic debemus eū timere in omnibus cogitationib⁹ verbis ⁊ factis. Eccli j. Timēti deū bene erit in extremis. vnde Chry. i ſer. dicit de Joanne baptiſta. Solus dei timor eſt q̄ mentes corrigit fugit crimina: ⁊ innocentiam ſeruat. ¶ Tertia poteſtas anime eſt voluntas cū qua meremur quādo voluntatem noſtrā voluntati diuine cōformam⁹: ita vt quicquid velit nobiſcum facere qd̄ etiā illud idem nos velimus ſiue ſit dulce ſiue amarū: ergo quilibet noſtrū ſic ſe dꝫ habere ꝙ ſi deus vult eū eſſe pauperē ꝙ etiā ipſe velit hoc idē: vel ſi ipſum velit eſſe diuitem, vel ſanū, vel infirmum vel triſtem, vel letum ꝙ in hoc ſe cōformet volūtati dei: ſic ꝙ poſſit dicere cū xp̄o illa ỽba que in monte oliueti dixit Pater nō mea voluntas ſed tua fiat. Itē meremur cum volūtate q: habemus continuam bonam voluntatē nos emendādi ⁊ deo ſeruiendi. Chryſ. ſuper Matt. volūtates bone ſic ſuaues ſunt apud deum quemadmodum odoriferi flores. vnde Ber. Cū per bonā voluntatē incipimus eſſe dei: deſinimus eſſe diaboli. Sic econuerſo. Cū homo per malā voluntatem incipit eſſe diaboli: deſinit eſſe dei. O. Et deus vult hoiem iudicare ſcd̄m illā voluntatē in qua eū inuenerit. vnde de hoc dicit̄ in dec. Qualem te inueniet dñs cum vocat talē pariter et iudicat. de pe. diſ. j. nunquid. vnde legitur exemplū ꝙ quidā latro multū dolens de peccatis ſuis: ⁊ habēs voluntatē bonā ſe emendādi rogauit quendā eremitam vt eū in ſuam ſocietatē acciperet: q: proponeret vitā ſuam emēdare ⁊ deo ſemp ſeruire. ⁊ eremita noluit: ⁊ deſperit cum in corde ſuo ⁊ dimiſit eū incōſolatum ab eo recedere. ſed cū latro ſibijpſi eremitorū facere voluit arbor preciſa ſtatim corruit: ⁊ eūdē latronē oppreſſit: ⁊ ſic in vehemēti cordis contritione obijt. Tunc ille eremita vidit ꝙ ſancti angeli venerūt ⁊ animam illius latronis ad celū deferebāt. ⁊ eremita commotus dixit. Quid hic in eremo morā traho: ille homo malus latro fuit: ꝓpter ſuam bonā voluntatē iam ad celos aſcendit ⁊ ego tādiu vixi in eremo ⁊ nunq̧ celū intrare potui. Et in illa cōmotione dixit. Uadam ⁊ etiā latro efficiar ⁊ poſtmodū bene in fine ſaluabor ſicut iſte latro ſaluatus eſt: ⁊ dum exponeret ſe ad latrocinium perpetrandū: inſecutus eſt a ſtipendiarijs ciuitatis: qui fugiens vehementer cecidit: ⁊ expirauit: et diaboli venerunt: et animam ſuam ad infernum deduxerunt.

¶ De apoſtolis alius ſermo.

Elictis omnibus ſecuti ſunt eū Luce. v. Iſta verba dicta ſunt de apoſtolis qui omnia ꝓpter xp̄m reliquerunt ſcd̄m ꝙ et dixit beatus Petrus ad chriſtū Ecce nos reliquimus oīa et ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis Unde hic dicendū eſt ꝙ ſeptē ſunt que nos inducere debēt ad relinquendū omnia temporalia. Iſtū ſermonem quere ſupra. xciiij. A.



¶ De vno martyre. Sermo. clij.
Quod crux ſpiritualis debet quatuor habere.

I q̄s vult venire poſt me: abneget ſemetipſum et tollat crucē ſuā ⁊ ſequatur me. mat. vj. Mar. viij. Luc. ix. In his verbis vult xp̄s ꝙ ipſum ſequamur et crucē tollamus: ⁊ poſt ipſum illam baiulemus ſicut iſte ſanctus martyr. N. Cuius feſtū hodie colimus. S Pro quo ſciendum qd̄ duplex eſt crux. Una lignea ⁊ materialis q̄ eſt baiulanda vt crux Petri Andree et chriſti. Alia ſpiritualis: de qua dicit Apoſtolus Galathas. v. Qui chriſti ſunt carnem ſuā crucifixerunt cū vitijs ⁊ concupiſcentijs. Unde duobus modis ſequimur xp̄m ⁊ crucem poſt ipſum portamus: aut mortē pro eo tolerando: aut carnem cū vitijs ⁊ cōcupiſcentijs crucifigendo. Primo modo ſequuntur eū omnes martyres qui mortē temporalem propter xp̄m ſuſtinēt. Scdo ſequuntur eum oēs electi ⁊ deuoti. Ubi ergo in morte inuenit primam ſaluat ſimiliter vbi ſecundā ſꝫ: vbi neutram dānat. Cum aūt primo modo eū imitari nō poſſumus. ſ. ſuſtinēdo mortem ſaltē ſequamur ipſum ſcd̄o modo. Qūo aūt exemplo xp̄i crucem accipere debeam⁹ intueamur modū paſſionis eius. Fuit em̄ crucifixus ⁊ clauis ligatus a parte inferiori ⁊ a ſiniſtra: ⁊ a dextra ſed nō a parte ſuperiori. Simili forma ⁊ nos crucem ſpiritualem: tollere debem⁹ cuius infima pars eſt cōtemptus mundi: q: ſicut terram calcamus cū pedibus ſic terrena ⁊ mundū contēnere debemus. Monemur aūt ad hoc ſi cōſideremus ꝙ nemo pōt habere amicitiā dei ⁊ mundi ſimul. Deliberet ergo ſecum vnuſquiſq̧ q̄d ſibi magis expediat: an. ſ. diligere deū an mundū. Unde. j. Joan. ij. Nolite diligere mundum neq̧ ea que in mundo ſunt. Si quis diligit mundū non eſt charitas patris in eo. Igitur qui hoc preceptū cōtemnit ⁊ mundū diligit inimicus dei cōſtituitur. Jac. iiij. Amicitia huius mundi inimica eſt deo. Sicut em̄ quis odit inimicū ſuum ita dñs mundū. Cauſa aūt huius inimicitie eſt: q: mundus multos homines retrahit a deo per illa tria vitia. ſ. ſuperbiā auaritiā et luxuriā: quorum vitiorū iam totus mūdus eſt plenus. vnde. j. Joā. ij. Omne qd̄ eſt in mundo aut eſt cōcupiſcētia carnis: aut cōcupiſcentia oculorū: aut ſuperbia vite. Et vere mundus nō eſt diligēdus: ſed potius multum odiēdus propter ſuā magnā infidelitatē: ſicut bene figuratū eſt in ſanſone de quo dicitur in li. Judicū. q: ipſe amauit dalidam que meretrix fuit. ⁊ ioſephus dicit ꝙ intantū dilexit eā ꝙ ab amore eius auelli nō poterat: ⁊ cū in gremio eius dormiret abſcidit ei crines ⁊ tradidit eū ſuis hoſtibus qui eruerūt ei oculos ⁊ vinctū miſerunt eū in carcerē ⁊ eū molere fecerūt. dalida meretrix eſt mūdus omni meretrice inſtabilior. Sanſon eſt quilibet homo q̄ a dalida. i. a mūdo decipitur. Licet em̄ multa mala oſtēdat ei ⁊ multa contraria. ſ. in remiſſionē rerū: in morte filiorū ⁊ amicorum ⁊ corpis egritudine: ⁊ pluribus alijs aduerſitatibus: tamē ab ei⁹ amore auelli nō poteſt: ſed in gremio eius obdormit: cū ei tota mente adheret. Sed dalida crines ei abſcidit. i. ſpiritusſancti gratiā tollit ⁊ in morte eū a ſe abijciēdo tradidit eū hoſtibus. i. demonibus qui eruerūt ei oculos. i. viſionē dei: decetero em̄ letus nō deū videbit. Et in carcerē pertrahunt. i. in infernum: ⁊ ad molam eū ſtatuunt. i. ad multiplices penas inferni: vbi decetero nunq̧ quieſcet. Et licet mūdus multū ſit infidelis: tñ ꝓpter modicū gaudij ⁊ delectationes nimis breues multos amatores hꝫ. Sed iſti q̄ crucē xp̄i portare volūt dꝫnt cōtemnere tā parua ⁊ momentanea gaudia mūdi, vt ad magna ⁊ eterna ptingere mereantur. Et vt hoc melius fieri poſſit quilibet dꝫ apponere clauū pedib⁹ ſuis. i. affectionibus. Clauus iſte eſt timor gehēne q̄ infernus eſt. Clauus iſte lōgus eſt ⁊ validus. Ualidus q: valida ſunt gehēne tormēta. Longus eſt q: nimiū diuturna. Uñ valde vtile eſt cū diabolus homini peccatum cōſulit penas que peccatū cōſequuntur recogitare. De quibus penis quere ante ſer. cxxv. B. C. Itē ſciendum quod ſi cōtempſerimus mundū: hoc poſſum⁹ co:

gnoſcere per tria. Primo mores mūdi ſunt nobis moleſti ⁊ diſplicibiles ⁊ ꝯtrarij: ⁊ ſi ipſ vel ipſius mores fugim⁹. Scđo ſi eſt nobis graue ⁊ pena ei⁹ gaudiū ⁊ ludos videre. Tertio ſi inuite audim⁹ rumores q̄ de co dicunt̄: ⁊ habem⁹ tediū loqui de mūdanis niſi inq̄ztū neceſſitas requirit. vn̄ facere debemus ſicut ſerpēs q̄. qn̄ audit vocē incantantis ſtatim replet vnā aurē cū cauda et aliā cū terra. Sic ⁊ nos facere debemus. ſ. cogitando de inſtabilitate ⁊ infidelitate mūdi: ⁊ de cauda. i. de morte ꝓpria ⁊ remuneratione mūdi quā rependit ſibi ſeruientibus. ℞ Quo ad ſecūdum ſciēdum ꝙ diligere mundū multū periculoſum eſt. Primo charitatē dei extinguit. j. Joh. ij. Si qs diligit mundū nō eſt charitas patris i eo. Scđo q: ſicut dei dilectio eſt fons ⁊ origo oīm bonorū ⁊ virtutū: ita dilectio mundi oīm vitiorū. vn̄ Grego. Diſce homo nō diligere mundū vt diligas deū: auerte vt cōuertaris: funde vt implearis. Tertio q: inimicū dei cōſtituit. vn̄ Jac. iiij. amicitia huius mūdi inimica eſt deo. Quarto q: ſeruum diaboli facit. Apoſtol⁹ Gal. j. Si adhuc mūdo placerē ſeru⁹ xp̄i nō eſſe;. Mat. vj. nemo pōt duobus dn̄is ſeruire. Un̄ etiā Chryſo. ſup Mat. O q̄ꝫ miſerrim⁹ eſt mūdus ⁊ miſeri q̄ eū ſequunt̄. Semper em̄ homines mūdi opa excluſerūt a vita. Item ſciendū ꝙ ſi amor mūdi intantū excreſcit in hoīe ꝙ preponat̄ amori dei vl̄ vite eterne: vel ſi redūdat in iniuriā q̄ tollit charitate; proximi: eſt peccatū mortale ſi tamē circa hos limites ſiſtat pōt eſſe veniale. S Secūda pars crucis. eſt brachium ſiniſtrū: qđ ſignificat patientiā in aduerſis: q: ſicut ſiniſtra manu ferim⁹ clipeū ſup que; iacula vel ictus recipim⁹: ne ad mortē vulneremur: ita p patientiā aduerſa oīa excipere debem⁹: ne per cruciatus tribulationum ex impatiētia eternaliter moriamur. Quot enim aduerſa nobis accidunt in dānis rerum vel in tribulationibus corpoꝝ: tot iaculorum ictus veniunt ſuper nos. Sine enim aduerſis eſſe non poſſumus. Inter ſummam pacem per ſummam afflictionem conſtituti ſumus ideſt inter celū ⁊ infernū: ſed viciniores localiter ſumus inferno: ideo patiētia neceſſaria eſt nobis: vt dicit apoſtolus. Oportet nos pati velimus: nolimus: ſed ſi patienter multū meremur quia patientia auget meritum. Si impatiēter: tn̄ oportet nos pati: ⁊ nihilominus perdimus meritū ⁊ laborē: ſcrinium ⁊ theſaurū: q: ſicut in patiētia noſtra poſſidem⁹ animas noſtras: ſic i impatiētia perdim⁹ aīas noſtras. T Unde legit̄ exemplū ꝙ quedā virgo multū erat deuota: ſed impatientiſſima in oībus q̄ ſibi acciderāt: ⁊ tn̄ erat valde caſta ⁊ mūda: ⁊ pauperes dilexit: ⁊ libenter orauit ⁊ ieiunauit. Quadā vice venit ad eā angelus dn̄i dicēs ei. Multum fideliter laboras p eternis gaudijs poſſidēdis: ſed ea poſſidere nō potes propter tuā magnā impatientiā per quā perdis oīa bona opa tua. Tunc virgo dixit angelo: ora pro me vt mihi det̄ a deo patientia. Tandē ipſa facta eſt tam patiēs ꝙ alij quodāmodo admirabātur de ei⁹ patiētia. Et ſic meruit gaudia celi. U Unde homo multū d; ſtudere patientiā q̄ valde neceſſaria eſt ad ſalutē. Ut autē in illa permaneat tunc d; apponere vnū clauū ferreum. Clauus iſte eſt pena purgatorij: q: nullum malū īpunitū. Et q̄ hic nō purgabit̄ p bona opa ⁊ tribulatiōes: punit̄ grauiſſime i purgatorio. Aug. Qui in aliud ſeculū diſtulerit fructū cōuerſionis prius purgabit̄ igne purgationis. Hic ignis ⁊ ſi nō ſit eternus miro tn̄ modo grauius eſt. Supat oēm penā quā vnq̄ꝫ homo paſſus eſt i hac vita vl̄ pati pōt. Legit̄ em̄ ꝙ fuit q̄dā magiſter in theologia natiōe angelic⁹ qui dixit ſe vidiſſe quendā qui dicebat ſe fuiſſe i purgatorio beati patritij q̄ de nullo qđ delectabile erat in mundo potuit gaudere: ⁊ ſibi oīa mundi delectabilia amara videbant̄: ⁊ inter homines viuens tanq̄ꝫ mortuus apparebat. Item aliud legitur exemplum ꝙ quedam mulier reuocata de purgatorio ad complendam penitentiam in hoc ſeculo: intantū ſe affligebat ꝙ habitauit in ſepulchris ⁊ in niue glacie ⁊ igne ſe inuoluebat. Cum autem diceretur ei interdum vt ei parceret: ipſa reſpondit ꝙ omnes iſte preſentes pene nihil eſſent reſpectu illarū penarū q̄ ſunt in purgatorio. ꝛ Tertia pars



crucis eſt brachiū dextrū. per hoc ſignificat exercitium corpis id eſt bona opa: dextera em̄ manus ad quelibet opa eſt aptior ⁊ promior q̄ꝫ ſiniſtra. Nō d; ergo eſſe dies in quo homo corpus ſuū in bonis opibus nō exerceat. Eſt em̄ corp⁹ noſtrū terra optima ſi exercet̄: nō ſicut iſta terra noſtra que diu ⁊ ſepe ⁊ multis modis elaborata p annū ſemel. vna die fruct⁹ ꝓfert. Sed p corpus poſſum⁹ quotidie fruct⁹ ꝓferre quos angeli deo offerūt. de quib⁹ deus multum gaudet ⁊ quibus nos valde dubitamur. Ideo dicit ſapiens. Diligēter exerce agrū tuū. vnde etiā pſ. Labores manuū tuarū q: manducabis: beat⁹ es ⁊c. vn̄ ſciendū ꝙ feruenter ⁊ diligenter opari debem⁹ ⁊ nō ita pigre ⁊ tarde ſicut vſq; huc fecim⁹: ſed ſtudioſe ⁊ ſollicite facere exercētes oēs vires tam corpis q̄ꝫ aīe in bonis operib⁹ et ſeruitio dei: q: ad hoc vocati ſum⁹ vt deo fideliter ſeruiam⁹. Tu em̄ non libēter habes pigros ⁊ ſomnolētos ac diu dormientes famulos qui tibi ſeruiunt pro modico precio temporali: multominꝰ deus vult p̄mīū eternū pigris ⁊ ſomnolētis dare. Leo papa in ſer. Non dormientibus ꝓuenit regnū celoꝝ: nec otio ⁊ deſidia torpentibus beatitudo eternitatis ingerit̄. Unde ſciendum ꝙ pro temporalib⁹ laborandū eſt ſine magna ſollicitudine ⁊ cura inordinata: ſed pro eternis debem⁹ laborare cū omni ſollicitudine qua poſſumus. hoc docuit xp̄s ſicut qđ patet: q: feruenter ꝓ ſalute noſtra laborauit. xxxiij. annis vigillando: orādo predicando: ⁊ ſeipſum multipliciter fatigando. pſ. In laborib⁹ a iuuentute mea ⁊c. Unde libenter debem⁹ de mane ſurgere ⁊ incipere feruenter opari. Nam aues incipiunt de mane ante ortū ſolis cantare ⁊ deū laudare. Unde Amb. de offic. Quis xp̄ianus non erubeſcat: cū minutiſſime aues ſolenni deuotione ortum diei preueniunt. Unde augu. Indecēs eſt ꝙ ſol xp̄ianum inueniat in lecto ſi enim loqui poſſet diceret: ſurge piger: ego iam perambulaui ſpaciū terre. vnde Ber. homo piger et ſomnolentus eſt quaſi imago mortis: ⁊ tales ſomnolenti de mane diu dormientes claudūt feneſtras ⁊ ponūt pānū ante lucē. Ergo ſicut h̄ diligūt tenebras ſic ſcđm dictū xp̄i vt habet̄ Mat. xxv. Eijcient̄ i tenebras exteriores: ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. Tales pigri deberent attendere ꝙ ſi octo dies cōtinue in molli lecto bene preparato deberent iacere: tediū haberēt: q̄d tūc ⁊ cū in igne infernali ⁊ in ꝓfundo inferni eternalit̄ iacebūt ⁊ ardebūt. Ergo debem⁹ nūc ꝓ tpe gratie eſſe ferue ntes in opibus bonis. Ut autem in his bonis opibus perſeueremus: tūc apponere debem⁹ clauū: ⁊ iſte clauus eſt cogitare gaudia nobis in celeſti promiſſa. Aug. Si labor terret: merces inuitat. hie. Nullus labor durus: nullū tempus longū videri d;: quo gloria eternitatis acquirit̄. Nam ibi habebim⁹ gaudia multa magna: dulcia ⁊ precioſa. Et de iſta materia quere ante ſer. lij. ꝓ. Quarta pars crucis eſt reclinatorium capitis ieſu xp̄i. per reclinatoriū illud ſignificatur charitas quā homo debet habere ad deū vt ſicut deus ſe reclinauit ad nos per charitatem ſic ⁊ nos econuerſo ad ipſum. Iſta non debet habere clauum: q: dilectio noſtra ad ipſum debet eſſe libera q: iure multis de cauſis eſt a nobis diligendus. Et has cauſas quere ante ſer. cxix. ꝓ.

## ¶ De martyribus. Sermo. cliij.

¶ Quomodo operari bona ⁊ pati tribulationes propter deū non erit graue.

STabunt iuſti in magna cōſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt. Sapien. v. Sciendū ꝙ in hunc mundū poſiti ſum⁹ vt operari ⁊ meritū accumulare debeamus per operationem quam facimus ⁊ per tribulationem quam patimur vt omnia opera nobis fiant leuia ſcilicet de mane ſurgere: vigilare: ieiunare: orare: genuflectere: ſimiliter ⁊ tribulationes pati ſcilicet infirmitates corporis: vel perſecutiones malorum ⁊ tribulatiōes quaſcūq; ſuſtinere oportet: vt iſte nobis dulces fiant. A Et videtur in eiſdē patientiā ſeruemus ſicut iſti ſancti martyres. N. Quos

rum hodie feſtum celebramus: tunc nobis
quatuor ſunt attendenda que debẽt nos
inducere ad laborandũ ⁊ aduerſitates ſu
ſtinendũ libenter propter deum. Primum
eſt breuitas preſentis vite: qꝛ omnia cito
finiuntur cũ morte. Jacob. iiij. Que eſt vi-
ta veſtra? vapor eſt ad modicũ parens. vn
de etiam cõparatur vento. Job. vij. Me-
mento vt ventus eſt vita mea: ergo ſi ſol-
licite cõſideras hoc tũc nihil grauabit quic
quid egeris vel quicquid pati oporteat: qꝛ
totum morte finitur: ⁊ mors cito appropin
quat. Bern. Quid in rebus humanis cer-
tius morte: ⁊ quid hora mortis incertius
inuenit? Gre. ſup Eze. Et em̃ nobis cõditor
noſter diẽ mortis incognitum eſſe voluit:
vt dum ſemper ignoratur ſemp proximus
eſſe credatur: ⁊ tanto quiſq; feruentior ſit
in operatione: q̃to incertior eſt de euoca-
tione. Et ꝯſideratio breuitatis vite noſtre
non ſolum inducit ad bonum operandũ:
ſed etiam reducit a malo perpetrãdo. Au-
guſt. Nihil ſic reuocat a peccato ſicut ifre-
quens mortis meditatio. Hier. Memento
diem mortis tue: ⁊ non peccabis. Qui ſe
quotidie recordatur eſſe moriturum contẽ
nit preſentia: ⁊ ad futura feſtinat. Conſide
ra ergo quando in morte iacebis q̃d tunc
proderit ſi habuiſſes fortunam alexandri:
potentiam auguſti: pulchritudinem abſa-
lonis: fortitudinem ſanſonis: longitudi-
nem ade: ſapientiam ſalomonis. cũ ex his
omnibus nihil tecum feras niſi tantũmo-
do bona ⁊ mala que feciſti. Apocalip. xiiij.
Opera em̃ illoꝝ ſequũtur illos. Auguſt. in
in ſermo. Adam ſi adhuc viueret ⁊ hodie
moreretur: quid illi longitudo vite profuiſ
ſet? Cõſidera etiam ſi iam mori deberes
quid tibi noceret ꝙ adeo infortunatus fuiſ
ſes ſicut Job: qui multa infortunia ſu-
ſtinuit in rebus in corpore: ⁊ filijs: ſic infir-
mus ⁊ pauper vt lazarus qui iacebat an-
te ianuam diuitis plenus vlceribus cupiẽs
ſaturi de micis que cadebant de menſa
ipſius diuitis: patiens ⁊ mitis vt moyſes.
caſtus vt Joſeph. tribulatus in omnibus
vt chriſtus ⁊ Maria: ⁊ ſi tot bona feciſſes
ſicut beatus Nicolaus ⁊ ſanctus Marti-
nus: quid tibi noceret cum angeli animam

tuam reuerenter ſuſciperent gaudẽter He-
ducerent ⁊ dominus pro omnibus actio-
nibus ⁊ tribulationibus vitam eternam
redderet. Jdeo dum tempus hic habem⁹
operemur bonũ ⁊ ſuſtineamus libenter ⁊
patienter tribulationes infirmitates ⁊ pau
pertates: vt pro eiſdem operibus ⁊ tribu
lationibus premium noſtrũ augmẽtetur
in celo. Nam corpus noſtrum ad hoc no-
bis a deo datum eſt: vt ei ſeruiamus ope-
rando bona ⁊ ſuſtinendo mala ⁊ aduerſa
pienter: vt ſic cõſumamus corpus ⁊ vires
corporis in ſeruitio chriſti: quia oportet
corpus noſtrum conſumi: ⁊ a vermibus cor
rodi. Nam vitrum vnũ quod eſt vas fra-
gile diutius ſeruaret quis q̃ ſuũ corpus.
Et inſuper perdit homo in morte omnes
delitias corporis: diuitias ⁊ honores. vn-
de Augu. Sic etas noſtra: ſic actus noſtri
ſic miſeria nr̃a ſic felicitas nr̃a: ſic honores
ſic totũ tranſit: verbum autem domini in
eternum permanet. Unde etiam dicit Sa
lomon. Omnia ſunt vanitas. B Secun-
dum eſt conſideratio laboris ⁊ paſſionis
chriſti qui pro te prius laborauit in terra.
Grego. Si paſſio chriſti ad memoriam re-
ducitur ⁊c. Si rex magnũ trabem pro me
portaret non mihi graue eſſe deberet ſi p
eo feſtucam portarem. Et rex celi et terre
portauit pro me magnum trabem ſcilicet
crucem: immo ⁊ ſpineam coronam: ⁊ quo-
modo ego paruum laborẽ vel paſſionem
pro eo nõ ſuſtinebo? Unde ſi graue eſt ti-
bi mane ſurgere ⁊ vigilare: cogita quomo
do chriſtus ſepius ꝓpter te pernoctauit
in orationibus: ſi graue eſt tibi ieiunare:
cogita quomodo chriſtus ieiunauit ſemel
ce in die paraſceues: de q̃ ieiuno dicit pſ.
Dederunt in eſcam meam fel: ⁊ in ſiti mea
potauerunt me aceto. Si graue eſt tibi dur
re iacere: vel veſtem aſperã induere: co-
gita lectũ crucis in quo chriſtus expanſus
fuit. in quo nõ habuit vbi caput ſuum re-
clinaret. Matthei. viij. Uulpes foueas ha-
bent: ⁊ volucres celi nidos: filius autem
hominis non habet vbi caput ſuum recli-
net. Similiter ſi contingit te aliquid pati:
cogita qꝛ chriſt⁹ multa pro te paſſus eſt.
Nam ſi ſeruus videret dominum ſuum



propter ſe multis vulneribus vulneratum
merito ipſe etiam aliquid pati deberet ꝓ-
pter ipſum. Et ſi infirmus es ⁊ doles ca-
put cogita dolorem capitis chriſti quem
habuit quando cũ ſpinea coronatus fuit.
Similiter ſi doles manus ⁊ pedes vel etiã
in quocunq; membro corporis: cogita paſ
ſionem chriſti quam ſuſtinuit in ſuo cor-
pore ⁊ in ſuis membris. Similiter ſi ſuſti-
nes perſecutiones a malis hominibus q̃
tibi maledicunt verbis vel verberant ver
beribus. cogita chriſtum hec ſuſtinuiſſe
pro te prime petri ſecundo. Cum maledi
ceretur: non maledicebat: cum pateretur:
non comminabatur. Similiter ſi pauper-
tatem vel nuditatem vel frigus vel eſuriẽ
vel ſitim ſuſtines: cogita hec chriſtum ſu-
ſtinuiſſe pro te ⁊ erunt omnia opera tibi le
uia: et omnes tribulationes tibi ſuaues
erunt. vnde Bernar. Quid eſt homo quod
tibi ſuaue non videtur: ſi collegeris ⁊ me-
moraueris omnes amaritudines ſaluato-
ris? Auguſti. libro de vera religio. Tota
vita chriſti in terris que per hominẽ geſſit
diſciplina morũ fuit: omnia bona mundi
ꝓpẽs contẽpſit que contemnenda docuit et
oia mala ſuſtinuit q̃ ſuſtinenda precepit:
vt in illis nõ q̃reret felicitas. neq; in iſtis ti
meret infelicitas. vñ et Ber. xp̃s oñdit tibi ma
n⁹ vt facias q̃ fecit: lat⁹ vt ſentias q̃ ſenſit.
pedes vt ãbules q̃ perrexit. C Tertiũ eſt
cõſideratio futuri laboris ⁊ pene future: qꝛ
p laborẽ quẽ hic patimur: ⁊ tribulationes
quas hic ſuſtinem⁹ liberemur a laborib⁹
⁊ a penis eternis. De quib⁹ dicit pſ. Labo
rabunt in eternum ⁊ viuent adhuc in finẽ
vnde Greg. Dum labore tranſitorio atte
rimur: perpetuo labore liberamur: ſʒ otio-
ſi et pigri ⁊ ſteriles in bonis operibus q̃ nõ
exercẽt pedes ad ambulandũ in via dei:
⁊ manus non extendũt ad operandũ opa
bona: tales ſteriles excidentur ſicut arbor
infructuoſa. De his pigris etiã dicit Mat-
thei. xxij. Ligatis manibus ⁊ pedibus ⁊c.
Similiter per tribulationes ⁊ penalitates
quas hic patienter ſuſtinemus: liberamur
a futuris penis quas nos oportet ſuſtine-
re in inferno vel in purgatorio. Gre. Miſe
ricorditer adhibet deus temporalẽ ſeueri-

tatem: nec eternã inferat vltionem. Jdeo
hic quibuſdã parcit vt eos in perpetuũ fe-
riat: ideo hic ferit non parcẽdo: vt in eter-
num parcat. vñ etiã dñs dicit p ſapientẽ.
Eccli. xxix. Minimũ pro magno placeat
tibi. Nam oẽs labores ⁊ tribulationes p̃-
ſentes nihil ſunt reſpectu futuroꝝ doloꝝ
⁊ cruciatuũ. Augu. Nullus cruciatus pena
rum tpaliũ: põt ſempiternis iniquorũ cru-
ciatibus cõparari: ſed peccator nõ põt eua
dere quin aut oporteat eum in futuro pu-
niri: aut hic in preſenti: qꝛ nullũ malũ im-
punitum. Et ſi peccator cõſideraret fortes
⁊ eternas penas inferni: leues reputaret
labores ⁊ preſſuras huius mũdi. vñ Jſid.
in ſlno. Jntẽde aio quaſcũq; ſeculi penas
quoſcũq; tormẽtorum dolores ⁊ quaſcũq;
dolorũ acerbitates: ⁊ compara hoc totum
gehẽne: ⁊ leue eſt omne quod pateris. D
Quartũ eſt conſideratio future mercedis.
Nam grauis dieta videt͂ breuis mercẽna
rio: ſi in fine diei expectat cẽtum florenos.
qđ tamẽ parum eſt reſpectu eterni premij.
Grego. Spes in eternitate animũ erigit: ⁊
idcirco nulla mala q̃ exterius tollerat ſen-
tit. Chry. Si tempeſtas nautis: ſi vulnera
militibus: ſi frigora agricolis propter pre
mium temporale leuia ſunt: q̃to magis de
bent eſſe leuia propter premiũ eternum.
Jſid. de ſum. bo. Qui vite future p̃mia dili
genter excogitat: mala oia preſentis vite
equanimiter portat: qm̃ ex illius dulcedi-
ne huius amaritudinẽ temperat. Apoſto
lus. Roma. viij. Non ſunt condigne paſſio
nes huius temporis: ad futuram gloriam.
O q̃ miſeri ſunt illi q̃ nihil volũt pati pro
vita eterna. Chryſo. Si quotidie oporteret
nos tormenta ſufferre: adhuc nõ erat di-
gnum omne qđ triſte eſt modo vt tanti bo
ni tanteq; glorie participes haberemur.
Jnſuper quis nõ deberet oia gaudia mũ-
di: omnes delitias corporis: omnes diui-
tias ⁊ honores hui⁹ ſeculi ſpernere: vt deũ
in celo vna hora videre poſſet? Aug. in lib.
de lib. arbi. Tanta eſt pulchritudo iuſtitie
tanta eſt iocũditas lucis eterne: vt etiã ſi
nõ liceret in ea amplius manere q̃ vnius
diei hora ꝓpt͂ hoc ſolũ innumerabiles an.
in hui⁹ vite pleni delitijs: ⁊ etiã conſuetis

temporalium bonorũ recte merito ɔtẽnentur. Ex his pꝫ ꝙ miſeri ſunt illi qui modicas voluptates carnis vł diuitias ⁊ honores huius ſeculi ꝑponunt gaudijs celi. Vñ Ber. ſuper Cãt. Reuera illud verũ eſt gaudium ⁊ ſolũ qđ nõ de creatura: ſed de creatore concipitur: qđ cũ poſſederis nullꝰ tollet a te: cui cõparata eis aliunde iocunditas meror eſt: oĩs ſuauitas dolor eſt: omne dulce amarũ: omne decus fedum: omne aliud qđ delectari poſſet moleſtũ. Quo ibi habebimus gaudia multa precioſa et dulcia. hoc quere ante ſer. liiij. p.

De vno confeſſore. Ser. liiij. De iuſtitia.

Iuſtuʒ deduxit dñs per vias rectas. Sap. x. Sciendũ ꝙ ſi volumus ſaluari: opꝫ nos iuſtos inueniri. Ps. Hec porta dñi ⁊ iuſti intrabũt in eã. E Sed diceres: qđ eſt iuſtitia? Rñdetur ꝑm ſanc. Ber. in quodã ſer. ꝙ iuſtitia eſt ꝗtuus vnicuiqꝫ qđ ſuũ eſt. Et iuſtitiam tenere eſt honorificũ ⁊ multũ laudabile. vñ Ari. v. ethi. Pulcherrima virtutũ eſt iuſtitia. Pro quo ſciendũ ꝙ quilꝫ xp̃ianus deo tenetᷣ tria: ⁊ primo tria: ⁊ ſibijpſi tria: ⁊ ſic dꝫ vnicuiqꝫ qđ ſuũ eſt reddere ſi vult ſaluari: ⁊ iuſtus inueniri. Primũ ꝙ quilibet hõ tenetᷣ deo: eſt obedientia. Nam ſicut Adã expulſus eſt de paradiſo ꝑpter inobedientiã: ſic nos debemus intrare celum per obedientiã. Vñ qlibet tenetᷣ deo obedire in ſuis ꝑceptis q̃ ſunt ſcripta ĩ manibus ⁊ pedibꝰ hoĩs. In pedibus propter decẽ articulos pedũ: in manibꝰ ꝑpter decem digitos manuũ. Iđ ſcripta ſunt in predictis partibus corporis ad deſignandum ꝙ ꝑcepta diuina dñt regulare in nobis ꝑ manuũ operationẽ. ne in opibus noſtris ꝯ diuina ꝑcepta faciamꝰ: ⁊ dirigere greſſꝰ affectionis ne ꝑcepta diuina trãſgrediamur. Mat. xix. Si vis ad vitã ingredi ſerua mãdata. F Et eſt ſciendũ ꝙ non ſoluꝫ deo ⁊ eius ꝑceptis tenemur obedire: ſed etiam prelatis ⁊ preceptis eccleſie loco dei. vnde Ber. Obedientia q̃ maioribus prebetᷣ deo exhibetur. vñ ſciẽdũ ꝙ qñ ſacerdos vł plebanus tuus precepit tibi ieiunare vel feſtiuare: tunc ſic adimplere deberes ac ſi xp̃s per ſe tibi precepiſſet. vñ Luce. x. Qui vos audit me audit: ⁊ q̃ vos ſpernit me ſpernit. Hoc illi non aduertũt q̃ in diebus feſtiuis laborant: ꝯ quos dicitur Exodi. xx. Nõ facies in eo omne opus. Ex quo pꝫ ꝙ quicũqꝫ ſabbatum violãt laborãdo vel ẽt mercantijs intendẽdo: vel etiã qui vecturaꝫ in diebus feſtiuis exercent ſicut ruſtici qui quãqꝫ ad quatuor vel quinqꝫ miliaria vehunt in diebus feſtiuis ſic ꝙ non audiunt miſſas vel ſermonẽ. Et illi qui vadunt in diebus feſtiuis ad forum ⁊ emũt ⁊ vẽdũt ex mala cõſuetudine ⁊ ꝑpter lucrũ tẽporale. Iuſtus per q̃ ſabbatinis diebꝰ in nocte nimis diu laborãt: ⁊ ſic de alijs iſti oẽs grauiter deũ offendũt: ⁊ inſuper puniuntᷣ a deo. Primo in rebus temporalibus per infortunia. ſcꝫ captiuantᷣ: vel a raptoribꝰ ſpoliantᷣ: vel eqꝫ eorum ledunt: vel moriuntᷣ vel domus eorum igne cõburuntᷣ: vel ꝙ tẽpeſtas deuaſtat segetes eorꝫ: vel alia infortunia talibus accidũt ꝙ ſic depauperantᷣ. Scđo puniuntur qñqꝫ in corpore: vt. ſ. qñqꝫ talẽ infirmantur per menſeꝫ: vel per duos: vł qñqꝫ cadunt ⁊ frangũt crura vel brachia: et ſic de alijs: tũc opꝫ eos feſtiuare cũ merito deberẽt laborare: q᷑ añ laborauerũt cũ feſtiuare debuerũt. Salo. Per que qs peccat per hec ⁊ punietᷣ. Tertio puniuntur in aĩa: qđ eſt maximũ: q᷑ q̃tiens ſciẽter feſtũ ſoluunt: totiẽs mortalr̃ peccãt ⁊ aĩam propriã occidunt. Exo. xxxi. Qui polluerit ſabbatuꝫ: morte moriatᷣ. Qđ deo multũ diſpliceat violatio feſtiuitatũ: pꝫ per tale exemplum. Vñ legitᷣ in veteri teſtõ. Numeri. xv. ꝙ tẽpore Moyſi: ⁊ Aaron: factũ eſt cũ filij eſſent in ſolitudine: ⁊ inueniſſent hoĩem colligentẽ ligna in die ſabbati: obtulerunt eũ. Moyſi ⁊ Aaron ⁊ vniuerſe multitudini q̃ recluſerunt in carcerẽ neſcientes quid de eo facere deberent. Dixitqꝫ dñs ad Moyſen. Morte moriatur hõ iſte: obruat eũ lapidibus oĩs turba extra caſtra. Cũqꝫ eduxiſſent euꝫ foras obruerunt lapidibus et mortuus eſt: ſicut preceperat dñs. O ſi omnes illi iam lapidari deberẽt qui feſta ſoluunt: quot tunc eſſent lapidandi: cũ multi ſunt qui iã minime feſta curant. G Et ſciendum ꝙ hi qui in diebus feſtiuis peccant: grauius peccant: quam ſi alijs diebus peccarent. ſicut qui chorizant in diebus feſtiuis quod maius eſt peccatum quam laborare manibus. Auguſtinꝰ. melius eſt in die dominica arare ꝙ chorizare. Idẽ etiam Aug. Omnis motus petulãtie ſaltuo eſt in profunduꝫ cloace: ideo ꝙ tanto altius in chorea ſaltaueritis: tanto profundius ad infernum cadetis. Vñ exemplum legitur de chorea ꝙ in ep̃atu Cameracen. quedã puella cantilenis ⁊ choreis aſſidua erat ⁊ per cantum ⁊ pulchritudinem corporis ad malam cõcupiſcentiam multos alliciebat. Quam ſemel cantanteꝫ in chorea confeſtiꝫ turbo rapuit: ⁊ in altũ deferens illam: ſpiritus magni crudeliter verberabant: ⁊ diuerſis flagellis ac diuerſimode flagellabãt. ictus quideꝫ audierunt plurimi: ſed videre non poterãt. Flentem mulierem audierunt in aere clamantẽ ⁊ eiulantem. Et poſt modicum interuallum cecidit mortua: nimis horribilis ad videndũ: q᷑ collum ⁊ omnia mẽbra eius fuerũt crudeliter fracta. Sed aliqui ſunt qui volunt ſe excuſare a peccatis ſuis dicentes ante centuꝫ annos homines chorizauerunt ſic ⁊ hodierna die merito facere poſſunt. Quibus Rñdeo ꝙ etiam ante centũ annos hoĩes ad infernũ deſcenderunt ſic ⁊ adhuc hodierna die faciunt: q᷑ malus vſus nõ excuſat pctm̃. ſicut dꝛ in decre. Cõſuetudo male inuenta ꝙto diuturnior tãto periculoſior. xxiiij. q. ſchiſma. vñ ẽt Iſid. Cõſuetudo autoritati cedat: prauuꝫ vſum lex ⁊ rõ vincat. Nã rõ humana dictat choream eſſe pctm̃ ꝙuis cõſuetudo approbet: ꝗ̃ remorſus cõſciẽtie cõtradicit. Gre. Docerit in ꝯſuetudine illicitũ qđ rõne cõſtat eſſe ꝓhibitũ. vñ illi ſtulte faciunt qui choreã aſſerunt nõ eſſe pctm̃. Vñ legitᷣ exẽplum quod quidã iuuenis audito in quodam ſermone ꝙ chorea eſſet inferni ianua ꝯ ꝗ̃ ipſe aſſerebat eã eſſe portam cõſolationis ⁊ tẽporalis letitie: ⁊ nõ eſſe verũ ſicut ſacerdos in ambone dixit quẽ ideo in proxima chorea lapis angularis coram omni populo cadens ſuꝑ eum interfecit: et terra in conſpectu totius populi eum abſorbuit. H Similiter illi grauiter peccant q̃ diebus feſtiuis viſitant tabernas ⁊ ſe inebriant: cum tñ omnis inebrietas que ex ꝑpoſito fit ſemꝑ eſt peccatũ mortale: et eſt grauius peccatũ in die feſtiuo quã in alio die. Similiter illi qui diebus feſtiuis exercent ſuam luxuriam ⁊ carnis voluptateꝫ. Vnde narrat Gregorius in dialo. qđ quedam legitima a ſuo viro legitimo ſabbato de nocte cognita cum in die dominica ſe proceſſioni iungeret a diabolo accipiebatur ⁊ multum vexabatur. ⁊ ſi hoc fit legitimis perſonis: ꝙta pena concubitus illegitimus plectendus eſt. I Similiter intelligendum eſt de ieiunio quod a preſbytero precipitur: vt cum diligo corpus intm̃ ꝙ ꝯ ꝑceptum ecclie paratus ſuꝫ cõmedere diebꝰ ieiuniorꝫ: cũ tñ bñ poſſem ieiunare: ⁊ nolo corpꝰ meũ tm̃ grauare: ⁊ ſic ſoluo ieiunium ſine cã ab eccleſia preceptũ. vnde Herman. de ſchilditꝫ dicit ꝙ qñ qs inordinate gule vel cõcupiſcentie inheret tãquã vltimo finiſita ꝙ talis cõtemnens deũ paratus ſit precepta dei ⁊ ecclie trãſgredi vt delectatiões gule aſſequatᷣ: talis grauiter peccat. Nã q̃cunqꝫ ſoluet ieiuniũ ab eccleſia ꝑceptũ ſine cã ⁊ rõne ⁊ ex cõtemptu nõ vult obedire: peccat mortaliter totiẽs quotiens. K Pro quo ſciendum quod quando ſabbato die vel vel quinta feria occurrit ieiunium ab eccleſia ꝑceptũ: ⁊ ſi qui feriam ſextam nõ poſſunt ſimul ieiunare tũc ſimplici ſexta feria debẽt comedere ⁊ ieiunium preceptuꝫ ab eccleſia debẽt ſeruare ad quod tenentur ſub ꝑcepto. Unde Hiero. Ingratum eſt ſpirituſancto quicquid deo obtuleris neglecto eo ad quod teneris. Et in hoc plures homines ſimplices errant qui ſimplicem ſextam feriant ieiunant ⁊ ieiunium ab eccleſia preceptũꝫ ſoluunt. L Secundo quilꝫ tenetᷣ deo ſatiſfacere pro offenſis q̃bus eũ ſepius offendit peccando. Sꝫ diceres. Quomodo poſſum deo ſatiſfacere: cum tam ſimpliciter ⁊ grauiter contra deum deliqui? Reſpondeo ꝙ deus eſt miſericors. Nam quandoqꝫ veraciter iſta tria ſunt in te. Primo ꝙ doles

de omnibus peccatis preteritis. Secũdo
ꝙ proponis amplius nunꝗ̃ velle peccare
mortaliter. Tertio ꝙ ꝓponis cõfiteri ⁊ ſa-
tiſfacere ſecundũ conſiliũ confeſſoris: tunc
deus ex ſua miſericordia indulget tibi oĩa
peccata tua. Ezec. xviij. In quacũꝙ hora
peccator ingemuerit ⁊c. Ergo nullꝰ dꝫ de-
ſperare: etiã ꝗ̃tumcũꝙ magnus peccator
ſit. Ber. Maior eſt dei pietas: ꝗ̃ queuis ini-
quitas: ſicut enim ſcintilla in medio maris
ita ad miſericordiã dei: omnis malitia ho-
minis. Imo gaudiũ eſt angelis ⁊ omnibꝰ
ſanctis in celo de cõtritione et cõuerſione
peccatorũ. Luc. xv. Gaudiũ eſt angelis dei
ſuper vno peccatore penitentiã agente. Ber.
ſuper canti. Gaudent angeli in cõuerſione
peccatorũ ſalutẽ hominũ ſitiẽtes. Lachry-
me enim penitentiũ ſunt vinum eorũ. M
Tertio tenetť quilibet deo ex charitate re-
gratiari de ſuis beneficijs. vnde Ber. Di-
gnũ eſt deo ſemꝑ gratias agere: qui nunꝗ̃
ceſſat nobis bñ facere. Unde quilibet qñ-
cũꝙ vtitur aliquo beneficio dei: hoc faciat
cum gratiarũ actione: ſicut cũ ſumimus ci-
bum vel potũ vel induimus veſtimentũ: ⁊
ſic de alijs. Sed heu plures ſunt ingrati q̃
beneficia dei non recognoſcũt: ſed vtũtur
donis dei ſine gratiarũ actione: de quibus
Aug. dicit in lib. de ciui. dei. Quiſquis be-
neficia dei non videt cecus eſt: nec laudat
ingratus eſt: quiſquis in laudando relu-
ctatur: inſanus eſt. Sicut heu plures ſunt
qui abutũtur beneficijs dei peccãdo cõtra
deum qui in hoc grauiter deũ offendũt. vn
de ipſe dicit per pſ. Retribuebãt mihi ma
la pro bonis: qꝫ deus bene fecit illis dãdo
illis ſanitatẽ fortitudinẽ corporis: diuitias
⁊ honores: ⁊ ipſi male faciunt peccando cũ
eiſdem donis contra deum: ⁊ his ſtipẽdijs
que a deo recipiunt diabolo ſeruiũt. Et ta
les ſic ingrati merẽtur priuari iã habitis:
nec ſunt digni de recipiẽdis. vnde Aug. di
cit. Quod deus dedit gratis tollit gratis.
vnde Ber. Accipiẽdis indignus eſt: q̃ fue-
rit de acceptis ingratus. Ergo ſi alicui ali-
quod infortuniũ acciderit: ſicut cum tẽpe-
ſtas ſegetes deuaſtauerit: vel equi vel vac
ce moriunť: vel aliquod quodcũꝙ infortu
nium ſibi in corpore vel in rebꝰ acciderit:
hoc ipſe peccatis ſuis adſcribere debet q̄
antea de beneficijs dei ingratus fuit ⁊ do-
na ⁊ bñficia dei male expendit: ergo deus
hoc infortuniũ ſuper eum permiſit ⁊ dice-
re cum pſ. Iuſtus dominus in õibus vijs
ſuis: ⁊ ſanctꝰ in omnibus operibꝰ ſuis. Ex
quo patet qꝺ quãdo volumus qꝺ deus no-
bis dona ⁊ beneficia ſua multiplicet: tunc
debemꝰ antea de perceptis deo regratia-
ri. Chry. ſuper Mat. Gratiarũ actio eſt in-
uitatio ad plus dandũ. N Et pre cũctis
beneficijs dei debemꝰ deo gratiarũ actio-
nes referre de ſua amara morte ⁊ paſſio-
ne: quia hoc eſt deo valde acceptũ ⁊ homi-
ni valde meritorium. Albertus magnus.
Simplex recordatio ſeu meditatio paſſio-
nis chriſti plus valet ꝗ̃ ſi quis integrũ an-
num ieiunaret in pane ⁊ aqua: vel ſi quoti-
die virgis vel flagellis cederetur vſꝙ ad
effuſionem ſanguinis vel ſi quotidie dice-
ret vnum pſalteriũ. Unde ſciendũ ꝙ quã-
do homo eſt contritus ⁊ verus penitens
tunc non poteſt maius ſeruitiũ deo exhi-
bere ꝗ̃ ſuam amarã mortem ⁊ paſſionem
deuote meditari. Unde quilibet homo ſi-
die dꝫ habere ſpecialẽ memoriã de paſſio-
ne chriſti: ⁊ cum petere vt ipſe ordinet ſta-
tum ſuũ in bonũ finem vt fructu paſſionis
eius non priuetť. Et quicũꝙ vellet hono-
re paſſionẽ chriſti: ⁊ orare tot pater noſter
quot vulnera chriſtus ſuſtinuit: tũc debe-
ret orare per integrũ annum ſingulis die-
bus. xv. Pater noſter: ⁊ cõpleto anno tunc
cuilibet vulneri chriſti obtuliſſet vnũ pa-
ter noſter. Et hoc eſſet deo valde acceptũ
⁊ homini meritoriũ. Nam quicũꝙ libẽter
honorat ⁊ meditatur paſſionẽ chriſti vel
audit libẽter loqui de paſſione chriſti: ta-
lis debet habere bonã ſpem ꝙ chriſtꝰ or-
dinabit adhuc ſtatum ſuum in bonũ fi.
O Item ſciendũ ꝙ heu plures mali chri-
ſtiani ſunt q̃ paſſionẽ chriſti non honorãt:
ſed chriſtum rurſum crucifigũt: vt ſunt illi
blaſphematores qui iurãt per vulnera per
mortẽ: ⁊ per ſanguinẽ chriſti. Tales chri-
ſtiani peiores ſunt Iudeis qui tãtũ ſemel
chriſtũ crucifixerũt: ſed chriſtianꝰ blaſphe-
mus totiẽs chriſtũ crucifigit quotiẽs exe-
crabiliter iurat. apl's Heb. vj. Rurſum cru-
cifigentes



cifigentes filium dei. Augu. Non minus
peccant qui xp̄m blaſphemant regnantẽ
in celo ꝗ̃ qui eũ crucifixerũt ambulantẽ
in terris. Item blaſphemi ſunt deteriores
canibus: qꝫ canes non mordent ſuos dños
q̃ eis bene faciunt: ſed applaudũt ipſis: ſꝫ
blaſphemus eodem ore quo vinũ bibit ⁊
beneficia dei recipit deũ blaſphemat. pſ.
Retribuebãt mihi mala pro bonis ⁊c. Ecc.
xxix. Paſcet ⁊ potabit ingratos: ⁊ adhuc
amara audiet. Mirum eſt ꝙ deus vnquã
permittit creſcere vinum in abundantia:
cum tot blaſphemie ſibi a potatoribus vi-
ni feruntur q̃ ſeipſos inebriant ⁊ poſtmo
dum grauiter deum blaſphemant. Item
blaſphemia eſt peccatum diabolicũ. Apo.
xvj. Blaſphemauerunt deum celi pre dolo
ribus. Hoc intelligitur de illis qui ſunt in
inferno: qui propter magnitudinem dolo
ris ⁊ pene deum blaſphemant: ergo blaſ
phemia eſt loquela infernalis ⁊ blaſphe-
mus hꝫ linguam diabolicã: quia diabolꝰ
loquitur per blaſphemũ ſicut ſpiritus ſan-
ctus loquitur per hominem bonum et de
uotum. vñ Mat. Non eñi vos eſtis qui lo
quimini: ſed ſpiritus patris veſtri qui lo
quitur in vobis. Quomodo aũt blaſphe-
mia ⁊ illa iuramenta ſcilicet dicendo per
deum ⁊ per omnes ſanctos ſint mortalia:
vel venialia. Hoc quere añ ſermo. cxxiij. F
Item quõ blaſphemi puniantť a deo: ⁊ pa
rentes qui permittunť pueros ſuos iura-
re ⁊ blaſphemare ⁊ alij homines xp̄iani q̃
permittunt in domibꝰ ſuis deo contume-
lias inferre ꝗ̃ grauiter peccant. Hoc quere
añ ſer. cxxij. I. P. Quantũ ad ſecundã par
tem iſtius ſermonis ſciendũ ꝙ tria tene-
mur proximo. Primo tenemur eum dilige
re ⁊ ei offenſam ꝓpter deũ dimittere. Nã
omnes ſumus fratres. ergo fraterna cha-
ritas ⁊ fidelitas dꝫ eſſe inter nos: qꝫ oẽs ſu
mus a deo creati ⁊ ab Adã ⁊ ab Eua pro-
geniti: oẽs habemus vnã ⁊ eandẽ fidẽ:
vnũ baptiſma: vnã hereditatẽ ⁊ patriã in
celo: vbi vnus alterũ corde intimo diliget
plus ꝗ̃ hic pater ⁊ mater vnꝗ̃ dilexerunt
filios ſuos. Nã oẽs nos mutuo diligimus
⁊ cognoſcimus in celo: et qui añ centũ vel
mille annos vixerunt. Nã hic charitas in-
cipit: ⁊ ibi in celo perficitur: quia illic per
fecte vnuſquiſꝙ diligit ſuum proximũ: ⁊
propter illam charitatẽ tũc gaudet de me
rito alterꝰ. Anſel. Unuſquiſꝙ intimẽ gaudet
de alterius merito: ꝗ̃ tum de ſuo proprio.
⁊ illa charitas quam in celo tunc ſimul ha
bituri ſumus dꝫ nos inducere ad diligen-
dum proximum in preſenti: amicũ in deo:
⁊ inimicum propter deũ. contra hoc faciũt
illi qui nolunt indulgere ſuis offenſoribꝰ:
ſed ſemper cogitant de vindicta ſuper ꝓ-
ximos. Et tales ſtant in malo ſtatu: quia
per rancorem illum ⁊ vindictã omnia bo
na opera ſua perdunt ⁊ mortẽ eternam in
currunt. Ioã. iij. Qui non diligit fratrem
manet in morte. Idẽ. Qui odit fratrẽ ſuũ
homicida eſt. ſup. ſuijpſius. Ex quo patet
ſi volumus ſaluari: oportet nos indulgere
inimicis noſtris: ⁊ habere charitatem ⁊ fi
delitatem ad ꝓximos ſine qua charitate
fraterna nemo videbit deũ. Secũdo tene
mur proximis ſi volumus iuſti inuenire ꝙ
non debemus eis nocere neꝙ in rebus ne
ꝙ in fama: neꝙ in verbis: neꝙ in factis.
Nam qui infert proximo damnum in re-
bus ſuis facit cõtra ſeptimum preceptum
vbi dicitť. Nõ furtum facies. Circa qꝺ que
ritur vtrum in re parua cõmittatť furtũ ſi
cut in re magna. De illa materia quere ſu
per ſer. cxliij. B Similiter nõ debes ꝓxi-
mo nocumentũ in fama inferre ei detra-
hendo: qꝫ detractio eſt maius peccatũ ꝗ̃
rerũ ablatio. Et hoc quere ſupra ſerm. xcj.
F Tertio q̃libet tenetť dicta ⁊ facta ꝓxi-
mi in meliorem partẽ interpretari. Ubi q̃
ritur vtrum oĩa dubia in meliorẽ partem
ſint interpretanda: ⁊ vñ oritur iudiciũ te
merarium ⁊ ꝗ̃ grauiter peccant qui ꝓxi-
mos ſuos ſic iudicant. De iſta materia q̃-
re ſer. xc. B D Quantũ ad tertiã partem
iſtius ſer. ſciendum ꝙ quilibet qui vult iu
ſtus inueniri tenetur tria ſibiipſi. ſ. ꝙ cum
iſtis tribꝰ. ſ. cum bonis temporalibus cum
corpore: ⁊ cũ anima mereamur vitã eter
nam. Hoc quere ante. ſer. cl. M.

Item de vno confeſſore. Ser. clv.
Quomodo tenemur ſeruire deo.

Serue bone et fidelis intra in gaudiū domini tui. Matt. xxv. Sciendū ꝙ dñs deus creauit cūcta ad ſeruiendum ſibi. pſ. Omīa oīa ſeruiūt ſibi. Eccli. xlij. Oīa obediūt ei. Etiā gaudet in oībus que fecit qm̄ omnia ſibi ſeruiūt. Sapi. viij. Letatus ſum in oībus ꝛc. Et plus tm̄ diligit ſeruitiū duarū creaturarū: q̄ȝ oīm aliaruȝ creaturarū: vcȝ hoīs ꝛ angeli: quib⁹ ſolis pro mercede dat vitam eternā. Ratio autē huius eſt: q2 he ſole ſeruiūt ei ex libero arbitrio: ꝛ ex amore. De ſeruitio oīm creaturarū dicitur Judith. xvj. Adonay dñe magnus es tu tibi ſeruit ois creatura: ꝛ nō eſt qui reſiſtat tue volūtati niſi due creature: ſcȝ angelus malus et homo mal⁹. He due libētius ſeruiūt viliſſimo inter oīa. ſ. pctō q̄ȝ deo optimo oēs creature ſeruiūt ei. Nā ei ſeruiūt angeli ꝛ archangeli ꝛ oia ſuperiora: ſol ꝛ luna: aer ꝛ terra: et oīa q̄ in eis ſunt: ꝛ omnia media. Purgatoriū ſeruit ei purgādo venialia: infern⁹ vindicādo pro eo mortalia: ꝛ ſic de alijs. Sȝ vt dixi ſolis duab⁹ creaturis dat vitam eternā pro ſuo ſeruitio: plus tm̄ gaudet de ſeruitio hoīs q̄ȝ angeli quo ad hoc: q2 licet angeli ſeruiant ei ab initio mundi vſq3 ad finē: hoīes vero tempore breuiſſimo: ſcilȝ. x. vel. xx. vel. xxx. vel. xl. vel. lxx. an. tātū tm̄ remunerat hoīes tantū pro illo breuiſſimo ſeruitio: q̄tū angelos pro illo longiſſimo. Et que eſt rō? q2 ſic placet diuine beniuolētie. Et q2 non ſolum ſeruit ei hō ex dilectione ſicut angeli ſed etiā cū multo labore: qḋ non facit angelus. Plus eñ laborat homo in vni⁹ diei ſeruitio, q̄ȝ oēs angeli laborauerūt a mundi initio. Jdeo ſingulariter delectat̄ deus in operib⁹ bonis que hoīes faciunt. Juxta illud Sap. viij. Delitie mee eſt eſſe cū filijs hoīm: eo qḋ ſimiliter cū dolore ꝛ dilectiōe ſeruiūt ſibi. Unde etiā habebūt duplicem ſtolā: ſcȝ glorificationē corporis ꝛ anime. Jntantū enim diligit ꝛ gaudet de⁹ de hominis ſeruitio: vt oīs letitia oīm patrū de filiorū ſuorū ꝓfectu: ſiue ſint reges: ſiue papales: ſiue epiſcopi effecti ꝛ hmōi: imo ſiue ſint ſuſcitati a mortuis: ſiue curati ab infirmitatib⁹ grauiſſimis modicū: vel nihil ſit reſpectu gaudij qḋ habet deus cū aliquid boni facit iuſt⁹. Prouer. xxiij. Exultat gaudio pater iuſti. vnde pro preſenti ſermone tria ſunt dicēda. Primo quare merito deo ſeruire debeam⁹. Scḋo deus pricipaliter ſeruitia reqrit a nobis: vt ei placeam⁹. Tertio exemplū. ℟ Quantū ad primū ſciēdum ꝙ merito debem⁹ deo ſeruire ꝓpter ſex. Primo ꝓpter creationē: q2 ꝓpter hoc deus nos creauit vt ei ſeruiam⁹. pſ. Jpſe fecit nos ꝛ nō ꝛc. Nā ad ſeruiendū ſibi ōceſſit nobis corpus cū mēbris. ſ. pedes ad ambulandū: manus ad palpandū: oculos ad videndū: os ad loquendū: ꝛ ſic de oib⁹ alijs. ꝛ iſta omnia mēbra ꝛ vires corporis ꝛ anime exercēda ſunt in ſeruitio dei: ꝛ qui aliter vtitur mēbris ſuis q̄ȝ ad qḋ de⁹ ſibi cōceſſit fur eſt corā deo. Hoc illi aduertere deberēt qui exhibēt mēbra ad ſeruiendū mundo potius q̄ȝ deo. Scḋo tenemur ſeruire deo propter emptionē: q2 pretioſo ſanguine ſuo emit nos ad ſeruiendum ſibi. j. Cor. vj. Empti enim eſtis pretio magno glorificate ꝛ portate deū in corpe veſtro. Oportet ergo ꝙ dño ſeruiamus ꝙ ei ſanguinē ſuum quē pro nobis fudit perſoluamus: alioqn ſanguis eius aget cōtra nos in die iudicij. Tertio tenemur ſeruire deo propter impēſi ſeruitij recōpēſationē. Nā recōpenſare debem⁹ deo ſeruitiū quo ipſe nobis prius ſeruiuit. Eſa. xliij. Seruire me feciſti in pctīs tuis: ꝓbuiſti mihi laborē in iniquitatib⁹ tuis. Oia eñ que xp̄s fecit in carne quaſi quedā ſeruit⁹ fuerūt: vcȝ ꝙ [illegible]uit: ꝓdicauit: orauit: ieiunauit: ꝙ infirmos curauit: ꝙ dorſum ſuū percutiētibus exhibuit: ꝙ faciē ſuam cōſpui permiſit: ꝙ patibulū ſuū ipſe portauit: ꝛ amarā mortē in patibulo crucis ſuſtinuit. Jnſuper ſeruit ꝛ nobis cum corpore ꝛ ſanguine ſuo in preſenti vita: ꝛ etiam in agone nos cibando. Quare merito ſibi econuerſo ſeruire tenemur ex quo nobis hic. xxxiij. an. ſeruiuit. Quarto tenemur deo ſeruire propter promiſſionis obligationē. Promiſimus eñ ei in baptiſmo ꝙ ei ſeruire vellemus. vñ pſ. Reddite altiſſimo vota tua. Multo enim meli⁹ eſt non viuere: q̄ȝ poſt votū ꝓmiſſa nō reddere. Quinto tenemur deo ſeruire ꝓpter



quotidianam beneficiorū erogationē que omnia nemo explicare valet. pſ. Quid retribuā domino pro omnib⁹ que retribuit mihi. Nā chriſtus benefacit nobis quotidie dando nobis ſanitatē corporis: diuitias rerum, ꝛ tolerādo nos in peccatis ad penitentiā. Jnſuper benefacit nobis cum creaturis. Nā terra benefacit ſuſtinēdo ꝛ paſcendo nos dū viuim⁹, hoſpitādo nos vſq3 ad iudiciū poſt mortē. Aqua nobis ſeruit lauando: ꝛ potādo: aer flatū dando: ignis calefaciēdo: illuminādo: nociua cōburēdo: ꝛ cibaria coquēdo. Seruiunt etiam nobis celeſtia: ſol in die: luna et ſtelle in nocte. Etiā ſuper celeſtia ſeruiūt nobis. vnde ad Heb. j. Nōne oēs adminiſtratorij ſunt ſpiritus in miniſteriū miſſi propter eos q̄ hereditatē capiunt ſalutis. Hoc totū fecit nobis vt ei ſeruirem⁹. ¶ Sexto tenemur ſeruire deo propter eterne mercedis expectationē. Uñ Matt. v. Gaudete ꝛ exultate qm̄ merces veſtra copioſa eſt in celis. Nā xp̄s exaltaturus eſt ſibi ſeruiētes. Hoc ptȝ primo in exaltatione ſancte crucis que ſeruiuit chriſto breui tēpore ꝛ duro ſeruitio: et ita exaltata eſt a deo. Aug. Crux trāſiit de penis latronū ad frontes iperatorū. Quid faciet ſuis fidelib⁹: ſi tamen honorē contulit penis ſuis: ſcilȝ clauis: corone: lancee: et cruci. Secūdo patet ꝙ chriſtus exaltaturus eſt ſibi ſeruiētes: q2 ſeruos ſuos reputat ſuos fratres et ſorores. Matt. xij. Quicunq3 fecerit voluntatē patris mei qui in celis eſt: ipſe me⁹ frater ſoror ꝛ mater eſt. Jn quo chriſtus multū diſſimilis eſt diuitibus mūdi huius qui ſibi ſeruiētes vidētur non reputare homines: imo min⁹ charos vident̄ habere eos q̄ȝ iumēta ſua. Tertio patet per dictū euāgelij quod eſt dulce verbū Jo. xij. Ubi ſum ego illic ꝛ miniſter meus erit. Non ſic faciūt diuites huius ſeculi qui magnū dedecus ſibi reputāt ſi miniſtri eorum ſedeāt cum ipſis ad mēſam eorum. Quarto quia ipſe redditurus eſt vicem ſibi ſeruientib⁹. Cum eñ quieuerit a miniſterio ipſe eis miniſtrabit. Juxta illud Luc. xij. Et tranſiens miniſtrabit illis. vnde ſciendū ꝙ ſi aliq̄s mille annis miniſtraret chriſto: vt ipſe vnica hora econuerſo miniſtraret ei in celo hoc non eſſet nimis: ꝛ tamē pro ſingulis horis quibus ei miniſtrabim⁹ ſi in bono perſeueremus miniſtrabit ipſe nobis pluſq̄ȝ cētum milia annorum. Et hec miniſtratio eſt faciei eius oſtēſio: de qua dicit pſ. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Nulli etiā vilius ſeruitur: quia ſibi fideliter ſeruientibus dabit regnum eternū. Luc. xij. Nolite timere puſillus grex: quia cōplacuit patri veſtro dare vobis regnum: ꝛ hoc regnū habet bona omnium regnorū. pſ. Regnū tuum regnum omnium ſeculorū: imo intātum remunerat vt dicat cuidam ſeruo ſibi fideliter ſeruienti: ſcilicet abrahe: ꝛ ſimiliter adhuc vnicuiq3. Suſcipe celum et numera ſtellas ſi potes: quaſi dicat ſicut nec potes numerare ſtellas: ſic nec multitudinem remunerationū mearum quas dabo mihi ſeruientib⁹: imo vt plus dicam tantam mercedē dabit vt nullus hominū in terra vel angelorum in celo hanc valeant ad plenū eſtimare vel numerare. Job. xxviij. Neſcit homo precium eius. Sequitur volucres quoq3 celi: id eſt angelis latet. ¶ Quantum ad ſecundū ſciendū ꝙ deus principaliter ſex ſeruitia requirit a nobis vt ei placeamus. Primum ſeruitiū eſt vt peccata preterita per penitentiam diluamus: quia nullum ſeruitiū ſine illo placet deo, ergo oportet nos contritionē confeſſionem ꝛ ſatiſfactionē habere de peccatis preteritis. vnde Jſid. de ſum. bo. Jlle penitētiam digne agit qui reatum ſuum ſatiſfactione legitima plāgit: ꝛ nihil eſt quod deo intantum placet inter omnia in peccatore: ſicut penitere amplius a peccatis ceſſare: hoc ſic probatur: quia ſi dares deo omnia bona temporalia que habes: ꝛ omnes pauperes paſcereſ et infinitas eccleſias ꝛ monaſteria conſtrueres deo totum hoc non placeret niſi peniteres: ꝛ a peccatis ceſſares. Secundum ſeruitiū eſt vt vitijs viriliter reſiſtamus: hoc ſeruitium ſupramodum diligit deus. Et in ſignum huius tunc remunerabit vnamquanq3 victoriam quam quis habet pugnando contra vitia. Bernardus. Quotiens reſiſteris totiens coronaberis. Ambro. Coro-

na propoſita eſt: ſubeunda ſunt certamina
nemo poterit coronari niſi vicerit: nemo
autē poteſt vincere niſi añ certauerit. Ter-
tium ſeruitium eſt vt mundū ⁊ oīa q̄ mun
di ſunt toto corde ſpernamus. ſed diceres
quō hoc fieri dꝫ? Rñdeo ꝙ homo cogita-
re debet mortē ꝓpriā: ⁊ ſic facillime pōt cō
tēnere mundū ⁊ oīa q̄ in eo ſunt. vñ hier.
Facile cōtēnit oīa q̄ ſe cito nouerit moritu-
rum. vñ memorandū eſt hoī ꝙ nudus va-
dit adhuc ⁊ hoc vꝫ cōtra auaritiā. Unde
Job. j. Nudus egreſſus ſum de vtero ma-
tris mee: ⁊ nudus reuertar illuc. Si eñ ha
beres centū milia florenorū q̄d tibi ꝓdeſ
ſent cum nullū tecū reciperes. Quod aūt
homo ſub terra ſepelit̄ hoc vꝫ contra ſup
biam. Eccli. x. Quid ſuperbis terra ⁊ cinis
⁊ ꝙ homo erit cibus vermiū vꝫ ꝑ volupta
tes carnis quare eñ ſic delicate nutris cor
pus tuum ꝙ in breui erit cibus vermium.
Job. xvij. Putredini dixi: pater meus es:
mater mea ⁊ ſoror mea vermibus. Quar-
tum ſeruitiū eſt ꝙ in bonis operibꝰ iuſtitie
miſericordie ⁊ deuotiōis exercitemus nos:
miſericordie quo ad pauperes q̄bus ſub-
uenire debemus: deuotiōis quo ad medi-
tationem paſſionis xpi. Quintū ſeruitium
eſt vt ſtudioſe v̄tutibus inſiſtamus. Aliꝰ
exemplū eſt in bonis operibꝰ ſe exercere:
aliud v̄tutibus inſiſtere: ſꝫ vtrūq; ex alte-
ro creſcat ⁊ ꝓficiat: ſicut ex ſemine ſpica et
ſeges creſcit: ſic ⁊ ſe hñt bona opera ⁊ vir-
tutes. Ex operibꝰ eñ bonis v̄tutes ꝓfi-
ciunt: augent̄: ⁊ roborant̄: ⁊ ex v̄tutibꝰ bo
na opera pullulant: ſicut cū q̄s eſt patiēs
in aduerſis, humilis in ꝓſperis: ⁊ charitati-
uus ad deū ⁊ ad proximū. Sextū ſeruitiū
eſt vt deo per purā cōſcientiā fideliter in-
hereamus. Nā q̄d eſt melius in rebus ꝙ̄
bona ⁊ pura cōſcientia? Ber. Magne diui-
tie ſunt bona cōſcientia. Et reuera q̄d in
rebus melius q̄d in corde dulcius quid in
terra q̄etius atq; ſecurius bona cōſciētia?
Sic econuerſo q̄d eſt peius ꝙ̄ habere ma
lum atq; malā cōſcientiā? Un̄ Iſi. de ſum.
bo. dicit. Nulla pena grauior eſt mala con-
ſcientia. Uis aūt nunq̄ eſſe triſtis viue be
ne, bona cōſcientia gaudiū ſemper habet.
reus animus nunq̄ eſt ſecurus. ¶ Quā
tum ad tertium nota exemplum ⁊ omnia
ſeruitia que facimus nō debent principa-
liter fieri propter celum intrandū nec ꝓ
pter infernum euadendū: ſed ſolū ex cha
ritate dei que dꝫ nos mouere ad ſeruiēdū
deo. vñ legitur in vitaſpatrum ꝙ erāt duo
fratres: iuuenis: ⁊ antiquus. iuuenis erat
verus ſeruus xpi: ⁊ diabolus inuidens ei
venit ad antiquum dicens. Ego ſum ange
lus dei ⁊ habeo tibi referre aliqua ex iuſti
dei de q̄bꝰ maxime doleo. Scias ꝙ frater
tuus iunior eſt filius damnationis eterne
⁊ ſeruitium ſuū q̄d exhibet deo ſibi nō ꝓ
deſt ad vitam eternā. ⁊ hoc dicto receſſit:
⁊ antiquus poſt hoc q̄ñcunq; vidit iuuenē
ſemper ingemiſcebat quo conſiderante ei
dē dixit. Frater mi quare triſtitiā ex aſpe
ctu meo habes? Rñdit ⁊ dicit ei ſicut ſibi
reuelatum fuit ab angelo malo. Qui rñ
dit. Noli triſtari. Si enim debeo damnari
dānabor: ſi ſaluari ſaluabor. ſicut deo pla
cuerit ita faciat. Nō eñ ſeruio deo ꝓpter
regnum celorū: ſed ꝓpter ſuā charitatem
⁊ bonitatem quā hꝫ ad me ⁊ ꝓpter ſuam
paſſionē quā ſuſtinuit ꝓpter me. Si vult
mihi dare regnū celoꝝ pōt: ſi infernū ite-
rum pōt. Et ſequēti nocte venit angelꝰ dei
⁊ manifeſtauit ſeni: ꝙ alter angelus fuiſ-
ſet diabolus. ⁊ dicit ſibi ꝙ ille iuuenis ex
illa conſtātia magis meruiſſet, ꝙ̄ piꝰ om-
nibus diebus vite ſue vnq̄ meruiſſet.

## ¶ De confeſſoribꝰ. Ser. clvj. Quod penitentiam non debemus differre.

Estote parati: q: qua hora
non putatis filius homi-
nis veniet. Luc. xij. Matt.
xxiiij. Mar. xiij. In verbis
premiſſis moueamus ad
penitentiā ⁊ ad vite emē
dationem vt. ſ. preparemꝰ
nos ad mortē vt nos dñs cum venerit pa
ratos inueniat: ſicut iſte ſanctus confeſſor
N. paratus inuentus eſt. vñ dicit dñs ad
nos. Eſtote parati ⁊c. ℞ Pro quo ſcien-
dum ꝙ non debemus differre penitentiā
noſtram vſq; ad mortem: nec etiam debe
mus in peccatis perſeuerare: ſꝫ cito a pec
catis reſurgere: ⁊ hoc propter quinq;. Pri-
mo q: q̄to diutiꝰ quis manet in peccatis
tāto plus ponderatur. vnde Greg. Peccatū
q̄d per penitentiā non diluit̄: mox ſuo pon
dere ad aliud trahit. Et ideo poſtmodum
minus pōt reſurgere a peccatis cū ſemper
peccatis aggrauatur. pſ. Appone iniqui-
tatem ſuper iniquitatē ⁊c. Ille qui non po
teſt pondus leuare cum paruum eſt, quō
leuabit quādo maius eſt. Inſuper ſtatus
peccatoris valde periculoſus eſt. vnde le-
gitur Gen. iij. Queſiuiſſe dominū ab Adā
cum ipſe peccaſſet: vbi eſſet ad deſignan-
dum: q̄d peccator dꝫ ſeipſum querere vbi
ſit: an in bono ſtatu an in malo. Et cū con
ſiderat ſtatū ſuū periculoſum hoc admo-
nere ipſum debet ad penitentiā agendā.
Quod autem peccator ſtat in magno peri-
culo poteſt oſtendi. Primo in hoc q̄d omni
die dietam facit ad eternā dānationē. Er-
go peccator merito dꝫ cogitare vias ſuas
quo vadat: ⁊ conuertere pedes ſuos. iuxta
illud pſ. Cogitaui vias meas ⁊ conuerti
pedes meos in teſtimonia tua. Item quia
peccator eſt terra inimicorū ſuorum qui-
bus ſe ſubiecit peccādo. vnde Aug. de ver-
bis domini dicit. Audacior eſt qui cū vno
peccato mortali dormit ꝙ̄ qui cum ſeptē
hoſtibus de morte ſua inuicē obligatis
confligit. ℣ Item peccator cum ſe diligē-
ter inſpicit ⁊ cōſiderat: tunc eſt magnis in
anguſtijs poſitus. Nam ſi ſupra videt co-
gnoſcit deum quem offendit: qui ſibi mul-
ta bona facit: ⁊ ipſe ſibi econuerſo multa
mala tribuit. vnde pſ. Retribuebant mihi
mala pro bonis ⁊c. Si infra infernū quem
certitudinaliter meruit ⁊ ſine dubio ha-
bebit niſi dominus eum adiuuerit. Unde
pſ. Niſi dominus adiuuiſſet me: paulomi
nus habitaſſet in inferno anima mea. Nā
peccando homo appropinquat ad portas
inferni. pſ. Appropinquauerunt vſq; ad
portas mortis. Nam inter animam pecca
toris ⁊ infernum nullum eſt medium: niſi
egreſſus anime a corpe ⁊ in pūcto regreſ
ſus ad infernū. vnde Job. xxj. Ducunt in
bonis dies ſuos: ⁊ in pūcto ad inferna de-
ſcendūt. Si retro tūc videt chriſtꝰ ac inuti
liter expendit in quo diabolo ⁊ mūdo ſer
habẽt penam dãni. Et pro talibus pueris etiã non eſt orãdũ. Tertie ſunt anime adhuc in corporibꝰ humanis exiſtẽtes que etiã ſunt turbate: qꝛ finẽ ſuũ neſciũt. Eccl. ix. Neſcit homo an odio vel amore dignꝰ ſit. Inſuper neſciũt poſtꝙ̃ a corporibꝰ ſuis recedũt vbi pria nocte ꝑmanebũt. Quarte ſunt anime in purgatorio exiſtẽtes que ſunt turbate propter acerbitatẽ pene. Unñ Aug. in ſerm̃. de igne purgatorij dicit ſic. Ignis purgatoriꝰ ⁊ ſi nõ ſit eternus: miro em̃ modo grauis eſt: ſuperat em̃ oẽm penã quã homo vnꝙ̃ paſſus eſt vel pati põt in hac vita. B Unde exemplũ legitur de acerbitate purgatorij. Ponat̃ ꝙ anima arſerit ibi. xxx. an. ⁊ ſi veniret angelus dei et diceret ei. Optio tibi datur an adhuc vnũ ſolũ diem hic puniri velis: vel ſi velis redire ad corpus: ⁊ illũ diem qui adhuc reſtat perſoluere in corpore: tũc talis tua dꝫ eſſe penitẽtia ꝙ̃ tu debes viuere ĩ corpore adhuc centũ annis: ⁊ terra quã calcabis: ferreis clauis dꝫ eſſe plena q̃ pedes tuos penetrabũt ⁊ ſubcinericiũ panẽ comedes: et fel cum aceto mixtũ bibes: ⁊ veſtimentũ de pillis camelorũ indues: ⁊ in terra iacebis: ⁊ durũ lapidẽ pro cuſſino ſub capite habebis. Tũc illa anima libẽtius preeligeret redire ad corpus: ⁊ hic talẽ penitẽtiã per cẽtum annos ſuſtinere ꝙ̃ adhuc per vnũ diẽ in purgatorio manere. vnde dicit̃ in decr. Igni purgatorio nulla pena tẽpalis eſt cõparabilis. diſt. xxv. qu. in aliud. vnde etiã Auguſ. dicit. Fratres chariſſimi ille ignis purgatoriꝰ: ⁊ ſi non ſit eternus durior tñ eſt ꝙ̃ quicꝙ̃ in hoc ſeculo penarũ poſſit: vel cogitari: vel videri: vel ſentiri. b. Tho. dicit ꝙ ignis purgatorij ⁊ ignis iferni vnꝰ eſt quo ad acerbitatẽ: ſed differũt in hoc: qꝛ ignis purgatorij eſt trãſitoriꝰ: ignis vero inferni eſt perpetuus. ⁊ Auguſ. dicit qđ ignis noſter eſt tanꝙ̃ ignis depictꝰ reſpectu ignis inferni. Et propter hanc extenſiuam acerbitatẽ eius breue tp̃s videtur tã longũ in purgatorio ardentibꝰ. C Unde legitur exemplũ de duobus fratribꝰ religioſis qui ſe mutuo in vita fideliter dilexerunt: ⁊ mutuo tẽpore ſimul deuote deo ſeruierunt. Et tandẽ contigit aliũ ex illis infirmari vſꝙ̃ ad mortem. Qui cũ ſic in tali graui infirmitate laboraret venit angelus dñi ad eũ dicens eũ eſſe moriturũ in breui. Et ꝙ tãdiu deberet eſſe in purgatorio donec ſibi vna miſſa legeret̃: ⁊ ꝙ̃cito illa miſſa legeretur ⁊ finiretur: tũc liberaret̃ ⁊ deberet a purgatorio reuolare ad celũ. Tũc illam viſionẽ infirmus frater inſinuauit ſocio ſuo rogãs ꝙ̃cito moreretur immediate ſibi vnã miſſam legeret aſtringẽs cum propter charitatẽ ⁊ fidelitatẽ quam adinuicẽ longo tp̃e habuerũt: qđ ⁊ ille ſe facturum promiſit. Sequẽti die de mane infirmus obijt: et iſte frater immediate ſe ad miſſam preparauit. Et lecta miſſa defunctus frater apparuit illi dicẽs. O infidelis frater maledictionẽ dei erga me bene meruiſſes. Ait ille ⁊ quare hoc? Reſpõdit defunctus: quia rogaui te cum adhuc viuerẽ quod immediate poſt obitũ meũ mihi vnã miſſam legeres: ſed tu infidelis frater tã quaſi per viginti annos in magnis penis me torqueri permiſiſti: nec tu nec aliquis fratrum meorũ mihi vnã miſſam in tã longo tempore legit. Tunc viuens reſpõdit. In veritate dico tibi quod cadauer tuum nondũ ſepultũ eſt: ⁊ immediate poſtꝙ̃ expiraſti me ad miſſam diſpoſui: ⁊ iã primo finiui. Ait defunctus. O ſi ſic eſt tũc ꝓpter pene acerbitatẽ viſum eſt mihi hoc breue ſpaciũ tp̃is quaſi viginti annorũ fuiſſe: et tunc regratiabat̃ ſuo ſocio: ⁊ ſic ad celum euolauit. Unde patet ſtultitia eorũ qui petunt pro purgatorio: qꝛ ſi acerbitatẽ pene probaſſent nunꝙ̃ pro purgatorio peterẽt. vnde Aug. dicit. Neſcit quid petit qui purgatoriũ petit. Dicit enim qđ pena in purgatorio tãdiu quod oculꝰ põt claudi ⁊ aperiri grauior eſt quã illa pena quã ſuſtinuit beatus Lau. in craticula. vnde legitur de Alberto magno qui elegit ſibi decez dies in purgatorio eſſe: et poſtmodũ apparuit cuidã ſuo dilecto dicens. O quot mille annis arſi in illo igne. Et addidit. Stulte feci eligendo mihi purgatoriũ. homo enim dꝫ petere vt deus eum preſeruet ab igne infernali: quia vix quis tam perfectus eſt quin oporteat eũ per aliquos dies in purgatorio puniri: quia oportet eum eſſe ſine omni macula: ſicut poſt ſuſceptionem baptiſmi fuit anteꝙ̃ faciẽ dei videat in celo. vnde Humb. Nunꝙ̃ enim a quoꝙ̃ facies dei videbitur donec per penam venialium peccatorũ quadrans minimus perſoluat̃. Alex. ſuper cano. lib. iiij. c. xvj. Anima que cum macula venialis culpe recedit ab ergaſtulo carnis tranſibit per ignem purgatorij purganda anteꝙ̃ conſpectui regis regum preſentetur: licet virtutum claritate multum refulgeat. vnde legitur in dialo. Grego. Quod Paſchaſius cardinalis tam deuote ⁊ ſancte vixit qđ poſt obitum ipſiꝰ quidam demoniacus tangendo feretrum ipſius a demonio liberatus eſt: et tamen idem poſt obitum purgatorium intrauit propter electionẽ duorum paparũ: quorum vni plus adheſit ex quodam errore. quãuis poſſibile eſt homini hic ita viuere qđ ſine omni purgatorio ſtatim poſt obitum intrabit celum: ſicut pueri innocẽtes: etiam an noſi homines qui perfectã hic vitam duxerunt. D Secundo ſciendũ que ſunt ille anime que intrant purgatorium. Reſpondetur qđ triplices anime intrabũt purgatorium. Prime ſunt iſte que ſolam contritionem habuerũt de peccatis in extremis: ⁊ ſic deceſſerunt ſine penitentia ⁊ ſatiſfactione. Similiter illi qui ſunt confeſſi in ſanitate corporis ⁊ ante complectionem penitentie moriuntur. Tales totam ſatiſfactionem in purgatorio perſoluent. Secunde anime ſunt ille que hic penitentiam ſuſceperunt: ⁊ eam impleuerunt: ſed ſatiſfactio ipſis pro peccatis iniuncta non fuit ſufficiens. Tales reſiduum ſupplebunt in purgatorio. Unde reprehenſibiles ſunt iſti homines qui renuunt duram penitentiam acceptare: cum tamen multo leuius eſt hic tempore gratie ſatiſfacere ꝙ̃ in futuro in purgatorio. De hoc quere ante ſermo. clvj. D. Tertio anime ſunt que ſecum portant peccata venialia. Pro quo ſciendum quod etiam parua peccata hic in preſenti vita non deleta: grauiter punientur in futuro. Unde legitur in libro vitaſpatrum ordinis predicatorum quod quidam bonus frater poſt obitum apparuit alteri fratri dicens. Ualde affligor eo quod vinum purum alijs limphantibus bibi vt poſſem dormire: ſed ora deum pro me fideliter: ꝙ ſi feceris cito liberabor. E Item legitur ibidem quod quidam frater fuit ſeptem diebus in purgatorio pro verbis ſolatijs: ⁊ corporis recreatiõe. Similiter legitur quod quidam frater in agone vidit beatam virginẽ Mariam: ⁊ poſt obitum apparuit alij fratri dicens. Rogo te vt denuncies alijs fratribus ne in obitu fratrum ſeculares ad eos intrare permittẽt. Ego enim grauiter punitus ſum: quia in obitu meo ſeculares cõſanguineos meos vidi: ⁊ eis flentibus carnaliter ſum compaſſus. Item queritur per quos puniuntur anime in purgatorio. Reſpondetur ſecundum ſanctum Thomam quod non puniũtur per demones de quibus triumphauerunt hic: ſed iuſtitia dei punit eas. Et boni angeli preſentant eas ad purgatorium: ⁊ quandoꝙ̃ viſitant eas. Sed mali angeli: id eſt demones concomitantur eas vt videant penas earum. F Tertio queritur vtrum anime in purgatorio habeant aliquas conſolationes? Reſpondetur quod habent triplicem conſolationẽ. Prima conſolatio eſt: quod angeli boni viſitant eas et conſolantur eas: et indicant eis ſuffragia que pro ipſis fiũt a ſuis conſanguineis: vel alijs hominibus in hoc mundo viuentibus. Secunda conſolatio eſt quod ſunt certiores nobis de eterna beatitudine. Unde dicit ſanctus Thomas: quod anime in purgatorio tenent medium inter nos in mundo: ⁊ beatos in celo: quia in celo eſt certitudo ſine expectatione. In mundo expectatio cum timore. Timor ille eſt quod neſcit homo an odio vel amore dignus ſit. In purgatorio eſt expectatio cum ſecuritate. Et in hoc precellunt anime in purgatorio nos homines in hoc mundo: quia ipſe ſunt certe de earum ſalute: et illa certitudo eſt eis magna conſolatio. Tertia conſolatio eſt ſpes quam habent ad ſuffragia ſuorum amicorum et conſanguineorum et aliorum bonorum hominum. Unde legitur exemplum de duabus animabus: quarum vna erat in magnis

penis ⁊ tamen leta fuit: eo ꝙ angelus dñi ei inſinuauerat ꝙ illa die natus eſſet puer qui eam in prima miſſa liberare deberet. Sed alia anima erat valde triſtis: eo qđ nullum ſpẽale ſuffragiũ haberet a quoquã homine: ſed ſolũ ſperabat de ſuffragijs cõmunibus que fiunt ꝓ omnibus. ¶ Quarto ſciendum ꝙ quatuor debent nos inducere ad ſubueniendum libenter animabus. Primum eſt grauitas pene: qꝛ anime ſunt in maximis penis ⁊ in maxima paupertate ⁊ defectu. Secundũ qꝛ digne ſunt: qꝛ omnes aĩe in purgatorio ſunt in gratia et in charitate dei ⁊ heredes regni. Ergo digne ſunt vt iuuentur. Tertiũ: qꝛ debemus habere ſpem de recompenſatione: qꝛ ipſe anime in purgatorio etiam orabunt ꝓ nobis poſtꝙ liberate ſunt. v.g. Si filius alicuius regis in exilio eſſet conſtitutus nec haberet neceſſitatem: ſed pateret̃ magnũ defectum: ⁊ quicũꝙ illi in eodẽ exilio ſubueniret qñ rediret ad patriã illi pleniꝰ recompẽſaret. Sic eſt ẽt de animabꝰ. Quartum qꝛ ſufragria que facimus pro animabus nobiſipſis proficiunt: ⁊ illa ſuffragia premittimus. Circa quod querit̃ vtrũ ſuffragia facta pro defunctis ẽt proſint faciẽti? Rñdetur ſm ſanctum Tho. in. iiij. diſt. lxv. Opus ſuffragij quod pro altero fit poteſt dupliciter conſiderari. Uno mõ prout eſt expiatiuum pene per modum cuiuſdã recompenſatiõis: ⁊ hoc modo ſuffragiũ eſt eius pro quo fit ⁊ ſic abſoluit eũ a debito pene ſue qđ non abſoluit facientem a debito pene proprie. Alio modo poteſt cõſiderari inquantũ eſt meritoriũ eterne vite qđ hꝫ inquantũ ꝓcedit ex radice charitatis. Et ſecundum hoc non ſolũ prodeſt ei pro quo fit: ſed magis facienti. Uñ ps. Oratio mea in ſinu meo conuertet̃. Et Joan. Qui in fide dormierũt. Quicũꝙ pro proximi ſalute agonizat primũ ⁊ ipſe ſibi ꝓdeſt: deinde proximo. ¶ Quinto querit̃ cũ quibus ſuffragijs animabꝰ eſt ſubueniẽdũ? Rñdetur ꝙ omnia bona opera que pro ipſis fiunt proſunt eis. Et ſignanter hic de quindecim ſuffragijs dicendũ eſt: cũ qbꝰ vt cõiter ſubueniẽt aĩabus defunctis. Primo ſubuenitur eis cũ candelis accenſis q̃ ad laudem dei accendunt̃: vt ipſe xp̃s qui eſt vera lux eas de tenebris eripiat: et ſua eterna luce illuminet. Et in ſignũ huius homini morienti dat̃ cãdela ad manũ: vt per hoc deſiderare debeamus ꝙ ipſe xp̃s qui eſt lux mundi velit lucere huic anime per illam tenebroſam ⁊ ignotã viam per quã ambulabit. Similiter circa feretrũ vt cõmuniter locantur quatuor candele accenſe: vt deus ignoſcat huic hoĩ defuncto quicquid peccauit: cogitatione: locutiõe: opere: ⁊ omiſſione. Similiter qñ ſacerdos legit miſſam pro defunctis: tũc ſerues in tali miſſa petit vt lux eterna luceat eis. Secundo ſubuenitur aĩabus cũ thus accenditur. Et in hoc deſiderandũ eſt vt deus velit aĩam illam eripere a fetore purgatorij vbi iam punitur. Et ſicut fumus aſcendit de thure accẽſo: ſic deuotio noſtra aſcendere debet in celum. vñ ps. Dirigatur domine ad te oratio mea: ſicut incenſũ in cõſpectu tuo. Tertio aſpergitur aqua benedicta ſuper oſſa ⁊ ſepulchra mortuorũ. Et per hoc deſiderandum eſt ꝙ ſicut ardor ignis preſentis temperat̃ per aſperſionẽ aque: ſic ardor ignis purgatorij temperet̃ huic anime mediante rore celi gratie et miſericordie. Quarto panis ⁊ vinum offertur: vt deus velit cibare illam aĩam eſurientẽ ⁊ potare illã animam ſitientẽ. Quinto orationes ad deum diriguntur: vt ad modum captiuorum qui per ſe nõ poſſunt ſeipſos per preces ſuas liberare: vt p aliorum preces abſoluantur: ⁊ ſignanter per orationes bonorum hominum ⁊ puerorũ qui innocentiam ſuam adhuc ſeruant. Talium orationes valde proficiunt animabus. Exemplum de hoc quere ante ſermone. xx. M. Sexto oblationes fiunt pro animabus vt a debitis quibus apud deũ obligate ſunt abſoluantur. Septimo interpellandi ſunt ſancti vt pro animabus intercedant. Et tales ſancti ſunt nuncij q̃ ſunt amici regis omnipotentis: quos nunc mittimus ad regem celeſtẽ vt ipſe indulgeat animabus illis pro quibus petimus. Ergo deuote eſt implorãda beata virgo Maria. ſanctus Petrus apoſtolus: ſanctus Nicolaus: beatus Dominicus: beatꝰ Stephanus: ⁊ alij omnes ſancti. Octauo fiunt pro animabus ieiunia: afflictiones: et genuum flectiones: vt ſicut vnum membrum aliquando atteritur vel vulneratur vt alterũ ſanetur: vel ſicut in vno mẽbro fit minutio vt in alio mẽbro fiat egritudinis alleuiatio: ſic et viui poſſunt pro defunctis ſatiſfacere: ſi penitẽtias illis iniunctas dũ viuerent ſtrenue: ⁊ perfecte pro eis compleuerint: dũmodo ſaltem penitẽtie ⁊ ſatiſfactiones culpis decedentiũ ſint ꝓportionate. vnde dicitur in dec. Ieiunia viuẽtiũ ſunt auxilia defunctorũ. xiij. qõ. ij. Anime. ¶ Nono ſubuenitur animabꝰ cum debita poſt ſe relicta ſoluantur. Unde legitur exemplũ in lib. apum. ⁊ ꝙ quidam vir nobilis apparuit poſt obitũ famulo ſuo deuoto habens babata ignita in manibus ⁊ pedibus: ⁊ ait ad famulũ. ꝙ ſi vxor ſua ſolueret fabro debita: valde ꝓdeſſet ſibi pro alleuatione pene. Et vxor audiẽs hoc: vocauit fabrum computãs ſecum inquantũ ſibi maritus ſuus teneretur ſoluere pro ſuis laboribus: ⁊ facta computatione: ſoluit totum debitũ. Et poſtmodũ idem nobilis apparuit vxori ſue ſedens in balneo ignito vſꝙ ad collũ ligatus cathenis per totum corpus. Cui dixit maritus. Solue me. Illa ab initio incipiens ſoluit eũ: ⁊ ſtatim maritus gratias egit ⁊ dixit vxori. Sic ligatus fueram primo in pena quouſꝙ ſoluiſtis debitum quo tenebar huic fabro: et ſic ſoluendo ſoluiſti me a vinculis purgatorij: et ad celum iam vado. Et hoc dicto euanuit. Decimo ſubuenitur animabus cum operibus miſericordie ſicuti famelicos cibando: ſitientes potando: peregrinũ hoſpitando: nudũ veſtiendo: ⁊ ſic de alijs. Undecimo ſubuenitur animabus teſtamenta condita perſoluẽdo que poſt ſe reliquerũt: ⁊ dando pro animabus ſuis ſicut ordinauerũt. Duodecimo ſubuenitur animabus cũ quis penitentiã ipſis in hac vita iniũcta pro eis impleret. Nam hoc eſſet eis valde vtile: vt eo minus haberent in purgatorio exoluere. Et eſt ſciendũ quod tria requirũtur ad hoc cum quis aſſumit ſatiſfactionẽ pro alio vt proficiat. Primo qđ hoc fiat autoritate confeſſoris. Secundo qđ ille perſone pro quibus hoc facit nõ poſſunt pro ſemet penitẽtiã implere. Tertio qđ ipſe qui facit penitentiã ſit in gratia: ſcilꝫ ſine peccato mortali. Ergo ſi quis iam mori deberet: ⁊ alteri ſuam penitẽtiã ⁊ ſatiſfactionẽ cõmitteret: valde ſibi prodeſſet ꝙ aſſumens ille faceret celerem expeditionẽ: quia eo citius liberaretur a penis purgatorij. Decimotertio ſubuenitur animabus in hoc qđ quis ſoluet vota ab ipſis in vita iſta promiſſa que neglexiſſent cũ bene ſoluere potuiſſent: ⁊ de hoc eſſent contriti ⁊ confeſſi in agone mortis. Unde ſtultum eſt ⁊ periculoſum vouere deo vel ſanctis: ⁊ non ſoluere. vnde dicitur in dec. Sanctius eſt non vouere: ꝙ̃ votũ pro poſſe non perficere. xij. q. j. Scimus. Decimoquarto ſubuenitur animabꝰ quando quis ignoſcit ipſis iniurias et offenſas quibus eum offenderunt: ⁊ orat pro ipſis vt deus eis ignoſcat. ¶ Decimoquinto ſubuenitur animabus cum celebratione miſſarũ. Et hoc eſt maximum ⁊ principaliſſimũ ſuffragium animarũ. Unde legitur exemplũ in vitaſpatrum ordinis predicatorũ. quod quidam pater quondã prior prouincialis in terra ſancta: humilis gratioſus: ⁊ deuotus: ⁊ ſemel poſt matutinas erat orans in eccleſia fratrũ. Cumꝙ eleuaſſet oculos verſus lampadem chori vidit vmbram quaſi vnius fratris ſtantis in habitu ſordido et nigro. Cumꝙ quereret ab eo quis eſſet: reſpondit. Ego ſum frater talis qui nuper obij: ⁊ viuens in ſpeciali fui tibi dilectione aſtrictus. Et querente ab eo frater quomodo ſibi eſſet. Reſpondit. Male ⁊ dure: quia in duriſſima pena debeo eſſe per quindecim annos. Cumꝙ ab eo quereret quare tandiu: ⁊ tam dure deberet puniri: qui tam religioſe deuote: ⁊ feruenter vixiſſet. Reſpondit. Non queras hoc: quia ſecundum iudicium altiſſimi: quod equiſſimum eſt: bene promerui tantã penam. Sed rogo te vt mihi ſubuenias. Qui hoc pro viribus ſuis facturũ ſe reſpondit. Cumꝙ dies illuxiſſet: cepit dictus frater pro dicto defuncto offerre deo hoſtiam ſalutarẽ. Cumꝙ iam conſecratam hoſtiam poſt eleuationem in manibꝰ haberet cepit rogare deũ

quaſi hiſverbis dicẽs. Dñe ieſu xp̄e ſi ſol=
danus qui eſt rex paganorū teneret vnū
captiuum in vinculis: et camerarius eius
qui ei .xx. annis ſeruiuiſſet pro ſeruitio ſuo
dictū captiuū peteret ſibi dari: ſoldanus
ei de facili nō negaret. Dñe non eſto du=
rior ſarracenorum ſoldano. Camerarius
tuus ſum ⁊ ſeruiui tibi per multos annos.
Tenes iſtū fratrem meū dilectū in vincu
lis captiuū: pro ſeruitio meo peto mihi
dari a clemẽtia tua. Cū diu iſta verba cū
lachrymis non tantū ſemel vel bis ſꝫ plu=
ries dixiſſet poſt multas lachrymas miſ=
ſam finiuit. Sequẽti vero nocte ſtans in
oratione poſt matutinas predictū fratrẽ
vidit ſtantem ante ſe in habitu candido ⁊
preclaro: ⁊ queſiuit ab eo quis eſſet. Rñdit.
Ego ſum ille frater q̃ apparui tibi heri.
Cūq; quereret quō ei eſſet. Rñdit. Bene
per gratiam dei. Petiſti em̄ me a dño: ⁊ de
dit me tibi: ⁊ iam liberatus a purgatorio
vado ad ſocietatẽ ſanctorū, ⁊ ſtatim diſpa.
ruit. L. Item legitur ꝙ quidam nobilis in
obitu ſuo miſit filium ſuū ad papam qui
erat auunculus ſuus: vt inſinuaret ſibi
obitum eius. Et filius triceſima die poſt
obitū patris venit ad papā. Et papa ho=
mo deuotus ſequẽti die celebrauit miſſā
deuote pro anima auunculi ſui. Et finita
miſſa apparuit ei auunculus ſuus dicẽs:
ꝙ .xxx. annis eſſe debuerat in purgatorio:
⁊ propter illā ſolam miſſam iam ex toto
liberatus eſſet: ⁊ ſic patet ex his predictis
duobus exemplis ꝙ maximum ⁊ princi=
paliſſimum ſuffragiū quo ſubuenitur ani=
mabus eſt celebratio miſſarum. M. Item
queritur vtrum miſſa de defunctis plus
valeat defuncto q̄ꝫ alia miſſa? Reſponde=
tur ſm̄ ſanctū Tho. in .iiij. diſtin. xxv. In
officio miſſe non ſolū eſt ſacrificium ſed
etiā ibi ſunt orationes: ⁊ ideo ſuffragium
miſſe continet duo de predictis. i. oratio=
nes ⁊ ſacrificium. Quantū ergo ex parte
ſacrificij oblati miſſa de quocūq; dicatur
equaliter prodeſt defuncto: ⁊ hoc eſt pre=
cipuum qđ fit in miſſa: ſed ex parte oratio
num magis prodeſt miſſa de defunctis in
qua ſunt orationes ad hoc determinate.
Sed tamẽ iſte defunctus recompenſari

pōt per maiorem deuotionẽ eius qui dicit
miſſam aliam: vel eius qui facit dici vel ꝑ
interceſſionẽ illius ſancti cuius ſuffragiū
implorabatur: ⁊ de quo miſſa celebrabat.
N. Itẽ queritur vtrū miſſa debeat cele=
brari pro paruulis defunctis? Reſponde
tur ſm̄ ſanctū Tho. di. xiij. Pro paruulis
defunctis ⁊ baptiſatis miſſarum ſolēnia
celebrantur. nō em̄ q: proſunt ad remiſſio
nem alicuius culpe vel augmentū glorie:
ſed ꝓpter alias rationes. Tum propter
ſolatiū viuorū tum ad oſtendendū par=
uulos ad vnitatē myſtici corporis xp̄i ꝑ=
tinere: dum idē modus exequiarū ſerua=
tur in ipſis vt in alijs. Tum ad cōmendā=
dum redēptionis myſteriū qđ in hoc ſa=
cramentum cōmemoratur per qđ paruuli
ſibi proprio merito ſalutē eternā cōſequū
tur. Tamen eſt ſciendum ſm̄ Pe. de palu.
ſuper .iiij. lib. ſentē. vbi dicit. Si miſſa di=
catur ꝓ paruulis: tunc oratio dꝫ eſſe pro
omnib⁹ defunctis vel pro alijs. Similiter
orationes ⁊ oblationes ad alios defun=
ctos referende ſunt. Itē querit vtrum ſuf=
fragia ꝓ aliquo ſpecialiter facta proſint
eque alijs? Rñdetur ſm̄ ſanctū Tho. Cū
ſuffragiū ſit virtutis finite dirigitur per
intentionē facientis quo voluerit: ⁊ ſic va=
let illi pro quo fit q̄ꝫtū ad liberationē pe=
ne. Tamen q̄ꝫtū ad congratulationē ⁊ in=
ternam cōſolationem ſm̄ ꝙ vnus in charı=
tate exiſtēs de bonis alterius cōgaudet:
ſic ſuffragia facta pro vno etiā valent om=
nibus in purgatorio exiſtentibus: ⁊ plus
illi qui in maiori charitate eſt. Unde patet
ꝙ qñcunq; aliquis aliqđ ſuffragium facit
ꝓ anima patris vel matris vel alicuius
cōſanguinei vel alterius hominis: de hoc
gaudent oēs anime in purgatorio exiſtē=
tes. Item queritur vtrū ſuffragia facta
per malum hominem proſint defunctis?
Reſpondetur ꝙ ſuffragia per malum ho=
minem fieri poſſunt dupliciter. Uno modo
vt per miniſtrū publicum dei vel totius
eccleſie: ſicut eſt ſacerdos q̃ celebrat miſ=
ſam vel exequias mortuorum in eccleſia:
tūc ſuffragia talis ſacerdotis q̄ꝫuis ſit pec=
cator proſunt defunctis. Secundo modo
ſuffragia fiunt per malum hominem ex



proprio motu: ⁊ talia ſuffragia nō proſunt
animabus. Unde dicitur in decre. Pecca=
tis inuolutus pro alijs orare nō poteſt. j.
q. j. fertur. §. Uulnerato. eſt tamē ſciendū
quod ſi malus homo daret eleemoſynā
pauperi per quam eleemoſynam pauper
ille bonus homo exiſtēs excitaretur ad
orandum pro anima alicuius ꝓ qua da=
retur: tūc per accidēs illi anime prodeſſet.
Quod aūt orationes malorū nō proſunt
defunctis: patet per illud exemplū quod
habetur in ſermone .xcij. O. P. Sexto que-
ritur de quib⁹ hominibus conquerūtur
anime defuncte? Reſpondetur ꝙ de qua=
tuor generibus hominū conqueruntur.
Primo de his quibus hic fidelitatē ⁊ cha-
ritatem ⁊ beneficia exhibuerūt ⁊ ipſi eis
nō refundunt. Pſ. Obliti ſunt benefacto=
rum eius. Et eſt magna ingratitudo ⁊ cō=
tra rationē humanā obliuiſci: ⁊ nō regra=
tiari benefactoribus. vnde Ariſt. v. ethi.
Oportet regratiari ei qui gratiam fecit.
Sed defunctis alio modo nō poſſumus
regratiari niſi per ſuffragia que pro ipſis
facimus. Scđo conqueruntur de heredi=
bus ſuis qui bona aliorū que cū labori=
bus ſuis acquiſierūt poſſident: ⁊ ipſis nō
ſubueniunt ſicut filij ⁊ filie: ⁊ cōſanguinei
qui poſſident bona anteceſſorum ſuorū: ⁊
inde pulchras veſtes et equos pulchros
emunt: ⁊ domos magnas edificant: et in
gula ſuperbia ⁊ luxuria: illa bona conſu=
munt. Similiter ⁊ vxor que aliū maritum
ducit: ⁊ breuiter oēs qui hereditant bona
defunctorū tenētur ſubuenire ipſis in qui
bus habēt illa bona: qđ ſi nō fecerint: tūc
ipſe anime conqueruntur de ipſis dicētes
illud Job. xix. Quare me perſequimini ſi=
cut deus ⁊ carnib⁹ meis ſaturamini? Ter=
tio cōqueruntur de teſtatorib⁹ qui nō ex=
pediūt teſtamenta ipſis cōmiſſa. ſed pro=
longant ⁊ protrahunt de die in diē: ⁊ hoc
cōtra charitatē ⁊ fidelitatē: q: ſm̄ beatum
Tho. Anime carēt interiꝫ illo ſubleuami
ne qđ eis deberet fieri de teſtamēto illo
ſi debito tēpore expeditum fuiſſet vnde
dicitur in decre. In teſtamētis decedentiū
vltima voluntas teſtatorū eſt obſeruāda
xiij. q. ij. c. vlti. P. Nam tales qui defrau=

dant defunctos in teſtamentis exequen=
dis per hoc deum grauiter offendunt: et
quādoq; etiam grauiter puniuntur tam
hic q̄ꝫ etiam in futuro. Unde legitur quod
quidam miles in bello karoli magni cum
mauris pugnaturus rogauit cognatum
ſuū vt ſi in bello moreretur equum ſuum
venderet et pauperibus pretium daret.
Quo mortuo cū equus ſibi nimium place
ret eum ſibi retinuit. Et poſt modicum
tempus defunctus ille tanq̄ꝫ ſol refulgēs
apparuit dicens. Cognate bene per octo
dies feciſti me grauiter pati propter equū
cuius pretium vt dixeram pauperibus nō
dediſti: ſed non impune feres. Hodie em̄
ferent animam tuam in infernū diaboli
et ego purgatus vado ad regnum dei.
Et ecce ſubito in aere auditus eſt clamor
velut leonum, vrſorum, ⁊ luporū ⁊ ipſum
de medio abſtulerunt. Itē de talibus qui
defraudant animas dicit decretum. De=
bita ſuffragia pro mortuis non redden=
tes: fures ſunt ⁊ ſacrilegi ⁊ excōmunican=
di. xiij. q. ij. qui oblationes. Quarto con=
queruntur de religioſis ⁊ ſacerdotibus ⁊
pauperibus qui eleemoſynas defuncto=
rum recipiunt: ⁊ ꝓ ipſis fideliter nō orāt.
Similiter ſacerdotes qui habent preben=
das ⁊ altaria. Similiter ⁊ religioſi q̃ poſ=
ſident monaſteria cum bonis appropria=
tis ipſis monaſterijs ⁊ nō fideliter orant
pro animabus illis a quibus talia habēt.
Nam oēs homines qui de eleemoſynis
viuunt magis debēt eſſe deuoti ⁊ in ora=
tionibus aſſidui: q: non ſolū debēt orare
pro ſeipſis: ſed etiā pro viuis ⁊ defunctis:
quorū eleemoſynis ſuſtentantur. vnde dr
in decre. Receptores ellemoſynarū plus
dñt orare. x. q. j. q:. Nec aliquis qui de la=
boribus poteſt ſe nutrire debet eleemo=
ſynas recipere: ſed debiles ⁊ infirmi pau=
peres et inualidi. vnde dicitur in decre.
Impotentib⁹ ad laborandū tantūmodo
danda eſt eleemoſyna. xxxj. q. j. Quomo=
do. Q. Exemplū: de his qui recipiūt elee=
moſynas ⁊ non orant fideliter pro anima
bus. Legitur in dialo. Ceſarij quod quı=
dam peregrinus in villa quadā moriens
veſtem ſuam ſacerdoti legauit: ⁊ animam

ſuā ſibi cōmendauit. Quā veſtem ſacerdos accepit: ſed de anima ſicut prochdolor hodie multi faciunt modicū curauit. Nō multopoſt idē ſacerdos in ordine ciſterſienſi nouitius factus eſt. Nocte vero quadā in dormitorio dormiens raptus eſt ad loca penarū vbi magnus erat clamor ⁊ tumultus gemitus ⁊ planctus: ⁊ diaboli tollētes candē veſtem infetidam atqꝫ bulientem lixiuiam intinxerunt. de qua cum collum ſacerdotis percuſſiſſent: ille excitatus fortiter in dormitorio clamauit adiuuate adiuuate. Quem cū fratres cū ſigno crucis ꝯpeſcerent: ait. En morior en incendor. Tūc ſurgētes inuenerūt caput eius totū exuſtū: ſic ꝙ ad infirmatorium deportauerunt eū ſemiuiuum. Qui poſtmodū conualuit: ⁊ fideliter ꝓ animabus ſibi cōmendatis orauit. ℞ Itē ſciendum qꝺ fideliter debemus animabꝰ ſubuenire: qꝛ plures anime per longū tēpus in purgatorio arſerunt et plures diu ibi adhuc ardebūt. vnde Richar. de ſancto victore. Alique chriſtianorū anime vſqꝫ ad finem mundi ad penas purgatorij ex dei iuſtitia ſunt deputate. Nam legitur etiā in vno exemplo qꝺ quedam anima apparuit cuidā homini dicēs ſe eſſe deputatā penis purgatorij vſqꝫ ad diem iudicij niſi ſuffragijs bonorū hominū iuuaretur. Similiter legitur in quodā ſermone ꝙ quedam anime a tempore xp̄i in purgatorio fuerunt: ⁊ fortaſſe adhuc ſunt. Quare aūt tandiu alique anime ibi puniantur. ⁊ quō alique citius liberantur cū eis ſuffragijs ſubuenitur. hoc quere ante ſer. cj.

## De beata virgine maria. Ser. clxi.

Beatam me dicent oēs generationes. Luc. vj. Joan. de ſancto geminiano dicit. Sol non mittit radios ſuos ſup terrā niſi ꝑ aerem tranſeundo. Cuiꝰ ratio eſt: qꝛ aer eſt terre propinquior ipſo ſole. Sic reuera ſol iuſtitie xp̄s dn̄s deus noſter non mittit radios ſue gratie niſi ꝑ virginē glorioſam: cum incōparabiliter propinquior ſit omni creatura ipſi deo. vnde Ber. Nihil nos deus voluit habere qꝺ per marie manus non trāſiret. Igitur ad matrē gratie recurramus: ⁊ ipſam ſalutemus. Ex quo hodie feſtum. N. beate Marie virginis celebramus: tūc nos oēs gaudere ⁊ exultare debemus cū angelis. Unde canit͛ hodie in introitu miſſe. Gaudeamus omnes in dn̄o diem feſtum celebrantes in honore marie virginis de cuius. N. gaudēt angeli ⁊c. S Un̄ ſi iuſtus es gaude: qꝛ ex illa cuiꝰ feſtum hodie celebramus ortus eſt ſol iuſtitie qui eſt dator ⁊ augmētator gratie: ſi captiuus dueris aliquo peccato: vel ſi premeris aliqua graui tentatione cōfortare ⁊ alaciter celebra feſtum. N. virginis marie qꝛ eius filius factus eſt nobis redēptio. Unde apoſtolus. j. Cor. j. Qui eſt nobis factus a deo iuſtificatio ſanctificatio ⁊ redēptio. ſi ſanus es: ſalutis tue auctorē in eo venerare: cuiꝰ mater ipſa eſt. Si impius: noli deſperare: ſed matrē miſericordie interpella. Ecce em̄ filius eius per fidē iuſtificat impium. Oēs igitur in cōmuni letemur ꝙ cunctis meritis ipſius adiuuari depoſcimus. Nā ipſa eſt illa quā beatā dicēt oēs generationes. vnde Bern̄. Ad mariā ſicut ad mediū reſpiciunt: ⁊ q̄ in celo habitāt: ⁊ qui habitant in inferno. i. in purgatorio: ⁊ qui nos preceſſerūt: ⁊ nos qui ſumus: ⁊ q̄ nos ſequuntur ⁊ nati natorū: ⁊ qui naſcētur ab illis. illi qui ſunt in celo vt reſarciantur: ⁊ q̄ in inferno vt eripiantur qui ꝓceſſerunt: vt prophete fideles inueniantur: qui ſequunt͛: vt glorificentur. Ideo beatam te dicent oēs generationes: que omnibꝰ generationibus vitā ⁊ gloriam genuiſti. In te em̄ angeli letitiā: iuſti gratiā: peccatores veniā inueniunt in eternū. Ergo merito beatā eam dicent oēs generationes. Nā merito beata virgo maria ab omnibꝰ hominibus in mundo viuentibus veneranda eſt ⁊ honorāda: qꝛ a xp̄o filio eius donata eſt in matrem omnibus hominibus: vt ipſis in omnibꝰ neceſſitatibꝰ ſubueniat. Circa cuius adiutoriū in preſenti ſermone quinqꝫ ſunt cōſideranda. Primo ꝙ efficaciter beata virgo maria nos adiuuat. Scd̄o vnde hoc habebat ꝙ tā potens eſt. Tertio qualiter nos adiuuat. Quarto propter quid adiuuat. Quinto exemplū. ¶ Quantū ad primū notandū ꝙ beata virgo nos efficaciter adiuuat: qꝛ poteſt: ſcit ⁊ vult Ipſa em̄ habet adiuuādi poſſe: qꝛ eſt mater omnipotentie. vnde Bern̄. Data eſt tibi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra vt omnia quecūqꝫ volueris vales impetrare. Itē habet adiuuādi ſapientiam: qꝛ cognoſcit defectus noſtros ⁊ neceſſitates noſtras. Ergo dicitur mater ſapientie ⁊ agnitionis. vnde Eccli. xxiiij. ego mater pulchre dilectionis ⁊ timoris ⁊ agnitionis: ⁊ ſancte ſpei. Itē habet adiuuandi velle: qꝛ eſt mater miſericordie et bonitatis. Sciendū ꝙ magnitudo miſericordie virginis marie oſtēditur in hoc ꝙ eius miſericordia precellit omniū ſanctorum miſericordias in celo exiſtentium. Un̄ aſſimilatur oliue campi: que eſt omnibus patens atqꝫ cōmunis. Eccli. xxiiij. Quaſi oliua ſpecioſa in cāpis ⁊c. Nam omnibꝰ perſonis miſeretur: nobilibus: ⁊ ignobilibus: ſanis: ⁊ infirmis: diuitibꝰ ⁊ pauperibus: iuſtis: ⁊ iniuſtis: iuuenibꝰ: ⁊ antiq̄s. Itē omnibus morbis ⁊ infirmitatibꝰ ſubuenit: ſi pro honore dei eſt: vt homo liberetur ab illis. Unde ſciendum ꝙ ſancti nō iuuant hominē niſi inq̄ꝫtum deo placet: ⁊ ſaluti ipſius hominis expediēs eſt. Ergo credere diffinitiue: vt qui honorat illum ſanctum vel qui hoc facit: vel qui hoc dimittit ad honorem illius ſancti: qꝺ ideo ſibi hoc cōtingat vel hoc eueniat: eſt errorneum: qꝛ forte voluntas dei eſt vt nō liberens a tali infirmitate vel tribulatiōe vel neceſſitate. Et ſancti nō orant pro nobis: niſi in inquantū cognoſcunt deū vel eos exaudire: quia forte talis infirmitas vel neceſſitas vel paupertas eſt tibi cauſa ſalutis ⁊ preſeruat te a peccatis: aut forte deus ex miſericordia ſua vult te punire in preſenti peccata tua: aut per has tribulationes augere meritū tuum. Unde dicit Au. iij. li. de anima. Quoſdā preſciēs deus multū peccare poſſe flagellat eos infirmitate corporis ne peccent vt eis vtilius ſit frangi languoribus ad ſalutē ꝙ͞ꝫ remanere incolumes ad dānationē. Unde etiam Aug. in li. de ciui. dei. Deus cū aduerſis rebus exagitat: aut merita examinat: aut peccata caſtigat: aut mercedē mihi eternam pro toleratis malis tēporalibus ſeruat. Ergo cum puer tuus infirmatur vel aliquē defectum habet: ⁊ tu imploras et inuocas patrociniū ⁊ ſubſidiū alicuiꝰ ſancti: cōmittere debes hoc deo ⁊ illi ſancto: vtrū expediat: ⁊ nō diffinitiue tenere nec credere ſi hoc vel hoc feceris ꝙ puer tuus propter hoc liberabitur: qꝛ forte cū peccatis tuis demeruiſti quod deus te punit in puero tuo vt per has tribulatiōes ⁊ occupationes quas habes cum puero tuo peccata tua cognoſcas: ⁊ ſic cum contritione deum inuoces vt merearis remiſſionem peccatorum. Et tamen nihilominus ſancti honorandi ⁊ inuocandi ſunt cum magna fiducia quia meruerunt hoc apud deū ꝙ poſſunt nobis ſubuenire in noſtris neceſſitatibus. Item magnitudo miſericordie virginis Marie oſtendit pre alijs ſanctis hoc quod iuuat in omnibus locis: in mari: in terra: in cāpo: in domo: in menſa: in lecto. Item in omnibus temporibꝰ die noctuqꝫ: de mane de ſero in iuuentute: in ſenectute: ⁊ ſic de alijs. Unde etiā Bern̄. Uirgo beata omnibus veniā petentibus miſericordie ſinum aperit: reis obtinet veniam: egris: medelam: puſillis corde robur: afflictis conſolationem: periclitantibꝰ adiutorium ⁊ liberationē. Unde etiā Chry. O dulcis virgo non eſt phas te poſſe illū deſerere qui ſpem ſuā fiducialiter in te ponit. Ex his patet magnitudo virginis Marie. U Quantum ad ſcd̄m queritur. vnde Maria hoc habeat qꝺ tam potens eſt tam in celo ꝙ͞ꝫ in terra? Reſpondetur ꝙ hoc habet ex triplici iure ⁊ ratiōe. Et hoc patet ex eo quo quis poteſt apud aliquē regem terrenum habere magnū poſſe aut ratione parentele: aut ratione gratie inuente apud illū regem: aut ratione beneficij qꝺ exhibuit ſe apud illū regem: aut ratione beneficij qꝺ exhibuit illi regi. Iſta triplici ratione beata virgo Maria apud regē celeſtem obtinuit magnū poſſe. Primo rōne parentele: qꝛ ē mater eterni: ⁊ iō merito hꝫ ma-

gnum poſſe tanq̄ mater regis celeſtis. Et
hoc ſignatū eſt. iij. reg. ij. c. vbi dicit Salo-
mon Berſabee matri ſue. Pete mater mea
neq̄ eñ phas eſt vt auertam faciem meā
a te. Secūdo hʒ magnū poſſe ratione gra
tie inuētē. Unde dixit ei angelus in annū
ciatione. Luc. j. Inueniſti eñ gratiā apud
deū. Et non tm̄ inuenit grām apud deum:
ſed etiā apud totū mundū. vñ Bern. Bene
maria dicit̄ gratia plena: q2 deo angelis ⁊
hominibus eſt grata. Deo per humilita-
tem: angelis per virginitatē hoībus ꝑ fe-
cunditatem. Tantā gratiā apud deū inue
nit: qđ eam ab eterno ſibi in matrē elegit.
Uñ Ricar. de ſancto victore in tractatu de
conceptione virginis. Hec eſt inquit ab ini
tio dierū predeſtinata: ⁊ a patriarchis et
prophetis prenūciata. vñ etiā Damaſce.
Sancta ⁊ ſemper laudabilis dei genetrix
maria pre eterno ⁊ premiſſiuo conſilio dei
ordinata eſt. Item tantā gratiam inue-
nit qđ oēs petitiones eius exaudit. Unde
in libro Regū dixit Salomon matri ſue.
Omne qđ petieris a me impetrabis. Un-
de Ber. Loquere dñā ⁊ audiet filius tuus
⁊ quecūq̄ petieris impetrabis. x Tertio
hʒ magnū poſſe ratione meriti: q2 ipſa ſu
per oēs puras creaturas merita cumula-
uit. Pro quo ſciendū qđ merita beate ma-
rie virginis ſunt nobilia: magna ⁊ multa.
Primo dico ꝙ ſunt nobilia propter imme
diationē. Nam opera miſericordie q̄ nos
iubemur pauperibꝰ exhibere: ipſa imme-
diate in ipſum deū exercebat. ipſa eñ eum
ſuo lacte pauit ⁊ potauit. Hoſpitio vteri
ſui hoſpitauit. veſtiuit eū humanitate ſcʒ
corpore qđ de puriſſimo ſanguine eiꝰ factū
eſt operatione ſpiritusſancti. pendente in
cruce tanq̄ in carcere poſitū eum viſita-
uit: q2 iuxta crucē ſtetit ⁊ ſepulture eius
interfuit: ſic qđ opa miſericordie que nos
pauperibus exhibemus ipſa immediate
in ipſum deū exercebat. Ergo eius meri-
ta ſunt nobiliora meritis noſtris. Secun-
do fuerunt eius merita magna propter du
plicatā operationē: q2 ſimul ⁊ ſemel con-
templationem ⁊ actionē exercebat. Nam
eo qđ nutriuit ieſum neceſſaria corporis
miniſtrādo in hoc etiā ipſa intēdit deo eiꝰ
diuinitatē ſublimiter contēplando. Ter-
tio eius merita fuerūt multa ꝓpter cōti-
nuationē: q2 ſine ceſſatione meruit ⁊ meri-
ta cumulauit. y Sed diceres quomodo
ſemper meruit nonne q̄n̄q̄ comedit ⁊ bi-
bit ⁊ dormiuit. Reſpondeo qđ oīa illa ne-
ceſſaria corporis ita diſcrete ordinauit qđ
etiā ceſſando ab opibus ⁊ quieſcēdo ſemꝑ
meruit: ⁊ hoc ex feruenti charitate. Et hoc
non eſt mirū: q2 nobis eſt poſſibile ſemper
mereri in oībus que facimus vel dimitti-
mus cū in gratia dei ſumus: ⁊ oīa ad deū
referimus. Unde apl's Rom. viij. Scimus
qm̄ diligentibus deū oīa cooperātur in bo-
num. In hoc eñ precellimus ſctōs in celo
exiſtentes q̄ nihil amplius mereri pñt: ſed
nos poſſumꝰ in preſenti vita ſemper mere-
ri. verbigratia. Si comedis propter cōfor-
tationem nature: ⁊ cū gratiarū actione ci-
bus tuus laudat deū ⁊ ſic comedēdo me-
reris coronā vite eterne. Itē ſi dormis ea
intētione vt fortior fias ad ſurgendū ⁊ ſer-
uiendū deo: ſic dormiēdo mereris. vñ etiā
Grego. ſomnus ſanctoꝝ nō vacat a meri-
to. Item ſi laboras manualiter ea intētio-
ne vt habeas vñ te ⁊ vxorem tuā pueros
tuos de iuſtis acquiſitis nutrire valeas et
non indigeas furari: nec quicq̄ iniuſte lu-
crari vel ſi laboras ea intētione vt de la-
boribus tuis pauperibꝰ ſubuenias q̄ ꝓ ſe
laborare nō pñt. Uel ſi laboras vel pniam
ade ⁊ humano generi iniunctā perficias.
Et quādocūq̄ harū trium intētionuʒ vnā
habes: ⁊ ſic in grā laboras ſemꝑ mereris
in quolibet ope coronā vite eterne. Ergo
piſtor non poteſt piſcere panē quin me-
reatur vite eterne coronā. Similiter faber:
ſartor: ſutor ruſticus exercens agriculturā
⁊ ſic de alijs laboratoribus. Et pro vna die
in qua hic in preſenti vita fideliter labora-
ſti habebis maius premium in regno celo-
rum quam totus mundus valere poteſt.
Unde ps. Labores manuum tuarū: q2 mā-
ducabis beatus es ⁊ bene tibi erit ⁊c. Un-
de etiam Bernardus de conſideratione.
Si labor te terret: merces inuitet. Unuſ-
quiſq̄ enim ſecundum ſuum laborem mer-
cedem accipiet. Unde etiam Ambro. Bre-
uis huiꝰ laboris eſt meta: ſed corona per-



petua. A Sed quantum ad tertium ſcʒ
qualiter beata virgo Maria nos adiuuet.
ſciendum ꝙ ipſa adiuuat hominem in om-
ni ſtatu ſcilicet in vita: in morte: ⁊ poſt mor-
tē. Unde canitur de ea maria mater gra-
tie mater miſericordie tu nos ab hoſte ꝓ-
tege ⁊ hora mortis ſuſcipe. Adiuuat qui-
dem in preſenti vita tam bonos q̄ malos.
Bonos ſcʒ eos in gratia conſeruādo ⁊ eis
gratiā augmentando. Ideo dicitur Ma-
ria mater gratie. Malos vero ad miſericor-
diam ⁊ penitentiā reducendo. ideo dicitur
Mater miſericordie. Adiuuat etiā in mor-
te nos ab inſidijs diaboli protegēdo. ideo
ſubditur. tu nos ab hoſte protege. Adiu-
uat etiam poſt mortem aīas in ſuis ma-
nibus ſuſcipiendo ⁊ eas in celū deducen-
do. Ideo ſubditur: in hora mortis ſuſcipe.
Unde queritur ſuper hoc qđ maria voca-
tur ſiue nominatur mater miſericordie an
ipſa vel filius eius ſit magis miſericors.
Reſpondetur ꝙ filius eius in infinitum
plus habet de miſericordia ꝙ virgo ſan-
cta: q2 ſicut infinite eſt potentie: ſic eſt in-
finite miſericordie. vnde ps. Miſerationes
eius ſuꝑ omnia opera eius. Sed ipſa bea-
ta virgo maria dicit̄ mater mie: q2 ſemper
miſericorditer agit. Et ideo quantum ad
hoc peccatores fiducialius ad matrē mi-
ſericordie confugiūt. vñ Ber. Reuolue dili-
gentius euāgelice hiſtorie ſeriē vniuer-
ſam ⁊ ſi qđ forte increpatoriū durum vel
aſperum inueneris in maria ipſam dece-
tero ſuſpectā habeas ⁊ ad eam accedere
verearis. ſed filius eius nō ſolū eſt miſeri-
cors: ſed etiā iuſtus in oībus opibus ſuis.
vnde ps. Uniuerſe vie dñi miſericordia et
veritas. B Quantū ad quartū ſcʒ ꝓpter
quid beata virgo nos adiuuat: ſciendū qđ
virgo glorioſa iureiurando tenetur ⁊ obli-
gatur nobis pctōribꝰ miam ⁊ grām exhi-
bere: vt etiā nullo modo valeat a nobis
cōtinere miam ſuā etiā ſi vellet: ſed iuſto
dei iudicio cōuincit̄ oportere nobis grām
dare: ⁊ hoc triplici ratione. Primo cōuincit̄
nobis gratiā exhibere ꝓpter ipſiꝰ grē in-
uentionē. Humanū eñ genus in lapſu pri-
morū parentū gratiā perdidit quā ange-
lo teſtante maria inuenit. Sic eñ ait an-
gelus: vt habetur Luce. j. Inueniſti enim
gratiam apud deum. Iuſtū eſt tam in iu-
dicio eccleſiaſtico q̄ ciuili: vt q̄ rem alte-
rius inuenit ei reſtituat cuius erat: ⁊ ſic ꝑ
iſtam ſniam cogitur maria nobis pctōribꝰ
reſtituere grām velit nolit. Scđo cogitur
nobis miſereri ꝓpter maternū affectū. Nā
ex eo ꝙ eius filius dignat̄ dici ⁊ eſſe frater
noſter. Iuxta illud ps. Narrabo nomen
tuum fratribus meis. Item in euangelio
dixit xp̄s marie magdalene. Uade ad fra-
tres meos ⁊ dic eis. Aſcendo ad patrem
meū ⁊ patrē veſtrum. Ex hoc iſta ratione
cogitur eſſe mater noſtra. Scimus autem
qđ oīs mater diligit filios ſuos. Unde ſi-
cut ieſus xp̄s ſcđm deitatē naturalis eſt fi-
lius dei patris: ⁊ oēs electi filij adoptiui.
Sic a ſimili ieſus xp̄s ſcđm humanitatem
eſt naturalis filius virginis marie: ⁊ nos
eius filij ex materna affectione. hoc eſt qđ
Luce. ij. dicitur. Peperit filium ſuum pri-
mo genitum. Qui primogenitus eius iu-
ſto ordine dicitur reſpectu noſtri qui poſt
illum filij eius ſumus. vnde Ambroſiꝰ. Si
xp̄s omniū credentiuʒ eſt frater: cur non
ipſa que genuit xp̄m credentiū ſit mater.
Ex hoc autem materna affectione cogitur
beata virgo maria habere curam noſtri.
Scimus eñ ꝙ animalium volucrū ⁊ ſer-
pentium mater cogitur diligere fetū ſuū.
Quod ſi tam fortis eſt natura vt omnis
creatura materna cogatur velle bonum
filijs ſuis: multomagis diuinus affectus
in matre dei cogit eam nos amare: q2 filiꝰ
dei qui venit ex miſericordia in vterū vir-
ginis fecit eius viſcera miſericordiā redo-
lere. vnde Ber. qui pomū in manu habue-
rit per dimidiū diē ꝑ reliquā partem diei
manus redolet odorē. Sic a ſimili: q2 mia
que eſt deꝰ in eius viſceribꝰ nouē menſibꝰ
requieuit: ideo eius viſcera redolēt boni-
tatē ⁊ miam in ſempiternū. vnde Ber. Di-
co vobis chariſſimi ſi pie a nobis pulſata
fuerit nō deerit neceſſitati nr̄e: qm̄ miſeri-
cors eſt ⁊ mater mie. Tertio cogitur no-
bis miſereri ex filij recommendatione: ad
hoc enim elegit chriſtus filius marie tem-
pus ⁊ locū aptiſſimū quo nos recōmenda-
ret matri. hoc eſt tp̄s paſſionis ⁊ locū paſ-

ſionis q̄ñ dixit mulier ecce fili⁹ tuus:vt ex hoc loco ⁊ tempore ipſam recōmēdationē ⁊ profundi⁹ inculcaret. Nam noīe Joānis qui interpretat̄ gratia oēs pctōres cōuerſi ad dñm intelliguntur quos in illo loco ⁊ tē pore matri cōmēdare:voluit vt cū ira dei iuſto dei iudicio egrederet̄ ad puniendū ⁊ dānandū pctōres:ipſa memor loci ⁊ tpis paſſionis ꝓ nobis affectuoſius interpellaret:ac ſi in illa recōmendatione fili⁹ ei diceret illud Eſaie. xvj. Abſconde fugiētes ⁊ vagos ne prodas. Ac ſi dicat vide mater oculis cordis ⁊ corporis:q̄d quantū qualia pro peccatorib⁹ patior ⁊ eos tibi habeas recōmendatos. Quia lȝ multa ⁊ magna ſit valde mīa matris xp̄i ſup peccatores tñ maior eſt mīa filij:vt pote: q̄ eſt ipſamet mīa hñs miam eſſentialiter infinitam affectuoſius cupiēs nos ſaluari q̄ꝫ dānari. Et ideo matrē ſue paſſioni intereſſe voluit: vt per ſuam interceſſionē cui nō eſt phas aliq̄d denegare occaſionē miſerēdi habeat peccatoribus. ℭ Quod autē maria ſollicita ſit recōſiliari peccatores ptȝ ꝑ exēplū. Quidā peccator volēs ire ad peccādū ad altare virginis glorioſe ſtans ſalutauit eā angelica ſalutatione q̄ modus ei⁹ erat q̄ñ cūq̄ꝫ p̄teriuit altare vel imaginē virginis marie ꝙ eā ſalutauit. Quod cū faceret vidit imaginē eiuſdē virginis q̄ ſuꝑ altare erat viuificari ſimꝰ cū puero quē tenebat: viditq̄ꝫ ſanguinē fluere de puero in gremiū eius ſicut fluxerat de vulnerib⁹ xp̄i in cruce. Quod cū cerneret ſtupefact⁹ dixit. O dña quis fecit hoc? Et virgo r̄ndit: tu ⁊ ceteri peccatores q̄ amplius crucifigitis filiū meū q̄ꝫ fecerūt iudei. Volebatq̄ꝫ v̄go ſanguinē pueri tergere ⁊ reſtringere:⁊ nō poterat. Et peccator ille cōuerſus ad v̄ginem dixit. O mater mīe intercede ꝓ me. Et illa, vos peccatores vocatis me matrē mīe. qui tñ nō ceſſatis me facere matrē miſerie ⁊ triſtitie. ⁊ ille. Non ſic inquit pijſſima dña loquere:ſed memēto aduocatam peccatorū te eſſe ⁊ intercede pro me; ⁊ mater ad filium. O pijſſime fili amore mei miſerere huic peccatori. Et filius, nō mater. Nec grauari debes ꝙ te nō audio. q̄ ⁊ ego rogaui patrem meū. primo vt ſi poſſibile foret alio modo genus humanum ſaluari transferret a me calicem paſſionis ⁊ noluit me audire. Et mater. O fili mi memēto q̄ꝺ materno amore te foui ⁊ alui vberibus meis;⁊ cōdona huic peccatori. Et filius. O mater ex iuſtitia tibi oſtendā quod exaudire te nō teneor. Et mater. non ſim iuſtitiam cauſatur:ſed ad miſericordiā cōfugimus. Et ergo propter tuā miam miſerere huic peccatori. Et filius. Rogaui ego ſecundo patrem meū:vt ſi poſſibile foret alio modo genus humanum ſaluari trāſferret a me calicē paſſionis:⁊ non audiuit me. Et mater. O fili:memēto laborū ⁊ dolorum quos ſuſtinui tecū. ⁊ dona mihi iſtū peccatorem. Et filius. O mater noli grauari ꝙ te nō exaudiam:ſed memēto ꝙ tertio rogaui patreȝ meū vt transferret a me calicem paſſionis;⁊ nō audiuit me. Et mater depoſuit filiū:⁊ voluit ſe procidere ad pedes eius. Quod vidēs filius dixit ad eā. Quid eſt mater q̄ꝺ facere vis. Et illa. Tādiu ad pedes tuos cū peccatore iacebo quouſq̄ꝫ ei veniam ꝯcedas. Et filius. Abſit hoc mater. Statutū eſt in lege diuina:ꝙ filius debet honorare patrem:⁊ iuſtitia cōcludit ꝙ ille debet legem implere qui legem dedit. Cum autē ego filius tuus ſum:⁊ tu mater mea te honorare volo in iſto peccatore et ſibi propter te oīa peccata indulgere vt ſit pax inter me ⁊ eū:⁊ in ſignum pacis oſculetur vulnera mea:⁊ ſic peccator oſculando ſanauit omnia vulnera chriſti.

## ℭ De beata virgine alius ſer. clxij.

FEcit mihi magna qui potēs eſt ⁊ ſanctum nomen eius. Luce. j. Hierony. De beatiſſima ⁊ glorioſiſſima virgine Maria loqui me īdignū fateor. Sed ⁊ puto ꝙ nemo ſit qui preſumat:niſi qui ſint q̄ꝫta que pandūtur ignorat. Tamen ſi ad hoc nemo idoneus inuenitur votis omnibus ceſſare non debet quilibet etiam peccator a laudibus virginis glorioſe. vnde etiam Aug. Quid enim dicam de te pauper ingenio cum de te quicquid dixero minor laus eſt q̄ꝫ tua dignitas meretur? Nam ſi omnia membra verterentur in linguam eius laudem adhuc explicare nō poſſent. vñ etiaȝ Bernar. ſi omniū martyrū vulnera ⁊ membra verterentur in linguas eam ſufficienter laudare nō poſſent. Si igitur tanti doctores fatentur ſe ad hoc non poſſe ſufficere quid dicam de modernis doctoribus reſpectu eorū ſunt quaſi gutta reſpectu maris? Sed recurrendū eſt ad illā de qua locuturi ſumus:vt apud ſuū filium noſtrā inſufficientiā adiuuet:⁊ indignitatē excuſet:q̄ dñs fecit ei magna qui potēs eſt ⁊c. Unde in preſenti ſermone ⁊ in preſenti feſto. N. beate virginis Marie tria ſunt dicenda. Primo de nouem dignitatibus quibus eam priuilegiauit de⁹ pre ceteris ſanctis ⁊ hoībus. Secūdo quomodo ipſa beata virgo Maria eſt exēplar morū ⁊ virtutum. Tertio exemplum. D. Quantum ad primū ſciendum ꝙ prima dignitas marie eſt, ꝙ eā ab omni peccato mortali: veniali ⁊ originali mundauit ⁊ cuſtodiuit. Rari ſunt qui ſibi caueāt ab omni peccato mortali. Rariores ſunt qui caueant a veniali. Rariſſimi q̄ naſcātur ſine originali. Ideo rariſſimi q̄ non inueniūtur niſi tres in nouo teſtamento. ſcȝ xp̄s beata virgo Maria ⁊ beatus Johannes baptiſta. De virgine enim maria dicitur Canticorum. iiij. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula nō eſt in te. Ipſa enim fuit pulchra: q̄ ab omni peccato mortali penit⁹ aliena. Fuit tota pulchra. quia in carne ⁊ in anima a peccato originali mundata. Fuit ſine macula q̄ ab omni veniali immunis effecta. vnde Bernardus. Ego puto ꝙ copioſior ſanctificationis benedictio in Mariam q̄ꝫ in alios in vtero ſanctificatio deſcēderit que non ſolū eius ortū ſanctificaret:ſed etiam eius vitā deinceps immunē ab omni peccato conſeruaret:q̄ꝺ alteri nemini in natis mulierū creditur eſſe donatū. vñ etiā Augu. Cum de peccatis agitur nullā prorſus de hac ſacratiſſima virgine Maria volo fieri mentioneȝ. Unde p̄s. Anima eius in vita ipſius benedicetur q̄ꝺ nulli concedi tur in hac vita. Nam ſi oēs ſancti ⁊ ſancte interrogarentur ſi peccaſſent: oēs reſponderent. Si dixerimus quoniā peccatū nō habemus veritas in nobis non eſt. vnde Salomon. Non eſt homo iuſtus in terra qui faciat bonū ⁊ non peccet. vñ etiā prouerbio. xiiij. Septies in die cadit iuſtus ⁊ reſurget. Unde etiā in decreto. Omnis homo hȝ peccata venialia de pe. di. ij. opponitur. Sed ſine omni peccato mortali poteſt vnuſquiſq̄ꝫ viuere. Et oppoſitum tenere eſt erroneū ⁊ hereticū. Unde magiſter ſententiarū lib. ij. diſt. xxxvj. dicit. Illos errare dicimus qui cū manicheo. dicūt hoīem peccatū mortale vitare nō poſſe. Secūda dignitas eſt ꝙ eaȝ in matrē ſuā elegit pre omnibus mulieribus ⁊ virginibus. Unde cantatur de ea. Elegit eam deus ⁊ preelegit eā. vnde Bern. Proinde factor omniū ȝ vt homo fieret naſciturus de homine talem ſibi debuit matrē eligere quin potius condere qualem ⁊ ſe decere ſciebat: ⁊ ſibi placiturā nouerat. Voluit igitur virginem eſſe de qua immaculata immaculat⁹ procederet oīm maculas purgatur⁹. Voluit ⁊ humilem de qua mitis ⁊ humilis corde prodiret. Unde ſciendū ꝙ beata virgo fuit vera mater chriſti: q̄ materiā carnis ſibi dedit, cōuenientem locū in vtero tribuit:⁊ conueniens in vtero nutrimentū ſibi exhibuit. Iſta tria faciunt eam veram eſſe matrem chriſti. Item fuit tota mater chriſti: q̄ totam ſubſtantiā miniſtrauit:ita ꝙ nullus pater ibi aliquid dedit. corpus aliorū puerorū formatū eſt duabus lineis ideſt ſemine vtriuſq̄ꝫ parentis. Corpus autem xp̄i formatum eſt tantū in vna linea ideſt ſola carne virginea:vnde chriſtus non vocat ſe filium hominū ſed filium hominis quia ex operatione ſpiritusſancti ⁊ ex ſanguinibus puriſſimis beate virginis marie formatum eſt corpus chriſti. Item fuit ſollicita ⁊ ſtudioſa mater. Adeo ſtudioſa fuit vt dicit beatus Bernardus ꝙ omnia opera miſericordie erga perſonam filij exhibuit. Ipſum enim indumento carnis induit. Ipſum etiam in hoſpitio vteri ſui nouem menſibus hoſpitabatur. Ipſum per infantilem etatem infirmum fouit: nutriuit ⁊ potauit. Ipſum in cruce tanq̄ꝫ in carcere poſitum viſitauit: eius ſepulture in-

ſeruit. Et bene ſtudioſa mater fuit: quia
omnia opera miſericordie erga filium ex-
ercere voluit. Et ideo mater filio fuit val-
de chariſſima. Quod quidem ipſe oſten-
dit quando in cruce exiſtens tantam curā
de ea habuit ꝙ eam Joanni commenda-
uit. ¶ Chriſtus nanqȝ in hac vita quin
qȝ habuit ⁊ poſſedit habuit quidem quā-
dam paruam expenſarum ſibi datam pe-
cuniam. habuit corpus ⁊ animam. habuit
matrem. habuit eccleſiam. Ea autem que
fuerunt vilia cuſtodi viliſſimo commiſit.
Ea autem que fuerūt chara cuſtodibꝰ bo
nis commiſit ⁊ commendauit. Nam pecu
niam quam contemptibilem ⁊ viliſſimā re
putauit cuſtodi viliſſimo. ſ. iude traditori
cōmiſit. Corpꝰ ſuū ꝓpriū charis cuſtodibꝰ
ſcʒ Nichodemo ⁊ Joſeph ab arimathia
cōmiſit. Eccleſiā vero quam habebat cha
riorem chariori cuſtodem: ſcilicet Petro
tradidit. Matrem autem chariſſimam cu-
ſtodi dilecto: ſcilicet Joanni euāgeliſte cō
miſit. Animam quam habuit ſuperchariſ
ſimam cuſtodi ſuperchariſſimo: ſcilicet pa
tri ſuo eterno commendauit. Unde Luce
xxiij. Pater in manus tuas cōmendo ſpi
ritum meum. Tertia dignitas eſt quod
3 virgo concepit ⁊ virgo permanſit. Inſup
peperit filium ſuum ſine dolore. Et illa cō
ceptio predicta fuit per Eſa. qui dicit. Ec-
ce virgo concipiet ⁊ pariet filiū. vñ Augu.
Qui ſcripſit tabulas lapideas ſine ſtylo
ferreo ipſe grauidauit virginē Mariā ſpi
ritu ſancto. Et ꝗ produxit panē in eremo ſi
ne aratione ipſe impregnauit virgineʒ ſi
ne corruptione. Et ꝗ fecit virgam ſine plu-
uia germinare ipē fecit filiā Dauid ſine ſe
mine generare. Item Petrus rauen. lo-
quens de virgine Maria dicit. Uirgo in-
quit te matrem preſtitit gratia nō natura
in tuo cōceptu: in tuo partu creuit pudor:
aucta eſt caſtitas integritas roborata et
ſolidata eſt virginitas. ¶ Item ſciendū
ꝙ partus virginis precellit partus aliarū
mulierum: quia cetere mulieres ante par
tum habent timorem: quia multe in partu
periclitantur. Ergo communiter mulieres
preparant ſe ante partum quaſi ad mor-
tem cum perceptione ſacramenti. In par-
tu habent dolorem. Unde Gene. iij. In do
lore paries. Et poſt partum habent lāguo
rem. Sed beata virgo timere non debuit:
quia habuit angelum cuſtodientem: pa-
trem ſanctificantem. ps. Sanctificauit ta
bernaculum ſuum altiſſimus. Spiritum
ſanctum conceptum operantē. Luc. j. Spi
ritus ſanctus ſuperueniet in te qui ſcilicet
conceptum tuum efficiat. Filiuʒ dei in vte
ro habitantem. Eccleſiaſti. xxiiij. Qui crea
uit me requieuit in tabernaculo meo. Si-
militer in partu non habuit dolorem: tum
quia chriſtus ſibi illum dolorem vſque
in ſuam paſſionem ſeruauit tunc cuiʒ gla
dius doloris pertranſiuit animam eius:
tum quia ſine peccato concepit: ⁊ mulier
ratione peccati illi dolori ſubiecta fuit: tū
quia tantam habuit letitiam de eo quod
ſe videbat dei filium parere: generare re-
demptorem: ⁊ ſuam virginitatem retinere
quod tam immenſa letitia omnem aliuʒ
dolorem excluſit. Unde Bernardus.
Benedicta tu in mulieribus que illaʒ ge
neralem maledictioneʒ euaſiſti qua dictū
eſt. In dolore paries filios. Augu. O quā
beata mater illa que ſine contaminatione
concepit: ⁊ ſine dolore peperit. Similiter
poſt partum non habuit languorem. Tū
qr medicinā dei portauit. i. filium dei ꝗ ſa
nat oēm languorē ⁊ omnē infirmitatē. Tū
qr virtus altiſſimi obūbraculū ⁊ refrige-
rium ſibi fecit: ⁊ nullā moleſtiā eam pati
in partu permiſit. Luce. j. virtus altiſſimi
obūbrabit tibi. Quarta dignitas eſt ꝙ ip
ſe xp̄s matri ſue ſubditus fuit. vñ Lu. ij. Et
erat ſubditꝰ illis vbi xp̄s docet filios ſuos
ſubdi parētibꝰ. de hoc quere añ ſer. xxiiij.
¶ Quinta dignitas eſt ꝙ omnes gr̄as
quas alij ſancti habuerunt particulariter
ipſa habuit vniuerſaliter. Nā Abraham
habuit fidelitatem magnā: ſed ipſa fide-
lior. Moyſes habuit māſuetudinē: ſed ipſa
māſuetior. Dauid habuit humilitatē: ſed
ipſa humilior. Joānes euāgeliſta ſeruauit
ꝟginitatem: ſed ipſa purior. Martha ha-
buit hoſpitalitatē: ſʒ ipſa liberius: qr xp̄s
nouē menſibꝰ in vtero ipſius hoſpitatus
fuit. Maria Magdalena inſtitit cōtempla
tioni: ſed ipſa in cōtemplatione ſublimior



fuit. Beatus Nicolaus miſericordiā exhi-
buit: ſed ipſa clementior fuit: ⁊ ſic de alijs.
vñ Prouer. xxxj. Multe filie congregaue-
rūt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas.
vñ Ber. Nō decuit. Mariā cōmunes gra
tias habere: nec paucas ꝙ ſummū geſta-
bat in vtero: ſed quicꝗd ſummum: quicꝗd
altiſſimum fuit in gratia hoc abundantiſ
ſime poſſidebat. vñ Hiero. Ceteris ꝑ par-
tes. Marie ꝟo ſe tota ſimul infundit ple-
nitudo dignitatis. vñ iterum Bern. Meri
to de te ꝟgo beata plenitudo gr̄e ꝑdicat̄:
qr non defuit tibi fides patriarcharū: ſpes
prophetarum: charitas apoſtolorum: con
ſtantia martyrum: ſobrietas confeſſorum:
caſtitas virginum: puritas angelorum.
Sexta dignitas eſt oīm xp̄ianorum ſpecia
lis collaudatio: qua fere quot ipſi xp̄o: tot
ſunt laudes ipſi virgini marie. Uñ Eccli.
xliiij. Benedictionem omnium gentium
dedit illi. Quis enī eſt tam ſceleratus qui
non habeat deuotionem ad beatam vir-
ginem. Nā cum ꝗs offendit pedem ad la
pidem ſtatim inuocat mariā: vel etiā qñ-
cunqȝ occurrit alicui grandis tribulatio: ſi
ue ab aqua: ſiue ab igne: vel etiam a qua
cunqȝ alia creatura ſtatim homo implo-
rat patrocinium virginis glorioſe Marie
clamando. Aue maria gratia. ſic ꝙ quaſi
naturaliter eſt iam homini inſitum habe
re ad mariā ſpāle refugium tanqȝ ad ma
trem ꝓpriā. Septima dignitas Marie eſt
ꝙ ieſus xp̄s in in occurſum eius perrexit
cum exercitu ſuo celeſti qñ ipā de hac vita
migrauit. ¶ Uñ ſciendū ꝙ xp̄s matreʒ
ſuam ꝟginem Mariā cū honorabili aſſo
ciatione aſſumpſit. Naʒ angeli patriarche
⁊ ꝓphete ⁊ apoſtoli ſibi cū chriſto obuia-
uerunt. Et merito qr oēs iſti eā honorare
tenebant̄. Angeli enī: qr ipſa btā ꝟgo ma
ria eſt dn̄a angelorū. Patriarche: qr ipā de
eorum ſtirpe deſcēdit. Prophete: qr ipſa
ſpū prophetie plena fuit. Apoſtoli: qr ipſa
eorum magiſtra fuit: qr apoſtoli preſen-
tes corporaliter fuerunt. Uñ ſciendum ꝙ
bis euacuatum fuit celum. Primo qñ xp̄s
aſcendit: qr tunc nullus angelus in celo re
manſit ſed oēs obuiam chriſto venerunt.
Secundo quando beata virgo aſſumpta
fuit: quia tunc omnes angeli ⁊ omnes
anime ſanctorū: ⁊ ipſe xp̄s obuiam ſibi ve
nerunt. Tertio euacuabit̄ in iudicio: quia
tunc oēs in celo exiſtentes in vallem Jo-
ſaphat ꝓficiſcent̄. Octaua dignitas eſt ꝙ 8
eam tanqȝ reginam celi ad dexteram ſuā
collocauit. ¶ Sciendū ꝙ quelibet regina
cōſueuit in regali palatio pre ceteris tria
habere. ſ. nobiliorem locū ornatū ⁊ famu
latū. Iſta tria habet regina celi. Jō dicit̄
ps. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu
deaurato: circundata varietate. Habet igi
tur beata virgo maria nobiliorem locum
ſiue ſitum: qr ſedet a dextris filij ſui. Se-
cundo habet nobiliorem ornatum. Ideo
dicitur. In veſtitu deaurato: id eſt cū cor
pore glorificato. Ber. Tota conglomerat̄
angelorum frequētia: vt videant reginam
ſedentem a dextris domini virtutum in
veſtitu deaurato. id eſt in corpore ſemper
immaculato: circundata varietate: id eſt
multiplicitate virtutum diſtincta. Tertio
habet nobiliorem famulatum: qr omnes
angeli ⁊ omnes ſancti aſſidue famulantur
ei. Ideo ſubditur. Circundata varietate.
Ueritas eſt angelorum ⁊ omnium cele-
ſtium ſpirituum: ſcilicet patriarcharum:
ꝓphetarum: apoſtolorū: cōfeſſorum: ⁊ vir-
ginum. Omnes iſte varietates ipſam cir-
cundāt: qr omnes iſti tanqȝ domicelli: ⁊ do
micelle ſibi aſſiſtunt ⁊ eam venerantur: et
laudant. Item per ipſam ⁊ propter ipſam
in celis eternaliter honore altiſſimo hono
rabimur ab omnibꝰ ordinibus angelorū.
Quemadmodum vniuerſi fratres ⁊ ſoro-
res regine a tota familia ſua reuerendiſ-
ſime honorantur ratione regine: ſic ⁊ nos
ab omnibus angelis ratione ſororis no-
ſtre virginis marie. ¶ Nona dignitas 9
marie eſt quod ipſam ieſus chriſtus peti
tionariam hominum fecit. Und Bernard.
Per te acceſſum habemus ad filiū. O bea
ta inuentrix gratie: genitrix vite: mater
ſalutis: copioſa charitas tua noſtrorum
cooperiat multitudinem peccatorum: fe-
cunditas tua glorioſa fecunditatem no-
bis pariat meritorum. Domina noſtra:
mediatrix noſtra: aduocata noſtra tuo fi-
lio nos repreſenta: tuo filio nos recōmēda.

Jdeo beata virgo Maria aſſimilatur pri=
mo aurore.Sicut enim aurora eſt mediū
inter diē ⁊ noctē:ſic ipſa eſt mediatrix in=
ter nos ⁊ deū.vnde Ber.Securū acceſſum
habet homo ad deum vbi mediatorē cau=
ſe filie ſue filiū habet ante patrem matrē
ante filiū.Chriſtus nudato corpore patri
oſtēdit latus ⁊ vulnera:Maria filio pectꝰ
⁊ vbera.Non poteſt vllo modo fieri repul
ſa vbi tot cōcurrūt charitatis inſignia.Itē
aſſimilatur lune.Sicut enim luna pre cete
ris planetis terre eſt magis vicina:ſic ⁊ ipſa
pre ceteris ſanctis peccatoribꝰ eſt magis
propinqua cū ſua miſericordia.Aug.Ma
ria pre omnibꝰ ſanctis impetrat inducias
tranſgreſſoribus:vt renuncient ſuis errori
bus.Item ipſa cōparatur ſoli:qꝛ eius mi
ſericordia pre omnibꝰ alijs cōmunior eſt.
Itē ſicut ſol habet tres planetas ſupra ſe
⁊ tres infra ſe:ſic ⁊ ipſa beata virgo Ma=
ria habet trinitatē perſonarū ſupra ſe:et
tres ſtatus hominū:ſcilicet coniugatorū:
viduarum ⁊ virginū infra ſe.Nā ipſa eſt
propoſita a chriſto cōiugatis viduis ⁊ vir
ginibus quorum omniū curam gerit:ſicut
mater ſollicita ſuper filios ⁊ filias.Itē ſi
cut ſol lucē ſuam ⁊ calorē ſuum cōmuniter
tribuit omnibꝰ tam bonis ꝙ̄ malis iuſtis
⁊ iniuſtis:ſic ⁊ ipſa lucē gratie ⁊ calorē mi=
ſericordie omnibꝰ impēdit.vnde Ber.Om
nibus ſignū miſericordie ſue aperit:vt de
plenitudine eius accipiant vniuerſi captiui
redemptionē:eger curationē triſtis conſo
lationē:peccator veniā iuſtus gratiā:an=
gelus letitiā filij perſona carnis humane
ſubſtantiā:tota deniꝗ̄ trinitas gloriā.Itē
beata virgo Maria cōparatur ſtelle ma=
ris.vnde cātatur.Aue maris ſtella dei ma
ter alma ⁊c.quia ſicut ſtella maris vniuer
ſaliter dirigit oēs nauigātes ſuis radijs:
ſic virgo Maria omnes homines per ma
re huius mundi tranſeuntes dirigit ſuis
exēplis ⁊ illuminat ⁊ informat.Informat
enim coniugatas vt viris ſuis obediant ⁊
eos honorent:ſicut ipſa Joſeph obediuit:
⁊ ipſum ſemper honorauit.Informat etiā
viduas vt poſt mortem virorum ſuorum
alios non accipiant:ſed in viduitate per=
maneant.Informat virgines vt hominū
conſortia fugiant:⁊ a multiloquio ſe tēpe=
rent.Informat penitentes vt opera peni=
tentie perficiāt.Informat etiam homines
iuſtos vt de die in diē proficiant:⁊ ſemper
meliores fiant ⁊c.Quia igitur beatiſſima
virgo Maria omnibus per mare huius
mundi nauigantibus radios exemplorū
ſuorum emittit.Ideo ſtella maris vocari
debuit.Item dicitur ſtella maris ratio=
ne ſtationis qꝛ non occidit:ſicut alie ſtel=
le.Sic beata virgo peccatoribus non occi
dit:ſemper in cōſpectu filij pro ipſis inter
cedit.Nam cū omnes ſancti ⁊ ſancte pec=
catorem derelinquūt:tūc ipſa ſola cū non
derelinquit.Unde quilibet peccator ad glo=
rioſiſſimā virginem Mariam confugiat
tanꝗ̄ ad mediatricē ⁊ auxiliatricē nunꝗ̄
vllum peccatorē quātumcunꝗ̄ perditum de
dignatur.vnde Anſel.Maria tu peccato=
rem toti mundo deſpectū materno affe=
ctu amplecteris:nec deſeris eum quouſꝗ̄
deus per te placatus ipſum ſue gratie re=
formauit.vnde Ber.O mater dei ⁊ homi=
nis.O mater rei ⁊ iudicis.O mater regis
⁊ exulis cum ſis mater vtriuſꝗ̄ nō decet vt
inter filios diſcordiam eſſe permittas. k
Quantum ad ſecundū ſciendū quod bea=
ta virgo Maria omnibus hominibꝰ cuiuſ
cunꝗ̄ ſtatus formam viuēdi tribuit:quia
omnes homines:aut ſunt in proſperitate:
aut in aduerſitate:aut in medio conſtitu
ti.Illis qui ſunt in proſperitate:⁊ qui ſu=
pereminent alijs in bonis temporalibus:
naturalibus vel ſpiritualibus:dat exem=
plum humilitatis.Nam in die annuncia
tionis cum preponeretur omnibus creatu
ris:qꝛ regina celi ⁊ mater dei effecta eſſet:
ipſa ſe humilians reſpondit angelo dicēs.
Ecce ancilla domini:fiat mihi ſecundum
verbū tuum.Quod autem neceſſe ſit hu
militatem in proſperitate ſeruare oſten
dit Aug.dicens.Humilitatis ſectatores ⁊
conſeruatores maxime eos conuenit eſſe
qui in aliquo dono ceteris eminent.Unde
humiliare nos debemus cū deus ſua do=
na:ſiue tēporalia:ſiue ſpiritualia tribuit:
ſiue etiam cum ad dignitates promoti ſu=
mus.vnde Bernard.ſuper Miſſus eſt an
gelus.Non magnum eſt eſſe humilem in
abiectione



abiectione magna prorſus ⁊ rara virtus
eſt humilitas honorata. L Secundo il=
lis qui premuntur tribulatiōibus dat exē
plum ⁊ formam patientie.Et hoc in tēpo=
re ⁊ in die paſſionis xpi qñ pluſꝗ̄ martyr
effecta eſt:quia habuit grauius martyriū
eo ꝙ eius martyrium non fuit in carne:ſʒ
in mente.vnde Hiero.Alij ſancti paſſi ſūt
pro chriſto in carne.Beata autem virgo
nulla parte paſſa eſt que impaſſibilis et
immortalis habetur.hoc eſt in anima:vel
in mente.Idcirco verum fateor pluſquā
martyr fuit:qꝛ atrocius paſſa eſt dum paſ
ſionis xpi gladiū in anima ſua ſuſtinuit.
Qui gladius doloris cauſabatur.primo:
ex eo quod ipſa preſens erat ⁊ vidit filiū
ſuum pati penam ignominioſam.i.penam
latronum:penam doloroſam:qꝛ in neruo=
ſis membris manibus ⁊ pedibus clauis
perforatum.⁊ per totum corpus vulnera=
tum:penam diuturnam:qꝛ ab hora noctis
⁊ per totā noctē vſꝗ̄ ad horā nonā diei in
qua expirauit in ſupplicijs ⁊ doloribꝰ ſem
per fuit:⁊ penam iniuſtam:qꝛ peccatū non
fecit.Multum dolet mater quando audit
filium ſuum morte horribili necatum:ma
gnum aūt dolet cum añ oculos videt fi
lium vulnerari ⁊ occidi.Quanto ergo do=
lore beata virgo cruciabatur qñ filiū ſuū
videbat mortuum ⁊ ipſum morte horribi
li necatum:⁊ hec omnia fieri añ ſuū cōſpe=
ctum.Item erat impotens ad adiuuādū.
Magna etenim eſt conſolatio matri quā
do aſſiſtit filio morienti ⁊ poteſt ſibi in ali
quo ſubuenire.Hec autem filium morien
tem in nullo potuit adiuuare.Audiebat
ipſum ſitire ⁊ non poterat ei potum porri
gere videbat corpus eius plenum vulne
ribus ⁊ non poterat alligare.Uidebat cor
pus eius cruentatum ⁊ nō poterat lintheo
abſtergere.Uidebat caput eius non habe
re reclinatorium:⁊ non poterat illi exhi=
bere fulcimentum.Uidebat ⁊ illum lachry
mantem ⁊ non poterat lachrymas abſter
gere ab oculis eius.Uidebat ipſum expi=
rare ⁊ non poterat oſculari ⁊ amplexari.
Item erat deſtituta omni humano auxi=
lio.Nam apoſtoli fuerant a chriſto ſic:
quem habuit auxiliantem neꝗ̄ conſolan
tem.Unde Damaſcenus.Ipſa beata virgo
dolores quos effugit pariens:hos in chri=
ſti paſſione ſuſtinuit.Unde etiam Anſel.
Domina mea quos fontes erupiſſe dicam
de pudiciſſimis oculis tuis cum attende=
res vnicum filium tuum innocentē co=
ram te flagellari:ligari:mactari:⁊ carnē
de carne tua ab impijs crudeliter dilace=
rari.Uñ Augu.Illa pia mater omnia ſua
fatigauerat membra vt inceſſu deficiens
vix peruenire poſſet ad ſepulturam chri=
ſti.Item ſciendum ꝙ beata virgo Maria
in oībus tribulationibꝰ ſemꝑ patiētiā ſer
uauit:nec aliquod ſignum odij:⁊ impatiē
tie oſtendit.Ergo illi errant qui dicunt ꝙ
beata virgo ſibiipſi crines extraxerit:⁊ ſe
cum pugnis verberauit:qꝛ nunꝗ̄ aliquod
ſignū indecentie oſtendit:ſed indulſit cru
cifixoribus:⁊ affectauit ſalutem ipſorum.
Et hoc chriſtus orauit ore dicens. Pater
ignoſce illis.hoc ipſa eis affectabat in cor
de.Tertio illis qui ſunt in medio conſti=
tuti dat exēplum operandi ⁊ tempus vti
liter expendendi.Nam ipſa ſemper tem=
pus ſuum vtiliter expendit ⁊ nunꝗ̄ ocio=
ſa fuit.vnde Prouerbi.xxj.Panem ocioſa
non comedit.Sic ⁊ nos exēplo Marie de=
bemus operari bonum.Unde Joānis.ix.
Operamini dum dies eſt:venit enī nox in=
qua nemo operari poteſt.Nam inter om
nia que deus nobis adminiſtrat in preſen
ti nihil eſt nobilius ⁊ vtilius ⁊ precioſius
quam tempus gratie.Bernardus.Nihil
precioſius tempore.Ergo ſtudioſe conſer
uandum eſt tempus.Unde Bernardus.
Omne tempus nobis impenſum a nobis
exigetur:qualiter expenſum ſit.Unde in
his punctis iam dictis debemus imitari
beatam virginem Mariam.vnde Prouer.
viij.Beati qui cuſtodiunt vias tuas. M
Quantum ad tertium nota exemplū in
quo cognoſcere poteris quod eſt vtile et
ſalubre beatam virginem Mariam in ne=
ceſſitatibus inuocare.Unde legitur in li=
bro de miraculis beate Marie viginis ꝙ
quedam matrona beate virgini deuota ꝓ
prias proles informando ad ſimilia edo
cuit vt ipſam in neceſſitatibus inuocarent
deuote dicendo.Aue maria ⁊c.Que filiā

diſſolutam ꝛ vacabundã ꝛ ſaltatricem et claſſatricẽ habuit. Quam ipſa mater pluries correxit: ſed parũ in ea profecit: quia pater dilexit eã pre ceteris pueris ſuis eo ꝙ pulchra ꝛ mundana eſſet: ꝛ emit ei pulchras ꝛ pompoſas veſtes. Que in vna die dñica chorizando fatigata iuit ad quoddam pomerium ſedẽs ſub vno arbore volens refocillari. Cui diabolus immediate affuit dicẽs. Surge veni mecum. Cui illa. Quiſnã es tu? Et ille. Ego ſum diabolus cuius propoſitũ conaris adimplere: arma ꝛ rethe noſtrum es ad animas capiẽdas. Unde modo recipies penas non ſolũ pro tuis peccatis: ſed etiam pro peccatis omnium quos per ornatũ corporis tui ad malas concupiſcẽtias induxiſti. Et diabolus ſtatim violẽter nitebatur eã rapere: et illa clamauit dicẽs. Uirgo Maria adiuua me: ſicut mater in pueritia eam edocuit: ꝛ ſtatim dixit clara voce. Aue maria ꝛc. Reſpõdit diabolus dicens. Maledicta ſit que te hanc orationem docuit quam ſi non dixiſſes iuſto dei iudicio ad inferni incendiũ te traxiſſem: vbi tu cum tuis equalibus penã condignam pro omnibus quos ad peccãdum traxiſti inueniſſes. Que poſtmodũ nunꝙ amplius chorizauit: ꝛ veſtes pompoſas depoſuit: ꝛ vitam et mores humiliter emendauit: et beate virgini amplius vſqꝫ ad mortem ſeruiuit: ꝛ ſic vitam ſuam in bono finiuit.

¶ Communis ſermo de beata virgine. Sermo. clxiij.

Ego mater pulchre dilectionis: ꝛ timoris: ꝛ agnitiõis: ꝛ ſancte ſpei. Eccleſi. xxiiij. Sciendum ꝙ nemo poteſt digne laudare beatã virginem Mariã: niſi ipſum dignum facit ille qui habitauit in vtero eius. Quis enim laudare poterit ſufficienter eã que eternũ protulit verbũ que ſuũ genuit creatorẽ: que nobis dedit mediatorem dei ꝛ hominũ: que nobis cibum attulit angelorũ. vnde dicit Petrꝰ damianus. Qualiter eam laudare poterit mortalis hominis verbũ: que de ſe protulit verbũ quod manet in eternũ? Que lingua in eius laude inuenitur idonea: que illum genuit quem omnia benedicũt: quẽ ꝛ cum tremore ſeruiũt elemẽta? vnde etiã Damaſcenꝰ. Licet mille ora: mille lingue vociferẽtur nec ſufficerẽt: ſed nec ſi oẽs lingue hominũ cõuenirẽt: eam mirificis poſſent efferre preconijs. Omnis enim preconij excedit magnitudinẽ: ꝛ omne eloquiũ ad eius excellentiã inſufficiẽs inuenit. vnde etiã Ber. Utinã mihi tot eſſent lingue quot ſunt ſtelle celi: ꝛ omnes illas poſſem conuertere in laudẽ genitricis dei nec ſic ſatiarer. Et ſi nullus humanus ſermo in eius laude inuenitur idoneus: non tamen propter hoc ab eius laude ceſſare debemus: ſed quod poſſumus faciamus. Naꝫ ipſa eſt mater pulchre dilectionis ꝛ timoris ꝛc. Ex quo hodie feſtũ. N. beate Marie celebramus que eſt non ſolum mater chriſti: ſed etiã mater omniũ hoĩm: et domina angelorũ: tunc in preſenti ſermone quatuor de btã virgine ſunt dicẽda. Primo per que facta ſit mater domini. Scdo per que facta ſit domina angelorũ. Tertio per que facta ſit mater omnium hominũ. Quarto dicenda ſunt aliqua exempla de beata virgine: in quibus cognoſcere poterimus bonitatem ꝛ pietatẽ virginis Marie. ℞ Quantũ ad primum ſciendũ ꝙ tria fecerunt beatam virginẽ Mariã matrem domini. Primuꝫ eſt eius caſtitas: quia ipſa eſt ſpeculũ virginũ. Hoc patet quia ipſa habuit triplicem virginitatẽ. Primo integram: quia in corpore ꝛ anima. j. Theſ. v. Integer ſpũs veſter ꝛ anima ꝛ corpꝰ ſine querela: in aduẽtu domini noſtri Jeſu chriſti ſeruetur. Sunt enim quidã qui non habẽt integritatẽ corporis: ſicut fuit maria Magdalena: ꝛ heu tam plures ſunt in mundo. vnde Hier. Qui immundiciã luxurie perfecte cõtinẽtie ſubijcit: ſanctior Dauid extitit: fortior Sanſonne. Nã nihil vilius eſt ꝙ a carne vinci: nihil glorioſius ꝙ carnem vincere. Alij ſunt qui habẽt integritatem corporis: ſed nõ anime: quia per malã concupiſcẽtiã ꝛ cõſenſum animã maculãt. vnde Matt. v. Qui viderit mulierẽ ad concupiſcendum eam: iam mechatus eſt eã in corde ſuo. Sic intelligitur de tactu illicito et locutione ꝛ corporis ornatu ꝛc. vnde Hie. Nam mille ſunt virgines carne: ſed non ſpiritu quorum corpus eſt integrũ: ſed anima eſt corrupta. vnde Iſi. de ſum. bo. Uirgo carne ꝛ non mente: nullũ premium habent in repromiſſione. Alij ſunt qui non habent integritatẽ ſpiritus qui per mortale peccatũ ſpiritum ſuum a ſponſo ſuo diuidunt: ꝛ ſic adulteriũ ſpirituale cõmittunt. Beata autem virgo habuit integritatẽ in corpore: quia ſemper corpus ſuum illibatum ſeruauit. Et in anima: quia omne prauum motũ ꝛ concupiſcentiã penitus reſecauit. Et in ſpiritu: quia nunꝙ per aliqđ peccatũ a deo diuiſa fuit. Canti. iiij. Tota pulchra es amica mea: ꝛ macula nõ eſt in te. Secundo habuit virginitatẽ exemplarẽ: quia eius virginitas omnibꝰ virginibus fuit in exẽplũ. Ideo ſignata eſt per amigdalũ: que inter ceteras arbores primo flores producit: ſic ꝛ beata virgo primo inter mulieres votũ virginitatis emiſit. pš. Adducentur regi virgines poſt eam ꝛc. Nam ante ipſam virginitas non videbatur eſſe magni meriti vel honoris. Poſtmodũ autem facta eſt magni meriti: quia debetur ei fructus centeſimus: cum cõiugatis corruptis datur triceſimus: et viduis ſexageſimus. Et etiam virginitas facta eſt magni honoris: quia ipſam honorauit chriſtus quando non de coniugata corrupta ſed de virgine naſci voluit. Ipſam etiam virginitatem honorant angeli: vt patet in ſanctis virginibus: ſcilicet in agnete cui angeli veſtem preparauerunt: ꝛ eius nuditatem texerũt. In cicilia cui angelus coronas de paradiſo attulit. Et in btã Barbara: cui angelus ſtolam candidiſſimam deportauit: qua nudatum corpus eius texit. Et in beata catherina quam angeli proprijs manibus ſepelierunt in monte ſina. Item omnes homines exemplo chriſti ꝛ angelorũ honorare debent virgines. vnde Damaſcenus lib. iiij. A nuptijs abſtinentia angelorum eſt imitatio. Quãto itaqꝫ eſt angelus homine ſuperior: tanto virginitas nuptijs eſt honorabilior. Quis enim hominum eſt tam ſtolidus qui non amet ꝛ honoret virginitatem quam etiam diabolus honorat. vnde Tho. iij. Legitur quod demõ aſmodeus virginitatem Sare a ſeptem corruptoribus liberauit: quos ſingulatim occidit quãcito vnuſquiſqꝫ ipſorum ad virginem introiuit. Item patet hoc in beata Agnete: cuiꝰ virginitatis inſidiatorem: ſcilicet prefecti filium: diabolus tũc ſuffocauit. Diabolus ergo velit nolit honorat virgines: ſicut victꝰ victrices: ꝛ tanꝙ angelorũ ſorores: et tanꝙ chriſti ſponſas. vnde Berñ. Fulgida virginitas eſt gemma virtutũ: germana angelorum: lampas eccleſiarũ: lux animarum: ipſa calcat libidinem: vincit diabolũ: contẽnit ſeculum: deprimit omne periculum. Tertio beata virgo Maria habuit virginitatem transfuſam: quia in alios caſtitatẽ tranſfudit. Licet enim pulcherrima fuit: tamẽ a nullo concupiſci potuit. Et talem virginitatem ſancta katherina non habuit: ꝙuis virgo eſſet mẽte ꝛ corpore: tamen Maxentius eam concupiuit. Similiter ꝛ beata Margareta quam Olibrius cõcupiuit. Et beata Agnes quam prefecti filius adamauit: ꝛ ſic de alijs. ℞ Sed diceres vnde accidit qđ nullus inſpicientiũ Mariaꝫ concupiſcere potuit? Reſpondetur ꝙ hoc accidit principaliter tribus rationibꝰ. Prima ratio: quia taliter ſe habuit in omnibꝰ verbis ꝛ factis ꝛ moribus: qđ nulli dabat occaſionem peccandi: ſed mouebatur cor cuiuſlibet ipſam intuentis ad deuotionem. Secunda ratio eſt propter luminis claritatem que de eius facie exibat: que homines in admirationem inducebat: et ad deum laudandum de tam nobili creatura. Tertia ratio eſt: quia deus occultabat lineas que poterant eſſe incitamenta ad libidinem: et dedit illam gratiam omnibus eam intuentibus: vt non inordinate mouerentur erga eam ad malum ſed ſolum bonum. ℞ Secundum quod beatam virginem fecit eſſe matrem chriſti: eſt humilitas: vt ipſa fatetur per ſe Luce. j. Reſpexit humilitatem ancille ſue. Bernardus. Audeo dicere quod nec Marie virginitas ſine humilitate placuiſſet.

Propter q cũ per gabrielem dei filius ex ea incarnandus nunciaret: omniũ virtutum oblita ex ſola humilitate gloriat dicens. Quia reſpexit humilitatem ancille ſue ⁊c. vñ etiã Aug. Si audeo dicere: tunc marie non tantũ profuit ſua virginitas: quantum humilitas. Per eius humilitatem deus eſt incarnatus peccator liberat⁹: dãnatus ſaluatus: exul reductus: mortuus reſuſcitatus. Vñ ſciendũ q beata virgo maria poſt xp̃m humilima fuit inter omnes hoies ⁊ ſanctos qui hic in mundo vixerunt. Nã ipſius miranda humilitas apparet in hoc q lʒ ſanctior omnibus in celo ⁊ terra. tñ nunq̃ legit de ea in euangelio q aliquod miraculũ attentauit facere in p̃nti vita. De ſancto Petro legitur Actuum. v. q vmbra illius ſanauit infirmos. Similiter de ſancto Jo. euan. qui tunicam ſuã fecit ponere ſuper mortuos qui occiſi fuerunt cũ veneno ⁊ reuixerunt. Similiter ⁊ beatus Andreas q̃ ſuſcitauit q̃draginta mortuos q̃ in aqua interierant: ⁊ ſic de alijs ſanctis. Quis em̃ beata v̾go maria magnã compaſſionẽ habuit cũ tribulatis: que fuit cã incitans eã ad miracula faciendũ: tñ humilitas adeo cor ipſius occupabat q ꝓpter humilitatem attẽtare non preſumpſit. vñ Bern. Merito facta eſt nouiſſima prima q̃ cũ eſſet prima omnium: ſe nouiſſimam faciebat. Sed querit cur beata virgo maria debuit eſſe tã humilis? Rñdetur q ꝓpter tria. Primo ideo: q: debuit illum recipere totaliter in ſe: q̃ eſt ſuper omnes: ideo humiliari debuit infra oẽs. Secũdo q: debuit ſuper oẽs ſanctos ⁊ ſuper omnes choros angeloꝝ exaltari tanq̃ regina celi: ⁊ domina angeloꝝ: ideo debuit eſſe humilima. vñ Ber. Nũq̃ ſuper choros angelorum ſublimata aſcendiſſes: niſi prius inter oẽs homines ſublimata deſcendiſſes. vñ Ambr. ſuper. Beati immaculati. Quanto em̃ q̃s eſt abiectior in hoc ſeculo: tanto magis exaltabitur in futuro. Tertio: q: ſicut per ſuperbiã eue mors intrauit in hunc mundũ: ſic econuerſo: vita per humilitatem Marie reddita huic mundo. Et q: cõtraria cõtrarijs curant: ideo ſicut Eua per ſuperbiã voluit ſe aſſimilare altiſſimo deo qui eſt ſuper omnes: ſic maria econuerſo debuit ſe humilimam exhibere e vt nobis mortem auferret. ⁊ vitã donaret. vñ cantur de ea. Mortẽ que femina intulit: femina fugauit. Tertium q̃d fecit eam matrem dñi eſt firmitas fidei. Nam ipſa beata virgo maria commendata eſt ſuper fidem. Luc. j. Beata que credidiſti: qm̃ perficientur in te que dicta ſunt tibi a domino. vbi Elizabet mater Joãnis baptiſte fidei attribuit q beata virgo maria xp̃m concipere meruit. Unde Augu. in libro de virginibus. Beatior fuit maria percipiendo fidem q̃ carnem xp̃i. Nihil enim marie materna propinquitas profuiſſet: niſi eum felicius corde q̃ carne geſtaſſet. Pro quo ſciendum q beata virgo maria habuit firmam fidem quod patuit in paſſione chriſti: q: ceteris apoſtolis a fide cadentibus: ipſa in fide firma permãſit. ¶ Quantum ad ſecundum ſciendum quod tria fecerunt beatam virginem mariam dominã angelorum. Primum eſt puritas mentis ⁊ corporis. Unde Ambroſius. Virgo erat: non ſolũ corpore: ſed ⁊ mente. Pro quo ſciendum quod puritas marie non ſolum precellit puritatem omnium hominum: ſed etiam puritatem omium angelorum. Vñ Anſelmus. Decebat quidem vt virgo beata ea puritate niteret: q̃ ſub deo maior nequit intelligi. Sed querit quare beata virgo maria debuit eſſe tam pura? Reſpondetur quod propter tria. Primo q̃m per puritatem venit homo ad ſimilitudinem dei. ſʒ maria debuit aſſimilari deo ⁊ in ſe recipere ſpeculum ſine macula: ſcilicet filiũ dei. igitur debuit eſſe puriſſima. Secundo quia illud opus: ſcilicet incarnationis: debuit eſſe totaliter a ſpiritu ſancto: ſecundum illud quod dixit ãgelus ad mariam. Luc. j. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi ⁊c. Quanto quis eſt purior libentius ⁊ efficacius ſpiritusſanctus operatur in eo. Tertio quia ieſus chriſtus fili⁹ dei venit nos per eam reducere ad ſtatum immortalitatis: ſcilicet angelice puritatis vbi non nubent neque nubẽtur: ſed erunt ſicut angeli dei. igitur ⁊c. Secundum quod fecit eam dominam angelorũ fuit ipſius conſtantia ⁊ firmitas volũtatis. Sicut em̃ angeli ſemper faciũt voluntatẽ dei: ſic ⁊ ipſa fecit. Et ſicut angeli nunq̃ ceciderũt nec vnq̃ peccauerũt: ſic ⁊ ipſa nunq̃ peccauit. Pro quo ſciendũ q beata virgo peccare nõ potuit: nec per infirmitatẽ: nec per ignorantiã: nec per malitiã. Omnis em̃ caſus in pctm̃ fit aliquo iſtorũ triũ modorũ. Et iſti tres modi peccãdi inter apoſtolos inuẽti fuerunt. Petrus nãq̃ peccauit per infirmitatẽ humanam qñ. ſ. timore mortis chriſtũ ter negauit. Paulus per ignorantiã. vñ. j. Thi. j. Ignorãs feci in icredulitate mea. Judas aũt per malitiã affectatã peccauit: q: xp̃s ſibi p̃dixit q male faceret qñ dixit. Ve homini illi per quẽ filius hominis tradetur: vt ſic eũ a peruerſa voluntate retraheret. Sʒ ipſe infelix Judas nõ acquieuit: ſed chriſtum ex certa malitia tradidit. Sed beata virgo Maria cadere nõ potuit per infirmitatẽ: q: omnipotẽtia patris cõfortata fuit nec per ignorantiã: q: ſapiẽtia filij illuminata fuit: nec per malitiã: q: bonitate ſpiritusſancti repleta fuit. ℞ Tertiũ q̃d fecit eam dñam angelorũ eſt feruẽs charitas. Angeli enim ſemper feruent in charitate dei: ſic ⁊ ipſa beata virgo Maria inq̃tum poſſibile eſt filiũ ſuum ſuper oĩa dilexit. Et in ſignũ huius ipſa ſtabat iuxta crucem ceteris apoſtolis fugiẽtib⁹. vnde cañ. viij. Fortis eſt vt mors dilectio. Unde ipſa dicitur mater pulchre dilectionis. Nã ipſa duplicẽ dilectionẽ habuit: ſcʒ quoad filiũ ⁊ quoad nos. Jdeo in corde virginis Marie tẽpore paſſionis chriſti magna pugna fuit. Pugnabãt em̃ adinuicẽ in corde ipſi⁹ duo amores: ⁊ duo dolores. Duo amores erant amor filij: ⁊ amor generis humani. Amor filij nolebat ipſuʒ pati. Amor vero humani generis volebat ipſum mori. Et ſic inter iſtos duos amores magna pugna erat. Similiter in corde Marie duo dolores erãt: ſcilicet dolor quem habitura erat de morte filij: ⁊ ideo nolebat ipſum pati. Et dolor quem habebat de perditione generis humani: ideo volebat ipſum mori. Et ſic inter iſtos duos amores: ⁊ duos dolores magna pugna erat. Nam prim⁹ amor retraxit eam ne filius pateretur: ſed ſecundus amor quem habuit ad nos incitauit eam vt filius moreretur. Et ſecundus amor ſuperauit primum: quia potius voluit filium pati q̃ humanum genus perire: imo ſi paſſio filij ſufficiens non fuiſſet ipſa cum filio pro nobis crucem aſcendiſſet. ¶ Quantum ad tertium ſciendum quod tria fecerant beatam virginem Mariam matrem noſtram. Primum eſt magnitudo miſericordie eius. Nam miſericordia eius ceteris miſericordijs eſt communior ⁊ copioſior. vnde Bernardus. Virgo beata copioſiſſima charitate ſapientibus et inſipientibus debitricem ſe fecit: et omnibus veniam petentibus miſericordie ſinum aperit: reis obtinet veniam: egris medelam: puſillis corde robur: afflictis conſolationem: periclitantibus adiutorium et liberationem. Secundũ quod fecit eam matrem noſtram eſt gratie plenitudo. Nam ipſa ſtetit in altiſſimo gradu gratiarum. Altiſſimum autem in gratijs eſt habere omnem gratiam quam gloriatur ſe habere. Eccleſiaſti. xxiiij. In me omnis gratia. vnde Bernard. Maria ante conceptionem plena gratie ab angelo nunciatur: vt quia dudum ſibi plena nobis fieret ſuperplena. Si enim vaſi pleno aliquod corpus immittitur: quantum illud magnum eſt quod immittitur: tantum neceſſe eſt affluere deſuper pleno: et in eam iamdudum plenam deus eternus dei filius in conceptione in vterum eius immittitur: ideo neceſſe eſt vt ſemper affluat ineternum. Unde ipſa dicit. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me: et a generationibus meis implemini. Et in ſignum huius tunc beata virgo comparatur collo: quia eſt ſicut collum medium inter caput et corpus: ſic et ipſa eſt mediatrix inter nos et deum. Item propter eminentiam ⁊ dignitatem: quia ſicut poſt caput collum eminet oĩbus membris: ſic ⁊ ipſa poſt chriſtum eminet oĩbus ſanctis. Item propter adminiſtrationẽ. Sicut em̃ a capite mediante collo deſcẽdunt omnia nutrimẽta corporis: ſic a chriſto per btãm virginẽ in nos veniũt omnia bona ⁊ bene-

ficia que deus nobis cõfert. Nam ipſa eſt:
diſpenſatrix gratia rũ ⁊ beneficiorũ dei.
vnde Augu. Maria hominibꝰ multũ tene-
tur, qꝛ per eos habet quicquid habet: qꝛ ſi
nos peccatores non fuiſſemus xp̄s de ca
carnẽ non ſuſcepiſſet. Nos igiť ſibi tene-
mur: qꝛ ſumus per ipſam deo reconcilia-
ti: ⁊ ipſa nobis tenetur qꝛ mater noſtra ⁊
mater dei eſt effecta. vnde etiam Ber. In-
tuemini q̃to deuotionis affectu nobis eã
voluerit honorari: q̃ totius boni plenitu-
dinem ponit in mariam vt proinde ſi quid
ſpei in nobis: ſi quid gratie ſi quid ſalutis
ab ea nouerimus redũdare. Tertio quod
fecit Mariam matrẽ noſtram: eſt noſtra
miſeria ⁊ indigẽtia ⁊ ipſius potentia. Eſt
enĩ magna in poteſtate ſuper oẽs creatu-
ras ergo nobis data eſt in adiutoriũ ⁊ in
aduocatam noſtrã apud filium ſuũ. ¶
Pro quo ſciendum ꝙ beata virgo maria
aduocat ꝓ nobis tripliciter. Primo ſancti
tatis merito. Si enĩ merita aliorũ ſancto
rũ ꝓ nobis ad deũ intercedũt. Multo for
tius marie merita que plenitudinẽ poſſi-
det meritorũ. Item ſi deus vult miſereri
alicui homini propter merita alicuiꝰ ſan-
cti quid tũc faciet ꝓpter merita ſanctiſſi-
me ſue matris. Secũdo aduocat ꝓ nobis
ardenti deſiderio. Deſideria enĩ ſanctorũ
ſunt interceſſiones ꝓ nobis apud deum.
vnde ipſa dicit' Cañ j. Dum eſſet rex in
accubitu ſuo nardus mea dedit odorem
ſuauitatis. Nardus eſt quedã herba cali
da qui ſignificat eius deſideria inflamma
ta que ad deũ aſcendũt: ⁊ gratũ odorem
ſibi faciunt. Tertio aduocat pietatis ſi-
gno. Legitur enĩ i hyſtoria ſcholaſtica ꝙ
antipater Idumeus apud imperatorem
falſe accuſatus eſt. At ille eiectis veſtibꝰ
cicatrices vulnerum oſtẽdit que ꝓ impe-
ratore pertulerat dicẽs. Ego me impera-
tor nolo excuſare corã te: ſed illa vulnera
que ſuſtinui pro te teſtimoniũ perhibẽt
de me vtrũ ego diligo te. Qđ vidẽs impe
rator eũ ad gratiã ſuã recepit. Iſtum mo
dum aduocandi habet ipſe xp̄s ⁊ mater
eius apud deũ patrẽ. Unde etiam Berñ.
O homo ſecurũ acceſſum habes ad deũ:
vbi mater ante filium, ⁊ filius ante patrẽ
⁊c. Pro quo ſciendũ ꝙ beata virgo maria
tantam confidentiam habet de omni re
quam petit: ꝙ et ã ſe exaudiri nõ dubi-
tat. vnde dicit Augu. ſuper Iohan quan-
do in nuptijs dixit. Uinum non habent.
Et chriſtus reſpondit. Quid mihi et tibi
eſt mulier: nondũ venit hora mea. Non
propter hoc dubitauit ſe exaudiri: ſed cõ-
fidenter ait miniſtris quodcunq; dixerit
vobis facite. Acſi diceret: vt ait Auguſt.
Licet negare videatur qđ peto tamen fi-
naliter filius nõ patietur coram tot ho-
minibus aſſiſtentibus me confundi vt in
mea petitione erubeſcentiam habeam.
Firmiter nãq; credendum eſt ꝙ quicquid
petierit mater filio ſuo hoc ſibi reſpõdeat
qđ. Salomon reſpondit matri ſue dicẽs.
Pete a me mater qđ vis: neq; enim phas
eſt vt auertam faciem meã a te. ¶ Unde
ſciendum ꝙ poſt xp̄m ad nullũ ſanctorũ
tantam cõfidentiam habere debemus ſi-
cut ad beatam virginem mariam que eſt
mater omnium noſtrũ. vnde Fulbertus.
Conſtat ꝙ maria iuſtis et peccatoribus
fideliter inuocantibꝰ preſto eſt nũq; eis
opitulari deſiſtit. Chry. O dulcis virgo
nõ eſt phas te poſſe illũ deſerere qui ſuã
ſpem fiducialiter in te ponit. Unde etiam
Berñ. ille ſolꝰ a laude virginis marie ta-
ceat qui ſemel inuocatũ in ſuis neceſſita-
tibus eius auxiliũ ſibi ſenſerit defuiſſe. ¶
Quantum ad quartũ nota exemplum in
quo cognoſcere poteris fidelitatẽ ⁊ boni-
tatem virginis marie. Unde ſcribit vincẽ-
tius in ſpeculo hiſtoriali ꝙ duo nobiles. ſ.
vir ⁊ vxor erãt rome carentes prole. Qui
tandem ieiunijs, orationibꝰ. et eleemoſy-
nis a deo prolem obtinuerũt: caſtam vitã
deinceps ducentes. Uir poſt pauca pere-
grinatur ⁊ moritur in peregrinatiõe. Mu-
lier delicate nutrit infantem noctibꝰ ſin-
gulis a pueritia locans eũ ſecum in lectũ.
Qui virili etate ſuccedente matrem pro-
priam impregnauit. Que tamen ieiunijs
orationibus, ⁊ bonis operibus nõ deſiſte-
bat: ⁊ occultabat ſe ne quis eã impregna-
tam cognoſceret. Adeſt dies partus. Que
cum dolore occulte peperit ⁊ pre confuſio
ne humana infantem ſtrangulauit ⁊ eum
in cloacam proiecit. Quam cũ diabolus in
anima ſic captiuam teneret, nitebatur eã
cõfundere. Unde ſpeciem clerici aſſumẽs
romam intrat dicens ſe notariũ in ſcriptu-
ris valde illuminatum fore. Scire ſe etiã
furta inuenire. ⁊ alia occulta cognoſcere.
Et hec omnia factis probauit. Nã diabo-
lus p̄terita bñ cognoſcit. Captaq; oppor-
tunitate corã imperatore ⁊ ſenatu mira-
bile inquit eſt ꝙ roma tota nõ eſt diu cõ-
ſumpta propter deteſtabile facinus in ea
perpetratũ: ſtupent oẽs. Diabolus factũ
narrat: ⁊ mulierẽ ex nomine deſignat. Ait
illi: Falſum dicis. hec eſt enĩ mulier boni
teſtimonij ⁊ laudabilis vite ⁊ ſpeculũ vir-
tutum. At ille. Sciebam ꝙ non crederi-
tis mihi. Uocetur illa examinetur: ſi con-
feſſa ⁊ conuicta fuerit comburatur: ſi non
ego comburar. Uocatur femina ad pala-
tium: omnes aſſurgunt. Ponitur in thro-
no iuxta imperatorem qui indicat ei de
factis ⁊ dictis noui prophete: ⁊ quod eã
accuſaret in quibuſdã que incredibilia vi-
derentur. Iubetur vt ſe expurget, vel fa-
teatur. Et illa ait. Salomon docet oĩa
debere fieri cũ conſilio: ideo inducias pe-
to vt pro me reſpondeat aliquis: qꝛ mu-
lier ſum. Cui dantur inducie. Papã Linũ
tunc preſidem adijt: lachrymis veniam
petijt: cõfeſſionem cũ amaritudine fecit:
petens ſibi penitentiam q̃tũcunq; vellet
iniungi, vt tñ in anima nõ periret. Papa
cõſolatur flentem proponens ei negatio-
nem petri peccatum magdalene ⁊ lachry-
mis vtriſq; dimiſſum, monet ne deſperet:
ſed beatam virginẽ adiutricem inuocet:
dans ſpem qđ per eam modis omnibus
liberaretur. Sed qꝛ breue tempus habes
dic vnum Pater noſter pro omnibꝰ pecca-
tis tuis. Confortatur mulier inuocat vir-
ginem mariam. Die ſtatuta intrat con-
ſiſtorium. Aſſunt principes cũ imperato-
re: mulier in medio locatur. Notarius vo-
catur vt accuſet ream. Intuituſq; eam nõ
cognoſcit, dicẽs, non eſſe illam inceſtuo-
ſam. Et imperator. Utiq; illa eſt quã ante
accuſaſti. Reſpondit notarius. Ego nullũ
malum cognoſco in ea. Quomodo aude-
rem malum loqui de ea cũ video matrem



dei circa eam ſtantem ⁊ illã protegentem.
Ad hãc vocem omnes ſtupent: ⁊ ſe ſigno
crucis ſignant, et ſtatim diabolus diſpa-
ruit. Femina honoratur ab imperatore ⁊
ab omnibꝰ principibus. Et deo ⁊ glorioſe
matri ſue omnes gratias ⁊ laudes refe-
runt, qui ſic ſaluat ſperantes in ſe.

## ¶ Quod dies ſabbati dedicata eſt marie virgini. Sermo. clxiiij.

Notandum ꝙ ſicut dies domini-
ca dedicata eſt reſurrectioni et
ſexta feria paſſioni. ſic dies ſab-
bati dedicata eſt glorioſe vir-
gini marie: ⁊ hoc multiplici ra-
tione. ¶ Prima eſt: quia paſſio ſancto-
rum conſueuit in aliquo die celebrari.
Beata autem virgo ⁊ ſi nõ eſt paſſa mar-
tyrio carnis paſſa tamen fuit martyrio
mentis. Iuxta illud Luc. ij. Tuam ipſius
animam pertranſibit gladius. ſupple do-
loris. Et iſtud martyrium fuit in ea con-
tinuatum in tota feria ſexta: ⁊ in ſabba-
to ſequenti Sexta autem feria dedicata
eſt martyrio filij: et ideo ſequens ſabba-
tum dedicari debuit martyrio matris. Se
cunda ratio qꝛ ſicut in die ſabbati deus
requieuit ab omni opere ſuo: ſic chriſtus
intrans marie vterũ requieuit ⁊ venit in
eius ventrem et mentem. In nullo enim
ſancto ſpirituſſanctus plene requiem ha-
buit: niſi in xp̄o ⁊ virgine maria: qꝛ in alijs
ſanctis habuit aliquid repugnãs ſaltem
peccatũ veniale. In chriſto autem ⁊ vir-
gine nihil repugnans inuenit: ⁊ ideo per-
fecte ibi requieuit. Tertia ratio eſt quia
deus diem ſabbati benedixit. Sic beata
virgo ab omnibus fuit benedicta. Nam
pater elegit eam in filiam: ⁊ filius in ma-
trem: et ſpirituſſanctus in ſponſam. Et
ab angelo eſt benedicta qui eam ſaluta-
uit et a toto mundo qui eam veneratur ⁊
laudat. Quarta ratio eſt: quia ſabbatum
eſt medium inter diem gaudioſum. ſ. diẽ
dominicum et penoſum: ſcilicet ſextam
feriam. Sic ipſa eſt mediatrix inter deũ

⁊ hominem. Quinta ratio eſt: quia in die
ſabbati tota fides periit ⁊ in ſola virgi-
ne remanſit. et ideo ſibi hec dies merito
dedicata fuit.

¶ Exempla de beata virgine.

Sequuntur exẽpla de beata vir-
gine. B Nota exemplũ quomo
do virgo maria iuuat hominẽ
in vita. Legitur in dialogo Ce-
ſarii ꝙ fuit iuuenis quidam cui
pater moriens multas diuitias dimiſe-
rat: qui intantum ſtudebat torneamentis
⁊ vanitatibus huius mundi in veſtibus ⁊
equis ꝙ omnia bona ſua effudiſſet: ⁊ cui-
dam militi iuxta ſe moranti multa vendi
diſſet: ⁊ loco pignorũ expoſuiſſet. Ille tã-
dem voluit recedere de terra ſua. Sed q̃-
dam villicus ſuus videns eũ triſtem ait.
Domine quare eſtis triſtis vultis diues
fieri? Reſpondit libẽter vellem ſi cũ deo
poſſem ſcꝫ habere diuitias. Reſpõdit vil-
licus. Sequimini me et bene erit vobis.
Et ſtatim dominus ſecutus eſt ſuũ villi-
cum. Qui duxit eũ per quoddam nemus
in locũ paluſtrem vbi cepit loqui cũ dia-
bolo villicus. Tertius dominus queſiuit
ei cui loqueretur. Reſpõdit cum diabolo.
Et iuuenis plus timuit. Et ait villic⁹ dia-
bolo. Adduxi vobis hominẽ nobilem ſup-
plicans vt eũ antiquis diuitiis reſtitua-
tis. Cui diabolus. Si voluerit mihi eſſe
deuotus dabo ei diuitias ⁊ honores ſup
oẽs ſuos cognatos ⁊ vicinos? Reſpondit
villicus. Libenter erit vobis obſequioſus
⁊ fidelis ſi habuerit iſta. cui diabol⁹. Opꝫ
eñ abrenunciare altiſſimo. Qḋ cum iuue-
nis renueret dicit villicus. Quid timetis
proferre vnũ verbum? dicite abrenuncio.
Tandẽ iuuenis indutus ſuaſu villici ab-
negauit altiſſimum. Cui diabolus. adhuc
opus imperfectũ eſt: etiã abrenũciare de-
bet matri altiſſimi. Illa eſt eñ que maxi-
ma dãna nobis infert. Quos eñ filius per
iuſtitiam perdit mater per miſericordiã ⁊
indulgentiã adducit. Ad qḋ iuuenis mul-
tum expauit ⁊ turbatus ſupramodum re-
ſpondit. Hoc nunquã faciam. Quare inq̃t
villicus feciſtis qḋ maius fuit Facite nũc
ꝙ minus eſt. Abnegaſtis creatorẽ abne-
gate tũc ⁊ creaturã. Et ille. Nunꝙ̃ eam
negabo: ⁊ ſi deberem perpetue mendica-
re. Et ſic imperfecto opere redierunt. In
itinere aũt venerũt ad quandã eccleſiam
ſemiclauſam in quam iuuenis exiliens de
equo intrauit: equum committens villico:
⁊ ante ortũ aurore proſtrauit ſe ante alta
re beate virginis Marie tenentis filiũ in
vlnis: ⁊ cepit eã inuocare ex intimo corde.
Erat aũt ſuper altare ibidẽ imago ipſius
virginis marie puerum ieſum in ſinu ha-
bens. Et ecce merito ipſius preclariſſime
ſtelle maris ver⁹ lucifer cepit oriri in cor-
de ſupradicti adoleſcẽtis. Tantam eñ ei
dñs propter honorẽ matris quã nõ nega-
uerat donare dignatus eſt cõtritionem:
vt pre fletu rugiret ⁊ pre plãctu eccleſiam
clamorib⁹ impleret. Eadẽ hora superuenit
miles ſupradictus, qui bona ſua in vadio
habebat. Et vidẽs oſtium eccleſie apertũ
putãs ibi diuina celebrari ſolus intrauit:
inueniẽſqꝫ corã altari iuuenẽ bene ſibi
notũ lachrymantẽ: ⁊ putãs ꝙ defleret ſuã
paupertatẽ retro quandã columnã receſ-
ſit latenter rei exitũ expectãs. Cũqꝫ inſtã
ter inuocaret beatã virginem Mariam iu-
uenis ⁊ nõ auderet inuocare deum altiſ-
ſimum quẽ negauerat: vtroqꝫ audiente
beate virginis imago locuta eſt filio ſuo
quẽ tenebat in vlnis in hec verba. Dul-
ciſſime fili mi miſerere huic homini. Puer
vero matri nihil reſpõdit: ⁊ faciem ab ea
auertit. Cũqꝫ iterum rogaret filium pro
homine: puer vertit matri dorſum dicẽs.
Homo iſte me negauit quid ei faciã. Poſt
hec verba imago beate marie virginis
ſurrexit puerũ ieſum ſuper altare poſuit:
eiuſqꝫ pedibus prona ſe proſtrauit et ait.
Rogo te fili mi vt propter me dimittas
peccatũ. Mox infans matrẽ eleuãs reſpõ-
dit illi. Mater nũꝙ̃ tibi aliq̃d negare po-
tui ecce ꝓpter te totũ dimitto. Surgẽſqꝫ
iuuenis exiuit de eccleſia triſtis quidẽ de
culpa: ſed hylaris de indulgentia. Exiuit
quoqꝫ poſt eũ ſupradictus miles latenter
quaſi rem ignoraret ⁊ queſiuit quare tam
humidos oculos haberet? Rñdit de vita
eſt. Et ille. dñe non me latet cauſa triſti-
tie veſtre. Habeo vnicã filiam ſi vultis eã
ducere in vxorẽ omnia veſtra vobis cum
illa reddã ⁊ reſtituã. Inſuper de diuitiis
rerum mearũ vos heredẽ conſtituã. Ad hec
iuuenis letus effectus reſpondit. Si hoc
facere dignaremini plurimũ mihi place-
ret. Reuerſus itaqꝫ miles ad vxorẽ ſuam
rẽ ei per ordinẽ retulit: cõſentit illa. Cele-
brantur nuptie iuueni ſub noĩe dotis oĩa
bona ſua reſtituunt. Et iuuenis iſte poſt
modũ omnibus dieb⁹ vite ſue regratia-
batur beate marie virgini: ⁊ ei fideliter
vſqꝫ ad mortẽ ſeruiuit: q̃ per eã meruit re
miſſionẽ peccatorũ. Inſuper etiã cõſola-
tionem tpalium bonorũ. ¶ Itẽ nota exẽ-
plum in quo cognoſcere poteris quõ bea-
ta virgo maria ſubuenit homini in morte.
Quarto merito ſabbatis diebus glorioſa
virgo a quolibet hoĩe deuote eſt honorã
da. Legitur in dialogo ceſarii ꝙ in vicina
ciuitatis Tridẽtine ſylua eſt in qua latro
nominatiſſima verſabat̃: a quo multi de-
predabantur. Et q̃ ſe defendere voluerunt
nec potuerũt occidebãtur. Hic cũ die qua-
dam monachũ quendã ordinis predica-
torũ obuium haberet ſperans ꝙ pecuniã
haberet ⁊ portaret: ait. Niſi volũtarie me
ſequaris occidã te. Quem cũ monachus
ſequeret̃ ⁊ quereret in via q̃s eſſet: vel q̃d
operis haberet. reſpondit. Ego ſum ille
famoſus latro nomẽ ſuũ exprimens. Cui
cũ monachus diceret. iam incipitis cane-
ſcere: ⁊ nõ timetis periculũ anime veſtre:
rñdit nõ plus ꝙ̃ pecus ⁊ tacuit mõachus.
Veniens aũt in ſpelũcã illius ait intra ſe:
ſi poſſem hunc hoiem cõuertere magnũ
preſtarẽ deo obſequium. Dixit ad latro-
nem. Si licet mihi aliq̃d interrogare vos.
Reſpõdit ille licet: monachus ſubiunxit:
qualis extitit vita veſtra in principio. Re-
ſpondit ille peſſima. Quãdo puer eram
cũ omnibus ſociis meis cõtendebam: fa-
ctus adoleſcens furtis operã dedi: deinde
in virũ proficiens latrocinia exercui in q̃-
bus a deo profeci: vt hodie caput ⁊ magi
ſter ſum omnium latronũ huius prouin-
cie. Ad quẽ monachus. Nũquid nõ time
tis penas eternas huiuſmodi operib⁹ pre
paratas? Dicente illo. De anima mihi
nulla queſtio eſt: quia perdita eſt. Mona-
chus reſpõdit. Quid ſi poſſem vobis oſtẽ-
dere viam ſalutis: velletis mihi acquieſce
re an non? Ait latro etiã conſentirem. Et
ille. Ieiunate vnũ diẽ in hebdomada in
honore ſancte dei genitricis: ⁊ nullũ eodẽ
die ledatis ⁊ ſciatis pro certo ꝙ gratiam
apud filiũ eius obtinebitis. Rñdit latro.
Hoc reuera faciam ⁊ etiã voueo ꝙ nihil
eadẽ die comedã: nullũ depredabor nullũ
ledam. Elegitqꝫ diem ſabbati nihil in illo
mali operans: immo plurimos de ſociorũ
manib⁹ depredãdos ſiue occidendos ad
honorẽ beate marie virginis eripuit. Eo-
dem tpe tridentiũ per circuitũ ab hoſti-
bus infeſtabat̃ ⁊ exeuntes ſatellites ciui-
tatis cũ hoſtes die ſabbati inſequerẽtur
iam dictũ latronẽ inermem ꝓpter ſabba-
tum cũ ceteris ceperũt: ⁊ cũ eſſet fortiſſi-
mus nõ ſe defendebat: cũ caperetur nõ ſe
excuſabat nec loqui voluit interrogatus
cũ duceretur. Veniẽſqꝫ in ciuitatem mox
vt cognitus eſt patibulo adiudicatus eſt.
Nutu tñ vt credit̃ beate virginis marie
ſuper pulchritudine corporis eius iudices
moti in hoc cõuenerunt vt prouincia ad-
iurata viueret. Quod cũ ille abnueret ⁊ di
ceret non faciã. Melius eſt eñ vt hic pec
cata mea luam ꝙ̃ in futuro. Reſpõderũt.
Sine tñ vt decolleris. Nõ curo inq̃t qua-
lis ſit pena dũmodo occidar. Et illi. vis in
quiunt vt ibi vocetur ſacerdos? Rñdit nõ
eſt neceſſe. Omnes chriſtiani eſtis oĩbus
vobis peccata mea q̃ vnqꝫ in hac pñti vita
cõmiſi ꝯfiteor. Qḋ cũ feciſſet: cũ magna cõ
tritione nihil vnꝙ̃ boni ſe feciſſe teſtaba-
tur preter illud ſcilicet ieiunium quod a
monacho didiſcerat. Sicqꝫ ille extra ciui
tatem ductus decollatus eſt. ⁊ in eodem
loco ſepultus. Nocte vero eadem vigiles
portarum circa eius tumulum luminaria
celitus. ſ. miſſa viderunt quinqꝫ enim ma-
trone corpus eius effodientes ⁊ caput cor
pori adaptantes poſuerunt in feretro mi-
re texture purpura ſuperpoſita. Ex qui
bus quatuor ſingulas candelas ardentes
in manibus habẽtes: per quatuor partes
feratrum tollentes. Qui tanꝙ̃ clariſſima
erat oĩm cũ candela ſequente ad portam
ciuitatis vſque venerunt corpus ibi de-

poncẗes. Cuſtodes itaqꝫ iſta videntes ti=
muerūt putantes eſſe fantaſma: quibus
vna illarum dicebat. Dicite epiſcopo ve=
ſtro ꝙ capellanū meum a vobis decolla=
tum in tali loco eccleſie honorifice ⁊ reue
renter ſepeliat. Minas addens ſi neglige=
ret ⁊ nominauit ſe eſſe mariā. Mane autē
cum hec epiſcopo nunciata eſſent epiſco=
pus cū clero ⁊ populo exiens purpurā de=
poſuit caput precioſum corpori vnitū vi=
dens expauit: texturāqꝫ purpuream hu=
manū artificium excedentem admirans
relatis credidit hominemqꝫ cum timore
⁊ honore maximo non vt latronem: ſed vt
chriſti martyrem in loco deſignato ſepe=
liuit. Ab illo ergo tempore vſqꝫ hodie vir
aliquis adultus inuenitur in illa prouin=
cia qui eius exemplo diem ſabbati in ho=
norem noſtre domine non ieiunet. D No
ta aliud exemplum de beata virgine Ma=
ria in quo cognoſcere poteris quomodo
ſubuenit hoī q̄nqꝫ etiā poſt mortem. Fuit
in britānia iuuenis quidam nobilis: qui
q̄uis ſeculo totus deditus: tamen beate
virgini fuit deuotus in hoc ꝙ ei ſingulis
diebus quinquagenas ſalutationes per=
ſoluit. Qui infirmatus ad extrema perdu=
ctus eſt. Cumqꝫ diu iacuiſſet mortuus: re=
uixit. Et mulieri aſſiſtenti ſibi clamās di=
xit. Cito voca ſacerdotem. Sacerdote ad
ueniente coram omnibus confitebatur di
cens. Ego fui raptus ad tribunal chriſti ⁊
cum in tribus maxime accuſarer a demo=
nibus ⁊ fieri deberet ſententia contra me.
piiſſima mater xp̄i rogauit filium ſuū. vt
ad corpus redirem locum penitentie ſuſce
pturus qđ ⁊ factum eſt. Unum de pecca=
tis erat ꝙ decimas ex agris meis ⁊ bonis
ſacerdoti ſubtraxi. Secundum ꝙ piſces cū
ſocijs meis religioſis perſonas furatus
fui. Tertium ꝙ ſegetes pauperum cum ca
nibus venaticis conculcaueram. Ad hoc
ruſtici ad eo damnum paſſi dixerunt. Cur
debuiſtis domine pro his damnari: cum
vobis hec puro corde dimiſimus. at ille.
Ueſtra remiſſio non ſufficit mihi ad ſalu=
tem: q2 ditior eram ad ſoluendum: q̄ꝫ vos
ad relaxandum. Hec dicens iuſſit damna
reſtitui ⁊ ſic deceſſit. E Aliud exemplum
de btā maria v̄gine in q̄ cognoſcere pote
ris quomodo peccatores ⁊ mali homines
conuertuntur: ⁊ boni erunt per merita glo
rioſe virginis marie. Fuit quidam vir no
bilis ſed tyrannus totus erga ſuos ⁊ alie=
nos: ita vt omnes de eo vindictā peterent
ab eo. Et hunc cōtingit infirmari ad mor
tem. Qui aduocans epiſcopum loci illius
pure confeſſus eſt. A quo petiuit vt ſibi
ſanitatem impetraret a deo: preſtito ta=
men prius iuramento ꝙ decetero neminē
lederet. Quo cōualeſcente amplius indif
ferenter omnes leſit ita vt non ſolum eū
ſed etiam ſanctiſſimo ⁊ venerabili omnes
homines maledicerent. Poſt hec ite=
rum infirmatus ⁊ oppreſſus igne facto ſic
vt prius: vt omnia eius mēbra arderent,
ita vt de vita deſperaret. Uocauit iterum
epiſcopū promittens ſatiſfactionem de iu
ramento non ſeruato: vt iterū pro eo ora=
ret vt ſanus fieret, qui renuit recedens cū
indignatione. Appropinquante autē mor
te clamauit ⁊ reſpexit in celum ⁊ vidit in
aere pendentem filium dei in cruce: ⁊ ma=
trem ſuam ſibi aſtantem ⁊ orātem ꝓ eo,
At ieſus ait. Mater non poſſum facere: ec
ce enim rurſum crucifixit me. Et oſtendit
ei cicatrices ſanguineas. Quod vidēs pec
cator ingemuit exclamans voce magna:
O bone ieſu ſi te crucifixi peccatis meis
matrē tuam tamen ſemper honoraui. Je
iunauerat omni ſabbato ad honorē bea
te virginis marie. Cumqꝫ ſic clamaret au
diuit vocem Jeſu dicentem matri oranti,
Ecce mater dedi eum tibi: ⁊ ſanatus eſt.
Qui poſtmodum venditis omnibus bo=
nis ſuis reſtituit ablata: ⁊ ingreſſus clau=
ſtrum deo ſeruiuit: ⁊ beate virgini marie
vſqꝫ ad finem vite ſue. F Aliud exem=
plum de quodam ruſtico qui damnatus
fuiſſet niſi beata virgo Maria ei ſubue=
niſſet. Erat vir quidam ſecularis rurali
operi deditus: ⁊ alijs mundanis ſtudijs
occupatus: qui cum multis prauis actib⁹
eſſet intentus etiam dum terram ſuam ex
araret q̄tum poterat terram vicinis ſuis
ſurripiebat: ⁊ metas ſuas tranſgrediens
iugeribus ſuis terram aliorum furtim ſo=
ciabat. Hic tamen ſanctam dei genitricē



Mariam in mente habebat: ⁊ plerunqꝫ
deuote eam ſalutabat. Jſte ergo cū eſſet
defunctus conuenerunt demones animā
eius rapere confidentes. Affuerunt etiā
angeli qui cum proferrent pauca ab eo fa
cta bona: ceperunt demones contra eum
proferre innumerabilia mala. Cumqꝫ ob
hoc exultantes putarent ſe viciſſe vnus in
ulit ex angelis qđ cum magna deuotione
ſolitus erat ſalutare dei genitricem vir=
ginem mariam. Hoc audientes ſpiritus
maligni ⁊ immundi relicta hominis ani=
ma receſſerunt cōfuſi ab ea. Sicqꝫ anima
illa erepta ab aduerſariorum poteſtate:
perpetuam dānationem euaſit: largiente
deo per merita glorioſe ſancte genetricis
virginis marie. Et poſtmodum omnibus
quibus dāna intulit auferendo bona ipſo
rum plene ſatiſfecit: ⁊ omnia iniuſta reſti=
tuit. Et ſic poſtmodū vitā in bono finiuit.
G Aliud exemplum de glorioſa virgine
maria. Jn quodam cenobio erat mona=
chus ſecretarij officio fungens. Hic erat
valde lubricus: ⁊ demoniaco inſtinctu ali
quotiens libidinis urebatur eſtibus: ⁊ ta
men genitricem dei non modice dilige=
bat. Et quotiens pertranſibat altare eius
dicebat: Aue maria gratia plena. ⁊c. ſicqꝫ
eam cum reuerentia ſalutabat. Adiace=
bat autem ipſi cenobio fluuius quidam
quem predictus frater pertranſibat: quā=
do ad explendā concupiſcentiā ſuam per=
gebat. Quadā igitur nocte volens ire ad
ſcelus aſſuetum coram altari vt ſolit⁹ erat
ſanctam mariā ſalutauit. Ac deinceps ec=
ſie ianuam aperiens ad predictum fluuiū
peruenit: quem dum tranſire vellet a dia=
bolo impulſus: in eundem cecidit. Et mox
ſubmerſus ibidem interijt. Cuius animam
mox rapuit multitudo demonū cupientes
eam deferre in baratruꝫ. Sed pietate dei
fuerunt ibi etiam angeli: ſi poſſent illi ali=
quid ferre ſolatij. Quibus venientibus di
xerunt demones verbis contumacibus. vt
quid huc aduenistis. Nihil in hac anima
habetis quoniā propter mala opera que
geſſit cōceſſa eſt nobis. Ad hec triſtes val
de ſancti angeli dum non ſufficienter ha=
berent qđ proferrent boni temporis. Ecce
ſubito aduenit ſancta dei genetrix maria
⁊ liberari autoritate dixit demonib⁹ illis.
Cur o nequiſſimi ſpiritus hanc aīam ra=
puiſtis. Reſponderunt. Quia inuenimus
eā cōſummaſſe vitā in opibus malis. At
illa. Falſa ſunt inquit que profertis. Scio
enim q2 nunqꝫ aliquo pergens: niſi me pri
mum ſalutando a me licentiam accipie=
bat ⁊ rediens hec ſimiliter agebat. Quod
ſi dixeritis q2 vim facimus vobis. ecce po=
namus in iudicio ſummi regis. Cumqꝫ ex
his altercaretur intereſſe placuit altiſſimo
domino pro meritis ſue ſancte matris vt
anima fratis rediret ad corpus quatenus
penitentiā ageret de peccatis. Jnterea ad
uenerat tempus quo fratres ad cantādos
hymnos conuocarētur. Et dum mora fie=
ret ad pulſandas matutinas ſurgentes
aliqui de fratribus ſecretariū predictum
queſierunt: ⁊ eum immerſum in aqua re=
pererunt. Cuius corpus ex aqua trahen
tes mirabātur cogitantes qua occaſione
hoc ei contigiſſet. Cūqꝫ opinātes plurima
inter ſe ſermocinarētur mirū in modū ec=
ce ille frater ſurgēs a morte inter eos aſti
ſtit viuus ⁊ narrauit fratribus que con=
tigerant ſibi: ⁊ quomodo euaſerat ſuccur=
rente dei genitrice. Poſt hec nō ſolū illud
vitiū per qđ delectari ſolebat deſeruit ſed
etiam deo ⁊ ſancte eius genitrici feruen=
tius ſeruiuit: ⁊ ſanctis actibus vitā con=
ſummans: animam in pace reddidit. H
Exemplum aliud. Quidā clericus in car=
taginenſium urbe degebat qui erat leuis
moribus ſeculi curis deditus: carnalibus
deſiderijs etiam vltra modum ſubiectus.
Hic tamen ſanctam dei genitricem fre=
quenter in memoria habebat: ⁊ etiam ſe=
piſſime ſalutatione angelica ſalutabat.
Qui dum vt fertur ab inimicis eſſet perē=
ptus ſcientes eum ſatis irreligioſam vi=
tam duxiſſe decreuerunt eum extra cimi
terium ſepeliri debere: quod ⁊ ita fecerūt
extra atrium non vt talem decebat virum
tumulātes. Et dum illuc per triginta dies
iacuiſſet ſancta maria virgo virginum il=
lius miſerta apparuit cuidam clerico di=
ciens ei talia. Cur egiſtis erga meum can
cellariū vt pōeretis eū extra cimiteriū ve=

ſtrum. Cui interroganti quis eſſet; ille ei⁹
cancellarius: ſancta virgo dixit. Ille qui
ante triginta dies a vobis extra cimite-
rium eſt tumulatus. nam mihi deuotiſſi-
me ſeruiebat ꝛ corā meo altari me ſepiſſi
me ſalutabat: citius ergo ite ꝛ corpus ei⁹
de indecēti loco auferentes in atrio po-
nite. Hec dum ille narrauit; cuncti vehe-
menter admirati ſunt: tumulumque eius
aperuerunt ꝛ floreꝫ pulcherrimuꝫ in eius
ore inuenerunt ꝛ linguam eius integraꝫ.
ꝛ ſanam ꝛ quaſi ad laudem dei paratam
Intellexerunt itaqꝫ cuncti qui aderant: qꝛ
dei genetrici ex ſuo ore fecerat ſeruitiū qđ
ſibi fuiſſet placitū ꝛ delato corpe eius ad
cimiterium cum dei laude illud decen-
ter ſepelierunt. Quod non ſolū pro illo;
ſed etiā pro nobis ſanctā mariam feciſſe
credidimus quatenus ꝛ nos hec audien-
tes accendamur in dei ꝛ ei⁹ amore. ¶ Exē
plum aliud. Alter quoqꝫ clericus quidam
in quodam loco cōmorabatur: qui ꝛ ipſe
deo ꝛ eius alme genetrici ſatis erat deuo
tus qui inter cetera actuū bonoꝝ ſtudia
quibus eidem ſancte virgini placere cura
bat. hanc antiphonā in eius laudē mente
deuote cātabat. Gaude virgo dei genitrix
immaculata; gaude que genuiſti eterni lu
minis claritatē. gaude que gaudiū ab an
gelo ſuſcepiſti; tu ſola innupta: te laudat
omnis creatura: genitricem lucis ſis pro
nobis queſumus pia interuentrix. Hic er-
go cum langore correptus ad extrema p-
ueniſſet: cepit anxiari ꝛ pauore magno p-
turbari. Cui apparens ſancta maria dixit
ei. Cur tanto timore trepidas qui totiens
mihi gaudiū annūciaſti. Ne paueas quo-
niam nihil mali patieris: ſed gaudij qđ mihi p-
nebas amodo particeps eris. Audiēs hec
ille putabat ſe ſanitati reſtitutū ꝛ cū leti-
tia erigere vellet aīa eius a corpore egre-
diens petijt paradiſi gaudium: vbi ſicut
promiſerat ei ſancta de genitrix letabitur
per eterna ſecula. Ergo penſandum eſt
quātum debeat mente retineri que ſibi
ſeruientibus non deſinit auxiliari.

¶ Expliciunt ſermones collecti ex diuer-
ſis ſanctoꝝ dictis et ex pluribus libris qui
intitulantur ſermones diſcipuli: qꝛ in iſtis
ſermonibus non ſubtilia per modū magi-
ſter: ſed ſimplicia per modū diſcipuli con-
ſcripſi ꝛ collegi: ſicut in principio huius li
bri: ſcꝫ in primo ſermone in prima domini
ca aduentus premiſi. Et ſi quid in preſen
tibus ſermonib⁹ minus bene poſui: in hoc
me correctioni ſancte matris eccleſie ꝛ cui
libet charitatiuo correctori ſubiicio ꝛ offe
ro ad emendam. Amen.

# Sermones Diſcipuli de San-
# ctis: cũ promptua-
# rio exemplorum:
# ⁊ miraculis bea-
# te Marie vir-
# ginis.

1534

¶ Tabula ſermonũ diſcipuli de ſanctis.

De quouis ſancto in cõmuni. ſermo. j.
De ſancto Andrea ſermo. ij.
De eodem ſermo. iij.
De ſancto Nicolao ſermo. iiij.
De conceptione Marie ſermo. v.
De ſancto Thoma apoſtolo ſermo. vj.
De ſancto Stephano protho. ſermo. vij.
De ſancto Joanne euãgeliſta ſermo. viij.
De Innocentibus ſermo. ix.
De conuerſione ſancti Pauli ſermo. x.
De purificatione Marie ſermo. xj.
De ſancto Mathia ſermo. xij.
De annun. beate Marie virginis ſer. xiij.
De paſſio. dñi noſtri Jeſu xpi ſermo. xiiij.
De ſancto Georgio ſermo. xv.
De beato Marco euangeliſta ſermo. xvj.
De diebus rogationum ſermo. xvij.
De ſancto Petro de mediolano ſer. xviij.
De ſancto Philippo ſermo. xix.
De ſancto Jacobo ſermo. xx.
De inuentione ſancte crucis ſermo. xxj.
De ſancto Vito ſermo. xxij.
De natiui. ſancti Jo. bap. ſermo. xxiij.
De ſanctis Petro ꝛ Paulo ſermo. xxiiij.
De viſita. beate Marie virginis ſer. xxv.
De ſancta Margareta ſermo. xxvj.
De ſancta maria Magdalena ſer. xxvij.
De ſancto Jacobo apoſtolo ſermo. xxviij.
De ſancto Petro ad vincula ſermo. xxix.
De ſancto Dominico ſermo. xxx.
De ſancto Laurentio ſermo. xxxj.
De aſſump. beate Marie ſermo. xxxij.
De ſancto Bartho. apoſtolo ſer. xxxiij.
De natiui. glorioſe virg. Marie ſer. xxxiiij.
De exaltatione ſancte crucis ſermo. xxxv.
De ſancto Matheo apoſtolo ſer. xxxvj.
De angelis in die ſancti Mich. ſer. xxxvij.
De ſctis Symone ꝛ Juda aplis ſ. xxxviij.
De omnibus ſanctis ſer. xxxix. ꝛ xl.
De animabus ſermo. xlj.
De ſancto Martino epiſcopo ſermo. xlij.
De ſancta Elizabeth ſermo. xliij.
De ſancta Catherina virgine ſermo. xliiij.

¶ Deinde ſequuntur ſermones communes diſcipuli. Et primo.

De dedicatione ſermo. xlv.
De indulgentijs ſermo. xlvj.
De nouo anno ſiue dedicatione ſer. xlvij.
De. xij. fructib⁹ miſſe ſer. xlvij. xlviij. ꝛ vlt.



¶ Prologus in ſermones diſcipuli de ſanctis per circulum anni incipit.

Laudate dñm in ſanctis ei⁹. pſ. cl. Rogatus vt poſt collecturam ſermonũ diſcipuli de tempore aliquã collectuã facere de ſanctis per circulum anni: prebui aſſenſum fraterna charitate cõiunctis: ꝛ quibus a pluribus doctorib⁹ ſolennib⁹ plures cõpilati ſint ſermones pleniores in ſentẽtijs, ꝛ cultiores in verbis: tñ qꝛ ſimplicib⁹ predicatoribus quoqꝫ plus placet ſtudere ꝛ pdicare ſimplicia: ꝙ profunda. Idcirco de quolibet ſctõ: vel ſctũs quorũ feſta mater eccleſia feſtiue celebrat: intẽdo vnũ ſermonẽ vel quoqꝫ duo colligere ex diuerſis libris ꝛ ſcripturis doctorũ catholicorũ ad honorẽ ſancte ꝛ bñdicte trinitatis ꝛ glorioſe virginis Marie matris dñi noſtri Jeſu xpi: ꝛ beati dñici patris noſtri, diuidẽdo eundẽ ſermonẽ cõiter in tres partes. Pria pars erit de dignitate ꝛ priuilegijs iſti⁹ ſancti: vel iſtorũ ſanctorũ vel ſanctarũ. Scda pars principalis erit p informatione hoim ſimplicũ: ꝛ ſpũaliter ad emẽdationẽ ſue vite. Tertia pars erit de miraculis iſtius ſcti: aut illorũ ſanctoꝝ vel ſanctarũ. Et qꝛ ſicut egregi⁹ doctor noſter ſctũs Tho. de aquino dicit: ꝙ nulla actio ſit pfecta ſiue meritoria: niſi fuerit p gratiaꝫ dei illuminata. Igitur pro gratia diuina impetrãda ad glorioſam virginẽ dei genitricẽ recurramus: ꝛ ad beatũ Dñicum patrẽ noſtrũ: ſcꝫ quoqꝫ Frã. ꝛ ad oẽs ſctõs dei: vt ipſi apud deũ miam exorare dignẽtur: quaten⁹ preſens opuſculũ dñs nr̃ Jeſus xps ad laudẽ ꝛ honorẽ ſuũ dirigat ꝛ ad legentiũ vtilitatem: ac oĩm aliorũ fideliũ cõuertat: ꝛ mihi ad meritũ peruenire concedat. Qd nobis preſtare dignetur dominus noſter Jeſus chriſtus Marie filius. Amen.

¶ Primus ſermo generalis de ſanctis.

Vnde in principio ſermonũ diſcipuli de ſctis primo intẽdo cõeꝫ ſermonẽ ponere predicabilẽ in quocũqꝫ feſto alicuius ſcti vel ſanctorũ. In eodẽ cõi ſerm. tria ſunt dicẽda. Primo quare feſta ſctõrum celebrant̃ ab eccleſia. Scdo ponẽde ſunt alique qõnes de veneratione ſctõrum. Tertio de imaginib⁹ ſctõrum que pingunt̃ vel ſculpunt̃ in eccleſia. Quãtũ ad primã partẽ illius ſermonis eſt ſciendũ ꝙ feſta ſctõrũ triplici de cã celebrant̃ ab eccleſia. Prima cã propter honorẽ diuine maieſtatis: qꝛ deũ in ſanctis honoramus qui eos ſanctificauit: ꝛ eternaliter in ſua gloria felicitauit. Olim enim glorioſus in ſeipſo ſolũmodo honorabat̃ modo aũt honorat̃ non ſolum in ſeipſo: ſed etiã in omnib⁹ ſanctis ſuis coniũctim vel diuiſim quos ſic ſolẽniter dignificauit in vita et in morte ꝛ poſt mortẽ: vt patet in diuerſis legẽdis ſanctorum ꝛ ſanctarũ. Secũda cauſa eſt propter dignitatẽ ſanctorũ: qꝛ ipſi ſunt amici dei. Joan. xv. Jam non dicam vos ſeruos: ſed amicos: qꝛ quecunqꝫ audiui a patre meo nota feci vobis. Etiam facti ſunt filij dei. Jo. j. Dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri: et per conſequens ſunt heredes dei. Roma. viij. Si autẽ filij ꝛ heredes. Inſuper ſunt reges ꝛ regine. Unde de quolibet ſancto dicitur pſ. xx. Poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. Unde etiam Luce. xij. Nolite timere puſillus grex quoniã complacuit patri veſtro dare vobis regnum. Et hoc patet: quia iam poſſident regnum celorum: et poſt reſurrectionem cum anima reunita fuerit corpori: tunc pariter poſſidebunt eterna regna. Juxta illud Matthei. xxv. Uenite benedicti patris mei poſſidete regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Tertia cauſa eſt propter noſmetipſos: quia ieiunamus vigilias et feſta ſanctorum celebramus: vt ipſi ſancti intercedant pro nobis ad dominum deum. Similiter triplici de cauſa ieiunamus vigilias beate Marie virginis ꝛ aliorum ſanctorum. Prima cauſa eſt vt deuotio noſtra augeatur: qꝛ per ieiunia efficimur aptiores vt feſtum ſequens deuotius celebremus. vnde Joſ. vij. Sanctificauit in craſtinum. Unde etiã beatus Augu. Jeiunium purgat mentem ſubleuat ſenſum: carnem ſpiritui ſubijcit: cor cõtritum facit ꝛ humiliatum: qd deus

non ſpernit. Sc̄da cauſa eſt vt mēs noſtra
exemplariter inſtruatᷣ: vcȝ ſicut ipſi ſancti
per tribulationes ⁊ paſſiones ſolum per-
uenire potuerunt ad hoc ꝙ per nos ſolen
niter coluntᷣ in eccleſia: ⁊ ꝙ iam letantur ⁊
eternaliter regnant cum xp̄o: ita ⁊ nos ad
celeſtē patriam peruenire non poſſumus
niſi per vigilias: labores: ⁊ tribulationes.
vñ Act. xiiij. Per multas tribulatiōes opȝ
nos intrare in regnū celorum. vñ et Greg.
ſup Ezec. Si dulcia querimus neceſſe eſt
vt amara toleremus. Tertia cā eſt vt ipſi
per merita ⁊ preces eoꝝ impetrent nobis
vt ad eorum ſocietatem peruenire valea-
mus ⁊ cū eis feliciter ⁊ eternaliter regna-
re. Quantū ad ſc̄dam partē illius ſer. que-
ritur an noſtras orōnes poſſumus ad ſan
ctos dirigere rogando eos vt orent ꝓ no-
bis: Rñdetur ſm̄ ſanc. Tho. iiij. ſen. xv. di.
ꝙ ſic. Nā illud ꝙ orando petimus eſt bea
ta vita: vt dicit bea. Aug. q: oīa illa q̄ peti
mus non petimus niſi ſm̄ ꝙ ad beatā vitā
ordinantur: vitā aūt beatā ſolus deus hȝ
dare: ſancti ꝟo pñt nobis cooperari per p̄
ces ſuas ⁊ merita vt nobis detᷣ. Orō igitur
ꝓprie ⁊ directe fit ad ſolū deū a q̄ expecta
mus qđ orādo petimus. Fit et orō ad ſan
ctos vel deprecatio vt eorū precibus ⁊ me
ritis vitā beatam obtineamus. Jdeo dici
tur Job. v. Ad aliquē ſanctorū ↄuertere. er
go cū volumus deū orare debem⁹ ad deū
ↄuerti vt orent pro nobis. Jtē ſciendū ꝙ ſo
lus deus adorādus eſt tanq̄ largitor oīm
bonorū. vñ p̄s. Miſerere mei deus ⁊c. Sȝ
ſancti adorandi ⁊ inuocādi ſunt tanq̄ me
diatores ⁊ interceſſores noſtri: vt nobis a
deo impetrent ꝙ petimus aut qđ deſide-
ramus: ergo dicimus: ſancta maria ora ꝓ
nobis: ſancte petre ora pro nobis: ⁊ ſic de
alijs. Secundo queritᷣ vtrū maior ſanct⁹
ſit plus honorandus q̄ minor ſanctus: Rñ
detur ſm̄ Tho. de aquino q̄uis ſuperio-
res ſancti ſint deo magis accepti: vtile tñ
eſt qñq̄ minores exorare ſanctos ⁊ hoc pro
pter tria. Primo q: aliquis hō qñq̄ hȝ ma
iorem deuotionē ad minorē ſanctū q̄ ad
maiorem. Nā effectus orationis eſt maxi
me ex deuotione. Secundo ideo q: q̄buſ-
dam ſanctis in aliquibus datus eſt preci-
puus effectus ⁊ cura: ſicut ſancto Antonio
qui dicitur liberare ab igne infernali ipſum
deuote inuocantes. Tertio vt oībus ſan-
ctis exhibeatur honor a nobis. vñ dicit b.
Tho. ꝙ aliquando contingit orōnem infe
rioris ⁊ minoris ſancti efficaciorem eſſe q̄
maioris: tum quia deuotius imploratᷣ: ta-
men etiam q: deus ſanctitatem eius vult
clarius declarare. Tertio queritur vtrum
ſancti in celo cognoſcant orationes nr̄as?
Reſpondetur ſm̄ Thom̄. Sancti in verbo
vident ⁊ cognoſcunt noſtras orationes: q:
in verbo vident quicquid pertinet ad glo
riam ⁊ laudem eorum. Hec aūt pertinent
ad gloriam eorū ꝙ orantᷣ ⁊ ꝙ nos iuuare
poſſunt. Et ſic cognoſcunt aliquas cogita-
tiones cordium humanorum: ⁊ hoc in ver
bo: ſcȝ vota ⁊ deuotiones hominū qui ad
eorum auxilium confugiunt vel aliq̄ alio
modo quo deus vult eis reuelare: ⁊ ſm̄ ꝙ
pote: ⁊ placet. Quarto queritᷣ ex quo ſan
cti cognoſcunt oratiōes noſtras vtrū ipſi
orent pro nobis? Rñdetᷣ ſm̄ Boñ. ꝙ ſancti
orant ꝓ nobis triplici de cā. Primo ꝓpter
nr̄am neceſſitatē: q: indigemus ꝑ alios re-
leuari. Sc̄do ꝓpter dei volūtatē: quia vult
membra ſpiritualia mutuo ſe amare ⁊ iu-
uare. Jpſi eñ ſciunt dei voluntatē ⁊ in ol
bus eā implent: ⁊ nos eorū ſumus mēbra:
⁊ ideo ſolliciti ſunt nos adiuuare. Tertio
ꝓpter charitatem ⁊ affectū magnū quem
hñt ad ſalutē noſtrā. Nunq̄ eñ aliq̄ mu-
ler intantū dilexit filium ſuū ſicut ipſi āge
li ⁊ ſancti in celo diligunt nos: nec vnq̄
parentes in pñti vita tā ardenter affecta-
bunt: ⁊ bonum honorem ſuis pueris ſicut
ſancti in celo affectant nobis. Quinto que
ritur ex quo ſancti tam fideliter orāt pro no-
bis an ſemper a dño pro nobis in ſuis peti
tionibus exaudiantᷣ? Rñdetᷣ ꝙ ſic: quia nō
orāt niſi ꝓ eis in q̄bus ſe cognoſcunt vel-
le ⁊ poſſe exaudiri a deo: q: volūtas eorū
eſt cōformis volūtati diuine ſic ꝙ nūq̄ pe
tunt nec vnq̄ faciunt ꝙ ſit ↄ voluntatem
dei. Ex quibus iā dictis ptȝ error illorū q̄
diſſentiunt credūt ⁊ firmiter tenēt ꝙ q̄ hoc
ſeruitiū vel illud fecerit iſti ſancto vl' puer
qđ ſibi hoc faciat: ſcilicet ꝙ tēporale ali-
quod donetᷣ: vel ꝙ ab iſta infirmitate: vel



tribulatione liberetur: poteſt eſſe ꝙ deus
vult ꝙ illo bono tēporali careas: vel ꝙ illā
infirmitatē vel tribulationē ſuſtineas ꝓ
peccatis tuis: ⁊ ꝓpter ſalutē tuā: ⁊ ſic ſan
cti nullo modo orāt pro te qđ ſit tibi īpedi
mentū ſalutis tue: q: fortaſſis talis infir-
mitas: aut paup̄tas eſt tibi cauſa ſalutis ⁊
preſeruat te a peccatis. Unde Hug. lib. iij.
de arra anime. Quoſdā de⁹ preſciēs mul-
ta peccare poſſe: flagellat eos infirmitate
corporis: aut paupertate: vel alia quacūq̄
tribulatione ne peccent: vt eis vtili⁹ ſit fra-
gilaboribus ad ſalutē q̄ remanere inco-
lumes ad damnationē: ergo cū quis infir-
matur: aut per paupertatē affligitur: aut
cū puer alicuius infirmatᷣ ⁊ cū inuocat ſan
ctos debet deo de ſc̄tis cōmittere ſi ſit pro
ſalute: vt ⁊ deus illos ſanctos: ⁊ ipſum exau-
diat: q: fortaſſis īfirmitas ⁊ tribulatio eſt
ſibi cauſa ſalutis. Nam ſi ſanctus Pau. ſti-
mulū carnis non habuiſſet: nunq̄ ſaluat⁹
fuiſſet: dicente ſibi dño. Paule ſufficit tibi
gratia mea: vel q: fortaſſis talis demeruit
ꝙ ſcȝ puer ſuus infirmatᷣ. Nā t̄paliter par
ui pueri qñq̄ puniuntᷣ propter pctā paren
tum: ſed non eternaliter. ⁊ de hoc dicitᷣ in
dec. Punitur quis pro alio a deo t̄paliter:
ſed eternaliter nullus. Anima eñ q̄ pecca
uerit ipſa morietur. xxiiij. q. ſi habes. Sed
tamē bona ⁊ firma ſpes eſt habēda ad ſuf
fragia ſanctorū ꝙ tibi hoc qđ poſtulas ab
eis impetretᷣ a deo: ⁊ bene impetrare poſ-
ſunt a deo ſi ſaluti tue ꝓderit: ⁊ diuine vo
lūtati placuerit. Et ergo ſm̄ Tho. iij. par.
q. xxv. arti. vj. Sanctos dei in veneratione
habere debemus tanq̄ mēbra chriſti ⁊ dei
⁊ filios ⁊ amicos interceſſores noſtros: et
ideo reliquias ⁊ corpora eorū q̄ fuerūt tē-
pla ⁊ organa ſpūſſancti in eis habitātis ⁊
operātis deus honorat in eorū preſentia
miracula faciēdo: vnde ſi q̄s contra ſentē-
tiam crediderit: nō chriſtianus: ſed hereti
cus eſt habendus. Et ideo circa reliquias
ſc̄torum queritᷣ: vtrū reliquias ſc̄torū liceat
portare circa collū. Reſpōdetᷣ ſm̄ Tho. ij.
ij. q. xcvj. Si reliquie ſc̄torum portantᷣ ex fi
ducia dei ⁊ ſc̄torum quorū ſunt reliquie nō
eſt illicitū. Si aūt circa hoc attenderetᷣ ali
quid aliud vanum: puta quod vas in quo
ſunt eſſet triangulare: ⁊ hmōi qđ non per-
tinet ad honorē dei ſiue reuerentiā ſancto
rum: ſic eſſet ſuperſtitioſum ⁊ illicitū. Que-
ritur conſequēter vtrū reliquie ſanctorū
poſſunt furtiue ſubtrahi vt honorabili⁹ re
ponantᷣ. Rñdetur ſm̄ Guil. ꝙ non: ⁊ rō eſt.
Nam ſacrilegiū eſt quotieſcūq̄ ſacrū de
ſacro aufertur. xvij. q. iiij. Quiſquis. Que-
ritur etiam vtrū liceat reliquias ſc̄toꝝ eme
re vel vendere. Reſpōdet Ray. qđ non: q:
ibi ſimonia cōmittitur: ⁊ ideo non dȝ fieri.
Quantū ad tertiā partem illius ſermonis
ſciendū ꝙ non ſolū ſancti ⁊ reliquie ſc̄torū
ſunt honorāde: imo etiā imagines ſc̄torū
ſunt venerāde. vnde in decr. dicitᷣ. Jmagi-
nes ſc̄torum non ſunt contēnende: ſed ve-
nerāde. de conſe. di. iij. Uenerabiles. Que-
ritur circa iſtā materiā vtrū ſine idolatria
poſſumus imagines adorare ſc̄torum. Re
ſpondetur ꝙ imago dupliciter pōt cōſide-
rari. Uno modo prout eſt res quedā: puta
lignum ſculptū vel pictum: ⁊ ſic adorem⁹
imaginem nequaq̄: q: hoc eſſet idolatria.
Alio modo conſideratᷣ: vt eſt ſignū alicu-
ius rei. Et q: idē eſt mot⁹ quo quis fertur
in imaginē: ⁊ in ipſam rē in q̄tū eſt ſignū.
Jdeo etiā eſt eadē adoratio qua venera-
mur ipſam imaginē: ⁊ ipſam rē cuius eſt
imago. vnde de hoc habetᷣ in dec. Nō ima
ginū pictura eſt adorāda: ſed res per ip-
ſam repreſentata. de cōſe. di. iij. Uenerabi
les. Ex iam dictis ptȝ ꝙ heretici iſti errāt
qui imagines deſtruūt ⁊ dehoneſtāt. Naȝ
a pricipio chriſtianitatis imagines fuerūt
inuente ⁊ picture: vnde ipſe xp̄s ſaluator
noſter pro ſalute noſtra iturus in morteȝ
impreſſit faciem ſuam in vnum pannū qui
vocatur pānus Ueronice. Et ſc̄tūs Lucas
euāge. ſculpſit imaginē crucifixi ⁊ virginis
glorioſe: que adhuc in hodiernū diē habe
tur Rome: quia imagines ſanctorū et pi-
cture ſunt libri laicorū ⁊ ſcripture: vt habe
tur de conſe. diſt. iij. Prelatum. Ergo bonū
eſt ⁊ ſalubre habere imaginē crucifixi: aut
etiam beate Marie virginis ac aliorū ſan
ctorum in domib⁹ proprijs: vel in ſtuphā:
aut in camera: aut circa lectum: vt ex hoc
homo reuocet ad memoriam dominū no
ſtrum Jeſum chriſtum ⁊ beatam virginē:

⁊ alios ſanctos qñ videt cum deuotione imagines ipſorū. Sed oppoſitū faciūt qui depingunt ſibi in domib⁹ chorizātes bibulos, ⁊ venatores cū auibus et cū canibus: ⁊ hmõi vanitatib⁹: ⁊ in hoc oſtēdūt ſe plus inclinatos eſſe ad mundum ꝙ̃ ad deū: qꝛ qđ homo diligit hoc libēter vidit: ⁊ de hoc libēter loquit̃ ⁊ audit. vnde .j. Jo. iiij. Ipſi de mundo ſunt: ⁊ ideo de mūdo loquuntur. Et .j. Joan. ij. Nolite diligere mundū neq̨ ea que in mundo ſunt. Si q̃s diligit mundū non eſt charitas patris in eo. Rogemus igitur omnipotentem deū vt per merita ſanctorū ſuorum largiatur nobis remiſſionē peccatorū noſtrorum.

¶ De ſancto Andrea. Sermo ſcđs.

V Enite poſt me faciā vos fieri piſcatores hoim. verba iſta originaliter ſcribūtur Matt. iiij. Mar. i. Luc. v. Recitatiue in preſentis feſtiuitatis beati and. apoſtoli euāgelio. Sup̄ que verba in preſenti ſer. tria ſunt dicēda. primo de dignitate ⁊ priuilegijs ſancti andree apli. Scđo ſpāliter aliqua ſunt dicēda pro informatiõe ſimpliciū. Tertio ⁊ vltimo miracula quedā de ſancto Andrea apoſtolo ante ipſius mortē: ⁊ poſt mortē. Quantū ad primū ſciendū ꝙ xp̄s multipliciter priuilegiauit beatū andream apoſtolū. Primo fecit eū primiceriū ſuū qñ eū ante ceteros apoſtolos ad ſe vocauit: ⁊ hoc i prima vocatione. de qua habet̃ Jo. i. Sꝫ queritur q̃s adduxit andreā ad xp̄m? Reſpõdetur ꝙ ſanctus iohānes baptiſta qñ dixit ad duos diſcipulos ſuos quorū vnus erat ipſe andreas. Ecce agnus dei: ecce q̃ tollit peccata mūdi. Que quidē teſtificatio fuit cauſa cõuerſiõis ⁊ ſalutis in beato andera: qꝛ mox ipm̄ ſecutus eſt. Ex quo patet quantū vꝫ bonā ſocietatē habere ⁊ verba dei libēter audire. Multū em̄ valuit beato andree habere ſocietatē cum Johāne baptiſta: qꝛ per eū meruit xp̄m inuenire. Eccl. xxxvij. Cū viro ſancto aſſiduus eſto quēcunq̨ noueris habere timorem dñi. Sicut em̄ carbo mortuus cū viuis poſitus accendit̃: ſic peccator ex bonorū cõuerſatione ⁊ ſocietate ad dei amorem inflammatur. Unde dr̄ in pſ. xvij. Cū ſancto ſanctus eris: ⁊ cū peruerſo peruerteris. Multū etiā valuit andree verbum dei a Johāne dictum: qꝛ fuit occaſio ſalutis ſue. vnde in pſ. vj. Miſit verbū ſuū et ſanauit eos. Johānes igit̃ exēplo ſuo ⁊ doctrina ſua beatū andream ad xp̄m duxit: tāq̨ precurſor ad regē. Johā. em̄ erat precurſor xp̄i. Luc. i. Preibis ante faciem dñi parare vias ei⁹. xp̄s aūt erat rex. Apoca. xix. Rex regū ⁊ dñs dñantiū: cuius regnū nõ habet finē. Itē Lu. i. Et regni eius nõ erit finis. Scđa dignitas beati andree eſt ꝙ fratrē ſuū Petrū principē apoſtolorū ad xp̄m duxit: ⁊ vocauit eū ad ipm̄. O quātum tenet̃ Petrus Andreā diligere: per quē meruit ieſum inuenire. O q̃ti meriti vir iſte erat apud deū: qui principē apoſtolorū cõuertere meruit: ⁊ ipm̄ ad ieſum perduxit. Tertia dignitas eſt ꝙ xp̄s fecit eū ſuum legatū inq̃tū eū fecit ſuum predicatorē. ij. Cor. v. Pro xp̄o legatiõe fungimur. Fuit aūt predicatio andree multum cõformis p̄dicationi xp̄i. Habuit em̄ xp̄s in ſua predicatiõe ſapientiā. Ad Col. ij. In quo ſunt omnes theſauri ſapiētie ⁊ ſcientie abſcõditi. Sic andreas in ſua predicatione habuit ſapientiam: vt patet in myſterio crucis: qđ tam ſapienter expoſuit dicēs O bona crux diu deſiderata: et cõcupiſcenti animo preparata ſuſcipe me diſcipulū eius q̃ pedēdi in te: et redde me magiſtro meo. Itē xp̄s habuit eloquentiā. Jo. vij. Nūq̨ ſic locutus eſt homo: ſicut hic loquit̃. Sic ⁊ andreas habuit eloquētiam. De his duobus dicit Luc. xxj. Ego em̄ dabo vobis os ⁊ ſapientiam. Itē xp̄s habuit ſanctā vitā qꝛ illa que p̄dicabat: ſemper prius faciebat. Act. i. Cepit ieſus facere ⁊ docere Sic ⁊ b. andreas habuit ſanctā vitam Unde de eo canit̃ in diuino officio. Uir iſte in populo ſuo mitiſſimus apparuit ſanctitate ⁊ grãtia plenus. Itē ſicut xp̄s habuit finalem perſeuerātiam: qꝛ vſq̨ ad mortē a predicatione nõ deſtitit: immo in cruce pendens ſeptem verba valde informatiua protulit. Sic ⁊ beatus andreas nec in via nec in morte a predicatione ceſſauit Unde de eo canit̃. Uidens



pendebat in cruce pro xp̄i nomine beatus andreas: et docebat populum dei. Nam legit̃ de eo ꝙ quaſi viginti milia hominū circūſteterūt eum qñ in cruce pendebat: ⁊ verbū dei ab ipſo audierūt ⁊ receperūt. Et hoc eſt ꝙ xp̄s dixit qñ illos quatuor vocauit apoſtolos vt patet in euāgelio hodierno dicēs. Uenite poſt me: faciā vos fieri piſcatores hoim. Ubi ſciendum quod primitiui predicatores erant piſcatores quia ſicut piſcator vno tactu rhetis magnam multitudinem piſcium capit: ſic et in vna predicatiõe beatus Petrus apoſtolus tria milia iudeorū cõuertit ad xp̄m: vt habetur Act. ij. Et beatus Andreas totā prouinciam achaiā: ⁊ etiā mirmidones eccleſijs et xp̄i fidelibus repleuit. Sed moderni p̄dicatores ſunt venatores: qꝛ vix cū magnis laborib⁹ ⁊ clamoribus poſſunt cõprehēdere vnā animā quaſi venator vnā feram. Hiere. xvj. Ecce ego mittam piſcatores multos ⁊ piſcabūtur eos: ⁊ poſt hec multos mittam eis venatores ⁊ venabūt eos. Itē ſciendū quod diabolus illis tpibus eſt quaſi vindemiator: xp̄s aūt quaſi racemorū collector. Michee. vij. Ue mihi qꝛ factus ſum ſicut ille qui in autūno collegit racemos. Quarta dignitas eſt ꝙ xp̄s ei dedit iudiciariam poteſtatem cū ceteris apoſtolis ſuis. vñ Matt. xix. Sedebitis ⁊ vos ſup̄ ſedes duodecim iudicātes duodecim tribus iſrael. Quinta dignitas eius eſt: qꝛ ſimilis fuit xp̄o in paſſione. Nam xp̄s crucifixus eſt: ſic ⁊ beat⁹ andreas in cruce mortuus eſt. Sed in hoc diſſimilis fuit qꝛ xp̄s erectus fuit crucifixus: beatus Petrus deorſum: beatus Andreas vero per tranſuerſum. Itē xp̄s ſponte ſuſtinuit crucem. Eſa. liij. Oblatus eſt qꝛ ipſe voluit: ⁊ peccata noſtra portauit. Et beatus andreas videns crucē ſibi paratā dixit. ſecurus ⁊ gaudēs venio ad te: amator tuus ſemp̄ fui ⁊ ſemper deſideraui amplecti te. Item xp̄s de cruce deſcēdere noluit. Unde iudeis dicētibus Mat. xxvij. Si filius dei es deſcēde nunc de cruce: acquieſcere recuſauit. Similiter dū egeas Andream de cruce deponere vellet dicebat. Scias qꝛ viuus de cruce nõ deſcendā. Jam em̄ video regem meū xp̄m qui me expectat. Unde ⁊ xp̄m in cruce exorauit ne ipſum de cruce viuum deponi permitteret. Itē xp̄s per crucē ad gloriā ſuā peruenit. Luce. xxiiij. Oportebat xp̄m pati ⁊ ita in gloriam ſuā intrare. Similiter beatus andreas crucē ſalutando ait. Accipe me ab hominib⁹ ⁊ redde me magiſtro meo ieſu chriſto. Sexta dignitas eius eſt ꝙ corpus eius in ſepulchro miraculorū gloria illuſtrauit. Tum ⁊ māna in modū farine et oleū cū odore ſuauiſſimo conſueuit de eius ſepulchro manare. Septimo dignitas eius eſt qđ feſtū ipſius hodie per totū mundū celebratur: et ipſe ab omnibus xp̄i fidelibus veneratur tāq̨ ſingularis patronus: qꝛ omnibus põt ſubuenire. qđ patet in multis miraculis. Require in eius legēda. Octaua dignitas eſt qđ in qualibet miſſa per totū mundū nomen ipſius bis in canone noiatur: ſcꝫ añ eleuationē corporis xp̄i et poſt. Nona dignitas eius eſt qđ ipſe quartū articulum fidei cõpoſuit. Unde ſciendū qđ in ſymbolo apoſtolorū ſunt duodecim articuli fidei ſcđm numerū duodecim apoſtolorū a quibus cõpoſitū eſt. Nā duodecim apoſtoli cõgregati deſcripſerunt duodecim articulos fidei. Et hoc in primo concilio de quo habet̃ Act. xv. Et quartū articulum: ſcđm magiſtrū Hēricū de haſſia cõpoſuit beat⁹ Andreas: ſcꝫ paſſus ſub pontio pylato: crucifixus mortuus et ſepult⁹. Quiquidē articul⁹ neceſſarius eſt ad ſalutē noſtrā. Nā ſicut debem⁹ credere incarnationem filij: ita neceſſariū eſt credere paſſionem ⁊ mortē eius: qꝛ ſm̄ beatū Greg. nihil naſci nobis ꝓfuiſſet ſi redimi nõ profuiſſet. Itē ſciendū qđ potius eſt cognomē ab inſula ponti nominatū: ſꝫ pylat⁹ eſt ꝓpriū nomē: erat gentilis et indign⁹ pane: quia ſcđm Aug. peccator nõ eſt dign⁹ pane quo veſcitur. A quo Pylato xp̄s ad mortē ſentētiatus eſt: ⁊ iudicatus. Itē ſciēdū ꝙ ſcđm Uincentiū in ſpeculo hiſtoriali. pylatus accuſatus eſt in multis Uitellio preſidi ſyrie: ⁊ ꝓ his miſſus eſt in exiliū: vbi multas ſuſtinēs calamitates ſeipſum manu propria interfecit.

¶ De eodem ſermo.iij.

RElictis rhetibus ſecuti ſunt
dñm Matt.iiij.Ex his verbis
oſtẽditur quod cõuerſio beati
andree et beati Petri illorum
duorũ fratrũ fuit velox: ꝙ cõ=
tinuo ad vocẽ vnius iuſſionis relictis rhe=
tibus ſecuti ſunt dñm.Unde quantum ad
ſcdam partẽ illius ſermonis precedẽtis ꝓ
noſtra informatione eſt ſciendum ſcdm
Bonauẽ.ꝙ hi qui exemplo illorũ apłorũ
renũciant bonis tẽporalibus ꝓ deo: vnũ
ex trib⁹ eſt ſperandũ.Aut qđ deus procu=
rabit homini vires quas in abundantia
poſſit habere:⁊ hoc eſt iocũdius de mo=
dico eſſe forte quã alias de multis ad qđ
ſubtrahit corpori.Refundat mẽti in con=
ſolatione ſpirituali vt libẽter careat tẽpo
rali abundãtia que ſpiritualibus delitijs
felicius recõpenſatur. Inſuper magnam
gloriã in celo meref patienter ſuſtinẽdo
pro xpo penuriam temporalem. Itẽ pro
informatione ſimpliciũ ſciendum qđ heu
plures ſunt qui nõ relinquunt: cũ illis apo
ſtolis propriã:ſed qđ peſſimũ eſt inuadũt
bona aliena. Primi ſunt illi q̄ furtum cõ=
mittunt in paruis rebus qui furanf gra=
mina in pratis fructus arborũ ⁊ rapas et
caules ſubtrahunt cõtra voluntates pro=
ximorũ.Similiter q̄ botros de vineis ab=
ſcindunt.Et etiã venatores qui cũ equis
⁊ canib⁹ proximis damna in ſegetibus in=
ferunt.Et tales tenentur vnã ſummam
reſtituere iuxta conſilium ſuorũ confeſſo
rum.Unde dicif in decretis. Inferens dã=
num nõ eſt abſoluendus: niſi damno ſe=
cundum arbitriũ leſi reſtituto.xxiij.q.viij.
peſſimam.Et ſi neſcitur quibus damna illa
ta ſunt:tũc talis ſumma dãda eſt paupe=
ribus aut ad fabricam eccleſie illius paro
chie.qr ſcdm Augu. ⁊ allegatur in decre.
Nõ dimittitur peccatum niſi reſtituatur
ablatũ.xiiij.q.vj.ſi rem.Secundi ſunt qui
rem inuentam retinent ⁊ non reſtituunt.
Unde beatus Augu. Si quid inueniſti ⁊
non reddiſti rapuiſti .Tertij ſunt ſerui et
ancille qui bona dñorum ſuorum furtiue
ſubtrahunt:ſicut vinũ ⁊ panem:carnes et
oua ⁊ occulte comedũt vel alijs ſuis leca=
toribus tribuunt . vel alijs hominibus.
Quarti ſunt mechanici qui fraudulenter
proximis laborant:vel etiã qui nimium ꝓ
labore recipiunt.Quinti ſunt mercatores
qui cũ mendacijs proximos decipiunt.Et
tales ſcdm Raymũ.totiens peccãt morta=
liter ⁊ tenenf ad reſtitutionem.Sexti ſunt
hoſpites vel caupones qui nimiũ compu
tant ſuis hoſpitib⁹. Septimi ſunt vſura=
rij qui propter dilationẽ temporis carius
vendunt q̄ illis qui incõtinenti ſoluunt.
Similiter qui pro prompta pecunia iam
emunt ⁊ immediate ſuper dilationem il=
cidem a quo emerũt vel alteri econuerſo
vendunt cariori foro q̄ valet vel valere
põt.Et etiam illi qui cõcedunt pecunias
ſuper predium aliqđ vel ſuper villam vel
ſuper caſtrũ:vel ſuper aliquã ciuitatẽ: et
fructus eius nõ computant in ſortem oẽs
tales ſunt vſurarij: vt patet extra de vſu=
ris cõſuluit.Octaui ſunt luſores qui cauſa
lucri ⁊ ex auaritia ludunt: tales peccant
mortaliter:⁊ ſi lucrantur tũc infernum lu=
crantur:⁊ ſi perdunt: tunc vitã eternam
perdunt. Noni ſunt qui furta vel rapta
emunt:vel de rapinis comedũt ⁊ viuunt:
vel etiã qui a iudeis dona vel munuſcula
recipiunt tales oẽs tenentur ad reſtitu=
tionem ſi volunt cõſequi peccatorum ſuo
rum remiſſionem.Quantũ ad tertiã par=
tem illius ſermonis precedẽtis eſt ſcien=
dum ꝙ oẽs homines ſolenniter ⁊ deuote
debẽt feſtũ beati Andree celebrare ⁊ ipſũ
tanq̄ ſingularẽ patronum inuocare quia
habet a xpo magnã poteſtatem ſubue=
niendi in qualicũq̄ neceſſitate ipſum in=
uocantibus.Unde de eo legif adhuc ipſo
viuente ꝙ quidã nauigauerunt cum eo:
ecce cõmotum eſt mare et flauit ventus
valide:et ſubmergebatur nauis. Orauit
beatus andreas ad dominũ: precipiens
ventis ⁊ mari in nomine ieſu chriſti ⁊ ſta=
tim tranquilitas magna facta eſt in ma=
ri:⁊ ſic homines a periculo liberati ſunt.
Item qui vadunt quandoq̄ per terram
ſanctum Andream inuocare debent ne
incidant in latrones. Unde legitur de eo
quod cum aliquando terram cum quibuſ=
dam perambulaſſet:apparuit ei multitu=
do hominum a longe:lanceas ⁊ euagina=
tos gladios geſtantiũ in manibus quaſi
in eos vellent irruere. Quod cum vidiſ=
ſet ſanctus Andreas faciens ſignum cru=
cis cõtra eos ait.Oro domine ieſu chriſte
vt decidat robur illorum ne noceant ſpe=
rantibus in te. Hoc aũt dicente angelus
domini apparuit cũ magno ſplendore per
terrens eos:tetigit gladios eorũ:⁊ corrue
runt proni in terrã. Tranſienſq̄ beatus
Andreas cũ ſuis:⁊ nihil eſt ab eis paſſus:
omneſq̄ proiectis gladijs ⁊ lanceis eum
adorabant.Angelus aũt domini diſceſſit
ab eis cũ magno lumine. Item parentes
habentes pueros infirmos dñt ſanctum
andream inuocare. Unde legitur de eo ꝙ
quidã puer ab impulſu demonis iacebat
percuſſus ſpumans:deniq̄ inuocato apo=
ſtolo rogauerunt eũ pro puero:⁊ ille ap=
prehenſa manu eius ait illi. Surge puer
in nomine ieſu xpi quem predico.⁊ ſtatim
puer ſurrexit ſan⁹. Pater vero pueri cre=
didit:⁊ cum tota domo ſua baptiſatus
eſt. Item quidam viginti duobus annis
fuit infirmus ⁊ debilis:⁊ accerſito ſancto
Andrea Andreas apprehẽſa manu eius
leuauit eũ:qui ſtatim ſurrexit ⁊ ambula=
uit magnificans deũ.⁊ beatus Andreas
dixit ſanato. Uade per domos egrotan=
tium ⁊ in nomine dñi noſtri ieſu chriſti in
quo ſanatus es iube eos exurgere.At ille
abijt per domos infirmorum inuocatoq̄
nomine ieſu xpi reſtituebat eos ſanitati.
Credidítq̄ omnis populus offerentes ei
munera rogabãt eum vt audirent ab eo
verbũ dei.Beatus vero Andreas predi=
cans eis verbum dei multos conuertit ad
xpm ⁊ nihil de muneribus ab eis recepit.
Itẽ ſanctus Andr.habet peccatorib⁹ im=
petrare veniã.Unde legitur de eo ꝙ qui=
dam peccator nicolaus noĩe petijt beatũ
Andream dicẽs ei Domine ecce.lxx.anni
vite mee ſunt in quibus ſemper luxurie
adheſi:ſed ora pro me ad dñm deũ. Au=
diens hoc beatus andreas flere cepit a
tertia vſq̄ ad horã nonam orauit ⁊ ieiu=
nauit quinq̄ diebus.Et tandẽ venit ad
Andream vox dicens orationem ſuã pro
nicolao peccatore eſſe exauditã qui in via
perditionis erat.Item.b.Andreas habet
poteſtatẽ ſubueniendi hominibus etiam
poſt mortẽ vnde legitur de eo. Cũ quidã
viri numero.xl.ad apoſtolum nauigarent
vt ab eo fidei normam reciperẽt ecce dia=
bolus mare commouit ⁊ oẽs pariter ſub=
merguntur.Cũ aũt eorũ corpora ad litt⁹
delata fuiſſent ante apoſtolũ deportan=
tur:qui inuocato xpi noĩe tandem ab illo
continuo ſuſcitãtur qui oĩa que eis acci=
derant narrauerũt . Item legitur in dia.
Ceſarij.ꝙ cũ mulier quedã ſanctum An=
dream traxiſſet in apoſtolũ ⁊ ei non pla=
cuiſſet:ſcdario traxit iterũ idem occurrit.
poſtea traxit ſibi aliũ apoſtolũ ſibi placẽ=
tem.Cui cũ multũ obſequia exhibuiſſet ꝑ
oẽs dies vite ſue ad extrema vite veniẽs
cũ eſſet moritura non illũ apoſtolũ placẽ=
tem:ſed beatũ Andream aſſiſtere vidit q̄
inquit ad eã.At inquit ego ſum ille deſpe=
ctus andreas.ex quo colligitur ꝙ nõnũq̄
ſancti etiã vltro ſe ingerũt humane deuo=
tioni eorũ qui beatorum ſuffragia negli=
gunt accipere.Itẽ legif in cronica.Helinã
di ꝙ anno dñi.M.v.vij. Gotifridus dux
burgũdie:⁊ quatuor comites cruce ſigna=
ti cõtra infideles vnã cũ ducentis militi=
bus antiochiam ceperũt. Tũc quidã ru=
ſticus a ſancto Andrea ammonitus ⁊ per
viſionem edoctus inuenit ibi lãceam qua
tranſfixum fuit latus xpi ſaluatoris cum
qua lancea ignẽ magnũ.xiij.pedũ quidã
ptholomeus noĩe nudus corpe pertran=
ſiuit illeſus.exercitus igif animatus hoc
miraculo lete proceſſit ceſſaream . Item
pulchrũ exemplũ de quodã epõ qui dile=
xit.b.Andreã ⁊ de trib⁹ queſtionibus ſibi
propoſitis a diabolo quere in legenda
aurea.Item aliud miraculum de ſancto
Andrea quere in promptuario.

¶ De ſancto Nicolao.Ser.iiij.

NOn eſt inuentus ſimilis illi: q̄
conſeruaret legẽ excelſi. Eccł.
xliiij.hec verba ſunt a ieſu filio
ſyrach recitata:⁊ ad honorem
beati Nicolai cantantur. quia
quilibet ſanctus in aliqua virtute emine=
bat in qua nullus ſimilis fuit ſibi.Et in

hoc appet mirabilis ſapiētia dei q̄ in tan=
ta multitudine ac varietate ſctōꝝ tantam
ponit differentiā meritoꝛuȝ in quibus illi
ſancto nullus ſimilis fuit ergo bene dicit.
Non eſt inuētus ſilis illi. vñ ad honoꝛem
ſancti nicolai q̄ claruit in hoc mūdo anno
dñi.cccxlij.in pñti ſermo.tria ſunt dicēda.
Primo de dignitatib⁹ ꝛ priuilegijs ſancti
Nicolai. Scdō aliqua pꝛo infoꝛmatione
ſimpliciū. Tertio ꝛ vltimo aliqua miracu=
la. Quātum igiꝫ ad primū ſciēdū ꝙ btūs
Nicolaus habuit octo priuilegia in quib⁹
nō eſt inuētus ſilis illi. Primū ꝙ in pueri=
tia ſua cepit ſeruire deo:qꝛ cum adhuc ad
vbera mr̄is ſue penderet.feria.iiij.ꝛ.vj.tm̄
ſemel ſugebat mām̄as. hoc em̄ ſanctita=
tis iudiciū nō habuit a natura ſed fuit ex
ſingulari dei dono.ps.cxvij. A dño quippe
factū eſt iſtud:ꝛ eſt mirabile in oculis no
ſtris. Scdm̄ priuilegiū eſt ꝙ nunq̄ moꝛta-
liter peccauit ſed ſemper vſq̄ ad moꝛtē in-
nocentiā ſuā ſeruauit. Et hoc ſignificatuȝ
eſt ex eo ꝙ cū prima die balneareꝫ erect⁹
ſtetit in pelui:qđ valde mirabile fuit de
tam tenero puero. Tertiū priuilegium eſt
ipſius miraculoſa electio. Fuit em̄ electus
in epm̄ pꝛemiſſa oꝛatione exēplo apoſtolo
rum Act.j. oꝛātes dixerunt. Tu dñe q̄ coꝛ=
da noſti oīm: oſtende quē elegeris. Itē de
diuina inſpiratione: qꝛ vox de celo lapſa
eſt vt eligerēt ſctm̄ Nicolaū. vñ ad Heb.
v. Nec quiſq̄ ſibi ſumat honoꝛem:ſed qui
vocatur a deo tanq̄ Aaron. Item fuit ele
ctus cū conſenſu omniū ꝛ appꝛobatione:
qꝛ nullus diſſenſit:ſed oībus placuit. Un=
de de eo legitur ꝙ eo viſo oēs laudaue=
runt dominū deū. Nam in electione bono=
rum pꝛelatoꝛū deus hꝫ gloꝛiā honoꝛem ꝛ
ſubditi vtilitatē. Item fuit electus inuitus
ꝛ cum quadā coactione exemplo xp̄i vt ha
betur Joan.vj. qui fugit dum vellēt eum
facere regem. Quartum priuilegiū eſt in=
numera miraculoꝛū operatio. vñ legitur in
collecta hodierna. Deus qui beatum Ni=
colaum pium pontificem innumeris de=
coꝛaſti miraculis tribue q̄s: vt eius me=
ritis ꝛ interceſſionibus a gehēne ignis in=
cendijs liberemur:ꝛ ad eterna gaudia per
uenire mereamur. Hoꝛum autem mira=

culoꝛum quedā atteſtanꝫ ſuā potentiam
quā habuit ſuper elemēta:ſuper coꝛpoꝛa:
ſuper animas:ſup moꝛtē ſup demones:vt
patebit in fine huius ſermonis. Quintum
priuilegiū:qꝛ fuit gratioſe moꝛtu⁹ ex quo
fuit in gr̄a dei. Unde legiꝫ ꝙ oīm virtutū
cariſmate replebaꝫ. vnde apoc.xiiij. Beati
moꝛtui qui in dño moꝛiūtur. Ipſe em̄ ſecu
rus fuit i moꝛte ꝓpter gloꝛiā reuelatā. An
geli em̄ in moꝛte ſibi apparuerunt:ꝛ glo=
riam ſuā ſibi reuelauerunt. ſicut em̄ deus
aliquando in moꝛte repꝛobis manifeſtat
eternam penā:ita ſanctis decedētib⁹ ec=
uerſo reuelat eternā gloꝛiā:ſiue beato Ni
colao factū eſt. Item ꝓpter deuotā recō=
mendationē. Ipſe em̄ animā ſuā in moꝛte
in man⁹ xp̄i cōmendauit dicens. In man⁹
tuas dñe ꝛc. Et ideo ſecura fuit. Iuxta il
lud Sap.iij. Iuſtoꝛuȝ anime in manu dei
ſunt ꝛ nō tanget illos tormentū moꝛtis.
Item ꝓpter celeſtē armoniā. Angeli em̄
eius animā deduxerunt in celum cū canti
cis ꝛ laudibus. Sextum priuilegiū eius:
qꝛ poſt moꝛtē ſuam fuit gratioſe ſepul=
tus. Nam vt legitur de eius tumba ema=
nabat a capite fons olei:ꝛ a pedibus fons
aque. In oleo autē notatur abundantia
mie que in ipſo fuit. ſicut em̄ oleū ſuperna
tat alijs liquoꝛibus ſic pietas eminet cete
ris virtutibus. In qua autē notaꝫ abun=
dantia gratie que ſimiliter copioſa fuit in
beato Nicolao. Septimū priuilegiū eſt:
qꝛ ipſe fuit gloꝛioſe aſſumptus. Fuit em̄
in celum aſſumptus cōfidenter. Non em̄
demones timuit qꝛ ſanctos angelos cu=
ſtodes habuit. Nam de eo legitur ꝙ roga
uit dñm vt ad ſe moꝛientē angelos mitte
ret. quibus viſis tradidit animam ſuā in
manu ſanctoꝛū angeloꝛum. Item honoꝛa
biliter fuit aſſumptus:qꝛ non tantū miſit
ſibi vnum angelum aut duos qui eum de=
ferrent:ſed multos qui eum honoꝛabili=
ter deducerent:ſicut etiam miſit in occur=
ſum Lazari. Luc.xvj. vbi dicitur. Factum
eſt vt moꝛeretur mendicus nomine laza=
rus ꝛ poꝛtaretur ab angelis in ſinū abra=
he ꝛc. Item aſſumptus eſt letanter:quia ſi
cut legitur de eo dum poꝛtaretur in celum
celeſtis melodia audita eſt. Eſaie.lv. In



letitia egrediemini ꝛ in pace deducemini.
Octauum priuilegiū eius fuit: qꝛ feſtum
ipſius in tota eccleſia ſolenniter celebraꝫ ꝛ
nullius alterius confeſſoꝛis niſi ſancti mar
tini epiſcopi. ꝛ hoc q̄tum ad primā partē
huius ſermonis. Quantū ad ſecundā par=
tem huius ſermonis eſt ſciendum ꝙ ſicut
ſanctus Nicolaus cuius feſtū hodie cele=
bramus ſeruauit innocentiam ſuā ꝛ nūq̄
moꝛtaliter peccauit:ſic tenemur credere ꝙ
quilibet homo cū diuino adiutoꝛio oībus
diebus vite ſue poſſit viuere ſine pctō moꝛ-
tali. ꝛ q̄ friuole oppoſitū teneret hereticus
eſſet ꝛ hoc ꝓbatur p magiſtrū ſen.li.ij. di-
ſtin.xxvj. Illos cū manicheo errare vide=
mus:qui dicūt hominē pctm̄ moꝛtale vita
re non poſſe. Nam idem hereſiarcha te=
nuit ꝙ homo ſine peccato moꝛtali nō poſ=
ſet viuere:ꝛ ideo ipſe cōdēnatus eſt a ſctā
eccleſia ſicut hereticus:ꝛ qui ſequūtur eū
in articulis ſuis dicuntur manichei. Cir=
ca qđ vlterius ſciendū ꝙ ſm̄ Chryſo. ſuper
Mat. quatuoꝛ ſunt pꝛincipaliter ſeruanda
quibus ſeruatis ſperādum eſt ꝙ deus nō
permittat te cadere aut icurrere aliquod
peccatū moꝛtale:ꝛ illa quatuoꝛ ſunt me=
moꝛie cōmendāda ꝛ factis exequenda per
totam ꝛ integrā vitā hoīs. Primū eſt dili=
genter audire verbū dei ꝛ conari ad reti=
nendū:ꝛ ſe illi operi confoꝛmare. Jacob.j.
Eſtote factoꝛes verbi dei:ꝛ non auditoꝛes
tm̄:qꝛ ſi quis ꝛc. Greg. Ille fructus vberio
res ex pꝛedicatione colligit:qui ſemina bo
ne operatiōis pꝛemittit. Aug. Si quis ver
bum diuinum audiuerit:ꝛ opus bonū ne
glexerit:auditio verbi dei erit ei augmen
tatio ſupplicij. Secūdum eſt vt ſe cuſto-
diat ne incurrat peccata:que cognoſcit an
fat eſſe moꝛtalia:ꝛ ſi ex fragilitate huma
na in aliquod tale ceciderit: vt ſtatim re=
ſurgat penitendo. Si etiā tam cito confi=
teatur ad minus tamen de illo contera=
tur. Ezech.xviij. In quacunq̄ hoꝛa pecca=
toꝛ ingemuerit: omniuȝ iniquitatum eius
non recoꝛdaboꝛ amplius. Tertium vt de
rebus quibus non eſt bene certus non ſta
tim ſibi ac ſuis perſuaſionibus credat ſed
conſilio alioꝛum ſapientum credat. Quar=
tum vt deum quotidie deuote petat vt ſi=

bi dignetur concedere ſapientiā qua poſ=
ſit diſcernere bonum a malo:ꝛ quid faciē=
dum ſit ꝛ quid omittendū. Ipſe em̄ gloꝛio
ſus deus eſt tam paratus te audire qñ es
in cōſpectu eius vt mariā magdalenam et
foꝛte citius:qꝛ eius pꝛeſentiam credis in
ſacramēto:qꝛ nec ibi humanitatē nec diui
nitatem vides:cum tamen ipſa pedes ei⁹
tetigerat ꝛ eū vidit vt hominē. Naȝ fides
deo valde placet quare deus credentib⁹
iam magna pꝛomiſit:qꝛ ſine fide impoſſi=
bile eſt deo placere:ꝛ hec quo ad ſecūdaȝ
partem huius ſermonis. Quantum ad ter-
tiā partem eiuſdem ſciendum ꝙ omnes
homines debent feſtum ſancti Nicolai ſo
lemniter celebꝛare: ꝛ eum deuote tanq̄
ſingularem patronū inuocare:qꝛ ipſe pōt
hominibus ſubuenire multipliciter. Pri=
mo in periculis maris Unde de eo legitur
cum die quadā quidam naute periclitarē=
tur in mari:ꝛ videntes ſe in periculo moꝛ=
tis clamauerūt vnanimiter. Nicolae ſer=
ue dei ſi vera ſunt q̄ de te audiuimus nūc
ea experiamur. Uox quedam mox eis ap=
paruit dicens. Ecce adſum quid vocaſtis
me? Et ſtatim ceſſauit ipſius tempeſtas
maris. Item ſciendum ꝙ adhuc quotidie
beatus nicholaus coꝛuſcat miraculis mul
tis. Nam quidam puer ſubmerſus eſt in
aqua que dicitur ſalis ꝛ parentes fecerūt
votum deo ꝛ ſancto nicholao pꝛomitten=
tes imaginē de cera in quātitate pueri il=
lius:ꝛ ſtatim puer reuixit. Et ego eandem
imaginē cereā vidi. Itē vir quidā incidit
in latrones qui ſpoliauerūt ipſum rebus
ſuis:ꝛ cū funib⁹ ligauerūt ipſum ad arboꝛ=
rem. Ipſe flēdo inuocauit deū ꝛ ſanctū ni
colaum. Et ipſe viſibiliter apparuit ei ſol
uendo eū ab arboꝛe ꝛ liberū abire permi
ſit. Item quidā innocēter rapt⁹ fuit ꝛ loca
tus in turrim ꝛ recluſus cū magna fera q̄
deuote inuocauit beatū Nicolaū. Qui ſta
tim apparuit ꝛ ipſum a vinculis liberauit.
ꝛ eandeȝ ferā oculis meis vidi. Itē plura
alia exēpla habes in legēda. quere ibidē.

¶ De cōceptione ſancte Marie virginis.

Sermo. v.

SAnctificauit tabernaculũ ſuũ altiſſimus. ſcribit pſa. xlv. Ex quo feſtũ hoc .ſ. cõceptionis virginis glorioſe: in quo initiũ incepit noſtre ſalutis occurrit in hoc tpe aduentus: ⁊ ſemper cõtingit occurrere: tanto magis iocũdare debemus ꝙto ad ſolẽnitatẽ ieſu xpi dignoſcitur magis ꝓpinquiuſqȝ pertinere. Nã voluit dñs noſter per ſuã eccleſiã honorari: quare ex inſtinctu ſpũſſancti ordinauit vt hoc feſtũ vſqȝ in finẽ peragereť: preſertim in hoc tpe aduẽtus in quo ipſe ſciuit homines vt cõiter deuotiores ⁊ ad honorãdũ virginẽ Mariã magis aptos. Et aliud feſtũ .ſ. annunciationis in quadrageſima: q: his tpibus hoĩes ſunt magis deuoti et magis digne poſſunt honorare virginem Mariã. Unde in preſenti ſermõe tria ſunt dicenda. Primo quare hodiernũ feſtũ ſolenniter eſt celebrandũ. Scđo de vtilitatibus quas cõſequuntur hoĩes celebrantes hoc feſtũ. Tertio aliqua dicenda ſunt pro informatione ſimpliciũ. Quãtum ad primam partẽ ſciẽdum qđ hodiernũ feſtum ſolẽniter eſt celebrãdum. Primo propter glorioſam ⁊ beatã virginẽ Mariã q̄ hodie initiũ ſumpſit: qñ cõcepta eſt in vtero matris ſue: ⁊ hodie ſanctificata eſt ⁊ preſeruata pre oĩbus ſanctis. Scđo propter nosmetipſos: q: hodie initium noſtre ſalutis incepit qñ virgo beata cõcepta eſt: ⁊ p̄ſeruata que per ſucceſſum temporis concipere ⁊ parere debebat filium ſummi patris Jeſum xpm dñm noſtrũ. Quomodo autem hodie beata virgo Maria cõcepta eſt. de hoc ſcribit beatus Hieronymus. ꝙ Joachim erat de ciuitate nazaret ⁊ ex bethleem ſanctam Annam duxit vxorẽ. Ambo erant iuſti coram deo: ⁊ in omnib⁹ mãdatis dei ambulabãt: ⁊ ſubſtãtiam ſuam tripharie diuidebãt: vnã partem templo ⁊ miniſtris templi. aliam patem peregrinis ⁊ pauperibus. tertiam ſibi ⁊ familie ſue reſeruabãt. Et ita per annos. xx. prolẽ ex coniugio non habentes vouerunt domino ꝙ ſi prolem eis concederet: eam dei ſeruitio manciparent. Cuius rei gratia in tribus feſtis precipuis hieruſalem frequẽtabant. In feſto autem enceniorum Joachim cũ ſuis contribulibus hieruſalẽ aſcendit: ⁊ cum ceteris ad altare acceſſit oblationem deo offerens: quam ſacerdos eo offerente cũ manu repulit ei dicens. quomodo ad altare preſumeret accedere: cũ ſm legẽ moyſi maledictus: eẽt qui prolẽ nõ haberet. Qui ſe cõfuſum videns ad domũ ire noluit: ne cõſimilem cõfuſionẽ a ſuis vicinis ſuſtineret. Secedẽs autẽ ad paſtores ſuos. Et cũ ibidem aliquantulum diu fuiſſet quadam die apparuit ei angelus domini dicẽs. Ego ſum angelus altiſſimi dei miſſus ad te: vt annunciẽ tibi preces tuas exauditas eſſe: ⁊ eleemoſynas tuas in cõſpectu dei aſcẽdiſſe: vidi enĩ pudorem tuũ quẽ ſuſtinuiſti. Porro Anna vxor tua pariet tibi filiam ⁊ vocabitur nomen eius Maria. hec vt vouiſti erit ab infantia dño cõſecrata adhuc in vtero matris ſue ſpiritufancto erit plena. ⁊ nõ erit inter populares: ſed in templo dñi ſemper morabitur. Et ſicut ipſa ex ſterili matre naſcetur: ita ex ea mirabiliter dei fili⁹ generabitur: cuius nomẽ erit Jeſus idest ſaluator: q: per eum omnibus gentibus erit ſalus. ⁊ hoc erit tibi ſignũ cũ perueneris ad aureã portã Annam vxorem tuã obuiam habebis: que de tua tardatione modo ſollicita eſt: ⁊ tunc in aduẽtu tuo gaudebit. ⁊ his dictis angelus ab eo diſceſſit. Anna autẽ cum amare fleret: ⁊ quo nam vir ſuus iuiſſet cogitaret idez angelus domini apparuit ei: ⁊ eadẽ que viro annunciauerat ei annũciauit: ⁊ iuxta preceptũ angeli ambo ſibi obuiauerunt in aurea porta: ⁊ de prole promiſſa ſecuri: ⁊ dotato domino ad domũ redierunt: ⁊ Anna cõcepit. Sed nõ per oſculũ ſicut quidã ſimplices dicunt: q: ſecundum magiſtrum. Jordanũ in conceptionis virgine glorioſe virtus virilis ſeminis: ⁊ amplexus: maritalis interuenit. Quod autem beata virgo Maria in conceptione preſeruata eſt ab originali peccato patet tripliciter. Primo auctoritate ſacre. ſcripture. Unde in verbis thematis dicitur per prophetam. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. in



gare gratiā et miſericordiam ſuam. vnde
ps. l. Cor contritū ⁊ humiliatū. ⁊c. Nullus
eīn peccator debet deſperare: etiā ſi mul
ta peccata ⁊ magna commiſit. Quia ſcd̄m
beatū Bern. Maior eſt dei pietas ꝗ que-
uis iniquitas. Aliqui eīn quādo de iuſti-
cia audiunt predicare: tūc ſtatim volūt de

ſperare. Nō ſic impij nō ſic: ſed confidite
qꝛ deus non vult mortē peccatoris: ſed vt
magis conuertatur ⁊ viuat. vnde Ezech.
xviij. In quacūꝗ hora ingemuerit pecca-
tor ⁊c. Scd̄o ꝓpter gaudiū: qꝛ ſicut eccle-
ſia ſuſtinuit triſtitiā in ꝑſecutiōe eiꝰ: ſic ēt
ecōuerſo acquiſiuit ſibi letitiā eius mira-
bili cōuerſione: qꝛ ſicut erat prius perſecu
tor crudelis eccleſie: ſic poſtmodū factus
eſt fundator ⁊ lumē totius eccleſie qꝛ pre
ceteris apoſtolis plus laborauit predicā-
do in vniuerſo mūdo. Unde hodie in col-
lecta dicimus in miſſa. Deus qui vniuer-
ſum mundū beati Pauli apoſtoli ꝑdica-
tione docuiſti. da nobis q̄s: vt qui hodie
eius conuerſionē colimus per eius ad te
exempla gradiamur. Tertio ꝓpter mira-
culum quod factū eſt in eius cōuerſione.
Nam eius conuerſio facta eſt per lucē re-
fulgentem ⁊ eadem lux fuit immenſa: et
circūfulſit eum circūquaꝗ ſicut patet in
epiſtola hodierna quomodo conuerſus
eſt miraculoſe: dic textum epiſtole. Inſu-
per ſciendū quod ſanctus Paulus habet
nouem priuilegia. Primū eſt ꝙ dominus
vocauit eum ad dignitatē apoſtolatus ⁊
mirabilius ꝗ alij apoſtoli eſt vocatus.
Ceteros enim apoſtolos oēs xp̄s vocauit
adhuc exiſtēs hic in mundo: ſed ſanctum
Paulum vocauit de celo. vnde ps. cj. Do-
minus de celo in terrā proſpexit. Ideo aūt
xp̄s Paulum de celo vocauit ad innuen-
dum ꝙ eſſe deberet totus angelicꝰ: totus
celicus: totus deiformis. Etiā ceteros apo
ſtolos vocauit ſolo verbo dicens. Uenite
poſt me faciam vos fieri piſcatores homi
num. Mat. iiij. Sed Paulum vocauit per
lucem immēſam quia circūfulſit eum lux
de celo. Secundū priuilegium: qꝛ ipſe fuit
primus in predicatione: ꝗuis vltimus in
vocatione. Predicauit autem ſapienter
dulciter: ⁊ infatigabiliter: grecis: barba-
ris ⁊ romanis ⁊ omnibus nationibꝰ mū-
di. Tertium priuilegium fuit quod fuit
raptus in tertium celum vbi totum myſte
rium dominice incarnatiōis in triduo ſue
excecationis edoctus fuit ad Gal. j. Notū
vobis facio euangelium quod euangeli-
zatum eſt a me quia nō ſecundū hominē

didici.ſed per reuelationem Jeſu chꝛiſti.
Quartum priuilegium:qꝛ ſimilis eſt ange
lis qui ſunt nuncij.Et ipſe Paulus nunci⁹
chꝛiſti fuit:qꝛ nomē chꝛiſti toto mūdo nun
ciauit.ſed diceres quomodo ſanctus pau-
lus nomē chꝛiſti poꝛtauit?Reſpondeř poꝛ
tauit nomē chꝛiſti in coꝛde ꝑ fidem in ma
nibus ꝑ operationē in oꝛe ꝑ predicationē
aſſiduam.Unde illud benedictū nomē Je
ſus intātum dilexit vt ipſum quingētis vi-
cibus in epiſtolis ſuis nominauit.Etiam
illud venerabile nomē Jeſus intātum di-
lexit:vt etiam poſt decollationem ſuā in
oꝛe habuit reſonādo ter Jeſus Jeſus Je-
ſus.Cum eñ ad locū ſue paſſionis veniſ-
ſet verſus oriētem manibus extēſis cū la-
chꝛymis oꝛauit ⁊ deo gratias egit.Poſt
hoc valedicēs fratribus ſuis:vtrūq̧ genu
in terram fixit collū ſuum extēdit:⁊ ſic ro-
me decolatus eſt.Et moꝛ caput ei⁹ a coꝛ-
poꝛe ſaliens:nomē Jeſus clara voce into-
nuit.⁊ vbicunq̧ caput eius exiliuit:moꝛ
fons erupit:ꝙ hodierno tp̄e manifeſtum
eſt.Quintū priuilegium eſt:qꝛ ſimilis eſt
martyꝛibus:qꝛ poſt ſuā cōuerſionem mul
tas perſecutiones eſt paſſus quas Hila-
rius enumerat breuiter dicēs.Paulus apo
ſtolus in Philippi carcere ponit:virgis ce
ditur:⁊ ligno pedibus affigitur:in lyſtris
lapidatur:in yconio ab iniquis perſeqñr:
in epheſis feris datur:in damaſco in ſpoꝛ-
ta per murū deponitur:in hieruſalē a iu-
deis capitur:ſiſtitur:ceditur:ligatur ⁊ inſi
diatur:in carcere clauditur criminatur na
uigans in Italiā periculo dirigitur.Romā
veniens ſub nerone impio imꝑatoꝛe iudi-
catur:occiditur:⁊ finitur.Sextum priuile-
gium ꝙ ſanctus paulus ſimilis eſt cōfeſſo
ribus quoꝛum perfectio fuit q̄ terrena de
ſpiciebat:pro inimicis oꝛabant:⁊ alioꝛum
mala deflebant:⁊ aſperam vitam duce-
bant.Et iſtas perſecutiones omnes con-
ſtat fuiſſe ſancto paulo.Ipſe autem terre
na deſperit:⁊ pro inimicis oꝛauit:⁊ eos
ſingulariter dilexit etiam alioꝛum mala
deflebat.Inſuper aſperam vitam duxit:
quia in fame ⁊ ſiti in laboꝛe ⁊ erumna:in vi
gilijs multis:⁊ in frigoꝛe ⁊ nuditate coꝛpo
ris:in ieiunijs multis:⁊ ſic de alijs.Septi-
mum priuilegium:qꝛ ipſe ſimilis erat vir-
ginibus:qꝛ virgo fuit ante conuerſionem
ſuam propter ſuperbiam:ſed poſt conuer
ſionem propter Jeſum chꝛiſtum virgo per
manſit.In ſignum huius quando decapi
tatus fuit:tunc lac pro ſanguine de coꝛpo-
re eius effluxit:ſicut etiam legitur de ſan-
cta catherina que etiā fuit ſpecialis ſpō-
ſa chꝛiſti.Octauum priuilegium ꝙ in om-
nibus miſſis bis nominatur:quod de mul
tis non legitur.Nonum et vltimū ꝙ ho-
die feſtum eius conuerſionis per totum
mūdum celebꝛatur.Quantum vero ad ſe
cundam partem huius ſermonis eſt no-
tandum ꝙ quilibet peccatoꝛ cum ſancto
Paulo debet ſe ad deum cōuertere:quia
paratus eſt ſibi peccata ſua indulgere:
quod oſtenditur in hoc ꝙ quatuoꝛ modis
dicit ad peccatoꝛem reuertere.vt habetur
Canti.vj.Reuertere reuertere ſunamitis:
reuertere reuertere vt intueamur te.Pri-
mo enim dicitur reuertere ad honoꝛē ſan-
ctoꝛum angeloꝛum qui conuerſionē tuam
a peccatis valde deſiderant quod ſi fece-
ris in moꝛte tua ab omnibus amicis tuis
abſentibus ipſi angeli tibi appꝛopinquāt
immo etiam quandoq̧ ſancti aliqui pro
anima cum angelis veniunt.Unde bea-
tus Gregoꝛius.Interdum contingit iu-
ſtis vt moꝛte ſua ſanctoꝛum precedentiū
viſiones aſpiciant:ne moꝛtis ſue ſenten-
tiam pertimeſcant.Immo quandoq̧ etiā
ipſe chꝛiſtus apparet ſuis dilectis in ex-
tremis.vnde etiā beatus Gregoꝛius.Ali-
quando in conſolatione egredientis ani-
me ipſe apparet auctoꝛ ⁊ retributoꝛ vite.
Secundo dicit deus reuertere ad hono-
rem beate Marie virginis q̄ te ſepe apud
me excuſauit:⁊ pro te affectuoſe interpel-
lauit:in qua me ſpecialiter honoꝛauit:de
cuius preſentia ſi reuerearis eterna in pa
tria ſpecialiter gaudebis.Tertio dicit re-
uertere ad confuſionem diaboli:vt illum
quem peccādo ⁊ in peccato manendo leti
ficaſti:hunc vehementer confundas:⁊ vt
mala que tibi parauerat euadas.Quar-
to dicit reuertere:ad honoꝛem meum:qꝛ
te multipliciter honoꝛaui ⁊ plus te hono-
rabo ſi ad me veraciter conuerſus fueris.



Etiam ſciendum ꝙ quilibet gaudere de-
bet de cōuerſione peccatoꝛis ꝓpter duo.
Primo propter honoꝛem dei:qꝛ maximū
dedecus deo exhibitum eſt ⁊ exhibetur qñ
quis peccat moꝛtaliter:ſicut ſi rex terre-
nus inhonoꝛaretur magnum eſtimaretur:
⁊ cum hoc ſibi fieret ab homine deſpecto
qui multa bona feciſſet.Secūdo gaudere
debemus de bonis operibus proximoꝛū:
qꝛ in celo omnia merita proximoꝝ erunt
nr̄a:⁊ hoc ex fraterna charitate.qꝛ vt di-
cit Anſelmus.Quilibet in celo proximum
ſuū diligit ſicut ſeipm̄:⁊ ex charitate vnuſ
quiſq̧ intātum gaudet de alterius meri-
to:q̄ntū de ſuo propꝛio merito.Unde etiā
magiſter lib.iiij.ſen.diſt.xlix.Per charita-
tem que ſcꝫ in ſingulis erit perfecta tantū
quiſq̧ gaudebit de alterius bono:q̄ntum
gauderet de ipſo ſi in ſe haberet.Etiam
ſciendum ꝙ ſancti in celo nō ſolum cogno
ſcunt propinquos quos hic nouerūt:ſed
etiam quos nunq̄ viderunt:vel etiam qui
ante centum annos vel mille vixerunt.vñ
Greg.in dialogo.Sācti nō ſolū cognoſcūt
quos hic nouerunt ſed etiam cognoſcunt
illos quos nunq̄ viderūt.Ergo cum ange
lis gaudere debemus de cōuerſione vni⁹
peccatoꝛis.Unde Luce.xv.Gaudium eſt
angelis dei ſuper vno peccatoꝛe peniten-
tiam agēte.Quātum ad tertiam partem
huius ſermonis ſciēdum ꝙ omnes chꝛiſti
fideles debent hodie feſtum ſancti pauli
ſolēniter celebꝛare:⁊ ipſum tanq̄ ſingu-
larem patronum inuocare.Primo illi qui
patiūtur doloꝛem oculoꝛum.Unde de eo
legitur ꝙ dum quodam tempoꝛe predicaſ
ſet dioniſius qui erat magn⁹ philoſoph⁹
⁊ gentilis nō credebat his que iam a pau
lo dicebātur:tandem proceſſit vnus cec⁹
coꝛam eo:tunc dixit dioniſius ad paulum.
Si illum ſecum illuminaueris:credam in
Jeſum chꝛiſtum.Tunc paulus dixit ad ce
cum.In nomine Jeſu chꝛiſti reſpice in me.
Statim cecus vidit ⁊ ſtatim dionyſius cre
didit:⁊ baptiſatus eſt.Et ſic ambo illumi
nati ſunt.vnus in coꝛpoꝛe:alter in anima.
Etiam infirmi ⁊ debiles.Unde Act.xix.legi
tur ꝙ afferebant ſudarium ⁊ veſtes Pau-
li:⁊ ſuper infirmos ponebant:⁊ ſanaban
tur.Si ergo tantum valebant veſtes eius
in hoc ſeculo:q̄ntum nunc valent eius de-
uote oꝛationes in celo.Et qui dānabiliter
tentantur de occiſione ſuijpſius inuocent
ſanctum Paulum.Unde legitur ꝙ quidā
deſperans laqueum ſibi parabat.nomen
tamen ſancti Pauli inuocans ſemper di-
cebat.Sancte paule adiuua me.Tunc
affuit quedam ſqualida vmbꝛa:hoꝛtans
eum ⁊ dicens.Eya bone vir age quod in-
tendis ne moꝛam feceris.At ille ſemper
parans laqueum dicebat.Beatiſſime Pau
le adiuua me.Expedito iam laqueo affuit
alia vmbꝛa clara ⁊ multum mirabilis tan
q̄ hominis:dicens illi qui hominem hoꝛ-
tabatur ad ſuſpendium.Fuge miſerrime:
quia Paulus aduocat⁹ venit.Tunc ſqua-
lida vmbꝛa euanuit ⁊ homo ad ſe rediēs
et laqueum proijciens penitentiam con-
gruam ⁊ condignam recepit.Etiam qui a
ſerpentibus quandoq̧ leduntur.Unde le-
gitur de eo ꝙ cū eſſet in quadā inſula vi-
pera manum eius inuaſit:ſed nihil eum
leſit qui poſt in ignem eam excuſſit.Legi-
tur quoq̧ ꝙ homines de progenie illius
hominis qui paulum hoſpitio accepit a ve
nenoſis nullatenus leduntur.Unde cum
pueri nati ſunt in cunis eoꝛum ſerpentes
ponunt:et ſic ſi filij eoꝛum ſunt pꝛobant.
Etiam poteſt ſubuenire in moꝛte.Unde
legitur ꝙ quidam iuuenis feneſtram aſcē
dit vt Paulum predicantem audiret:⁊ ſic
doꝛmitando cecidit:quem paulus reſuſci-
tauit:⁊ multa alia miracula fecit poſt con
uerſionem ſuam.Refert hayno ꝙ paulus
a pulloꝛum cantu laboꝛibus manuum in
ſiſtebat vſq̧ ad quintā horā:deinde pre-
dicationi vacabat ita vt plerunq̧ vſq̧
ad noctem ſermonem protrahebat.Re-
ſiduum vero tempus comeſtioni:ſomno
⁊ oꝛationibus neceſſarium erat.

De conceptione bea-
te marie virginis.Ser-
mo.xj.

POſtꝙ̄ impleti ſunt dies purgationis marie ſecūdum legem moyſi: ita ſcribitur Luce. ij. hiero. De beatiſſima ac glorioſiſſima virgine maria loqui me indignū fateor ſed ⁊ puto ꝙ nemo ſit q̄ preſumat aliquid loqui: niſi q̄ ꝗ̄ta ſint que preſumit ignorat. tn̄ ſi ad hoc nemo idoneus inueniat: potis oībus ceſſare nō dʒ: quilibet etiam peccatorꝰ laudibꝰ virginis glorioſe. vnde etiā beatus Aug. Quid ego dicam de te pauper ingenio cū de te quicquid dixero minor laus eſt ꝙ̄ tua dignitas meret. vn̄ etiā beatꝰ Ber. Si oīm martyrū vulnera ⁊ mēbra verterētur in linguas eā ſufficiēter laudare nō poſſent. Si ergo tanti doctores fatent ſe adhuc nō poſſe ſufficere. Quid dicā de modernis doctoribꝰ qui reſpectu eoꝝ ſunt quaſi gutta reſpectu totius maris. Sed recurrendū eſt ad illam de qua locuturi ſumus: vt apud ſuū filium nobis ſingularem gratiā impetret: ſed ex quo hodie feſtū purificationis Marie virginis: tunc in preſenti ſermone tria ſunt dicenda. Primo de feſto preſenti ⁊ purificatione ſcdm legem moyſi. Secūdo aliquas pro informatione noſtra. Tertio ⁊ vltimo: miracula quedā pro noſtra conſolatione.

Quantū ad primum eſt ſciendum ꝙ hoc feſtum ſortitur tria nomina. Primo em̄ dicitur feſtum purgationis. ⁊ ideo dicit in themate huius ſermonis. Poſtꝙ̄ impleti ſunt dies purgationis ⁊c. Circa qd̄ querit vtrum virgo Maria indigebat purgari. Reſpondetur ꝙ non q: non a ratione ſui: q: ipſa fuit puriſſima ⁊ purior omniū creaturarū. Ipſa enim adhuc exiſtens in materno vtero ſanctificata fuit: ⁊ viuens in mundo magis purificata fuit q: in preſenti vita nunꝙ̄ peccauit: nec etiā venialiter: quod nemini inter natos mulierū vel natas creditur eſſe donatū. Sed maxime fuit puriſſima in ſui filij cōceptione. Sanctus enim ſanctorum intrans in ipſam: ſanctā ſanctorum ipſam effecerat: ⁊ in ipſa nulla fuit macula. Unde ſpirituſſanctus videns eam tam pulchram ⁊ tam mundā dicit in canticis canticorum. Tota pulchra es amica mea. Nec etiā rōne regis indiguit purgari. Nā lex purificatiōis erat: ꝙ ſi mulier ex virili ſemine cōcepto peperiſſet maſculum immūda eſſet ſeptē diebus a cōſortio hominū. Octaua autē die puer circūcideretur. poſt. xxxiij. dies ab ingreſſu templi abſtineret: ⁊ ſic. xl. die intraret templum ⁊ offerret agnū ſi diues eſſet: aut par turturum aut duos pullos colūbarum: ſi pauper eſſet. vt habet Leui. xij. Sed Maria nō indiguit purgari ratiōe legis: q: lex preſupponit ꝙ mulier nō virgo: que concepto ſemine. ſʒ Maria cōcepit nō ex virili ſemine: ſed miſtico ſpiramine. Sed diceres: quare ergo purgari voluit cum nō indiguit? Reſpondetur ꝙ propter tria. Primo propter obedientie perfectionē. Maria enim omnia ſeruauit que i lege Moyſi ſcripta ſunt vt patet hic in euangelio hodierno in purgatione ipſius. Et in hoc nobis exemplum reliquit obedientie: vt etiam nos obediamus prelatis: ⁊ preceptis eccleſie in feſtis celebrādis ⁊ ieiunijs obſeruandis. Nam quicunꝙ̄ ſcienter ⁊ ſine cauſa ſoluit feſta ⁊ ieiunia: peccat mortaliter: q: nullum peccatum veniale eſt in precepto: ſed ſolum mortale. Secūdo propter exemplum humilitatis. Maria ſe ꝯformare voluit alijs mulieribus. vnde beatus Bern. Eſto inter mulieres tanꝙ̄ vna iſtarū. Et quecūꝙ̄ mulier vel virgo eſt humilis: talis eſt filia Marie virginis: ⁊ quecūꝙ̄ eſt ſuperba eſt filia luciferi. Ergo quelibet mulier aut virgo debet ſectari humilitatē Marie. q: dicitur in Luca. Reſpexit dn̄s humilitatē ancille ſue ⁊c. Sʒ heu plures mulieres imitātur nunc Euam in ſuperbia ⁊ incredulitate: qd̄ ſic patet. Nam ancilla nouē annorum quādoꝙ̄ curioſius procedit in veſte ſua: ꝙ̄ maſculus decem ⁊ nouem annorum: ⁊ cum vetula amplius ſe ornare non audet propter ipſius fatuitatem: tunc ad ſuperbiam ⁊ laudem hominum non deſinit ornare filiam ſuam. Similiter mulieres plus conſueuerunt ſe occupare cum incredulitatibus ⁊ incātationibus ⁊ carminibus ꝙ̄ viri. Nam quādoꝙ̄ vna mulier aliquando plus ſcit de talibus ſuperſtitionibus ꝙ̄ centum viri. Et tales carminatrices



non ſolum damnātur: ſed multa mala faciunt alijs in animabus ſuis. Unde in canone. xxvj. q. vij. Non obſeruetis. Diuinationi qui intēdit: dānationem anime incurrit. Unde ex iam dictis elicitur ꝙ plures mulieres dānantur ꝙ̄ viri. Et de hoc quere exemplum in promptuario infra. vij. S. Tertio purgari voluit vt nobis exēplum purgationis daret tam maſculis ꝙ̄ feminis: tam diuitibus ꝙ̄ pauperibus. Secundo vocatur hoc feſtū grece ypapāti ſeu luminum: q: portatus eſt hodie ad templū chriſtus Jeſus: qui eſt lux mundi. Nam Maria: ioſeph: ſimon: ⁊ anna hodie fecerunt venerabilem proceſſionem cū puerū Jeſum vellent in templū preſentare ⁊ preſentauerūt. Sic ⁊ nos proceſſionem faciamus quam ſanctus Greg. papa anno dn̄i. d.lxxxvij. inſtituit: ⁊ cereum accenſum per quem ſignificatur xp̄s in manibus ſuis cū toto clero romano portauit. Tria em̄ ſunt in cereo ſcʒ cera: lignē: ⁊ ignis: ⁊ hec ſunt tria que fuerunt in xp̄o. Nam cera ſignificat carnē xp̄i que nata eſt de virgine ſine corruptione. ſicut apes ceram gignunt ſine corruptione ⁊ commixtione. Lignē intra eſt anima chriſti. Ignis vero ſignificat eius diuinitatem. Tertio dicitur hoc feſtum preſentatiōis. Ergo dicitur in euāgelio hodierno. Ut ſiſterent eum domino ⁊ darent hoſtiam pro eo. Unde queritur quare mulieres exiſtentes in puerperio offerunt infantes domino. Reſpondetur ꝙ propter tria. Primo: ex hoc oſtenditur ꝙ infans iſte eſt dei proprius: q: creauit ipſum: ⁊ animā infudit: ⁊ ipſam redemit. q. d. mater ad dominū Jeſum xp̄m. Ecce infantem quem creaſti: ⁊ animā quam infudiſti ⁊ redemiſti in ſignū horum beneficiorum tibi eum hodie offero. Secūdo vt hec preſentatio ſit quedam gratiaꝝ actio de eo ꝙ deus prolem dedit: ⁊ puerperam a periculo mortis preſeruauit: ⁊ puerum in vtero matris cuſtodiuit. q. d. puerpera. Ego offero eū in ſignum regratiationis: quia iuuiſti me vt ipſum in mūdo peperi: ⁊ ſi ſuperuixerit faciam poſſe in eum ꝙ probus erit. Et tunc omnis labor quem habēt parentes cum pueris erit ei meritorius. Unde ad Ro. viij. Scimus qm̄ diligentibꝰ deum oīa cooperātur in bonū. Tertio vt deus extunc infantē cuſtodiat: ne gratiā ⁊ innocētiā baptiſmalē perdat. vn̄ in pſ. cxxvj. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem ⁊c. Nam puer in baptiſmo fit dei templū: ⁊ talem gratiā accepit ꝙ ſine omni peccato mortali viuere pōt vſꝙ̄ ad finē vite ſue: ⁊ ſi ſtante iſta innocentia moreret incontinenti ad eternā gloriam euolaret. Quod patet q: baptiſato xp̄o a Joanne in iordane celi aperti ſunt: ⁊ ſpūſſctūs viſus eſt. De hoc etiam habet ſupra ſermone iiij. parte. ij.

Quātum ad ſcd̄am partē iſtius ſermonis ſciendum pro informatione noſtra ꝙ exēplo btē Marie virginis purificare debemus cor noſtrū a malis cogitationibus ⁊ amore illicito. Sed quomodo qs peccat per amorē illicitū? Reſpondet ꝙ decē modis. Primo qn̄ homo plus diligit creaturā ꝙ̄ creatorē. ſ. deū. vn̄ beatus Hier. Quodcunꝙ̄ quiſꝙ̄ ſupra deū vel equaliter deo diligit: hoc ſibi pro deo inſtituit. Secūdo cogitādo ⁊ moroſe in pctīs delectādo. vn̄ Aug. Moroſa cogitatio cū delectatione ⁊ cōſenſu eſt mortalis. Tertio vidēdo amaſium vel amaſiā cum delectatione ⁊ mala concupiſcētia. Mat. v. Qui viderit mulierem ad cōcupiſcendum eam: iam mechatus eſt eam in corde ſuo. Quarto loquendo: vt cum quis per verba allectiua prouocat ſe ⁊ aliam perſonam ad malam cōcupiſcentiam. vnde dicitur in decre. Deus iudicabit verba ſecūdum intentionē proferentis. xxij. q. v. humane. Quinto tangēdo: ⁊ tocādo mala intentione: ſed ſi fieret in ioco: tunc eſſet veniale peccatum. vnde in decre. dicitur. Tactus laſciuus etiā ſine coitu: eſt graue peccatū. xxvij. q. j. Ne aliqua. Sexto ornādo ſe in crinibus: in facie: in veſtibus id eſt calceis: in cingulis: in peplis: ⁊ ſic de alijs: quando iſta fiunt mala intētiōe ſupbiēdo: ⁊ allicīedo ſunt mortalia. Hec iſti merito aduertere deberēt q̄ feſtiuis diebus crines ornant: ⁊ ſpecula ex ſuperbia ſepe inſpiciunt. Septimo cum quis ex amore illicito dat alicui perſone donum vel clenodium ea intentione vt eum vel eam ad malum actum alliciat: talis

peccat mortaliter. Octauo qñ quis ſuperſtitioſe vult facere amorẽ illicitũ inter perſonas aliquas: ſimilr̃ q̃ credũt ꝙ hoc poſſit cum diabolo fieri. Nono qñ q̃s ex amore illicito flet ⁊ triſtatur qñ illa perſona ſe alienat ⁊ recedit ab ea vel ab eo. vel qñ aliam perſonã preter eã amat vel amicabiliter alteri loquit̃: vel etiam contrahit cũ aliqua perſona honeſta matrimoniũ honeſtum: ⁊ ex hoc maledicit ſibi vel vxori: vel etiam alijs perſonis quas ille diligit. Decimo qui ſcribũt literas amatorias et etiam qui portant tales ſcienter: ſimiliter qui tales ſcienter in domo ſua permittũt peccare. Quantum ad tertiã partem iſti⁹ ſermonis eſt ſciendũ ꝙ omnes homines vtriuſq; ſexus: viri ⁊ mulieres: ancille: ⁊ v̾gines: paruuli: ⁊ pueri: debẽt hodie ⁊ quotidie inuocare beatam virginem Mariam ⁊ ei fideliter ſeruire: q: ipſis poteſt in omnibus tribulationibus: infirmitatibus: et neceſſitatibus: ſubuenire. Et primo viri in neceſſitatibus vite aut mortis conſtituti: debent recurſum habere ad beatam virginem Mariam. Exemplum de milite qui in honorem beate Marie virginis vnum cereuz accendit. quere infra in promptuario de exemplis beate virginis. xlix. Etiã mulieres. Exemplum de vxore militis que fuerat impregnata ⁊ perdidit vſum rationis: nec potuit ſanari niſi in feſto purificationis: ⁊ in eccleſia beate Marie virginis. Hoc quere ibidem. iij. Item ancille ⁊ peccatrices debent ei ſeruire ⁊ eam inuocare. Exemplum de ancilla que peccauit cum domino ſuo. hoc quere ibidem. xlvij. Etiaz v̾gines ꝓbe ⁊ honeſte dñt eã inocare: vt ꝓ̄teruet eas ab infamia. Exẽplũ de duab⁹ ſororibus q̃ fuerunt falſe infamate: quere ibidem. Etiã parentes q̃ hñt pueros. Exẽplum de puella parua quam rapuit lupus ⁊ Maria eam liberauit ⁊ matri ſue reſtituit. quere ibidem. xv.

## De ſancto Mathia. Ser. xij.

CT annumeratus eſt cũ vndecim apoſtolis. Actu. j. Ex quo hodie celebramus feſtum ſancti Mathie qui electus eſt loco iude traditoris xp̄i: tunc in preſenti ſermone tria ſunt dicenda. Primo de electione ⁊ priuilegijs ſancti Mathie. Secundo aliqua pro informatione ſimpliciũ. Tertio aliqua miracula pro cõſolatione audientium. Quantũ ad primũ ſciẽdum ꝙ ſanctus Mathias apoſtolus hꝫ ſeptem priuilegia. Primũ ex ſua cõmendabili electione laudabiliter eſt electus. Cũ em̄ inter aſcenſionẽ ⁊ penthecoſtẽ apoſtoli ſimul in vna domo eſſent: videns petrus ꝙ numerus apl̃oꝝ eſſet diminutus quos dñs elegit: vt fidem ſancte trinitatis in quatuor mũdi partibus p̄dicarẽt. ſurrexit in medio fratrũ dicens. Uiri fratres opꝫ vt aliquem loco iude inſtituamus: q̃ teſtetur nobiſcũ reſurrectionez Jeſu xp̄i. Et ſtatuerunt de ſeptuaginta duob⁹ diſcipulis duos. ſ. Joſeph q̃ cognominat̃ Juſtus q̃ fuit frater Jacobi alphei ⁊ ſymõis ⁊ iude: ⁊ Mathiã. Et orantes dixerũt. Tu dñe qui noſti corda oĩm oſtende quem elegeris ex his duobus accipere locũ quem amiſit iudas proditor xp̄i ſaluatoris. ⁊ datis iſtis ſortibus: cecidit ſors ſuꝑ Mathiã. ⁊ annumeratus eſt cum vndecim apoſtolis. Sciendũ ꝙ ſm beatũ Dionyſium illa ſors nihil aliud fuit q̃ꝫ quidã ſplendor diuinus per quẽ oſtẽdebatur ꝙ ipſe erat in apoſtolũ aſſumendus. Et in hoc oſtendit̃ eius ſanctitas: q: lꝫ ab infantia aĩam ſuã ⁊ vitam ſuã ſancte ⁊ munde ſeruauerat: q: virgo fuit: tñ ſic macerauit ieiunio corpus ſuũ quaſi peccator eſſet timens ne aliquid in annis puerilibus egiſſet ꝙ domino diſpliciuſſet. Scdm̄ priuilegiũ: q: fecit eũ xp̄s cõtribulẽ ſuũ. Fuit em̄ de tribu iuda de qua nata eſt beata v̾go maria ⁊ Jeſus filius ei⁹. Solent em̄ homines q̃ ſunt de eadẽ tribu magis ſe inuicẽ diligere ſic ⁊ xp̄s eum dilexit. O quaz magna dilectio quod ipſum ſic elegit. Tertiuz priuilegiũ quia Mathias fuit compatriota chriſti. Fuit enim bethlemita. Sicut enim chriſtus in bethleẽ eſt natus: ſic et Mathias. Solent autem homines qui ſunt de eadẽ ciuitate nati ſe mutuo diligere. Quartum priuilegiuz eſt quod xp̄s ad eum perſonaliter venit quando fuit poſitus in carcere cũ multo illumine: ⁊ ipſum de terra leuans ⁊ vincula ſoluens ⁊ dulciter euz confortãs oſtium ſibi aperuit: qui egreſſus verbum dei conſtanter predicauit. Quintum priuilegium ꝙ non ſolũ eſt apoſtolus: ſed etiã martyr xp̄i. vnde legitur de eo quod cum verbum dei in iudea predicaret: ⁊ magnũ populum ſignis ⁊ prodigijs ꝯuerteret. vñ iudei inuidentes ei ipſum in cõſilio ſtatuerunt. Acceſſerunt aũt duo teſtes qui ip̄m accuſauerunt. Primo in ipſum lapides miſerunt quos lapides in teſtimonium illis ſecum petijt ſepeliri. Qui dum lapidaret̃ ſecuri more romanorum percutitur: ⁊ extẽſis manibus in celum ſpiritum tradidit. Septimum priuilegium: quia vnum articulum de duodecim articulis fidei compoſuit in quibus articulis conſiſtit fides ⁊ ſalus omnium chriſti fidelium: ⁊ eſt vltim⁹ articulus: ſcilicet. Carnis reſurrectionem vitam eternaz Amen. Credere enim debemus quod omnes homines ſimul reſugẽt in nouiſſimo die tam boni q̃ꝫ mali: ⁊ quilibet reſurget in eodem corpore in quo vixit. Quãuis enim corpora in cinerẽ ⁊ puluerem redacta ſint: tamen omnia iſta que ſpectant ad complementum corporis redibunt: ⁊ idem corpus reſurget: ⁊ omnes reſurgemus in illa etate ĩ qua chriſtus fuit quando mortem pro nobis ſuſtinuit tam ſenes quam iuuenes: ⁊ corpus cuiuſlibet electi lucidum erit ⁊ ſplendidum: ſed corpus cuiuſlibet reprobi erit groſſum ⁊ obſcurũ. Etiã tenet̃ quilibet credere vitã eternã poſt hãc vitã. Boni em̄ habebunt gaudium ſempiternum: mali autem penaz. vnde Mat. xxv. Jbunt hi in ſupplicium eternum: iuſti autem in vitam eternam. Septimum priuilegium: quia hodie feſtum ipſius ſolenniter in vniuerſo mundo celebratur: ⁊ etiam in qualibet miſſa per totũ mũdum quotidie nomen ipſius nominat̃: ſed ꝙ hodie mentio fit de iuda q̃ de honore ſuo detruſus eſt. Tunc notandũ ꝙ xp̄s iudam elegit ⁊ ſemper ad ſpãliorem dignitatem. Primo de mundo in diſcipulũ. Secũdo de diſcipulo in apl̃m. Tertio de apoſtolo in ſuũ ꝓcuratorẽ. Sed q̄rit̃ cũ xp̄s ſit dei ſapientia: quare in tales ſtatus poſuit iudam? Rñdetur primo ad oſtendendum ꝙ mali in hoc mundo ſunt permixti inter bonos. Jn celo enim ſunt omnes boni: in inferno ſunt omnes mali: in mundo autem ſunt boni ⁊ mali ſimul. ⁊ hoc a principio mundi ſemper fuit ꝙ mali cuz bonis ſunt ſimul reperti vt patet de Abel ⁊ Cayin: Eſau ⁊ Jacob. Secundo vt vanam p̄ſumptionem de nobis amputaret. Si enim iudas aliquando bonus inter optimos cecidit turpiter: quis deſerit iam ſecurus. Uñ Berñ. Nuſq̃ꝫ ſecuritas fratres mei: nec in celo: nec in paradiſo: multominus in mundo. Jn celo enim cecidit angelus primus. Unde Eſa. xiiij. Quomodo cecidiſti de celo lucifer: qui mane oriebaris? Cecidit em̄ ſub potentia deitatis. Adam in paradiſo in loco voluptatis: iudas mundo a ſchola ſaluatoris. Tertio ad oſtendendum ꝙ reprehenſibiles ſunt qui congregat. onẽ vnã malam iudicant: quando vnum maluz in ea reperiunt. etiam queritur quare chriſtus iudam procuratorem fecit quẽ furez preſciuit? Rñdetur vt temporalia contẽnenda ⁊ vilia oſtenderet. Unde Gre. Cõtẽptibilia cõtẽptibilibus dantur. Unde et xp̄s bona ſua ſecundum nobilitatem eorũ nobilioribus diſtribuit: quia animaz patri: matrem Mariam Joanni: eccleſiam ſuam Petro: corpus Joſeph ⁊ Nycodemo. temporalia crucifixoribus ſuis reliqt. Et iſta eſt cauſa quare iudam procuratorem fecit ꝓpter auaritiam qui fuit ꝯplenus auaritia: quod notatur in hoc quod duct⁹ cupiditate pecunie chriſtum venalem expoſuit dicens. Quid vultis mihi dare ⁊ ego vobis eum tradam. O q̃ꝫ ſtultus negociator fuit qñ xp̄m dñm ſuum ꝑ tam modica pecunia vendidit: ſcilicet pro. xxx. denarijs in quo ſunt omnes theſauri ſapientie dei recõditi. Nonne ſtultus eſſet ille negociator: qui haberet vnam pretioſam margaritam que virtute ſua illuminaret cecos: leproſos mundaret: ⁊ omnes infirmitates curaret: ⁊ etiam mortuos ſuſcitaret ⁊ valeret illa margarita mille ducatis et venderet eam pro ſolo obolo: certe ſtultiſſimus: atque omnino inſipiens eſſet.

Sic ſtultus negociator fuit Judas:q; vē=
didit precioſam Margaretā:ſcʒ chriſtum
pro.xxx.denarijs qui cecos illuminauit et
leproſos mundauit.Unde ſciendū q̄ mul=
ti mirant̄ q̄ iudas vēdidit dn̄m noſtrū Je
ſum chriſtū pro.xxx.denarijs:ꝛ non mirā=
tur hoc q̄ dn̄s omni die a malis xp̄ianis vē
ditur non ſolū pro.xxx.denarijs:ſed qn̄q;
pro vno denario vel dimidio.Qn̄cūq; em̄
ꝛ quotienſcūq; emēdo vel vendēdo mēda=
citer iuras ꝛ proximū decipis xp̄m ſcienter
vendis.Similiter vſurarius:luſor raptor
fur:ꝛ ſic de ſingulis.Et generaliter q̇cūq;
ꝛ quotienſcūq; quis proximū decipit:ꝛ bo
na tp̄alia quouis modo iniuſte acq̇rit chri
ſtum vendit.Quantū ad ſcd̄am partē iſti⁹
ſermonis.ſciendū eſt q̄ ex quo illud feſtū
occurrit cōmuniter:circa carniſpriuiū quo
tēpore ſolent homines guloſe viuere.Un
de pro noſtra informatione ꝛ ſimpliciū q̄=
ritur quot modis homo bibendo ꝛ come=
dendo peccat mortaliter.Rn̄det̄ q̄ quinq;
modis.Primo quando diligit corpus ſuū
intantū q̄ contra preceptū eccleſie parat⁹
eſt comedere diebus ieiuniorū:cū tamen
bene poſſet ieiunare:ꝛ nō vult corpus ſuū
intantū grauare:ꝛ ſic ſoluit ieiuniuʒ ſine
cā ꝛ rōne ab eccl'ia preceptū.Sec⁹ eſt ſi in
firmus:aut mulier pregnans:aut pauper
laborator ex cauſa ſolueret.Secundo cum
quis ſumit cibum illicitū vel prohibitū:ſi=
cut cum quis in quadrageſima ſine cauſa
comederet lacticinia vel oua ſimiliter qui
votū feciſſet non comedere in ſextis ferijs
lacticinia:ꝛ hoc votum frangeret.Tertio
quādo quis cibū ſibi nociuū comedit:ꝛ ſic
vires corporis debilitat ꝛ vitā ſibi abbre=
uiat:talis grauiter peccat:quia facit cōtra
charitatē qua homo tenet̄ ſe in deo dilige
re ꝛ vires ſuas preſeruare deo:vt deo diu
tius poſſit ſeruire.pſ.Fortitudinē meam
ad te cuſtodiā.Quarto qn̄ quis excedit in
ſuperfluitate cibi ꝛ potus:ſic q̄d perdit ra
tionem vel nauſeā habet:vel vomitū facit
propter ſuperfluā crapulaʒ vel ebrietatē:
talis etiā grauiter peccat.Nam ſm̄ Hen=
ri.de vri.Quicūq; inebriatur vel qui exce
dit menſurā in comedēdo ꝛ bibēdo:ſi hoc
cum propoſito facit peccat mortaliter:to=
tiens quotiens facit:ꝛ qui in tali ebrietate
morietur eternaliter damnabitur.Quin=
to peccat quis comedēdo ꝛ bibendo quā=
do principaliter querit delectationē:ꝛ ta=
lem delectationē preponit deo:qui debet
eſſe principalis cauſa:ꝛ finalis in omnib⁹
operibus noſtris.Unde Apoc.j.Ego ſum
alpha ꝛ o principium ꝛ finis omniū.Et ta=
lē delectationē homines voluptuoſi que=
runt qui ſolum ſecundum carnem viuunt,
vnde apoſtolus Rom̄.viij.Fratres ſi ſe=
cundum carnem vixeritis moriemini.vn=
de etiam Hier.Impoſſibile eſt hic imple=
re ventrem ꝛ illic mētem.Quantū ad ter=
tiam partem huius ſermonis.ſciendū q̄d
omnes chriſtiani debent hodie illud feſtū
deuote ꝛ ſolenniter celebrare ſanctū Ma
thiam in omnibus neceſſitatib⁹ inuocare
tanq̄; ſingularē patronū.Primo qui a ſer
pētibus venenoſis ledūtur.Unde legitur
q̄d dum beatus Mathias predicaret:quā
dam potionē extoxiccatā dederunt ei bi=
bere quam ipſe in nomine dei bibit ꝛ nul=
lam ſenſit leſionē.Etiaʒ infirmi.Unde de
eo legitur q̄ cum per Judeam predicaret
cecos illuminabat demones expellebat le
proſos mūdabat:claudis greſſum:ſurdis
auditū:ꝛ mortuis vitam reſtituebat.Etiā
in extremis laborātes.Unde legitur q̄ cū
quidā miles vt moriens ex deuotione ali
quem apoſtolorū eligeret in patronū:ſe=
mel ꝛ bis arripuit chartam cōtinentē no=
men Mathie:tūc indignatus ait.Si nul=
lum magnorum apoſtolorū eligere poſſū
nec hūc pro patrono habere volo.Poſt ali
quod tēpus predictus miles cauſa ſalutis
loca paſſionis chriſti viſitare diſpoſuit ꝛ
iam mari aliquātulum cum ſocijs profe
ctus eſſet tantis tempeſtatibus nauis ſu=
bito impellitur vt omnes qui in ea erant
de vita deſperarent.Et cum ſors reū mili
tem properet proiectus de naui marinis
fluctibus ſuper nudam tabulam exponit̄.
Qui cum proximus eſſet morti:ecce vidit
virum ſplendidū precioſa veſte indutum.
Cunq; interrogaretur cur marinis fluctu=
bus eſſet immerſus:qui cum propter cul=
pam ſuam hoc factum eſſe dixiſſet ille ab=
iecit.Uelles ne illi honorem ꝛ obſequium
impendere



impendere qui de iſtis periculis te libera
ret?Miles ille rn̄dit.Quandiu vixero ſibi
tanq̄; dn̄o fideliter ſeruire pmitto.Uir au=
tem ille ait.Ego ſum ſanctus Mathias
apoſtolus quē patronū habere contēpſit
nunc aūt tibi bonū pro malo reddo.Et ma
nu extenſa ipſum de periculo mortis libe=
rauit:ꝛ in ciuitate hierl'm tranſportauit:
precipiens ei vt ibidem ſocios ſuos expe=
ctaret.Qui poſt multos dies illuc venien
tes ipſum recognouerunt:ꝛ deum lauda=
uerunt:ille aūt ſanctū Mathiā deinceps
in magna reuerentia q̄; omnibus ſanctis
ſemper habuit.ꝛ ei deuotiſſime vſq; ad fi
nem vite ſeruiuit.Etiam tēpore famis.Un̄
legitur q̄ anno dn̄i.cxxv.in treueri corpus
ſancti Mathie inuentum fuit tempore fa
mis:q̄ mox miraculoſe ceſſauit.

¶ De annuntiatione beate Marie vir
ginis.Ser.xiij.

INgreſſus angelus ad eā di
xit.Aue maria gratia ple=
na dn̄s tecū.Vba hec origi=
naliter ſcribunt̄ Luc.j.Reci
tatiue aūt in inſtantis ſolē=
nitatis euangelio.ſcienduʒ
q̄ nemo pōt digne laudare beatā vginez:
niſi ipſum dignū faciat ille q̄ hodie cōce=
ptus eſt in vtero eius.Un̄ Damaſce.Licet
mille ora:mille lingue vociferarēt:nec ſuf=
ficerent:nec ſi oēs lingue hoīm conuenirēt
eā mirificis poſſent efferre preconijs.Un=
de etiam Ber.Utinam mihi tot eſſent lin
gue quot ſunt celi ſtelle:vt oēs illas poſ=
ſem conuertere ad laudem genitricis dei.
nec ſic ſatiaret.ꝛ ſi null⁹ humanus ſermo
in laude ei⁹ inuenit̄ idoneus:non tn̄ pro=
pter hoc ab ei⁹ laude ceſſare debemus:lʒ
q̄ poſſumus faciamus.Nā ipſa hodie fa=
cta eſt mater xp̄i:ꝛ pōt nobis grām impe=
trare.Ex quo ergo hodie feſtū ei⁹ annun
ciationis celebramus:tūc ad honorē beate
virginis marie:ꝛ edificationē noſtram tria
ſunt dicenda in pn̄ti ſermone.Primo de
dignitate ipſius feſtiuitatis.Scd̄o aliqua
ad edificationē noſtrā.Tertio aliqua mi=
racula pro conſolatione noſtra.Quantuʒ
ad primū ſciendum q̄ ſm̄ henricū de aſſia
hoc feſtū precellit quaſi oīa feſta toti⁹ an=
ni.Et hoc ſic probat̄:q; ſi dies natiuitatis
ſolennis eſt:q; homo q̄ naſcebat̄ de⁹ erat
iſta ſolēnior eſt in qua deus factus eſt hō.
vn̄ canitur.hodie deus hō factus eſt.Etiā
ſi dies reſurrectionis celebris eſt in q̄ hu=
manitas reſurrexit glorificata carne iſta
celebrior eſt in qua humanitas aſſumpta
eſt vnitatem ſuppoſitalē.Itē ſi dies aſcen
ſionis ſolenne eſt in qua xp̄s celū aſcendit
iſta celebrior eſt in qua hodie filius dei de
celo deſcendit in vterum virginis matris.
Item ſi dies pentecoſtes celebris eſt in q̄
ſpiritusſanctus miſſus eſt:iſta celebrior eſt
in qua hodie filius dei ſimilis factus eſt
nobis.Nā hodie quando beata virgo ma
ria habuit i etate.xiiij.ānos ꝛ.xviij.hebdo
madas Jeſum xp̄m concepit:tūc dies ſa=
lutis incepit ꝛ nox receſſit:q; poſt peccatū
ade non fuit quinq; milibus annis centuʒ
ꝛ nonagintanouem.Sicut ergo adā ꝛ eua
nocteʒ fecerunt:ſic xp̄s ꝛ maria hodie diē
gratie ꝛ ſalutis inchoauerunt.Un̄ hodie
canitur.Hec eſt dies quaʒ fecit dn̄s:hodie
dominus afflictionem ſui populi reſpexit
ꝛ redemptionem miſit:hodie mortem quā
femina intulit:femina fugauit:hodie de⁹
homo factus eſt:id quod fuit permanſit ꝛ
quod non erat aſſumpſit:ergo exordiū no=
ſtre redemptionis deuote recolemus:et
exultemus dicētes:gloria tibi dn̄e.Ingreſ
ſus angelus ꝛc.Quare angel⁹ miſſus eſt?
Rn̄detur:quia ſicut eua per diabolum eſt
decepta ꝛ ei mendacium nunciauit:ꝛ per
conſequens mortem eternam:ita conue=
niens fuit angelum marie annunciare ve=
ritatem ꝛ vitam eternam.Etiam queritur
in qua forma apparuit ei angelus?Reſpō
detur quod formauit ſibi lucidū corpus:
vt etiam ſenſibiliter virgini appareret.vn
de dicit beatus Auguſtinus in quodā ſer=
mone loquēs in perſona beate Marie vir
ginis.Uenit ad Gabriel archāgelus facie
rutilans:veſte choruſcans:inceſſu mirabi
lis:aſpectu terribilis.Et hoc congruum
fuit:quia enim illum annunciauit:qui in
ſe inuiſibilis corpus viſibile voluit ex vir=
gine ſumere congruum debeat corporali

ſpecie apparere: etiã queritur quid virgo Maria egerit quando angelus ad eã ingreſſus fuit. Reſpõdetur ꝙ quidã doctores volunt ꝙ erat abſtracta tota in deuotiſſima cõtẽplatione ſuper ſalutẽ generis humani qualiter per virginẽ debebat humanum genus ſaluari. Et quidã dicũt eã tunc actum legiſſe illud. Eſa. vij. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium. In hoc ergo actu tam intime cõtẽplationis quo erat deo ſpiritualiter coadunata: ingreſſus eſt angelus ad eam. Rationabile enim videt̃ ꝙ quãdo corporaliter voluit ſibi vniri verbum eternũ: ⁊ tunc ipſa ſpũaliter eidẽ vnita in actu cõtẽplationis eſſet. Aue gratia plena ⁊c. Sciendũ ꝙ nullus hoĩm excellẽtius: ⁊ gratius: ⁊ dulcius beatam virginẽ poterit ſalutare ſeu laudare: q̃ hac ſalutatione quam ipſe deus pater dictauit: ⁊ ei per angelũ deſtinauit. Et eſt a nobis frequenter hac ſalutatiõe ſalutanda: qꝛ tale gaudiũ habet ex illa ſalutatione deuote dicta quale habuit quãdo hodie ſalutata fuit ab angelo: ex quo hodie peragit̃ feſtũ annũciationis ⁊ chriſti cõceptionis: tũc querit̃ quõ incarnatio chriſti facta ſit? Reſpondet̃ ꝙ poſtq̃ angelus Gabriel fuit miſſus ad Mariã virginẽ. vt habet̃ Lu. j. ⁊ Maria credidit ⁊ cõſenſit: tunc ſpũſſanctus ſuperuenit in eã: ⁊ eam ſanctificauit ⁊ fecũdauit: formauitq̃ in inſtãti de puriſſimo ſanguine Marie: vel vt alij dicũt de puriſſimis humoribꝰ eius corpus chriſti ⁊ in eodẽ inſtãti in quo formatũ eſt corpus creata eſt anima: ⁊ hec in eodẽ inſtanti cõiũcta eſt corpori organizato: ⁊ illa duo corpus ⁊ anima ſimul mox fuerũt deo vnita in dei filij perſona. vnde ſm̃ Holcoth ſup lib. Sap. ꝙ nunq̃ fuit aliquis ita paruus puer ſicut chriſtus in vtero matris conceptus. vnde dicit Aug. Formatio corporis chriſti fuit perfecta in principio ſue conceptionis: q̃tum ad omnia lineamẽta membrorum. Tamẽ q̃tum ad debitã corporis quantitatẽ perficiebat̃ ſucceſſiue: ſicut corpus puerorũ augmentat̃ a tẽpore figurationis vſq̃ ad perfectã maturitatẽ. Et ſciẽdum ſm̃ Henri. de vri. ꝙ tota trinitas illã incarnationẽ operata eſt: qꝛ opera trinitatis ad extra ſunt indiuiſa. Nã ibi fuit potentia patris qui ſtatim corpus formauit ⁊ animã creauit: ⁊ illa duo diuinitati vniuit in illo momẽto cum beata virgo dixit. Ecce ancilla dñi. Etiam operata eſt ibi ſapientia filij qui corpus ſuũ optime diſpoſuit: ⁊ omnia mẽbra ſua decenter ordinauit. vnde pſ. xliiij. Specioſus forma pre filijs hominũ. Item operata eſt ibi gratia ſpũſſancti qui conceptionẽ illam mũdam ab omni pctõ reddidit. Item ſciendũ ꝙ q̃uis tota trinitas operata ſit incarnatione ſolus tamen filius eſt incarnatus. vñ dicit Aug. in lib. de fide ad petrũ. ⁊ ipſe Augu. ponit tale exẽplũ. Si tres puelle tenerent vnam tunicã: ⁊ illã vna ex illis indueret: tunc illa indutio fieret a tribus puellis: ⁊ vna illarũ ſola indueretur. Quantũ ad ſecundã partẽ huius ſermonis pro noſtra informatione. ſciẽdũ ꝙ ſicut virgo hec glorioſa puriſſima ſua cõuerſatione meruit in ſe concipere filiũ dei: ita ⁊ nos per puram confeſſionẽ digni erimus in hoc feſto paſche eũde filiũ dei ⁊ virginis matris in ſacramento recipere. Quare chariſſimi de cõfeſſione notetis. Et primo qd̃ quilibet peccator debet eum inuocare vt illuminet cor ſuũ: inſuper rememorare omnia pctã ſua: ⁊ omne poſſe ſuum facere audiẽdo ſermones ⁊c. Et qñ incipit cõfiteri: tunc dꝫ dicere in ꝯfeſſione ⁊ exprimere numerũ quotiens q̃libet pctm̃ iuxta eſtimationẽ ſuã cõmiſit. Et etiã ſi iſta pctã cõmiſit in diebus feſtiuis: tũc grauius eſt: ⁊ etiã ſi participauit excõicatis q̄ publice fuerũt denũciati: loquẽdo: bibendo: comedẽdo: emendo: ſalutãdo: qꝛ tunc incidit in minorẽ excõmunicationẽ a qua cõfeſſor debet eum prius abſoluere: ⁊ poſtmodũ a peccatis. Etiã ſciendũ ꝙ ſunt duodecim genera hominũ qui confitent̃: ⁊ cõfeſſio ipſis nõ prodeſt: qꝛ non vere penitẽt. Primi qui nõ integre omnia pctã cõfitent̃: ſed aliqua peccata ſciẽter ex verecũdia occultãt: vel etiã qui palliãt ſua pctã: ⁊ etiã qui ita precipitantur vel ſubmiſſe loquunt̃ in cõfeſſione: ne confeſſor intelligat pctã que cõfitent̃: ⁊ talẽ confeſſionẽ non acceptat deus. Secũdi qui non habẽt firmũ propoſitũ amplꝰ dimittendi omnia peccata mortalia. Tertij qui diuidũt confeſſionẽ: ⁊ currunt de vno cõfeſſore ad alium dicẽdo iſti vnã partẽ: ⁊ alteri alterã partem ſuorũ peccatorũ: ⁊ ſic ſeipſos decipiũt: qꝛ quilibet confitẽs debet omnia pctã ſua q̄ hꝫ in memoria ſacerdoti cõfiteri vni: ⁊ non partẽ vni: ⁊ partẽ alteri. Quarti ſunt qui mentiunt̃ ſciẽter in cõfeſſione: qꝛ ſacerdos ſedet ibi in loco dei: q̄ veritas eſt. Et ideo in cõfeſſione veritas eſt dicenda tanq̃ ipſi deo: cui nuda ⁊ aperta ſunt oĩa. Ergo ſi ſacerdos querat an corrupta es an virgo: tũc reſpõdere debes veritatẽ dicẽdo non ſum virgo. Sed diceres cũ illa perſona cõfeſſa eſt ante hoc idem pctm̃: an teneatur ſibi ſecũdario cõfiteri. Rñdetur qd̃ non tenet̃: ſed dicere dꝫ q̄cq̄d in hoc deliqui ante cõfeſſa ſum: ⁊ penitentia mihi impoſita eſt quã exolui. Sed tamen ſm̃ btm̃ Tho. bonũ eſt ⁊ ſalubre vnũ pctm̃ pluries ⁊ pluribus ſacerdotibꝰ cõfiteri: q̃uis non ſit de neceſſitate ſalutis: qꝛ illa verecũdia delet peccata ⁊ penã purgatorij. vnde etiã in decr. dicit̃. Pudor ⁊ erubeſcentia eſt maxima pars penitẽtie ⁊ ſatiſfactionis. de pe. di. j. Quẽ penitet. Quinti ſunt qui ſe excuſant ⁊ alios inculpãt: qd̃ non dꝫ fieri: ſed q̄libet debet ſeipm̃ accuſare: ⁊ culpã ſuam propriã dicere: nec debet alios hoĩes in cõfeſſione noĩare: nec etiã loqui extra cõfeſſionẽ ea que in cõfeſſione dicunt̃. Sexti ſunt qui ſtãt in amore illicito ⁊ ſimul morant̃ in eadem domo: ⁊ tales nõ ſunt abſoluẽdi nec cõicandi: niſi velint deſiſtere: ⁊ prius abinuicẽ ſeparari. Septimi ſunt qui ſeruiũt inimicitijs: nec volunt indulgere ſuis offenſoribꝰ: nec talis cõfeſſio eſt vtilis. vnde Mat. vj. Si nõ dimiſeritis hominibꝰ: nec ⁊ pater veſter celeſtis dimittet vobis peccata veſtra. Octaui q̄ aliena non reſtituũt. vnde Aug. Non dimittitur peccatũ: non reſtituatur ablatũ. Et talis reſtitutio etiam debet fieri de rebꝰ paruis ſicut qui diuerſis hominibus parua dãna intuliſſet: in pratis: in agris: in piris: ⁊ ſic de ſingulis. Sed ſi aliquibꝰ hominibus dãna intulit: ⁊ ignorat tunc debet talis facere vnam ſummã de omnibus illis paruis: ⁊ tantum de conſilio ſui confeſſoris dare ad illam eccleſiã parochialem ſiue qua talia dãna intulit: vel etiã dare pauperibus. Et ſciendũ ꝙ quilibet volens cõmunicare: debet reſtituere ante acceſſum ſacramẽti omnia debita quãdo terminus ſolutionis inſtat: aut petere dilationẽ ab illo cui tenetur. Et ſi occultũ eſt tũc debet reſtituere per confeſſorẽ in occulto: ſed ſi publicũ eſt tũc per ſe debet reſtituere: aut vlteriorem dilationem petere. Noni ſunt qui detraxerunt proximis: ⁊ nolunt reſtituere famam proximis. vnde ſctũs Tho. ij. ij. qõ. lxij. Tenetur quis ad reſtitutionẽ fame: ſicut ad reſtitutionẽ cuiuſlibet rei ſubtracte. vnde etiam Hiero. Non facilis venia: praua dixiſſe de rectis. Decimi ſunt qui non confidunt quod deus velit peccata ſua indulgere eis: ſed propter multitudinem peccatorum deſperant. Item Aug. Penitẽtia que ex fiducia non procedit: inutilis ſterilisq̃ manet et ſine fructu. Unde etiam Amb. Non poteſt bene agere penitentiam: qui non ſperat indulgentiã. Unde vere penitens nunq̃ debet deſperare: etiam ſi mille milia peccatorum mortaliũ commiſiſſet. vnde Bernar. Maior eſt dei pietas: q̃ queuis iniq̃tas. Undecimi ſunt qui confitentur non ex charitate: ſed humano timore. Et illorum qui ſolum ex timore ⁊ verecũdia humana confitẽtur ſunt duo ſigna per que cognoſcitur. Primum eſt ꝙ tales differunt confeſſionẽ ſuã vſq̃ ad vltimam hebdomadã: ⁊ tunc quando vltra differre non poſſunt tunc confitentur ex quodã timore humano: ne poſt mortem priuentur eccleſiaſtica ſepultura. vnde dicit̃ extra de pe. et re. Omnis vtriuſq̃ ſexus. Qui in quadrageſima non confitentur nec in paſcha communicant: debẽt carere introitu eccleſie et eccleſiaſtica ſepultura. Secundum ſignum eſt quod tales poſt paſcha viuunt: ſicut ante vixerunt: et eadem peccata iterato committunt que ante commiſerunt: et hoc eſt ſignum quod non vere: ſed ficte non ex charitate: ſed ex conſuetudine et humano timore penitentiam egerunt: nec firmum propoſitum emendandi habuerunt. Duodecimi et vltimi ſunt qui confitentur

⁊ penitentiam ſuſcipiūt:ſed poſtmodū eādem penitentiā ⁊ paruipendūt ⁊ obliuiſcūtur nec perficiūt:⁊ talis ꝯfeſſio nō proficit ad ſalutem. Similiter q̄ ſcienter ⁊ ex ꝓpoſito q̄runt ſimiles illiteratos confeſſores cū bene poſſent hr̄e literatos ⁊ diſcretos: ⁊ tales ſeipſos decipiunt:qꝛ ſi cecus cecū ducit ⁊ ambo in foueā cadunt. vn̄ xp̄s in euāgelio. Ceci ſunt ⁊ duces cecoꝝ. Ex omnibꝰ iam enumeratis conſulendū eſt ꝙ q̄libet hominum faciat gn̄alem ⁊ integrā cōfeſſionem de oībus peccatis a iuuentute cōmiſſis:⁊ aliam penitentiā accipiat.⁊ eā deuote ꝯplere ſtudeat. Et ꝙ plures per plures annos nō bene ꝯfitenť:pȝ per tale exēplū vt habeť in ſer. diſcipuli de tēpore. ſermo. xcij. ¶ Quantū ad tertiā partē huiꝰ ſermonis ſciendū ꝙ oēs peccatores ⁊ peccatrices ⁊ ꝯn̄r oēs hoīes ſenes ⁊ iuuenes debent glorioſam v̄ginē Mariā diligere:et eam crebrius cū angelica ſalutatione ſalutare:qꝛ oībus parata eſt ſuccurrere eā deuote inuocantibus ⁊ primo pctōribus. Exēplum de teophilo q̄ abnegauit baptiſmuȝ ⁊ deū ⁊ Mariā:⁊ tn̄ Maria impetrauit ſibi miſericordiam dei:⁊ hoc quere infra in ꝓ̄ptuario de exemplis beate marie v̄ginis. xlij. Etiā peccatricibus. Exempluȝ de adultera q̄ quotidie cēties flexit genua ad honorē virginis Marie:cui maria ſuccurrit:⁊ poſtmodum vitā laudabiliter finiuit. Quere hoc in ꝓ̄ptuario de exemplis virginis marie. xlviij. Etiā q̄ patiunť vehemētes infeſtationes demonum debēt beatā v̄ginem mariam ſalutare per angelicam ſalutationē que ſalutatio angelica demones fugat. Exemplū de concubina ſacerdotis que meruit religionē:nec poterat diabolum vincere:per aquā bn̄dictā: nec per ſignum ſancte crucis:ſed per Aue maria. Hoc quere ibidē. lxxv. Ultimo ſciendū ꝙ qui libenter orat Aue maria raro vel nunq̄ damnabiť. Exemplum de milite qui frequenter de ſero ⁊ de mane beatā virginē Mariam ſalutauit:⁊ feliciter ad xp̄m migrauit. hoc quere ibidem.

## ¶ Sermo breuis de vera penitentia et confeſſione.

Conuertimini ad me in toto corde veſtro. Iohel. ij. In verbis iſtis iam premiſſis dn̄s in hoc ſacro tēpore quadrageſime quod eſt tp̄s penitētie inuitat ad penitentiam:oſtn̄dens qualis debeat eſſe penitentia nr̄a. Primo dȝ eſſe recta:ideo dicit. Conuertimini ad me. Scd̄o dȝ eſſe integra:ideo dicit. In toto corde. Tertio dȝ eſſe aſpera ⁊ doloroſa:ideo dicit. In ieiunio:fletu:⁊ planctu. Un̄ in p̄nti ſer. qui erit de vera penitentia ⁊ cōfeſſione:⁊ preparatione ſuper feſtū paſche ad ſacramentū euchariſtie tria ſunt dicēda. Primo quod peccator q̄ vult eſſe verus penitēs tria dȝ habere, vt deus ignoſcat ſibi de omnibus peccatis ſuis. hoc quere ſupra ſer. v. parte j. Secundo dicendum eſt de duodecī generibus hoīm qui cōmuniter peccant mortaliter iam in hoc ſeculo:vt ipſi ſimplices homines qui non ſciunt confiteri addiſcāt ex hiis duodecim gn̄ibus hominū quomodo confiteri debeant. hoc quere infra ſermo. xxvij. parte. ij. Tertio exemplum de illis qui ꝓpter verecundiā humanā nō plene confiteť oīa peccata ſua:qꝛ tales homines eternaliter ⁊ ſine fine damnabuntur. hoc quere in promptuario. Ser. xxij. C.

## ¶ De paſſione dn̄i. Sermo. xiiij.

Uos omnes qui trāſitis per viam attendite ⁊ videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Tre. j. Conſiderando paſſionē dn̄i noſtri ieſu xp̄i nunc plus flere liber ꝙ aliquid dicere:ex quo creator noſter:deus nr̄:redemptor noſter:pater noſter:frater noſter amare fleuit in cruce pro nobis:nō ſolum lachrymas effudit oculorū:ſed proprium ſanguinē ea oībus mēbris ſui corporis:⁊ ēt hodie tot creature fleuerūt ſicut in fine ſermonis diceť. Quare merito quilibet noſtrū hodie flere dȝ contriſtari ⁊ cōpati dn̄o noſtro ieſu xp̄o. Sed qꝛ ſine gr̄a nec flere:nec loqui poſſumus ſalubriter de paſſione dn̄i:idcirco recurramus prio ad filium dei dn̄m noſtrum ieſum chriſtum:



quilibet hac die fuerit plenus doloribꝰ faciliter:tamen eſt largitus regnū ſuum ad p̄ces vnius latronis:ſcilȝ paradiſum. Et etiā matrē que hodie triſtis eſt ſuper oēs matres. Nā ſicut angelus Gabriel in annūciatione dixit. Benedicta tu in mulieribus. ſic hodie per oppoſitū poſſumus dicere ei. Tu tribulata es ſuper oēs mulieres. Rogemus igitur filium ⁊ matrē: vt dent nobis loqui de ſua paſſione:vt ſit ſibi placitum ⁊ nobis in noſtre deuotionis augmentū. Et vt hoc impetremꝰ dicamus cuȝ deuotiōe quilibet noſtrū Pater no. ⁊ Aue maria. O vos oēs qui trāſitis. Si paſſiōes ſanctorū recitanť populis vt inducant ad cordis deuotionē:peccatorū contritionē: mundi deſpectionē:⁊ tribulationū importationē:q̄tomagis paſſio chriſti oī deuotione:attētione:⁊ reuerētia eſt audiēda: qꝛ ipſe eſt ſanctꝰ ſanctorū dn̄s vniuerſorū iudex viuorū ⁊ mortuorū:vt audiētes cōſiderent eius exceſſiuā charitatē que eſt ad genus humanū. Ipſe tā exceſſiue nos dilexit qḋ non tantū vnam guttā ſanguinis: ſed totū ſanguinē ſuum precioſuȝ largiter pro nobis effudit. vnde beatus Ber. Sufficiſſet ad redemptionē humani generis minima gutta ſanguinis chriſti:ſed tāta eſt copia vt ex inūdatione bn̄ficij virtꝰ ignoteſceret diligētis. Paſſio autē domini noſtri Ieſu chriſti a quatuor euāgeliſtis deſcribitur:⁊ ideo quatuor diebꝰ in iſta hebdomada legiť:vt quod oēs quatuor ſcripſerunt ab omnibꝰ audiatur:quia aliqua vnus ſcribit que alius omittit. Et ergo in preſenti ſer. tria ſunt dicenda. Primo quomodo paſſio chriſti a Iudeis fuit inchoata. Secundo qualiter per gentiles fuit cōſummata. Tertio que ſunt illa que hodie in eccleſia fiunt ⁊ alias nunq̄ per totū annum:⁊ que hodie nos debent educere ad fletum cum vno exemplo. Quantū ad primum ſciendū quod chriſti paſſionē cū dei adiutorio ex hiſtorijs quatuor euāgeliſtarum breuiter recitare intendo: incipiēdo paſſionē chriſti feria ſexta ante dn̄icam de paſſione:ſicut enim habetur Io. xj. ſic qḋ hodie ſunt quindecim dies qḋ Ieſus ſuſcitauit Lazarum quatriduanū. Et iſtud miraculum fuit ita manifeſtū qḋ ꝓpter illud miraculū ⁊ alia miracula que chriſtus fecit:⁊ propter vitā ſuam ſanctiſſimā ⁊ propter verba ſua gratiſſima quaſi totus mūdus ibat poſt ipſum:⁊ plures de populo Iudeorū conuertebātur ad ipſum. Unde Io. xj. Phariſei dicebāt ad ſeipſos. Uidetis quod nihil proficimus:ecce totus mūdus poſt eū abit. Igitur princeps Iudeorum ⁊ phariſei qui erant inuidioſi ⁊ inimici chriſti vidētes gratiam magnā quā cōmunis populus habebat ad ipſū ſtatim in ſabbato ſequenti habuerūt conſilium: quo dixit vnus ex eis. Quid facimus:quia hic homo multa ſigna facit:⁊ ſi dimittimꝰ eum ſic:omnes credēt in eum:⁊ veniēt romani:⁊ tollent noſtrum locū ⁊ gentē. Tūc vnus ex eis Cayphas nomine dixit. Uos neſcitis quicquā:nec cogitatis. Expedit vt vnꝰ moriatur homo:⁊ nō tota gens pereat. Et ſic concluſum fuit qḋ chriſtus mori deberet. Et ex illa die cogitauerūt interficere eū. Unde illa dominica vocatur dn̄ica in paſſione. Sciens autē Ieſus qui nouit abſcondita ꝙ conſiliū eſſet concluſum de morte ſua receſſit de illo loco:ſcȝ de bethania:⁊ iuit in deſertū locum qui vocať effrem cum diſcipulis ſuis:⁊ permanſit ibi ſeptem diebus vſqꝫ ad ſabbatum palmarum. Et vincē. in ſpecu. hiſtorie lib. viij. ca. xxix. dicit ꝙ in illis diebus Abagarus rex infirmabatur morbo quodam irremediabili qui audiens miracula que chriſtus fecit cecos illuminādo:leproſos mundādo: mortuos ſuſcitādo:cupiebat Ieſum videre:miſit ad eum nuncios:vt ad eum veniret ⁊ eum ſanaret. Reſpondit ei Ieſus per nuncios illos. d. ſi faciem meam corporaliter cernere cupis:ecce tibi vultus mei ſpeciem transformatā in lintheo dirigo:per quam deſiderij tui ſeruorū refrigeres. Et quicquid de me audiſti nequaq̄ impoſſibile fieri exiſtimes. Poſtq̄ tn̄ compleuero ea que de me ſcripta ſunt:dirigam tibi vnum ex diſcipulis meis qui tibi ⁊ populo tuo ſanitatis impartiatur auxilium ⁊ ad ſublimitatē fidei vos perducat. Et in ſabbato palmarum reuerſus eſt Ieſus cum diſcipulis in bethania:⁊ fecerunt ei ibi cō

niuium: ⁊ martha eis miniſtrabat ⁊ lazarus erat vnus ex diſcumbentibus cũ ieſu ⁊ plures exierunt de hieruſalem nõ ꝓpter ieſum tm̃ ſed vt lazarũ viderent quẽ ſuſcitauit a mortuis. Cogitauerũt ergo principes ſacerdotũ vt lazarũ interficerent: qꝛ multi abibant ex iudeis propter illum et credebãt in ieſum vnde Auguſt. in lib. de verbis dñi dicit ꝙ in illa cena interrogauerũt lazarũ de amaritudĩe mortis corporalis. Qui reſpõ. ꝙ nulla creatura poſſet cogitare amaritudinẽ mortis anteq̃ anima ſeparatur a corpore. Tunc xp̃s cepit tremere ⁊ ſudare: qꝛ cognouit amaritudinem mortis ſue: qꝛ homo ſicut ⁊ nos. Tũc maria Magd. vnguentũ pretioſum effudit ſup caput eius vt cõfortaretur: et tota domus impleta eſt ex odore vnguẽti. Tũc iudas murmurauit dicẽs. Ut quid perditio hec? Quare hoc vnguentũ non venijt trecentis denarijs: et datum eſt egenis? Dixit aũt ſm Joh. qꝛ non de egenis pertinebat ad eũ. ſed qꝛ fur erat ⁊ loculos habebat et ea que mittebant portabat. Et iudas ab illa hora cogitabat quomodo ieſum tradere venderetq̃ iudeis poſſet vt ſic recuperaret illos triginta denarios quos putabat ſe perdidiſſe: qꝛ decimam partẽ conſueuit furari. Hoc totũ factũ eſt in ſabbato palmarum. Dñica autem palmarum venit ieſus de bethania in hieruſalem ⁊ cũ appropinquaret ciuitati fleuit ſuper eam dicẽs. Quia ſi cognouiſſes ⁊ tu fleres. Et ibi receptus fuit cum maximo honore quẽ vnq̃ habuit in hac vita: quia quaſi totus cõis populus ciuitatis venit obuiam ei cũ ramis palmarum cantãdo ⁊ clamando. Oſanna filio dauid: benedictꝰ qui venit in nomine dñi. Secunda feria diluculo venit de bethania iterũ in templum ⁊ docebat populũ dicẽs. Ego ſi exaltatus fuero a terra: omnia traham ad meipſum. Et tũc adduxerunt ei mulierẽ in adulterio deprehenſam dicẽtes. Magiſter hec mulier modo deprehenſa eſt in adulterio: in lege aũt mandat Moyſes huiuſmõi lapidare tu ergo q̃d dicis. Tũc Jeſus reſpondit dicẽs Qui veſtrum ſine peccato eſt primus lapidẽ in illã mittat. Et in fine dixit mulieri. Uade ⁊ noli amplius peccare. Tertia feria iterũ de bethania in templũ venit: ⁊ docebat populum: ⁊ predicabat de extremo iudicio ⁊ dixit. Ego non vobiſcum ſum vſq̃ ad tp̃s paruum: ego recedam a vobis: ⁊ non me videbitis. Et hoc xp̃s dicit de morte ſua: ſꝫ principes ⁊ phariſei intellexerunt de receſſu ſuo corporali ſtatim ⁊ principes ⁊ phariſei quarta feria cõgregati ſunt in atrium cayphe: ⁊ tractauerũt de morte xp̃i dicẽtes. Quid facimus: qꝛ hic homo multa ſigna facit: faciamus conſiliũ noſtrũ cito: qꝛ ſibi notificatũ eſt quicquid in alio conſilio decreuimus ne effugiat manus noſtras: ⁊ dixerunt. Nõ in die feſto: ne forte tumultus fieret in populo: qꝛ timebant populum communẽ qui habebat ſingularem gratiã ad xp̃m: ne eriperent eũ de manibus eorũ: ſed in die quo populus intentus eſſet labori ſuo: ⁊ in illa quarta feria xp̃s manſit in bethania ⁊ nõ venit in hieruſalẽ. Judas autem ſcarioth ſciuit ꝙ iudei erãt cõgregati ſimul: ⁊ iuit a xp̃o et diſcipulis de bethania ad pncipes ⁊ phariſeos dicẽs. Quid vultis mihi dare: ⁊ ego vobis eũ tradam. Audientes hoc gauiſi ſunt valde: ⁊ promiſerũt ei pecuniam dare. ſ. triginta denarios. Sciendum qđ illi denarij erant hiſmahelitici: pro quibꝰ ioſeph qui tenet figuram xp̃i venditus fuit ante quatuor milia annorũ: ⁊ hereditaria ſucceſſione fuerunt deuoluti ad illos iudeos: ⁊ vnus valuit decẽ vſuales. Et in ſignum huius poſtmodũ pro illis denarijs emptus eſt ager vnus in ſepulturã peregrinorum. Jſta venditio facta eſt quarta feria ante cenam dñi. Et propter illã venditionem aliqui abſtinent quartis ferijs a carnibus: ⁊ eſt bonũ ⁊ laudabile. Et quinta feria appropinquante hora mortis appropinquare voluit loco. Et dixerũt diſcipuli cũ irent hieruſalem. Quo vis eamus vt paremus tibi vt mãduces paſcha? Et mittit duos de diſcipulis ſuis. ſ. petrum et iohannem: ⁊ dixit eis. Jte in ciuitatem et occurret vobis homo lagenã aque baiulans: ſequimini eũ: ⁊ quocunq̃ introierit ibi parate nobis. Et veſpere facto cenauit cũ diſcipulis ſuis in ſignum amoris. Et in iſta cena xp̃s tria fecit. Primo comedit agnũ aſſatum cũ lactucis agreſtibus in vno catino ferreo ad oſtẽdendum ꝙ ipſe erat iſte agnus benedictus qui deberet aſſari in ligno crucis. Et in Luc. habetur ꝙ poſt eſum agni ieſus dixit diſcipulis ſuis. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcũ anteq̃ patiar: ⁊ vnus ex vobis me tradet: ve aũt homini illi per quẽ tradar: ergo melius erat illi ſi natus nõ fuiſſet homo ille. Et illi ceperũt contriſtari ⁊ dicere ei ſingulatim. Nũquid ego ſum dñe? Sed iudas dixit. Nunquid ego ſum rabbi. Quaſi minus peccaret tradendo magiſtrũ q̃ dñm. Et tũc petrus innuit iohanni vt interrogaret eũ quis eſſet qui traderet eũ. Et Jeſus dixit iohanni. Cui intinctũ panẽ porrexero: ipſe eſt q̃ me tradet. Et ſtatim in eum intrauit diabolus. Scđo lauit pedes diſcipulorũ ſuorum ad oſtẽdendum ꝙ paſſio ſua benedicta eſt que lauit nos ab oĩbus peccatis noſtris. Et Chry. dicit ꝙ a iuda cepit lauare pedes. Tertio cõſecrauit corpus ſuũ ⁊ ſanguinem ad hoc vt illo ſacramẽto vti debeamus in memoriã paſſionis: ⁊ tunc cõſecrauit eos ſacerdotes: et impreſſit eis caractarẽ: ⁊ dedit eis poteſtatẽ cõficiendi hoc venerabile ſacramentũ: ⁊ ibi inſtitutum eſt hoc ſacramentum. Et poſt dixit ieſus ad iudã. Qđ facis fac citius. Et ſtatim ſurrexit ⁊ abijt ad principes ⁊ phariſeos vt perficeret traditionẽ ieſu. Et poſt receſſum iude: tunc xp̃s dulciter locutus eſt: et p̃dicauit diſcipulis ſuis longũ ſermonẽ. Et poſt ea dixit. Oẽs vos ſcandalũ in me patiemini in hac nocte. Reſpõdens petrus ait. Et ſi oẽs ſcandalizati fuerint in te: ego nunq̃ ſcandalizabor. Paratus enim ſum tecũ ⁊ in mortẽ ⁊ in carcerem ire. Ait illi ieſus. Amen dico tibi qꝛ in hac nocte anteq̃ gallus bis cantet: ter me negabis. Ait illi petrus. Etiã ſi oportuerit me mori tecũ non te negabo. Similiter ⁊ oẽs diſcipuli dixerunt. Egreſſus aũt ieſus domum cum diſcipulis ſuis duxit eos extra hieruſalem ⁊ tranſiuit cũ ipſis quendam torrentẽ qui dꝛ cedrõ. Et eſt vallis que dꝛ cedron ꝓpter multitudinẽ cedrorum que ibi naſcunt: per quã vallẽ fluebat torrẽs de duobus montibꝰ. ſ. de monte ſyõ: ⁊ de monte oliueti. Et ipſe cum diſcipulis ſuis introiuit in quendã hortũ quẽ ſepe conſueuit cũ diſcipulis intrare ad cõſulendũ ⁊ docendũ eos. Et iudas proditor ſciebat illũ locũ: eo ꝙ ſepius ibat illuc cũ diſcipulis ſuis ieſus. Cũq̃ introiſſet in hortũ dixit ieſus diſcipulis ſuis. Sedete hic donec vadã illuc ⁊ orem. Et aſſumpto petro et duobus filijs zebedei. ſ. iacobo ⁊ ioanne cepit cõtriſtari ⁊ meſtꝰ eſſe. Tũc ait illis. Triſtis eſt anima mea vſq̃ ad mortẽ: ſuſtinete hic ⁊ vigilate mecũ ⁊ orate ne intretis in tẽtationẽ. Et progreſſus ad iactum lapides ꝓcidit in faciẽ ſuam orãs ⁊ dicẽs. Mi pater ſi põt fieri tranſeat a me calix iſte. Uerũtamen nõ ſicut ego volo: ſꝫ ſicut tu. O q̃ miſer homo nõ vult ſuã volũtatẽ diuine volũtati cõformari cũ xp̃s et eterni patris filius ꝓ eo obediens extiterit vſq̃ ad mortẽ crucis. Facta aũt oratione redijt ad illos tres diſcipulos ſuos et inuenit eos dormientes: et dixit petro. Symon dormis: nõ potuiſti vna hora vigilare mecũ. Glo. Jdeo xp̃s increpauit petrum pre ceteris ſingulariter: qꝛ pre ceteris petrus gloriabatur dicens. Etiam ſi oportuerit me mori tecum nõ te negabo. Jterum abijt ſecũdo ⁊ orauit dicens. Pater mi ſi non põt hic calix tranſire niſi bibam illũ fiat volũtas tua. q. d. Si non põt genus humanũ aliter redimi: niſi ꝑ mortem meã: fiat volũtas tua nõ mea. Et venit iterũ ad diſcipulos ſuos: ⁊ inuenit eos iterum dormientes. erãt enim oculi eorũ grauati ſomno pre longitudine vigiliarum ⁊ triſtitie magnitudine ⁊ ignorabãt quid reſpõderent ei. Et relictis illis tertio iterũ abijt ⁊ orauit eundẽ ſermonem. Tunc apparuit ei vt Lucas ait angelus cõfortans eum in ſuis magnis anguſtijs quas circa mortẽ futurã habuit. Et dicũt doctores ꝙ apparitio hec erat corporalis in aſſumpto corpore humano. Sed hic queritur quare dominus cũ eſſet fortitudo angelorũ et omniũ creaturũ indiguit cõfortatiõe ⁊ cõſolatiõe angeli. Rñdetur

nerabilis Beda. creatoꝛ nō indiguit crea=
ture ſubſidio: ſed homo factus ꝓ nobis.
Sicut ergo propter nos cōtriſtatus eſt: ſic
ꝑpter nos confoꝛtatus eſt. Poſt hoc dicit
Lucas. ⁊ factus eſt in agonia. i. certami=
ne cōtra quā moꝛtē ſenſualitas abhoꝛre=
bat: ſed ſm voluntatē ⁊ iudiciū rationis
moꝛi volebat ꝑpter ſalutē noſtrā vt nos
liberaret ab eterna moꝛte: ⁊ ſic prolixius
oꝛauit ⁊ tam intime: ⁊ tam ſerioſe: ⁊ in tā=
ta anxietate ꝙ oēs vene ſui coꝛpoꝛis mo=
uebantur. Et ſic ex vehementia anxieta=
tis factus eſt ſudoꝛ eius ſicut gutte ſan=
guinis decurrētis in terrā. O durū coꝛ cō=
ſidera hic quanta ꝗ amara ꝗ anxia fuit
moꝛs ⁊ paſſio tui redēptoꝛis cuius ſola
imaginatio tm̄ naturā humanā immuta=
uit: ꝙ pꝛe anguſtia ſanguineū ſudoꝛē ſu=
dauit. Hic queritur vtrū iſte ſanguis fuit
verus ⁊ naturalis. Reſpōdet ꝙ ſic: ſed nō
fuit naturali modo perfuſus: qꝛ contra
naturā eſt ſudare ſanguinē: vt dicit Be=
da. Tūc venit tertio ad diſcipulos ſuos ⁊
cōpatiendo dixit illis. Doꝛmite iā ⁊ reqe=
ſcite. Et cū paululum requieuiſſent dixit
eis. Sufficit venit hoꝛa ecce filius hoīs
tradetur in manus peccatoꝛū ecce qui me
tradet prope eſt. Et adhuc eo loquēte ecce
iudas traditoꝛ venit ī oꝛtū: ⁊ cū eo turba
multa cū gladijs ⁊ fuſtibꝰ ⁊ lāternis ⁊ fa=
cibus ⁊ armis miſſi a principibus ſacerdo
tum ⁊ ſenioꝛibus populi. ſ. iudeoꝛū ad cō=
prehendendū et ligandū ieſum ⁊ iudas
traditoꝛ antecedebat eos: deditqꝫ eis ſi=
gnū dicens. Quēcūqꝫ oſculatus fuero ipē
eſt tenete eū: ⁊ ducite eū caute. ſ. ne vobis
euadat. Et iō faciebat ne iacobum alphei
qui multū ſimilis erat dn̄o caperent loco
eius. Jeſus itaqꝫ ſciens oīa que ventura
erāt ſuper eū: volūtarie proceſſit obuiam
⁊ dixit ad eos. Quē queritis? Rn̄derūt ei.
Jeſuz nazarenū. Dn̄s ieſus dixit eis. Ego
ſum. Ut ergo dixit ego ſum: abierunt re=
troꝛſum ⁊ oēs ceciderūt in terrā. Per hoc
oſtendit xp̄s ſuā magnā potentiā ꝙ vnico
verbo hoſtes ſuos proſtrauit in terrā: ⁊ ſi
decē mille millia fuiſſent: eū nō cepiſſent ſi
voluiſſet. Et hoc fuit manifeſtum ſignum
voluntarie paſſionis ſue qꝛ voluit fugere
cū bene potuiſſet. Poſt hoc vt dicit Am=
bꝛo. permiſit eos dn̄s ſurgere: ⁊ iterū in=
terrogauit eos dicēs. Quem queritis. Jlli
reſponderūt. Jeſum nazarenum. Reſpō=
dit ieſus. Dixi vobis qꝛ ego ſum. Si ergo
me queritis: ſinite hos abire. Tūc iudas
traditoꝛ accedēs oſculatus eſt eū dicēs.
Aue rabbi. Rn̄dit ieſus. Amice ad quid
veniſti. Querit quare xp̄s dicit amice: cū
ſciuit ip̄m inimicū traditoꝛē ſuum. Reſpō
detur primo: ideo qꝛ iudas habuit tria ſi=
gna amicitie. ſ. amplexando: oſculando: ⁊
ſalutando. Scd̄o qꝛ merito debebat eſſe
amicus xp̄i ꝑpter multa beneficia q̄ xp̄s
ante ſibi exhibuit. Tertio qꝛ xp̄s fuit pa=
ratus iterū eū recipere ad amicitiā ſuam:
ēt ſi adhuc grauiꝰ eū offendiſſet. Tūc poſt
oſculū acceſſerūt ⁊ manus iniecerūt i eū:
⁊ tenuerūt eum. Uidētes aūt diſcipuli qđ
futurū erat dixerūt ei. Dn̄e ſi percutimꝰ i
gladio. anteqꝫ aūt dn̄s reſponſum dediſ=
ſet diſcipulis petrus qui erat ardentioꝛ
alijs gladio euaginato amputauit ſeruo
cayphe noīe Malchus auriculā dextrā:
ſed voluit eū adhuc doloꝛoſius verberaſ=
ſe: ſi nō ceſſiſſet cū capite. Dicit quidā do=
ctoꝛ: ꝙ petrus tam ardens erat quod ſibi
caput diuidere volebat: qꝛ remerius ſup
xp̄m premebat ꝗ ceteri hoc coꝛ petri val=
de penetrauit. Jeſus aūt dixit petro. Mit=
te gladiū in vaginā ſuam. Oēs enim qui
acceperūt gladiū. i. tenere ⁊ indebite ⁊ ꝓ=
pria autoꝛitate extrahunt cōtra ꝓximos
gladio peribūt. i. incident in gladiū male
dictionis eterne. An nō putas ſi vellē me
defendere ꝙ poſſem rogare patrē meū: et
exhiberet mihi plusqꝫ duodecim legiones
angeloꝛū. vnde Eſa. xxxviij. legitur ꝙ an=
gelus dn̄i in vna nocte in caſtris aſſirioꝝ
percuſſit de exercitu regis Sennacherib
centū octoginta quinqꝫ milia viroꝛū tem=
poꝛe Ezechie regis hieruſalē. Et ſtatim
te tigit ieſus auriculā ſerui illius ⁊ ſana=
uit eū in preſentia omniū: nobis in exem=
plum: qꝛ noluit aliquē propter ſe ledi. Jn
illa hoꝛa dixit ieſus turbis. i. armatis et
circūſtantibus pie ⁊ manſuete. Tanqꝫ ad
latronē exiſtis. i. huc veniſtis cū gladijs ⁊
fuſtibus cōprehendere me: cū tn̄ quotidie



eram apud vos in templo. docens et non
me tenuiſtis: nec manus extēdiſtis in me:
ſed hec eſt hoꝛa veſtra ⁊ poteſtas tenebra
rum. Tunc totaliter acceſſerūt ⁊ in eum
omnino irruerunt tanqꝫ lupi rapaces in
agnū manſuetū. Et ſm Ber. proſtrauerūt
eū duriſſime ſuper terrā: ſicut ipſe eos ꝓ=
ſtrauerat ⁊ appodiauerūt ſe ſuper pectꝰ
eius: ⁊ ſpuerūt in faciē eius ſpecioſiſſimā
⁊ iocūdiſſimam in quā angeli deſiderant
proſpicere: ⁊ puriſſime ſtrinxerunt eū ad
collū eius ligātes ſibi manus ad tergum
ſicut malefactoꝛ: ⁊ ſudoꝛ ſanguineus ad=
huc ex nimia anxietate moꝛtis per totā
faciem eius in os defluebat: ⁊ ſputa iudeo
rum ſibi in faciē illata: ⁊ cū nō poſſet ſpu=
ta ⁊ ſanguinē in os defluentia cū manibꝰ
extergere quia ligatas habebat in doꝛſo
quaſi latro omnino ſuffocatus fuiſſet ex
ſputo iudeoꝛū ⁊ ſudoꝛe ſanguineo niſi di
uina virtus eū pro nobis ad vlterioꝛa to=
leranda reſeruaſſet. Tūc xp̄o capto oēs
diſcipuli relicto eo fugerūt. Et quidā ado
leſcens ſequebat eum a longe: ſm Matt.
amictus ſyndone. i. veſte linea ſup nudo
coꝛpoꝛe: qꝛ nō habebat aliā veſtem: quā
cū ā cōprehēderunt ⁊ tenuerūt eū perue=
ſtem. At ille relicta ſyndone: nudus pro.
fugit ab eis. Quis iſte fuerit diſcipulus
euāgeliſte nō exprimunt. Hieronymus tn̄
vult ꝙ fuerit iacobus minoꝛ: qꝛ xp̄o ſimi=
lis fuit. Cum aūt ieſus duceretur ad do=
mum anne per vallem ioſaphat vbi erit
extremū iudiciū tunc petrus ſequebatur
eum a longe: ⁊ alius diſcipulus ſcꝫ ioan=
nes. Et ipſe iohannes introiuit cum alijs
in atrium qꝛ erat notus pontifici: qꝛ foꝛte
pater iohānis ſeruiebat ei piſcādo ⁊ foꝛte
poꝛtauit piſces ad domum pontificis. Pe
trus aūt ſtabat ad oſtium foꝛis. Exiuit
aūt iohānes ⁊ per ancillam oſtiariam in=
trauit: ac petro ab ea ancilla ingreſſum
impetrauit. Accenſo autē igne in medio
atrij. ⁊ circunſedētibus illis erat petrus in
medio eoꝛum quem cū vidiſſet ancilla que
dam dixit. Nunquid ⁊ tu ex diciplulis es
hominis iſtius. Tunc negauit primo. ſ.
ſimpliciter dicēs. Non ſum nec noui illū:
neſcio quid dicis. Stabant ergo ſerui et
miniſtri in circuitu. ſ. illi qui ieſum cōpre=
henderunt ⁊ ligauerunt ſm ſanctū Tho=
mam ⁊ calefaciebant ſe ad prunas qꝛ fri=
gus erat: ⁊ petrus ſtabat inter eos quaſi
vnus ex illis qui calefaciebant ſe. Et ſm
Bedam interim qđ petrus ſe calefaciebat
annas pōtifex qui dicebatur pontifex: nō
ꝙ actu eſſet pontifex ſed qꝛ quondā fue=
rat interrogabat Jeſum de diſcipulis ⁊ de
doctrina eius. Et ieſus ad primā queſtio=
nem. ſ. de diſcipulis eius nihil reſpondit:
qꝛ pro tūc non ſciuit aliquid boni loqui de
eis nec voluit aliqđ malum loqui de eis:
in hoc dans nobis exemplum vt cum non
ſcimus loqui bona de proximis nec etiam
mala ꝗuis vera ſint tamē intentione ma
la loqui nō debemus. vnde Chry. Sicut
eſt ꝯ moꝛtale peccatum innocenti falſum
crimen imponere: ſic verū crimē occultum
mala intentione alijs reuelare. Et in hoc
plures grauiter delinquunt. Sed de ſcd̄a
queſtione. ſ. de doctrina reſpondit ſcd̄m
qđ habetur Johā. xviij. Ego palam locu=
tus ſum mundo. Ego ſemper docui in ſy=
nagogis ⁊ in templo quo oēs iudei cōue=
niunt: ⁊ in occulto locutus ſum nihil quid
me interrogas: īterroga illos qui me au=
dierunt q̄d locutus ſum ipſis: ecce hi ſciūt
quid dixerim ego. Hec aūt cum dixiſſet:
vnus aſſiſtens miniſtroꝛū dedit alapam
ieſu dicēs. Sic reſpondes pontifici. i. quo=
modo ſic audes ⁊ taliter reſpondere pon=
tifici vel prelato. Rn̄dit ei ieſus. Si male
locutus ſum: teſtimonium perhibe de ma
lo: ſi autem bene quid me cedis. Hec
alapa fuit penalis et iniurioſa xp̄o qua=
druplici ratione. Primo qđ ſeruus percuſ=
ſit dominum. Secundo qꝛ in partem nobi
lioꝛem ⁊ teneriorē. ſ. in faciē. Tertio in pu
blico: quia coꝛam omnibus. Quarto quia
ſine cauſa. Et tunc annas miſit Jeſum li=
gatum ad caypham qui erat pontifex an=
ni illius: ⁊ ſocer ipſius. Jn cuius iaꝫ domo
conuenerant maioꝛes iudeoꝛum. Notan=
dum quod preſentatio hec maioꝛ fuit quā
prima: quia ſecundum reuelationem brigi
de in via ad caypham. xxx. vicibus cōſpue
runt. ⁊. xl. vicibus alapis eum cedebant: et
tribus vicibus ante domū cayphe. Jn do=

mo autem cayphe .xliij. vicibus percuſſe-
runt eum in faciem: ⁊ toties conſpuerunt:
⁊ talia multiplicata maiorem leſionē chri-
ſto inferebant. Modo nulla mētio de bea
to Joanne fit: q: fortaſſe ad beatam virgi
nem iuit ⁊ quid filio ſuo acciderit: ei nun
tiauit. Inſuper notandum eſt qd veriſi-
mile eſt Petrum poſt primā ſuam nega-
tionem xp̄m captiuatū ⁊ ductum de domo
anne ad domum cayphe fuiſſe ſecutum vt
adhuc videret finem vtrū dimitteret̄ vel
condēnaretur. Sed anteꝗ̃ intrauit in do-
mum cayphe gallus cantauit ſcꝫ primo et
petrus non aduertit ꝑpter ſtrepitum: ſed
intrauit domū cum alijs: volens ſe iterū
calefacere: ⁊ ſedit ad ignem in medio circū
ſedentiū. Quē cū iterū ancilla que erat ibi
intuita fuiſſet: dixit. Et hic cum ieſu naza-
reno erat. Ille autem negauit ſecundario
cum iuramento: q: non noui hominem. Et
interuallo facto quaſi vnius hore. vt ha-
betur in Math. acceſſerunt qui ſtabant
circa ignem ⁊ dixerunt Petro. Uere ⁊ tu
ex illis es: nam ⁊ loquela tua manifeſtum
te facit. ſ. ꝙ galileus es. Maxime autem
vrgebat eum vnus ex ſeruis pontificis co-
gnatus malchi: cui petrus auriculam ab-
ſcidit: qui dicebat ſe eum in orto vidiſſe cū
ieſu. Tunc Petrus plus timuit ⁊ negauit
tertio: vt habetur in Matth. Et cepit ana-
thematizare ⁊ cum maledictione ſuiſpſiꝰ
iurare q: neſcio hominem iſtum quem di-
cis. Et adhuc eo loquente: vt dicit Lucas
gallus cantauit ſcꝫ ſecūdario. Tunc reſpe
xit dn̄s Petrum oculo miſericordie ⁊ non
corporali. ſecūdum Auguſt. ⁊ Ambro. Ex
quo reſpectu illuminatus recordatus eſt
verbi qd dixerat ei dominus. Anteꝗ̃ gal-
lus bis cantet ter me negabis. Et egreſſus
foras fleuit amare: ⁊ ita amare qd pena ⁊
culpa fuit ſibi remiſſa. Notandū ꝙ beatꝰ
petrus primo ſimpliciter negauit ſecūdo
iurauit tertio anathematizauit: q: pecca-
tum non deletum in deterius trahit. Poſt
negationem iuit in foueam que dicit̄ gal-
ligantus: vbi iam eſt eccleſia edificata
in honorem ſancti petri inter mōtem ſyon
⁊ ciuitatem hieruſalem: ⁊ in ea latuit plo-
rando: nō audens ſe ceteris iungere diſci-
pulis vſqꝫ dum ieſus a mortuis reſurgens
die tertia in eadem fouea ſibi apparuit: ⁊
vt ſe ceteris apoſtolis iungeret precepit
Poſt receſſum petri ſummi ſacerdotes ⁊
omne conſiliū querebāt aduerſus ieſum
teſtimonium vt eum morti traderent nec
inueniebant ſcꝫ quod falſum ⁊ iniuſtum
eſſet in eo. Cayphas vero volēs eum cape
re in ſermone dixit ad eum interrogans
eum. Adiuro te per deum viuum vt dicas
nobis ſi tu es xp̄s filius dei viui. Et reſpō
dit. Tu dixiſti q: ego ſum. Uerūtamen di
co vobis amodo ideſt in futuro ſcilicet
in die nouiſſimo videbitis filium hominis
ſedentē a dextris virtutis dei ⁊ venientē
in nubibus celi. Tunc cayphas ſcidit ve-
ſtimenta dicens. blaſphemauit. Quid ad
huc egemus teſtibus. Ecce nunc audiſtis
blaſphemiam ex ore eius. Quid vobis vi
detur. At illi reſpondentes dixerūt. Reus
eſt mortis. Poſt huiuſmodi clamorē eum
turpiſſime tractauerunt. Primo faciē eius
conſpuendo quaſi eſſet leproſus. Secūdo
collum eiꝰ percutiendo. Tertio faciē ala-
pis cedendo. Eſa. l. faciem meā nō auerti
ab increpantibus ⁊ conſpuētibus in me.
Quarto faciem eius velādo ⁊ percutien-
do dicentes. Prophetiza nobis xp̄e quis
eſt qui te percuſſit. Quinto barbam extra
hendo. Eſa. l. Corpus meum dedi percu-
tientibus ⁊ genas meas velantibus. Cum
enī eſſent crudeliſſimi ⁊ ſine omni miſa con-
tra xp̄m oīa mala ⁊ vituperia que poterāt
excogitare ei faciebant. Alij ad hoc mouē
ex inuidia ⁊ propria malitia: alij vt maio-
ribus placerent modo trahendo eum per
crines ſupra ⁊ p pedes intra percutiēdo
trudendo ⁊ conſpuēdo: ꝗ̃uis enim euan-
geliſte non oīa ſcripſerunt explicite ꝙ̄ paſ
ſus eſt dn̄s noſter ieſus xp̄s: tamen ſanctꝰ
Lucas. xxij. c. implicite comprehendit di-
cens. ⁊ multa alia cōuitiabantur ei. O fide
lis chriſtiane conſidera hoc et perpende
quantas ⁊ quot iniurias paſſus eſt pro te
hac nocte vſqꝫ mane dominus ieſus iam
ab illudentibus iam in colaphizantibus
iam a conſpuētibus ⁊c. Tota nocte nihil
quieuit pro te propter eum domus hac no
cte in ſtrepidio vel ſcanno: ⁊ recordare ꝙ



peccata tua fuerunt cauſa ſue acerrime
paſſionis ⁊ caueas tibi a ſuperbia: luxuria
ab amore illicito: ab auaritia: a rebus in-
iuſtis ab iniuſta emptione ⁊ venditione:
a choreizatione: ebrietate: peieratione: tur
pilo quio: blaſphemijs: detractionibus: et
ſic de alijs prauis operibꝰ ⁊ peccatis que
te retrahunt ab eius amore. Jam habe-
tis quomodo ⁊ qualr̄ paſſio xp̄i a iudeis
inchoata fuit. Et hoc quantum ad primā
partem huius ſermonis. Quantū ad ſecū
dam partem huius ſermonis ſcꝫ qualiter
paſſio xp̄i per gentiles fuit cōſumata. Ma
ne igitur ſcꝫ. vj. feria conſilium inierunt.
ſ. ſecūdario omnes ⁊ principes ⁊ ſeniores
populi aduerſus ieſum vt eum morti ītra-
derent ⁊ victū duxerūt eum de domo cay
phe in pretorium ⁊ tradiderunt eū pontio
pylato ꝙ̄ erat gentilis ⁊ cuſtos hieruſalē
ex parte Tyberij ceſaris romanorū ⁊ ha-
buit poteſtatē ipſuꝫ dānandi ad mortem.
Unde iudas audiens ipſum ductū ad py
latum iam non eſtimauit eū amplius poſ
ſe euadere pnīa ductꝰ retulit iudeis. xxx.
denarios dicens. Peccaui tradens ſangui
nem iuſtū. At illi dixerunt. Quid ad nos:
tu videris. Uidens autē iudas ꝙ eum de-
ridebant lapſus eſt in deſpationem: ⁊ pro
iectis argenteis in templo abiens laqueo
ſe ſuſpendit. Judas tria fecit. Primo peni
tuit. Secundo reſtituit denarios. Tertio
confeſſus eſt dicens. Peccaui tradens ſan
guinem iuſtū. ſed q: deſperauit hoc fuit
peſſimū. hiero. Judas plus peccauit de-
ſperando ꝗ̃ xp̄m tradendo. vnde de iuda
habetur in decre. Judas a venia excluſus
non fuiſſet ſi veniā xp̄o poſtulaſſet. de pe.
di. ij. inter hec hircū. Cum xp̄s ſtaret co-
ram preſide in pretorio iudei non introie-
runt ne cōtaminarentur: ſed vt manduca-
rent paſcha. ſ. mūdi. chry. O impia cecitas
cōtaminari timēt alieno habitaculo: ⁊ in
nocētis ſanguinē fundere nō verent̄. ſikes
illis ſunt quidā facientes ſibi cōſcientias
de leuibus peccatis qui tn̄ in grauiora in-
cidere nō formidāt. Accuſabāt autē dn̄m
ieſum de quatuor. Primo q: ꝓhibebat tri
butū dari ceſari: vt ex hoc pylatus qui re
cipit tale tributum moueretur contra eū.
Secundo ꝙ dicebat ſe regem. pylatus au
tem primā accuſationem non reputās q:
forte dn̄m audierat dixiſſe iudeis reddite
que ſunt ceſaris ceſari: ⁊ que ſunt dei deo.
Sed q: ſecunda accuſatio videbatur dero
gare poteſtati ceſaris: ideo pylatus voca-
uit ieſum ſeorſum ⁊ interrogauit eum di-
cens. Tu es rex iudeorum? Reſpondit ie-
ſus dicens. Dicis hoc de teipſo an alij di-
xerunt hoc tibi de me. Reſpondit pylatus
Nunquid ego iudeus ſum: gens tua de
qua natus es ⁊ pontifices tui tradiderūt
te mihi qui dicūt q: tu dicis te eſſe regem
iudeorū. Reſpondit ieſus dicens. Regnum
meū non eſt de hoc mundo ideſt terrenū:
ſed celeſte. ait pylatꝰ. Ergo rex es tu? qui
ait. Tu dicis. Pylatus audiens ꝙ regnuꝫ
ſuum non eſſet de hoc mundo non curauit
iſtam accuſationem: ſicut nec primā cura-
uit. Tunc pylatus exiens de pretorio ad
iudeos dixit. Ego nullam cauſam mortis
inuenio in iſto homine. Tunc iudei alle-
gabant tertiam accuſationem dicentes.
Ipſe ſua doctrina noua commouit ideſt
peruertit a via veritatis populum p vni-
uerſam iudeam incipiens a galilea vſqꝫ
huc. Cum autem audiſſet pylatus ꝙ gali
leus eſſet ⁊ de iuriſditione herodis: tunc
miſit eum ad herodem regem galilee qui
tunc temporis erat in hieruſalem vt eum
iudicaret ſecundum iudicium ſuum. He-
rodes autem viſo Jeſu gauiſus eſt val-
de: quia ex multo tempore cupiebat eum
videre: et ꝙ multum audierat ſcilicet de
miraculis et de doctrina eius: et etiam
quia ſperabat ſe ab eo aliquod ſignum
videre et interrogauit eum multis ſer-
monibus etiam iudei accuſabant eum in
multis. Sed chriſtus neqꝫ herodi neqꝫ iu
deis eū accuſantibꝰ reſpōditiō ne vtilitas
ſue paſſionis impediret. Si enī rn̄diſſet he
rodi tunc eum herodes liberare poterat.
Cum ergo xp̄s nullum ſignum faceret nec
herodi reſpondere vellet: reputauit hero
des eum fatuum ⁊ ſpreuit eum ⁊ repulit
eum a ſe: et in ſignum fatuitatis induit
eum herodes veſte alba et ludicra ⁊ deri

ſoria ⁊ remiſit eum ad pylatum vt cū eo faceret qđ vellet. Et ob hāc cauſam herodes ⁊ pylatus facti ſunt amici qui prius erāt inimici adinuicem. Cum ergo xp̄s reductus eſſet ad pylatū conuocatis iudeis dixit. Nullā cauſam inuenio in hoīe iſto ex his in quib⁹ eum accuſatis: ſed neq̄ herodes ſupplerepit cum dignū morte nam remiſi vos ad illū emendādum ego. i. flagellatum eū dimittā. Sequit̃ in Joā. Pylatus volens liberare xp̄m dixit iudeis: eſt vobis cōſuetudo vt vnum vinctū dimittam vobis in paſcha. Habebat autē tunc vnum vinctū qui dicebat̃ barrabas: ⁊ erat ꝑpter homicidiū incarceratus. Congregatis ergo illis dixit pylatus. Quē vultis de duobus his vobis dimitti barrabam an iſtū qui dicitur xp̄s. Sciebat eīm pylatus ꝙ propter inuidiam tradidiſſent eum ideſt obtuliſſent. Principes autem ſacerdotū ⁊ ſeniores perſuaſerūt populis vt peterēt barrabam ſcꝫ latronē ⁊ ieſum ſcilicet innocentē interficerent. Cum ergo deliberaſſent pylatus eos iterum interrogans dixit. Quem vultis de duobus dimitti. Et illi clamantes dixerunt Barrabam. Putabant enim ſecundum Chry. ſe poſſe aſtruere ꝙ ieſus deterior eſſet latrone. Pylatus autē dixit. Quid tunc faciam de ieſu qui vocatur xp̄s dicūt omnes Crucifigatur. Ait illis p̄ſes. Quid eīm mali fecit. At illi magis clamabant. Crucifigatur. Videns igitur pylat⁹ quia nihil proficeret in liberatione chriſti volens populo ſatiſfacere: vt eos compeſceret a perſecutione xp̄i fecit dominū virgis flagellari ⁊ illudi ⁊ hoc fecit ſecūdū Chr. vt iudei ſatiati flagellis xp̄i ceſſarent eum amplius perſequi: ⁊ ideo pylati exuētes ieſum primo alba veſte qua eū herodes induit quā adhuc habuit. Secūdo ligauerūt eū duriſſime ad quādam columnam. Tertio flagellauerūt euꝫ accerrime flagellis: ita ꝙ ſibi ſanguis ſuus precioſiſſimus per totū corpus ſuum deflueret: ⁊ ſic vulneratus fuit per totum corpus. vñ Ambro. Superadebāt plagā ſuper plagā liuorē ſup liuorē: quouſq̄ tam ipſi q̄ inſpectores fatigati iuberēt eū ſolui a colūna. Hec oīa xp̄s libenter pro nobis ſuſtinuit, quid nos pro eo? His penis peractis iudei ſuaſerūt militib⁹ ideſt miniſtris pylati vt illuderēt ei tanq̄ regi fatuo: ⁊ primo miniſtri induerūt eum antiquo purpureo indumento in deriſum ⁊ cōtemptū. Secūdo plectētes coronā de ſpinis acutiſſimis quā impoſuerūt capiti eius pro diademate regali irriſorie. ⁊ dicitur illa corona ex iūcis marinis fuiſſe q̄ ſunt acutiores ſpinis noſtris. Et volūt quidā ꝙ hāc coronā cū magnis lignis ſibi acriter impreſſerūt: ⁊ fuit ad modū pilei. Hiero. Quaſi mille pūcturas in facie ⁊ capite ſuo recepit a corona. Et ergo ſcđm Ber. Ob dñici capitis perforauerūt ⁊ vſq̄ ad cerebrū ꝑuenerūt. Tertio dederūt ei arūdinem ī dextera ei⁹ pro ſceptro. Quarto genuflexo ei illudebant dicētes. Aue rex iudeorū colaphizātes et expuētes in eū: que illuſio fuit ſibi multū penalis ſcꝫ eū adorātes vt deū ⁊ ſalutantes vt regē colaphizantes eū ⁊ ſpuētes in eum vt fatuū ⁊ vilem ac contēptibilē perſonam. Quinto accipiebāt arūdinem ⁊ percutiebāt caput eius vt ſpine fortius capiti eius infigerētur: ⁊ hoc fuit valde leſiuū dño noſtro ieſu xp̄o. Veriſimile eſt ꝙ tantus ſanguis ꝑ ſpinas de capite eius extractus largiter fluebat in frontē ⁊ genas et collū eius ita vt apparebat quaſi leproſus ⁊ ſanguis ⁊ ſputū faciebāt eū leproſo ſimilem. vñ Eſa. liij. ⁊ nos reputauimus eum quaſi leproſum. His peractis adduxit pylatus foras ieſum ad iudeos. Exiuit ergo ieſus de pretorio portans ſpineā coronam ⁊ arūdinē in manu ⁊ purpureū veſtimētū antiquū: ⁊ dixit eis pylatus. Ecce homo: ecce rex veſter. Judei autē vidētes ieſum ſic coronatū ⁊ flagellatū clamabāt Tolle tolle crucifige eum. Et ad hoc ipſi alios vulgares prouocabant quaſi dicerēt. Hec pena non ſufficit nobis ſed crucifigat̃. Reſpondit eis pylatus. Quid eīm mali fecit: At illi magis clamabant. Crucifige eum. Dixit eis pylatus. Accipite eum vos ⁊ crucifigite. Reſponderunt iudei. Nobis non licet interficere quēq̄. Tunc iudei accuſabant eum de quarta cauſa dicentes. Nos legem habemus ⁊ ſecundū legem noſtrā debet mori qꝛ filium dei ſe fecit. vnde Le-



ui. xxiiij. precipitur ꝙ blaſphemi occidantur ⁊ tale crimen imponebant xp̄o ꝙ filiū dei ſe nominauit. Cum autē pylatus audiſſet hunc ſermonem magis timuit: ⁊ ingreſſus pretoriū duxit ieſum ſecū intro ⁊ dixit ad ieſum. Unde es tu? Jeſus autē reſponſum nō dedit ei. Dixit ei pylatus. mihi nō loqueris? Neſcis qꝛ poteſtatem habeo crucifigere te ⁊ ꝑtātē habeo dimittere te. Rñdit ei ieſus. Nō haberes ī me ꝑtātē vllā niſi tibi data eſſet deſuper. i. a deo. Propterea q̄ me tradidit tibi maius peccatum hꝫ. Et ex illo querebat iterū pylat⁹ dimittere illū. Judei autē hoc intelligentes clamabāt dicētes. Si hūc dimittis nō es amicus ceſaris. Omnis eīm q̄ ſe regē facit cōtradicit ceſari. Cum igit̃ pylat⁹ audiret hos ſermones. i. minas de indignatione ceſaris. plus timuit hoīeꝫ. i. ceſarē offendere q̄ xp̄m innocentē occidere. Ergo adduxit ieſum foras ⁊ ſedit ꝑ tribunali. Et eo ſic ſedente miſit ad eū vxor ſua dicens. Nihil tibi ⁊ iuſto illi multa eīm paſſa ſum hodie ꝑ viſum ſcꝫ in ſomno ꝑpter eū. Et dixit Nico. de lyra ꝙ diabolus apparuit vxori pylati inducens eam terrorib⁹ ad liberationē xp̄i ne ꝑ eius mortē ꝑderet ſuā ꝑtātē: ⁊ vt nr̄am īpēderet ſalutē ⁊ liberationem. ſed pylat⁹ iuſſit ieſum in iudicio aſſiſti: ⁊ dixit iudeis. Ecce rex veſter. Tūc illi clamabant. Tolle tolle crucifige eū. Tunc eīm temporis mors crucis erat turpiſſima. Dixit eis pylatus. Regē veſtrū crucifigā? Reſponderunt iudei. Regē non habemus niſi ceſarē. ſ. romanū. videns autē pylatus qꝛ nihil proficeret: ſed magis tumult⁹ fieret in populo accepta aqua lauit manus ſuas corā omni populo dicēs. Innocēs ego ſum a ſanguine iuſti huius vos videritis. Audiētes hoc iudei dixerūt. Sanguis ei⁹ ſup nos ⁊ ſup filios noſtros. Audiētes autem pylat⁹ ꝙ crimen vellēt ſup ſe recipere atq̄ confiterētur imperatori romano ſubiecti eſſe tunc dedit ſnīam vt xp̄s crucifigeretur. Unde in eadeꝫ hora duos latrones ſimiliter ad mortem iudicauit. Sciēduꝫ ꝙ pylatus conabatur xp̄m liberare quinq̄ modis. Primo in hoc ꝙ ipſum ad herodeꝫ miſit. Secundo qꝛ accuſauit eum per herodem. Tertio in hoc ꝙ dixit corripiā ergo illum ⁊ dimittam. Quarto perſonaruꝫ adequatione ſcꝫ barrabe ⁊ xp̄i. Quinto ꝑ ſnīe dilationem. Sed male finiuit: qꝛ plus ceſarem q̄ deū timuit. Etiam notandū ꝙ pylatus fecit ſicut olim cōſuetudo fuit. qñ aliquis innocens fuit in aliqua re: tūc manus corā hominibus lauit. Sed tota aqua maris non poterat lauare pylatū q̄ nocēs erat ⁊ hoc triplici ratione. Primo qꝛ ſciuit ꝙ ꝑ inuidiā tradidiſſent eū. Secundo qꝛ dixit non inuenio cām mortis in eo. Tertio qꝛ ꝑtātem habuit dimittere eū: ꝑpter qđ tenebatur eū tanq̄ innocentē liberare ex officio iudicis. Data igitur ſnīa ꝯ xp̄m a pylato ſuſcipientes eum milites p̄ſidis primo induentes eū veſtib⁹ ſuis vt hoīes eum melius cognoſcerent in ſua veſte: et ſic maiorem verecūdiam ſuſciperet coram hominibus aſpicientib⁹. Secūdo impoſuerunt ei crucem ponderoſam ⁊ longā ſuper humerū ei⁹. Sancta Brigida ⁊ Anſel. dicunt ꝙ crux xp̄i. xv. pedum fuit in longitudine. Tertio aſſociebant duos latrones ſecum dānatos qui cū eo ibant: vt eorū ſocietate magis diffamarent̃. Cum aūt xp̄s per mediū vrbis duceretur cū latronibus multitudo maxima populorū. tam iudeorū q̄ gentiliū ſequebat̃ eum. Quidā plangebant ſuā innocentē mortem: quidā illudebant ⁊ inſultabant ei gaudētes de morte ⁊ paſſione ei⁹: quidā forte ratione curioſitatis: vt viderent ſi de pena ſe liberaret: vel ſi moriens aliqđ miraculū faceret ⁊ ad quem finem deueniret. Queritur vtrū maria mater xp̄i preſens fuit cum xp̄o. Reſpōdetur qñ xp̄s fuit captus flagellatus: coronatus tunc mater xp̄i non fuit preſens qꝛ iudei dehoneſtaſſent matrem ꝑpter filiū ſed quādo exiuit portando crucē propriā: tunc mulieres deuote ſtabant iuxta portā ciuitatis: non eſt dubiū quin Maria mater xp̄i inter illas fuerit: qꝛ dicit beatus ber. in quadā autoritate ꝙ ipſum vſq̄ ad crucem ſecuta fuit. Et qñ matrē vidit cū ceteris mulierib⁹ ſtantē: ⁊ etiā qꝛ fatigat⁹ ⁊ debilitat⁹ fuit ꝑpter penas ⁊ afflictiones preteritas tota nocte ⁊ etiā de die ſibi illatas ꝙ lento gradu incederet. ⁊ ſic iuſſo

crucem inclinauit ſe ad terram ⁊ amplius
crucem portare non poterat. Et dicit ꝙ in
eodē loco ſancta Helena mater conſtanti-
ni imperatoris qñ viſitauit terrā ſanctã:
⁊ ſepulchrum xp̄i conſtruxit ibi vnā ſolen-
nem eccleſiam in honore beate Marie vir-
ginis. Tunc miniſtri Pylati coegerūt quē-
dam nomine ſimonē patrē ruffi ⁊ alexan-
dri venientē de villa eundo ad ciuitatem:
vt portaret crucem poſt ieſum. Nā lignuꝫ
ſancte crucis in pphanū reputabaƭ vt nul-
lus ipſorum portare vellet: nec ēt tangere.
Sancta Brigida dicit ꝙ grauitate pon-
deris crucis depreſſus q̄nquies cecidit. Cō-
ſidera hic q̄ta ſit paſſa mater xp̄i ꝟgo ma-
ria in corde ſuo: cū ſic videret filiū ſuū ple-
num doloribꝰ ⁊ cōtumelijs incedentem et
crucem baiulantē: pie crediƭ ꝙ multas la-
chrymas feruidas ex oculis ꝟgineis ꝑ ge-
nas ſuas fuderit. Uerūtñ ſciendū ꝙ in om-
ni paſſione ⁊ triſtitia nullū ſignū impatiē-
tie oſtendit in paſſione xp̄i. Tūc dixit ieſus
mulieribus lugentibꝰ. Filie ſyon nolite fle-
re ſuper me: ſed ſuꝑ voſipſas flete: ⁊ ſuper
filios veſtros: q: venient dies in quibꝰ di-
cent. Beate ſteriles que nō genuerūt: ⁊ vbe-
ra que nō lactauerunt. Et ſic factū eſt tē-
pore deſtructionis hierl'm .xlij. anno poſt
paſſionē ⁊ aſcenſionē xp̄i. cū Titus ⁊ vaſ-
paſianus romani pricipes hierl'm deſtrue-
bant: ⁊ matres filios pprios comedebant
⁊ ꝙ .xxx. iudei vendebanƭ pro vno denario
ſicut pro .xxx. denarijs venditus fuit domi-
nus noſter ieſus xp̄s. Joſephꝰ dicit ꝙ vn-
decies cētena millia fame ⁊ gladio perie-
runt: ⁊ nonaginta ſeptē millia venditi ſunt
⁊ diſperſi. Et verificata eſt illa maledictio
qñ dixerunt pylato. ſanguis eiꝰ ſuper nos
⁊ ſuper filios noſtros. Et illā plagā fleuit
xp̄s in die palmarū: vt hƭ Lu. xix. Uidens
ieſus ciuitatē fleuit ſuꝑ eā. Et in ſignū hu-
ius dicit. Filie hierl'm nolite ⁊c. Cū igitur
veniſſent ad locū caluarie depoſuerūt cru-
cem ſuper terram: poſtea exuerunt eū ve-
ſtibus ſuis ⁊ nudus ſtetit ante crucem co-
ram omni populo. Et ex illa exutione do-
lor ipſius renouatus eſt ꝙ in hoc perpen-
di poteſt: q: qñ alicui pānus extrahitur de
vulneribus violenter q̄n in eo cōpactus eſt

dolor eius innouatur ſic fuit eū dn̄o noſtro
ieſu chriſto. O q̄tus dolor erat tunc in cor-
de marie meſtiſſime matris eius cū ocu-
lis ſuis videret filium ſuū ſic nudatū co-
ram omni populo: ſic vulneratū et plenū
doloribus. vt habetur ex Anſel. in virgi-
nali plāctu ꝙ Maria velamen ſui capitis
accipiens circuibat lumbos eius. Deinde
ſcd̄m reuelationē ſancte Brigide xp̄m ele-
uauerunt ⁊ ipſuꝫ crudeliſſime ſuper crucē
iactauerunt ita ꝙ omnia vulnera eius de
nouo cruentare ceperunt. Prius eñ fece-
runt foramina in cruce ⁊ tūc primo vnum
clauum ad manum eius incuſſerūt: adeo
ſpiſſum ꝙ tunc ſanguis nō potuit emana-
re ita vulnus clauo replebaƭ. Poſtea quā-
do volebant alteram manum affigere in-
uenerunt quod brachium chriſti foramen
attingere non poterat ob hoc ligato fune
ad brachium cum violentia traxerūt: ⁊ ſi-
milem clauum eidem manu incuſſerunt: ⁊
dicit q̄dā doctor ꝙ foramen pedum etiā
exceſſit longitudinem corporis xp̄i. ideo etiā
funibus ipſum trahendo intantum prolō-
gauerunt vt pedes foramini coaptarētur.
Ideo propter hanc violentam tractionem
membra chriſti adeo diſtincta ſunt ꝙ cō-
ſte ⁊ oſſa dinumerari poterant: iuxta illud
quod ante prophetizatum eſt. p̄s. xxj. fo-
derunt enim manus meas ⁊ pe. me. dinu-
om. oſſa mea. Modo illam penalem extē-
ſionem qualiter xp̄s pro te expenſus ⁊ tra-
ctus fuit in cruce. quotidie inſpice cum de-
uotione ⁊ compaſſione cordis tui. Nā le-
gitur quod cum quedam perſona deuota
in quadam reuelatione interrogaretur a
chriſto i quo chriſtus magis pro nobis do-
luiſſet. Reſpondit quādo extenſus fuit in
cruce vt omnia oſſa eius dinumerari pote-
rant ⁊ quicunq̧ mihi pro alio dolore gra-
tias egerit ita gratum obſequium mihi
preſtabit ac ſi omnia vulnera mea vngu-
to pretioſiſſimo delinirent. Poſtea eleua-
uerunt chriſtum in cruce. Et ſecundū Bri-
gidam peſſimi crucem leuantes ad terrā
relabi fecerunt: ⁊ ſic claui ex illo caſu qua-
ſi exiuerunt: ⁊ ipſi clauos iterum percuſſe-
runt. Et ſic erexerunt crucem ſecundario
in ſublime cum clamore ⁊ poſuerunt in ſuo



tamen quando parauerunt ⁊ miſerūt tā
fortiter intus cadere ꝙ omnia vulnera eiꝰ
aperta ⁊ renouata fuerunt. Itē nota quod
crux chriſti ſolum conſtabat ex duobus li-
gnis. ſ. ſurſum ⁊ tranſuerſo ⁊ hinc eſt ꝙ non
haberet vbi caput ſuum reclinaret. Sed
pylatus ſuperpoſuit tabulam infixaꝫ ⁊ in
qua erat titulus ſcriptus. Jeſus nazare-
nus rex iudeorum. Et pōtifices iudeorum
dixerunt Pylato. Noli ſcribere ꝙ ſit rex
iudeorum: ſed q: dixit rex ſum iudeoꝝ. Py-
latus rn̄dit. Quod ſcripſi: ſcripſi. Et cum
xp̄s ſic penderet in cruce plenus doloribꝰ
tunc iudei blaſphemabant eum mouētes
capita ſua dicentes. Uah qui deſtruis tē-
plum dei ⁊ in tribus diebus illud reedifi-
cas. Similiter ⁊ principes ſacerdotum il-
ludebant ei cum ſcribis ⁊ ſenioribus dicē-
tes. Alios ſaluos fecit ſeipſum non poteſt
ſaluum facere. Si rex iſrael eſt: deſcendat
nunc de cruce ⁊ credimus ei. Has irriſiones
⁊ contumelias chriſtus patienter pro no-
bis ſuſtinuit ⁊ nihil reſpōdit. Sequitur ſe-
cunduꝫ Mattheū. a ſexta hora tenebre fa-
cte ſunt vſq̧ ad horam nonam ſuper vni-
uerſam terram ⁊ ſol obſcuratus eſt. ſecun-
dum Lucam. Ratio: q: ſol iuſtitie Jeſus
xp̄s patiebatur innocentem mortē in cru-
ce: idcirco ſol iſte viſibilis factori ſuo com-
patiens lucis ſue radios occultauit. Chr̄.
Sol obſcuratus eſt: non enim poterat fer-
re creatura iniuriam ſui creatoris. Et po-
puli viſis tot ſignis tondentes pectora
ſua receſſerunt. Septem verba ſunt q̄ xp̄s
protulit pendens in cruce. Et poſt receſſū
populi ieſus xp̄s dominus noſter pendēs
in cruce protulit iſta ſeptē verba que cor-
dibus hoim̄ ſunt imprimeda. Primuꝫ ver-
bum. pater ignoſce illis: quia neſciūt q̄d
faciūt. Et exauditus eſt: q: ꝟtute illiꝰ ora-
tionis poſtea vna die ꝯuerſa ſunt tria mil-
lia iudeoꝝ. Act. ij. ⁊ dei alia .v. millia iudeo-
rum. Act. iiij. Ergo hodie exemplo xp̄i ꝑ
omnibus inimicis noſtris orare debemus
⁊ illis de cordibus noſtris totaliter indul-
gendo. poſt hoc latro a ſiniſtris nomine
geſmas blaſphemauit dn̄m ieſum dicens.
Si tu es xp̄s ſaluū fac temetipm̄ ⁊ nos. et
alter a dextris nomine diſmas increpauit

eum dicens. Neq̧ tu times deum cum ſis
nobiſcum damnatus vſq̧ ad morteꝫ nos
quidem iuſte: q: digna factis recipimus:
id eſt talem mortem bene meruimus: hic
vero non: quia nihil mali fecit. Et conuer-
ſus ad ieſum dixit. Memento mei domine
dum veneris in regnum tuum. Tunc chri-
ſtus protulit ſecundum verbum dicens.
Amen amen dico tibi hodie mecum eris
in paradiſo: id eſt anima tua erit mecum
vbicunq̧ ero: ⁊ videbit diuinitatem meā.
Stabat autem iuxta cruceꝫ Maria mater
chriſti ⁊ ſorores matris eius: ſcilicet maria
cleophe: ⁊ mater filiorum zebedei: et ma-
ria Magdalena: ⁊ Joannes. Cum ergo ie-
ſus vidiſſet matrem ſuam ⁊ diſcipulum
ſuum quem diligebat: ſcilicet Joannem di-
xit mr̄i ſue. Mulier: ⁊ nō mater: q: plus cā
leſiſſet: ecce filius tuus. Deinde dixit diſci-
pulo. Ecce mater tua. q. d. Recōmendo tibi
matrem meaꝫ: teq̧ in filiū tribuo. ideo re-
tine eā in tua cuſtodia. Et illud eſt tertiuꝫ
verbum xp̄i in cruce per quod inſtruit nos
parentes noſtros añ mortē ⁊ poſt mortem
diligere: ⁊ maria nō receſſit vſq̧ moreretƭ fi-
lius eius in cruce: poſtmodū in p̄ntia ma-
tris ⁊ oīm circumſtātiū clamauit in cruce.
Hely: hely: lamazabatani: hoc eſt deꝰ meꝰ
deus meꝰ vt quid dereliquiſti me? Et hoc
erat quartum ꝟbū ipſius in cruce penden-
tis. Per hoc docet nos in anguſtijs ⁊ tribu-
lationibus ⁊ infirmitatibus corporis ⁊ ani-
me ad deum ⁊ non ad phitoniſſas recurre-
re. Poſt hoc vt conſummaretur ſcriptura:
qua de eo ſcripta erat in p̄s. lxviij. De-
derunt in eſcam meam fel: ⁊ in ſiti mea ⁊c.
dixit. Sitio. ⁊ hoc erat quintuꝫ verbum in
cruce. Sitiebat autem xp̄s dupliciter. ſ. ſpi-
ritualiter ſalutem humani gn̄is. vn̄ Bern̄.
Dn̄e q̄d ſitis certe ſalutem noſtram quia
propter hoc veniſti in mundum. Et ēt cor-
poraliter: q: naturale eſt hoim̄ morientiū
ſitire rōne anxietatis. Sequitur. Et ſtatim
currens vnus accepta ſpongia impleuit
eam aceto: et circumponens eam yſopo
cum arundine obtulit ori eius. Cum er-
go accepiſſet Jeſus acetuꝫ dixit. Conſum-
matum eſt. Et hoc erat ſextū verbū: quaſi
dicat. Conſummatum eſt q̄cq̄d prophete

de me dixerunt: cōſummatū eſt opus redē-
ptionis humani generis: conſummatū eſt
opus cōpaſſionis mee: q tātas penas ſu-
ſtinui q amplius viuere non valeo. Cum
ergo dixiſſet cōſummatū eſt: tunc iterū cla-
mauit voce magna dicens. Pater in manꝰ
tuas cōmendo ſpiritū meū: ⁊ hoc eſt ſepti
mū verbū ⁊ vltimū in cruce. Et hoc dicto
inclinato capite tradidit ſpm̄. Hic qlibet
dicat chriſti expirationi vnum Pater nr̄.
Item ſeptē fiunt hodie in eccleſia q alijs
diebꝰ non fiunt in anno. Primū eſt q ho-
diernū officiū non hȝ principiū neq finē
ſicut alia officia habent per totū annū: q
hodie ille patitur qui eſt principiū ⁊ finis.
Apoc. j. Ego ſum alpha ⁊ o principiū et fi-
nis. Scđm eſt q hodie cōes orationes fiūt
pro papa: pro rege: p epō: pro clericis: pro
laicis: pro omni gradu eccleſie ⁊ pplo ca-
tholico. Etiā oratur hodie pro infidelibꝰ
paganis hereticis: ⁊ etiā pro iudeis. Et er
go qñcunq hodie ſacerdotes flectunt ge-
nua: tunc etiā oēs chriſti fideles debēt fle
ctere genua et deuote inuocare dñm nr̄m
Jeſum chriſtū. Item ſciendū qđ ſanctus
Ber. dicit qđ in memoriā deriſionis ⁊ ado
rationis Judeorū in coronatione Jeſu xp̄i
eccleſia in paraſceue quando pro vno vni
uerſo ſtatu fideliū ⁊ infideliū genuflecten
do orat: tunc pro ipſis Judeis ſine genu-
flectione ſolet orare ⁊ non immerito: q ſi
chriſtus Jeſus adhuc in terra ambularet:
hodierna die Judei ipſum ſecūdario cru-
cifigerent: qđ oſtenditur in illis Judeis q
in die paraſceues cereā imaginē crucifixi
flagellauerūt ⁊ cruci affixerūt ⁊ lācea per
foderunt: ⁊ Maria mater chriſti cōqueſta
eſt de ipſis. Exemplū hoc quere in prom-
ptuario. xlvj. P. Item ſciendū q in diebus
dñice paſſionis non debent iudei in publi
cum prodire: ⁊ etiā in die paraſceues non
debēt habere oſtia ⁊ feneſtras apertas:
vt patet extra de iudeis. c. q ſuper his. Itē
ſciendū qđ nos hodie oramus pro iudeis
vt deus illuminet ipſorū corda: ſed ipſi ꝑ-
ſequūtur nos ⁊ maledicūt nobis: vt habe
tur in lib. Judeorū qui vocatur talmoth.
Optimū chriſtianorū occidere melius eſt
q caput ſerpētis conterere: ⁊ in eodē lib.
habetur q omnis maledictio pluſita eſt
Judeis niſi eccleſie. Tertiū crux adoratur
⁊ oſculatꝰ hodie a chriſti fidelibꝰ in ſignū
q ſumus recōciliati deo patri per paſſio-
nem filij ſui. Quartū hodie eccleſias viſi-
tamus: ⁊ hoc ꝓpter nouē ductiones chri-
ſti. Prima fuit de mōte Oliueti vbi captꝰ
⁊ ligatus ductus fuit per vallē Joſaphat
ad annā. Scđa de domo anne ad cayphā.
Tertia mane: ſcȝ feria ſexta hora prima ad
Pylatum. Quarta a Pylato ad Herodē.
Quinta iterū ab Herode ad Pylatū cum ve-
ſte alba. Sexta quādo milites Pylati du-
xerūt eum intro in atriū vbi fuit flagella-
tus: coronatus: ⁊ arūdine in capite percuſ-
ſus dicens. Aue rex Judeorum. Septima
quando Pylatus duxit eum foras pretho-
rium dicens. Ecce homo: ecce rex veſter.
Octaua quando ad tribunal fuit ductus
⁊ ad mortē ſentētiatus. Nona quādo fuit
ductus extra ciuitatē hieruſalē ad locum
caluarie vbi fuit crucifixus. Iſtas nouem
ductiones debemꝰ hodie premeditari qñ
viſitamus eccleſias. Quintū q hodie ex-
altatur crux ⁊ cantatur ter. Popule meus
quid feci tibi: aut quid moleſtus fui tibi.
Et tria bona obyciuntur Judeis que feci
cis deus. Primo q liberauit eos de Egy-
pto. Secūdo pauit eos māna quadragin-
ta annis in deſerto. Tertio duxit eos in
terram optimaȝ. Unde merito regratiari
debuiſſent ſibi: vnde conqueritꝰ de eis chri-
ſtus in pſ. xxxiiij. Retribuebāt mihi mala
pro bonis. Sextum quia homines cōmu-
niter hodie incedūt nudis pedibus: ⁊ ſine
lineis ⁊ inclinato capite in ſignū cōpaſſio-
nis chriſti. Nec homines conſueuerūt ho-
die ridere propter fletum chriſti: quod ta-
men plures ribaldi non aduertūt de quibꝰ
chriſtus conqueritur. Eſai. xlix. In vacuū
laboraui ſine cauſa ⁊ vane ⁊c. Septimum
quia hodie arctum ieiuniū ſeruatur: quia
chriſtus nihil guſtauit in cruce: niſi acetū
⁊ fel. Ergo laudabile eſt hodie ieiunare in
pane ⁊ aqua: ⁊ ſi quis propter debilitatē
corporis non poteſt: tamen aliqualē ab-
ſtinentiam habeat a quibuſdam cibarijs
voluptuoſis, vt piſcibus, vel alijs. Iſta de-
bēt nos hodie inducere ad fletum: Primo
q chriſtus
q chriſtus fleuit propter corporis paſſio-
nem ⁊ vulnerum dolorem. ad Heb. v. Cū
clamore valido ⁊c. Itē amare fleuit ꝓpter
infructuoſitatē ſue paſſiōis: q multi ſunt
ingrati ⁊ reddunt ſe indignos merito paſ
ſionis xp̄i. vñ conqueritꝰ Eſa. vj. In vacuū
laboraui ⁊c. Secundo fleuit hodie beata
virgo maria mr̄ xp̄i ꝓpter cōpaſſionē ipſiꝰ
filij: q omnia vulnera que xp̄s ſuſtinuit in
corpore: ipſa in corde ſuſtinuit: ergo plus
eſt q martyr. Nam triſtiſſima mater fuit
hodie: q vnicus eiꝰ filiꝰ hodie innocēter
paſſus eſt: ⁊ ēt q pūs fuit ⁊ impotens ad
ſubueniendū ſibi: nec hauſtum aque ſibi
porrigere potuit: cū diceret in cruce filius
eius. Sitio. hodie gladius doloris pertrāſ
ijt animam eius. Tertio fleuit Petrus.
lu. xxij. Egreſſus foras fleuit amare. Quar
to omnes apl'i. vñ canitur. Triſtes erant
apoſtoli de nece ſui dñi. Quito turba mu
lierum ipſum perſequentium. vñ dicit eis
xp̄s. Filie hierl'm nolite flere ſuper me ⁊c.
Sexto q ſol obſcuratus eſt. vñ Chryſ. ſol
obſcuratus eſt. Nō em̄ ferre poterat crea
tura iniuriam ſui creatoris. Septimo ho-
die terra mota eſt. Octauo ſepulchra mor
tuorū hodie aperta ſunt. Nono petre ſciſ
ſe ſunt. Decimo velum tēpli ſciſſum eſt a
ſummo vſq ad deorſum. Undecimo quia
altaria hodie denudata ſunt ⁊ ſignificant
xp̄m qui hodie denudatus fuit añ crucem
ſtans: ⁊ poſtmodum nudus pēdens in cru-
ce coram omni populo. Duodecimo tabu
le pulſantur ⁊ ſignificant ſtrepitum iudeo
rum qui cum gladijs ⁊ fuſtibꝰ ꝯprehende
runt dñm: ⁊ etiā ſignificāt clamorē xp̄i in
cruce. Marc. xxvij. Clamans voce magna
emiſit ſpm̄. Itē ſciendū ex quo illa iā enu-
merata hodie fleuerunt paſſionē xp̄i: tunc
nos magis debemus compati dño noſtro
Jeſu xp̄o ⁊ flere paſſionē eiꝰ pro qbus ho-
die ipſe paſſus eſt: ⁊ nobis maximā ⁊ ſup-
excellentem charitatem oſtēdit. vñ Joā.
xv. Maiorem charitatem nemo hȝ ⁊c. Et
eſt bonum ſignum ſalutis qui hodie libē-
ter ⁊ deuote audiunt predicare paſſionem
xp̄i ⁊ ſalubriter paſſionē xp̄i memorando
flent. Mat. v. Beati qui lugent. Et quicūq
hodie deuote ſalubriter ⁊ pie flent per to
tum annum maiorem gratiam ad chriſti
paſſionem memorando: compatiendo: et
flendo habebunt. Et qui hodie aridus eſt
timendum eſt q per totum annū aridior
inueniatur. Et inſup eſt malū ſignū q ho-
die non compatitur nec flet cum chriſto:
nec aliquam afflictionē ſuo corpori impo
nit. vnde Leuit. xxiij. Anima que hodie af
flicta non eſt ⁊c. imo timendum eſt qđ ta-
lis aridus non eſt gratia nec membrum
chriſti: quia naturaliter membrum cōpati
tur capiti. modo ſm aplm̄ xp̄s eſt caput ec
cleſie ⁊ nos membra. Inſuper naturale eſt
fedus ſanguinis quando pater ⁊ mater tri
bulantur ⁊ flent vel quod maius eſt quā
do flagellarentur, ⁊ ſanguinem proprium
funderent innocenter: tunc filij ⁊ filie na-
turaliter compaterentur ⁊ etiam flerēt cū
ſuis charis parentibus modo debet chri-
ſtum quilibet noſtrum plus diligere quā
patrem ⁊ matrem: quia maiorem charita
tē ⁊ plura beneficia tibi exhibuit: quē vi
des hodie pro te captum: ligatum: flagella
tum: coronatum: conſputum: illuſum cruci
fixū ⁊ occiſū. Idcirco merito ꝯpati: ⁊ flere
debes hodie cum chriſto. Et tales lachry-
me paſſionis chriſti ſunt xp̄o dulciſſime.
Hoc oſtenditur in quadam virgine cuius
lachrymas xp̄s recepit ⁊ perunxit pectus
ſuum cum ipſis lachrymis: hoc exemplū
quere in promptuario. xxvij. P. Sȝ diceres
quid facturus eſt qui fleret libēter hodie
⁊ non poteſt: Reſpondetur quod debet ſe
ipſum cogere ad fletum puniendo, ⁊ flagel
lando corpus ꝓpriū: ⁊ hoc eſt bonū ⁊ lau-
dabile: ⁊ ſi nec ſic pōt ſe cogere ad fletum
tūc xp̄s recipit volūtatē ꝓ facto. vñ Aug.
coronat deus intus voluntatē vbi non in-
uenit facultatē. Itē ſciēdū q nihil eſt deo
acceptius, ⁊ homini ēt vtilius q frequens
meditatio paſſionis xp̄i. vnde Alb. magnꝰ
doctor theologie. Simplex recordatio ſeu
meditatio paſſionis chriſti plus valet quā
ſi integrum annum ieiunaret quis in pa-
ne ⁊ aqua: vel ſi quis quotidie virgis: vel
flagellis cederetur vſq ad effuſionē ſan-
guinis: vel ſi quotidie legeret integrum
Pſalteriū. Unde etiā Bona. Nihil in ani
ma ita operatur vel ſatiſfactionem ſicut

meditatio paſſionis chriſti. Sed diceres
quē honorē debes exhibere paſſioni chri-
ſti. Pro quo ſciendū ſm Jordanum ꝙ qui
cū〈q〉 quotidie dixerit per integrū annum
xv. Pater noſter: qđ anno cōpleto cuilibet
vulneri chriſti dixit tantū vnum Pater no
ſter: ita qđ tot ſunt vulnera xpi quot ſunt
dies in anno quindecies accipiēdo ꝗlibet
plagā flagellationis pro vno vulnere ⁊ pū-
cturam cuiuſlibet ſpine pro vno vulnere.
Quequidē oratio multū efficax eſſe perhi-
betur. vnde Bern. in ſer. quodā in perſona
chriſti. O homo vide qđ pro te patior non
eſt dolor ſicut quo crucior ad te clamo q̇
pro te morior: vide penas quibꝰ afficior: vi
de clauos quibꝰ cōfodior: cū dolor tantus
ſit exterior: interior eſt tanto grauior ꝗ̄ro
te gratiorē experior. Item ſciendū ꝙ qñ-
cun〈q〉 pertrāſis imaginē crucifixi in publi-
ca ſtrata ſiue in eccleſia, vel etiam in quo-
cun〈q〉 loco: tūc reuerentiā adhibe dño no-
ſtro Jeſu chriſto: ⁊ cōſidera hoc qđ hꝫ ca-
put inclinatū ad oſculandū, brachia extēſa
ad amplexādū: pedes affixos ad tecū ma-
nendū. vnde Aug. in li. de virginibꝰ. Chri-
ſtus habet caput inclinatū ad oſculandū
cor apertū ad diligēdū: brachia extēſa ad
amplexandū totū corpus expoſitū ad redi
mendū. Sꝫ prohdolor infideles quidā he
retici hoc non faciūt qui imagines chriſti ⁊
Marie virginis ⁊ ſanctorū deſtruūt. Con-
tra hoc habet in decr. Imagines ſanctorū
non ſunt contēnende: ſed venerāde. de cōſ.
bunt. Scdi ſunt patres qui inſtituerũt or
dines ſicut ſctũs Dñicus q̃ inſtituit ordi
nem predicatoꝝ: ⁊. ſ. Franciſcus q̃ inſtituit
ordinẽ fratrũ minoꝝ ⁊c. Nã quot bõa ope
ra fiunt in toto ordine a quolȝ hoie ſeu per
ſona ordinis ieiunando: orando: legendo:
cantando: mane ſurgendo: ſtudendo: pdi
cando: tot gaudia accidẽtalia habebũt in
celo. Tertij q̃ cõſtruxerunt ecclias, vel mo
naſteria: ⁊ ẽt q̃ iuuerũt ꝯſtruere ducẽdo li
gna ⁊ lapides: ⁊ cementũ: ⁊ ẽt q̃ eleemoſy
nam ſuã dederũt. Nã oĩa bona opera que
fiunt in eccleſia vl' monaſterio de quolibet
opere habebũt ſpãle gaudiũ in celo: hoc
huſſite nõ credũt. In ſignũ huius cõbuſſe
runt eccleſias ⁊ deſtruxerũt: ſȝ a xp̃i fideli
bus loca in noĩe dñi edificata ſunt hono-
randa vt habet in decre. di. xlj. ⁊ cimiteriũ
gaudet eadẽ immunitate ſicut eccleſia et
nemo in loco oronis dȝ intendere fabulis
otioſis. di. xv. §. Alias: qꝛ credendum eſt ꝙ
in qualȝ ecclia ⁊ in quolȝ cemiterio requie
ſcant plura corpora ſanctoꝝ quorũ anime
in celo regnant cũ xp̃o cũ Maria: cũ omni
bus ſanctis angelis q̃ etiã intercedũt pro
nobis quotidie apd̃ dñm nr̃m ieſum xp̃m



Quomodo ergo audes ſtare et calcare
ſuper ſepulchra ſanctoꝝ ⁊ ibi verba inuti-
lia ꝓferre. Quarti ſunt q̃ procurant aliqd̃
crucifixum in publica ſtrata, vel in eccleſia
vel ẽt imaginẽ beate Marie ṽginis in al
tari: vel apl'i tui: vel alterius ſancti: ⁊ etiaz
q̃ ornant ecc'am icũ ſculpturis, ⁊ imagini-
bus ab intus ⁊ extra. Naz quotiẽſcunqȝ a
quolibet hoie pretereunte reuerentia deo
⁊ ſanctis exhibetur quoꝝ imagines ibi vi-
dentur. de quolȝ hoie habebis ſpãlez par-
ticipationem in pñti vita ſi es in gr̃a: ⁊ in
futuro ſpãle gaudium ſi eris in gloria. Nã
quilibet pretereundo ymagines xp̃i ⁊ ſan-
ctorum dñt honorẽ exhibere xp̃o ⁊ ſanctis
vñ dicit in decre. ymagines ſanctorũ non
ſunt contẽnende: ſed venerande. de conſe.
di. iij. Venerabiles. Itẽ ſciendũ ꝙ laudabi-
le eſt habere crucifixum circa lectũ tuum.
vel circa menſam tuã: ⁊ cũ inſpicis crucifi-
xum circa lectũ tuũ, vel circa menſam tuã
memor eris dñm noſtrũ ieſum xp̃m pro te
paſſum. Et etiã imaginem beate Marie
ṽginis ⁊ apl'i tui. Sed aliqui ſeculares de
pingere faciũt in ſtuphis ⁊ in cameris ſuis
ſtultitudia, venatores: ⁊ chorizantes: ⁊ di-
abolos: ⁊ ſic de ſingulis. Quinti ſunt q̃ inſti
tuunt perpetuas miſſas. ſ. primariã vnam
vel aliã qualẽcunqȝ in ciuitate vel in villa
etiam qui iuuãt cum eleemoſynis ſuis ad
vnam perpetuã miſſam. Naz de qualibet
miſſa ⁊ ẽt de orationib' que infra illã miſ
ſam dicunt: habebũt ſpãlem participatio
nem in pñti: ⁊ ſpirituale gaudiũ in futuro.
Similiter qui inſtituerit ꝙ ſemel in hebdo
mada cantaretur miſſa de corpore xp̃i: vl'
de beata ṽgine: vel pro defunctis fidelib'
vel vigilias dñica die de ſero ⁊ miſſam pro
defunctis ſecũda feria: vel Salue regina
quotidie in quadrageſima. Nã quotienſ-
cunqȝ iam dicta fiãt q̃diu mundus durat
tot gaudia accidentalia habebit in celo.
Sexti ſunt qui ꝓcurant de iuſtis bonis in
aliqua eccleſia miſſale: calicez corporalẽ. ⁊
ſic de ſingulis: vel libros eccleſiaſticos ex
quibus libris deus laudat: vel ornamẽta.
Nam quotiẽs celebrat miſſa in his ſacris
veſtibus: tot gaudia in celo habebũt. Se-
ptimi ſunt qui conſtituunt de bonis ſuis:

vel etiaz qui iuuant conſtruere hoſpitalia
vbi quotidie ſeptẽ opera miſericordie exer
centur. Naz q̃t infirmi ibi conſolantur: tot
gaudia habebunt in celo. Similiter q̃ con
ſtrueret in ciuitate vel villa domum pere-
grinorum, vbi peregrini ⁊ aduene hoſpita
rentur. Nam quot peregrini ibi reficiunt:
vel fuerint hoſpitati: tot gaudia habebit:
⁊ etiam qui conſtrueret leproſorium vbi le
proſi hoſpitantur. Similiter qui in refrige
rium omnium defunctorum inſtitueret in
hebdomada vel etiam in quindena ſemel
vnum balneum alarum in quo pauperes
propter deum balnearentur: ſicut in aliqui
bus ciuitatib' eſt modus. Et hoc eſſet con
ſolatorium animabus. Nam balneãtes te
nentur orare pro aĩabus illis: vt deus per
miam ſuã velit eos mũdare ſicut ipſi pau-
peres mundant in corporibus ſuis: ⁊ hoc
eſſet multum meritorium illis qui inſtitue
runt illud balneum. Nam quo pauperes
ibi balnearentur: tot gaudia haberent in
celo. Octaui ſunt qui bonum exemplũ pre
bent proximis: ⁊ hoc eſt valde vtile in ec-
cleſia dei hoc patet: qꝛ ad exemplũ bonoꝝ
hoim multi mali homines qui ſunt inimici
dei in quadrageſima ieiunant qui alias
nuſq̃ ieiunarẽt: ſi exemplũ ieiunãdi alijs
bonis hominibus non viderent. Item ad
audiendum miſſas ⁊ verbum dei ⁊ ad ſur
gendum mane: ⁊ ſic de alijs. Item ſciendũ
quod homini eſt valde meritorium dare
alijs hominibus bonum exemplum: qꝛ ex
hoc gaudium, ⁊ meritũ eius augmẽtabit
continue in celo. vnde Ceſarius. Quantis
exemplũ vere humilitatis ⁊ perfecte cha
ritatis oſtenderis: cum tantis: ⁊ pro tantis
eterna premia poſſideris. Noni ſunt parẽ
tes: vel patrini: vel etiam alij homines q̃
docent pueros, ⁊ alios homines. Pater no-
ſter,. Aue maria: ⁊ ſymbolum fidei. Nã
quotienſcunque iſte puer quem docuiſti
omnibus diebus vite ſue orat. Pater no-
ſter. Aue maria gratia plena: et ſymbolũ
de quolibet habebis ſpecialem participa-
tionem hic dum es in preſenti vita ⁊ poſt
mortem ſpeciale gaudiũ in celo: qꝛ oratio
pueri innocentis multum valet: ſiue pro
viuis: ſiue pro mortuis. De hoc quere

exemplum in promptuario.xxxij.J.Quan=
tum ad tertiã partẽ.ſciendũ ꝙ quilibet ho
mo dz hodie inuocare ſctm̃ Phil.tanꝙ ſin
gularẽ adiutorẽ.Primo qui ſunt infirmi.
Unde legitur ꝙ Phil.multos infirmos ſa
nauit.Nã ſicut legitur in eius legenda cũ
ex flatu draconis multi infirmati fuiſſent
Phil.omnibus ſanitatẽ impetrauit:⁊ in=
ſuper draconẽ expulit:⁊ in deſertũ locum
miſit precipiens vt nulli hominũ noceret.
Sicut igitur tũc draconẽ expulit corpora=
lẽ ⁊ infirmos ſanauit corporaliter:ita mo=
do nos ſanat ſpiritualiter:ſcʒ morbũ pec=
cati expellẽdo.Luc.ix.Dedit illis virtuteʒ
⁊ poteſtatẽ ſuper omnia ⁊c.Iteʒ mortuos
ſuſcitauit.Unde legit̃ ꝙ tres mortuos dũ
adhuc viueret in hoc mundo ſuſcitauit:ſci
licet filium pontificis ⁊ duos tribunos.

## Eadem die de beato Jacobo.ſer.xx.

IN domo patris mei mãſio=
nes multe ſunt.Jo.xiiij.ſciẽ
dum ſm aplm̃ ꝙ deꝰ reddet
vnicuiqꝫ ſcd̃m opera ſua.ad
Rom̃.ij.⁊ ſicut illi ſunt beati
pre ceteris qui hic merẽtur
tẽpore gratie ꝙ eorũ gaudiũ accidentale
augmẽtabit̃ in celo de quibꝰ iam dictũ eſt
in p̃cedẽti ſer.ſic ꝑ oppoſitũ infelices ſunt
illi pre ceteris qui hic merẽtur cum pctĩs
ſuis ꝙ eorũ pena accidẽtalis augmẽtabi
tur in inferno de die in diẽ:de anno in an=
num vſqꝫ ad finẽ mũdi.vnde deus hʒ mul
tas mãſiones penarũ in inferno:ſic etiam
multas premiorũ in celo.Unde in p̃nti ſer.
ad honorẽ ſancti Jac.apl̃i cuius hodie fe
ſtum celebramus tria ſunt dicẽda.Primo
priuilegia ſancti Ja.Secũdo quorũ pena
augmentabit̃ in inferno.Tertio exemplũ.
Quantũ ad primã partẽ illius ſer.ſciendũ
ꝙ ſctũs Ja.habet nouẽ priuilegia.Primo
ꝙ in vtero matris eſt ſanctificatꝰ.vñ Hie.
dicit in li.de viris illuſtribꝰ.Ipſe ex mr̃is
vtero ſanctificatꝰ fuit:et illa ſanctificatio
ip̃m purgauit ab omni originali peccato.
Secundũ priuilegiũ:qꝛ fuit cõſanguineus
Jeſu chriſti:⁊ inſup appellatus eſt frater
Jeſu chriſti:⁊ hoc primo ex cognatione:qꝛ
Ja.fuit filiꝰ ſororis Marie que nominata
eſt etiã Maria filia cleophe que quidem
cleophas fuit frater ipſius Joſeph ſponſi
Marie virginis vt atteſtat̃ Egiſippꝰ.Sic
igitur ⁊ Ja.ſicut a duabus ſororibꝰ deſcen
derũt ſic a duobus fratribꝰ.ſ.Joſeph qui
dictus eſt pater chriſti putatiuus:et cleo
phas qui pater matris Ja.fuit Hebrei ꝯſo
fratres vocabãt qui ſe ex vtroqꝫ parẽte ꝯ
tingebãt.Itẽ dicitur frater dñi ex eo ꝙ ſi
milimus xp̃o fuiſſe perhibet̃:adeo vt vt
riqꝫ eorũ ſpecie fallerent̃.Unde cũ Iude
ad capiendũ chriſtũ pergerẽt a iuda ſignũ
oſculi acceperũt.Tertiũ priuilegiũ ꝙ chr̃s
poſt reſurrectionẽ ſuam ipſi ſpecialiter ap
paruit.vnde legit̃ ꝙ in paraſceue mortuo
dño Jac.votũ vouit ſe non comeſturũ ne
nec videret chriſtũ a mortuis reſurrexiſſe.
Unde chriſtꝰ in ipſa die reſurrectionis ſi
bi apparẽs dixit.Ponite menſam ⁊ bene
dicens panẽ Jac.dedit dicens.Surge fra
ter mi ⁊ comede:qꝛ filius hois a mortuis
reſurrexit.Quartũ priuilegiũ eſt ſimilis
Jo.bap.propter auſteritatẽ vite:qꝛ ſicut
dicit Hie.Uinũ ⁊ ſicerã non bibit:⁊ carnes
nunꝙ manducauit niſi agnum paſchalẽ.
Itẽ multe deuotionis fuit:qꝛ flexis genu
bus pro populo deprecabat̃ intãtũ vt ad
modum camelorũ duritiẽ traxiſſe eius ge
nua viderent̃ nõ enim ſolũ in die:ſed etiã
in nocte genua flectebat ⁊ orabat:ferrũ in
caput eius non aſcẽdit:oleo nõ eſt vnctus
balneo non vtebatur.Quintũ priuilegiũ
qꝛ ſm Hic.perpetuã virginitatẽ ſeruauit
⁊ iſta eſt vita angelica:qꝛ in carne preter
carnẽ viuere non eſt vita humana:ſed an
gelica.Sextũ priuilegiũ:qꝛ fuit primꝰ epũs
Hieroſolymitanus:qꝛ ſm Hie.apl̃i ip̃m
in ep̃m poſt aſcenſionẽ chriſti Hieroſoly=
mis elegerũt.Et in hoc eũ apoſtoli ſingu=
lariter honorauerũt.Et ſicut dicit Anacle
tus papa:vt habetur in dec.a Petro ⁊ Ja
cobo ⁊ Jo.ordinatus eſt ⁊ cõſecratus.Et
ipſe Jacobus primã miſſam poſt aſcenſio
nem dñi Hieroſolymis celebrauit.Item ſi
cut refert Egiſippꝰ ſolus inter apoſtolos
propter nimiã ſanctitatẽ permittebat̃ in=
trare ſancta ſanctorũ.Item ſm Hie.tante
reuerẽtie ⁊ ſanctitatis in populo erat vt
fimbrias



fimbriam veſtimẽti eius certatim tãgere cu
perent:⁊ quicunqꝫ tãgerẽt ſanabant̃.Septi
mum priui.ꝙ nõ ſolũ eſt apl̃s ſʒ ẽt martyr
xp̃i.Uñ legit̃ ꝙ in anno.xxx.ep̃atus ſui vi=
dentes iudei ꝙ a p̃dicatione ceſſaret ⁊ po
pulum ꝯuerteret ip̃m p̃cipitauerunt de pi=
naculo tẽpli ⁊ lapidibus eum obruerunt.
Qui cũ lapidaret̃ ꝓcũbẽs ſup genua ſua
dixit.Rogo te dñe dimitte eis:qꝛ neſciunt
quid faciunt.Tũc vnus ex ipſis ꝑticã ful
lonis accipiens valido ictu caput eiꝰ impe
git ⁊ cerebrũ excuſſit:taliqꝫ morte migra
uit ad dñm.Octauũ priui.ꝙ nonũ articu=
lum de.xij.articulis fidei ꝯpoſuit.Credo
in ſpm̃ ſanctũ.Sicut em̃ in patrẽ ⁊ filium:
ſic ⁊ in ſpm̃ ſanctũ credere opʒ:cuʒ ſit ipſi
patri ⁊ filio ꝯſubſtãtialis:eo ꝙ per oĩa pa
tri ⁊ filio eſt equalis ⁊ eiuſdẽ eſſentie cum
patre ⁊ filio.Ergo de neceſſitate ſalutis te
netur quilʒ xp̃ianus credere ꝙ ſpũſſanctꝰ
ꝓcedit a patre ⁊ filio.⁊ in hoc greci errant
q̄ dicunt ꝙ ſolum a patre ꝓcedit ⁊ nõ a fi=
lio:ſed falſum eſt ⁊ contra fidem.Uñ cani
tur in ſymbolo in miſſa.Qui ex patre fi=
lioqꝫ procedit.vñ etiam ab apl̃o ſpũs filij
nuncupat̃.vnde ad Gal.iiij.Miſit deꝰ ſpi
ritũ filij ſui ⁊c.Si ergo eſt ſpũs filij vtiqꝫ
eſt a filio ita planum eſt ꝙ ꝓcedit ab eo.
Itẽ ſciendũ ꝙ anno dñi.M.xxviij.receſſit
ipſa eccl̃ia orientalis ab eccl̃ia romana.et
tũc ipſi greci ſibi papã elegerũt:⁊ fatẽtur
nos eſſe ſciſmaticos ⁊ excõicatos eo ꝙ cre
dimus ſpm̃ ſanctũ ꝓcedere a filio ſicut a
patre:quẽ ipſi a patre ⁊ nõ a filio ꝓcedere
credunt:⁊ etiam qꝛ in baptiſmo ⁊ in miſſa
nõ ſeruamus formã eoꝝ vt hr̃ in cron.Her
mã.Nonum priui.qꝛ hodie feſtũ ipſius ſo
lenniter celebrat̃:⁊ inſuper in qualʒ miſſa
ſingulis diebus nominat̃.Quantũ ad ſe=
cundam partẽ iſtiꝰ ſer.ſciẽdũ ꝙ nouẽ ſunt
gña hoim̃ q̄ hic demerent̃ cũ peccatis ſuis
ꝙ pene eoꝝ augmentabunt̃ in inferno vbi
et multe ſunt manſiones dãnatoꝝ.Primi
ſunt q̄ inuenerunt primitus vel adhuc ho=
dierna die inueniunt vel de alijs ꝓuincijs
vel ciuitatibus hũc ſecum portant nouos
modos veſtiũ ⁊ extraneitates:⁊ volũt ha=
bere ſequaces in talibus adinuentionibꝰ:
ſicut in longis caudis ⁊ in longis manicis:
⁊ ſciſſuris multis in cingulis argenteis la=
tis ⁊ deauratis:in caputijs:⁊ pileis:⁊ pe=
plis:in crinalibus ⁊ calceis:⁊ ſic de ſingu=
lis:⁊ taliũ ſuperborũ hoim̃ pena acciden=
talis augmẽtabit̃ in inferno quotidie vſqꝫ
ad nouiſſimum diẽ a quolʒ hoĩe q̄ eos imi
tatur in talibus adinuentionibꝰ.Scd̃i ſunt
qui nouũ theloneũ ꝯ deũ ⁊ iuſtitiam inſti=
tuunt:vel antiquũ theloneũ aggrauant.
Nã quot denarij vel groſſi vel floreni reci
piunt:tot nouas penas accidentales in in
ferno habebũt:⁊ hoc ꝙdiu durat illõ the
loneum.Querit̃ que requirunt̃ ad verum
theloneum?Rñde ꝙ tria.Prima autoritas
illius qui hʒ ꝑtãtem inſtituendi:vt rex:vel
imperator.Secunda cã:vt fiat ꝓ pace tuẽ
da vel pro via reparanda.Tertio vt fiat
moderate ne pauperes nimiũ aggrauent̃.
vt pʒ extra de verb.ſig.ſuper q̃buſdã.Itẽ
ſciendum ꝙ q̄ recipiũt pedagiũ a clericis
ſunt ipſo facto excõicati:nec p̃nt abſolui a
peccatis niſi reſtituãt illis a q̃bus recepe=
runt:vt pʒ extra de cẽ.ꝓcura.queꝙ.li.vj.
Tertij ſunt ruſtici q̄ lapides q̄ ſunt poſiti
pro ſigno in pratis:vel in agris effodiunt
⁊ qui agros ſuos dilatãt cũ damno vicini
ſui:⁊ qui bona cõitatis totius ville:vel ci=
uitatis ſibi appropriant prata vel agros
ſuos ampliãdo:⁊ taliũ pene augmentant̃:
ꝙdiu durat poſſeſſio illa iniuſte augmẽta
ta.Itẽ ſciendũ ꝙ illi q̄ ꝯſueuerũt dãna in=
ferre ꝓximis in agris:in pratis:in vineis:ſ
piris:in pomis:non ſunt abſoluẽdi a pec=
catis niſi velint recõpenſare damna illata.
Uñ dicit̃ in decret.Inferens dãnũ ꝓximo
non eſt abſoluendus:niſi dãno reſtituto.
xiiij.q.vij.peſſimuʒ.Quarti ſunt nobiles:
etiam ciues ⁊ ſpirituales prelati qui cen=
ſus annuales ⁊ redditus aggrauant:⁊ au=
gmentant ꝙ ſubditi ex hoc depauperant̃
⁊ vix poſſunt ſibi victũ ⁊ amictum ex om=
nibus laboribus ſuis acquirere:⁊ ſic reci=
piunt ſudores ſubditorum qui olim dede=
runt quatuor denarios pro vno caſeo mo
do oportet eos dare octo vl̃ q̄ ãte dederũt
triginta denarios modo oportet eos dare
duplum.Et etiam qui nimium aggrauãt
ſubditos ſuos in annualibus ſeruitijs.Si
militer qui faciunt exactiones in ſubditos

ſuos vltra debitū qd̄ eſt contra deū. Circa
qd̄ querit̄ vtrum dn̄s poſſit a ſubditis ali:
quid vltra cēſum recipere? Reſpondet̄ qd̄
ex cauſis rōnabilibus pōt petere modera:
tum ſubſidiū quilibet dn̄s a ſubditis ſuis
dūmodo hoc petat ſine coactione: ⁊ primꝰ
caſus in quo vltra cēſum debitū: licet dn̄o
petere moderatū ſubſidiū eſt pro defenſio
ne patrie: puta vt cū patria iniuſte ab ho:
ſtibus inuadit̄. Tūc eni ſubditi non ſolū
tenent̄ res ſuas impartiri: ſed etiā tenent̄
ad hoc corporaliter laborare. Scd̄s caſus
ſi ſit captꝰ in iuſto bello. Tertius caſus ſi
ex iuſſu principis vel pape debeat ire con
tra hereticos vel paganos. Quartꝰ caſus
eſt ſi debeat filiū militare vel deſpōſare fi
liam. In oībus his ⁊ ſimilibꝰ caſibus pōt
licite a ſubditis petere ſubſidiū modera:
tum. Sed ſi dn̄s vult ludere in alea: ⁊ alijs
vanitatibꝰ expēdere vltra vires ꝓpter ta:
les cauſas nō licet quicqꝫ exigere a ſubdi:
tis: ⁊ ſi exigeret teneret̄ reſtituere ſecūdū
Hull. extra de cōſue. in fi. Quinti ſunt qui
5 nūdinas in diebꝰ feſtiuis inſtituūt vel etiā
quorū cōſilio vel auxilio fiūt: tales rei erūt
omniū malorū que ibi in nūdinis cōmittū
tur ⁊ eorū pena augmentat̄ in inferno an
nuatim: ſi ſic mortui ſunt. Pro quo ſciendū
vt plura pctā committunt̄ in nūdinis. Pri
mo violatio feſtorū. Scd̄o iurat̄ ibi ꝑ deū
mēdaciter ab emptoribꝰ ⁊ venditoribꝰ: qui
totiēs peccāt mortaliter quotiēs iurāt mē
daciter ſciēter ⁊ ex propoſito. Itē cōmittū:
tur ibi ebrietates. Itē luſores ibi ludūt et
blaſphemant ⁊ maledicūt deo ⁊ hoībus.
Itē meretrices ibi cōueniunt. Itē fraus et
deceptio ibi cōmittitur. Itē omiſſio bono
rū operū. Plures heu ſunt qui nec miſſam
audiūt: nec verbū dei: nec veſperas: cū ta:
men dn̄ica die nihil eſt agēdū niſi ſoli deo
vacandū: vt ptꝫ de cōſ. di. iij. ieiunia. Ergo
prelati ciuitatū ⁊ villarū deberēt depone:
re tales nūdinas ⁊ locare precedentē aut
ſequentē diem: ⁊ non in die dn̄ico vel feſti:
6 uo. Sexti ſunt mechanici q̄ inuenerūt no:
uos modos falſificādi artificia ſua: ⁊ etiā
qui excogitauerūt palliare fraudē ⁊ vſurā
ſuam in emptionibꝰ ⁊ vēditionibus. Simi
liter qui fecerūt noua ſtatuta ⁊ noua iura
in ciuitatibus in villis. vnde cōitates ⁊ pau
peres aggrauant̄: oēs iſti rei erūt omniū
malorū que euenīūt: ⁊ eorū pena accreſcet
vſqꝫ ad finē mundi. Septimi ſunt qui he: 7
reſes q̄ cōtra fidem catholicā ſunt inue:
nerūt. Sicut arrius qui tres pſonas in di:
uinitate ſuſcipiens: tres etiā deos pſonas
in diuinitate ſuſcipiēs: tres etiā deos cre:
didit de quo. Auguſ. dicit ꝙ arrius adhuc
nō hꝫ ex toto penā ſuā: ſed de quo hoies
adhuc inficiunt̄ hereſi ſua: tot penas acci
dētales habebit in inferno vltra penā eſ:
ſentialē quā iam hꝫ. Itē ſaduceus qui ne:
gauit reſurrectionē mortuorū. Itē beria:
nus qui negauit ſuffragia animarū. Item
manicheus qui virginitatē laudauit ⁊ cō
iugiū dānauit. Itē iouinianus qui ecōtra
coniugiū cōceſſit ⁊ virginitatis mundiciā
deſpexit. Item Jo. hus de boemia here:
ſiarcha maximus qui cōbuſtus eſt in cōſi
lio cōſtantieſi: adhuc non habet ſuā penā
ex toto: ſed ſibi accreſcit de die in diē: ⁊ de
anno in annū. Itē ſciendū ꝙ etiā pena il:
lorū qui inuenerūt diuinatiōes ſortilegia
⁊ carmina vetularum augmentat̄. Octaui 8
ſunt qui malū exemplū poſt ſe relinquūt.
Unde querit̄ quare tot mali hoies ſunt in
mūdo? Reſpōdet̄ propter mala exēpla per
que iuuenes diſcūt a ſenioribꝰ malā ⁊ per
uerſam vitā: q: vnus inficit aliū per malū
exemplū: ſicut carbones ſeinuicē incēdūt.
Nullo modo eſſent tot ſuperbi: auari: gu:
loſi: vſurarij: ⁊ luſores chorizātes: blaſphe
mantes: ⁊ etiā qui iurāt per deū qd̄ nō eſt
verum: ⁊ etiā proximis maledicūt ⁊ verba
ſcurrilia ⁊ impudica proferūt: ⁊ etiā q̄ ne:
gligunt miſſas ⁊ ſermones ⁊ frangūt ieiu
nia ⁊c. niſi ab alijs viderēt. Uerſus. A bo:
ue maiore diſcit arare minor. Et tales a
quibus ipſi talia viderūt ⁊ didiſcerūt rei
ſunt oīm animarū illarū que ſic dānantur
propter eorū malū exemplū: ⁊ illorū pena
augmentabit̄ in inferno. vnde Se. in mo
ra. Tot mortibꝰ quis dignꝰ eſt quot exē:
pla prauitatis in poſteros reliquit. Noni
ſunt qui ſciēter res iniuſtas poſſidēt: ⁊ eas
heredibꝰ ſuis relinquūt: q: tales non ſolū
dānant ſeipſos: ſed etiā filios ⁊ filias ſuo
rum ſuorū: ⁊ pena illarū augmentat̄ ſuper
quotquot de ſtirpe eorum dānabuntur.
Quantum ad tertiam partem illius ſer:
monis quere exemplum infra in ꝓmptua:
rio de illa muliere que fuit enutrita de in-
iuſtis rebus. j. R.

## ¶ De inuentione ſancte Crucis. Sermo. xxj.

Mihi autem abſit gloriari: niſi
in cruce dn̄i noſtri Jeſu chriſti
ad Gala. vj. Apoſtolus in his
verbis duo facit. Primo dicit
qd̄ ſolum in cruce eſt glorian:
dum cum dicit. Mihi autē abſit gloriari.
Secūdo determinat in qua cruce ſit glo:
riandū cū dicit. Domini noſtri Jeſu chri:
ſti. Unde in preſenti ſer. ad honorē ſancte
Crucis tria ſunt dicēda. Primo de inuētio
ne ⁊ dignitate ſancte Crucis. Secūdo ali:
qua pro informatione noſtra. Tertio ali:
qua miracula. Quantū ad primā partem
illius ſer. ſciendū ꝙ ſignum ſancte crucis
per multa ſigna eſt oſtēſum. Quorū ſigno
rum quedā fuerunt ante inuentionē ⁊ que
dam in ipſa inuētione: ⁊ quedā poſt inuē:
tionem. Ante inuētionē eſt ab angelo da:
tum Seth filio Ade ad plantādum: ſicut
legitur in euangelio Nicodemi quod cum
Adam infirmaretur miſit filium ſuum ad
portam paradiſi pro oleo miſericordie: vt
corpus eius perungeret ⁊ ſanitatē perci:
peret. Cui apparens angelus de ligno in
quo peccauit Adam eidem dedit dicēs. ꝙ
cum fructū faceret Adam ſanaretur. Qui
rediens ⁊ patrem mortuū inueniēs ipſum
ramum ſuper tumulū patris plātauit qui
poſtmodū in magnū lignum creuit. Sa:
lomō autem cum edificaret templū illud
preſcidi fecit nuſqꝫ tamen locari poterat:
quia aut eſſet nimis breue: aut nimis lon
gū: ⁊ ſic artifices illud proiecerūt. De quo
poſtea ſemita facta eſt ſuper quendā lacū
⁊ pro ponte poſitū eſt. Regina autē ſaba
cum veniſſet audire ſapiētiā Salomonis:
⁊ predictū lacum trāſire vellet vidit in ſpi
ritu qd̄ ſaluator mundi in ligno illo ſuſpē
dendus erat. Et ideo ſuper illud lignum
tranſire noluit: ſed Salomon intimauit
ꝙ in illo ligno quidā ſuſpendendus erat:
pro cuius morte Judeorū regnum deleri
debebat. Salomon aūt predictū lignum
ſuſtulit inde ⁊ in profundiſſimis terre vi:
ſceribus illud demergi fecit. Poſtea ꝓba
tica piſcina ibidem facta eſt vbi leuite ho:
ſtias abluebāt: vnde aqua illa tam ex mo
tu angeli qꝫ ex virtute ligni virtutē ſanan
di infirmos accepit: appropinquante aūt
paſſione chriſti predictū lignum ſuperna
taſſe perhibetur. cum autem Judei vidiſ:
ſent ipſum lignum acceperunt ⁊ crucē do:
mino fecerūt: quod ſatis conueniēs eſſe vi
detur. Primū enim lignū paradiſi fuit ho:
mini cauſa mortis ⁊ diuine offenſionis et
ſue eiectionis. Conueniens igitur fuit vt
per illud lignum de morte tranſiret ad vi
tam. hoc eſt illud lignum de quo dicitur
Apo. ij. Uincenti dabo edere de ligno vite
quod eſt in paradiſo dei mei. Iterum oſtē
ſa fuit ante inuentionē: ⁊ hoc per angelū
Conſtātino imperatori. Unde legitur qd̄
in ſuo tēpore cōgregata eſt multitudo gē
tilium iuxta danubium fluuium volentiū
eum: ⁊ omnes regiones vſqꝫ ad Jordanē
ſuo dominio ſubiugare: quod cū Conſtāti
nus imperator cōperuit ꝓceſſit cōtra eos
⁊ nimio terrore cōcuſſos propter eorū mul
titudinem ſequente nocte ab angelo exci:
tatur: ⁊ vt ſurſum aſpiciat ammonet̄. Qui
in celum reſpiciens vidit ſignū crucis cir:
cunfuſum lumine ⁊ aureis literis ſcriptū.
In hoc ſigno vinces hoſtes tuos. Primo
per infirmi ſanationē. Secundo per mor:
tui ſuſcitationē. Tertio ꝑ tituli inſcriptio:
nem. Nam titulū quem Pylatus ſcribi fe
cerat requirētes ipſum inuenerūt ⁊ lege:
runt: vt dicit Amb. Quarto per diaboli la
mentabilē conqueſtionē: nā diabolꝰ ipſam
eſſe crucē chriſti lamētando cōqueſtus eſt
dicens. O Juda quid feciſti iude meo cō:
traria operatus es: nā ille fecit proditionē
⁊ tu Jeſu inueniſti crucē per illū regnaui
in populo: ꝑ te iam expellar a regno. Poſt
hoc Judas ille q̄ inuenit crucē baptiſat̄ et
quiriacus appellat̄: ⁊ hieroſolimarū epi:
ſcopo defuncto ibidē in epm̄ ordinat̄ quē
poſtmodū iulianus apoſtata interfecit ex
eo quod ſanctā crucem inuenit: ſibi multa
martyria intulit. Primo dexterā ſibi ab:

ſcidi fecit. Secũdo plũbũ fecit liquari ⁊ in
os eius fundi. Tertio lectum ferreũ affer-
ri: ⁊ in eo ſanctũ chiriacũ extendi: ⁊ ſubter
ter carbonẽ ſalẽ ⁊ adipem ſpargi. Quarto
iuſſit foueam fieri ⁊ ſerpentes venenatos
ibidem poni ⁊ ſanctũ quiriacũ in eadem
iactare ſerpentes ꝯtinuo mortui ſunt. Qui
to iulianus iuſſit ſanctũ chiriacũ mitti in
caldarium oleo feruentiſſimo plenuꝫ. Qui
dum ſe ſignans ſpõte intrare vellet rogãs
deũ vt iterũ lauacro martyrij baptiſaret.
Iratus Julian⁹ iuſſit pectus ei⁹ pforari: ⁊
ſic i dño cõſummari ꝓmeruit. Itẽ legit in
chronica Hermãni ꝙ primus iperator ca
tholicus fuit ꝯſtantinus magnus qui re-
gnauit anno dñi. ccc.x.j. ⁊ regnauit annis
xxxj. menſib⁹. x. ⁊ in eodẽ tempore inuenta
eſt ſancta crux. Qui imperator fuit primo
maximus xpianorũ perſecutor ⁊ ideo per
cuſſit eum dñs in lepra peſſima ⁊ incurabi
li. Cui apli Petrus ⁊ Paulus apparentes
baptiſmum perſuaſerũt: q̃ a ſancto Silue
ſtro baptiſatus eſt ⁊ curatus a lepra. Hic
Silueſter papa. xxxiij. ſedit annos. xxiij.
menſes. x. dies. xxj. culturã idolorũ deſtru
xit ⁊ plurimũ fidem xpianaꝫ exaltauit. Hic
primus papa q̃ abſq; martyrio in pace q̃e
uit. Conſtantinus imperator multas liber
tates eccleſie contulit. Nã romanã vrbeꝫ
omnes etiam regiones circumiacentes de-
dit ⁊ perpetuo aſſignauit ad vſum pape ⁊
cardinaliuꝫ tũc vox in aere eſt audita. Ho
die venenum infuſum eſt eccleſie. Idẽ cõ-
ſtantinus Helenã matrẽ ſuã ad fidẽ cõuer
tit. Hic ẽt conſtantinopolim reparauit ſe-
demq; imperialẽ ibi poſuit. Hui⁹ mater an
no dñi. cccxxxij. venit in Hieruſalem ⁊ cru-
ceꝫ dñi queſiuit ⁊ miraculoſe inuenit ⁊ ec-
cleſiam miro ornataꝫ in bethleem conſtru
xit cum. xl. colũnis marmoreis ⁊ choruꝫ de
marmore ſpecioſum in loco diuerſorij vbi
ſaluator noſter natus eſt. Helena partem
ſancte crucis detulit ad filiuꝫ ſuum aliam
partem thecis argenteis conditam reliq̃t
ibi in loco. Hec de inuentione ſancte cru-
cis dicta ſufficiant. Quantum ad ſecundã
2 partem huius ſermonis ſciendum quod
nos chriſtiani habemus quadruplex mu-
nimentum contra inſidias diaboloruꝫ qui

nituntur nobis nocere in omni loco in om-
ni tempore. Primum eſt cuſtodia angelo-
rum. nam angeli cuſtodiunt hominem in
preſenti vita in omnibus locis vbicunque
fuerit. Vñ ps. xc. Angelis ſuis mandauit
de te vt cuſtodiant te in omnib⁹ vijs tuis.
Ergo in preſentia angelorum quilibet ho
mo debet ſe honeſte ⁊ pudice habere ver
bis ⁊ factis. vnde Bernard. In quouis di
uerſorio: in quouis angulo reuerentiã ex-
hibe angelo tuo, nec audeas illo preſente
quod me vidente non auderes. Secunduꝫ
eſt hoc nomen ieſus: ſimiliter hoc nomen
maria. Nam vbicunque hoc nomen ieſus
deuote ⁊ expreſſe nominatur ibi diaboli
perſiſtere non non poſſunt: ſed fugiunt ab
hoc loco vbi nomen ieſus inſonuerit: et ſi
mile intelligendum eſt de hoc nomine ma
ria vbi nominatum fuerit. Tertium eſt aq̃
benedicta. Naꝫ vbi aqua aſperſa habetur
ibi diaboli fugiunt: nec ibi pñt exercere
fantaſmata ſua. Vñ in cõſecratione aque
leguntur valde notabilia ꝟba. Diſcedat
oẽ fantaſma in loco quo aſperſa fuerit
hec aqua. ergo bonũ eſt aquam bñdictam
habere circa lectuꝫ ⁊ aſpergere de ſero cũ
ea ⁊ maxime circa mulieres que iacent in
puerperio: ⁊ etiam circa infirmos qui ſe-
pe aſpergendi ſunt ad effugandum fantaſ
mata demonum. ps. lxxiij. Contriuiſti capi
ta draconis in aquis. Quartum eſt ſignuꝫ
ſancte crucis quod demones ſuſtinere nõ
poſſunt: ſed fugiunt. Unde Auguſtinus.
Ubi ſignum ſancte crucis cum fide et ti-
more dei pceſſerit nihil ibi inimicus noce-
re poterit. Chry. Ubicũq; demões ſignuꝫ
ſctẽ crucis viderint territi fugiũt baculũ ti
mẽtes q̃ plagã acceperũt. itẽ ſciẽdũ ꝙ quã
do quis cum ſigno crucis vult ſe munire:
tunc tria debet cogitare. Primo quis ſit il
le qui pependit in cruce: quia ieſus chri-
ſtus filius dei. Secundo qualiter pepen-
dit: quia cum expanſis brachijs ⁊ cum ex-
tenſis venis. Tertio propter quid ſcilicet
propter ſalutem noſtrã vt nos liberaret a
demonum poteſtate: ⁊ ab eterna morte: et
quandocunq; chriſtianus facit ſignuꝫ ſan
cte crucis ante ſe bonam confidentiam de
bet habere quod deus dirigat eum proſpe



re in agendis ⁊ preſeruet eum a periculis.
Idcirco omnia opera que q̃s facit ſiue de
mane ſurgẽdo: ſiue de ſero dormitũ eun-
do ſiue laborãdo: comedẽdo: bibendo: cũ
ſigno ſancte crucis facere debet: ne diabo
lus noceat vel eũ impediat. vnde Hie. Ad
omnẽ actum ad oẽm inceſſum manus tua
deuote pingat crucẽ. Quantũ ad tertiam
3 partem illius ſer. nota aliqua miracula de
ſancta cruce quomodo nihil debemus fa-
cere ſine ſigno ſancte crucis. vnde legit in
dia. Gre. ꝙ quedã virgo intrauit quendã
hortũ ⁊ comedit lactucã: ſine ſigno ſancte
crucis ⁊ diabolũ cum lactuca comedit. Itẽ
legitur ꝙ quidã cõuerſus religioſus in ci
uitate bibit vinum ſine licẽtia ⁊ ſine ſigno
ſancte crucis ⁊ diabolum cum vino bibit.
Item ſignũ ſancte crucis liberat homineꝫ
a deſperationis laqueo. Unde legitur qđ
quidã voluit ſeipſum ex nimia triſtitia et
deſperatione ſuſpẽdere: ſed per virtutem
ſancte crucis qua ſe ſignauit liberat⁹ eſt.
Item ſignũ ſancte crucis fugat multitudi
nem demonũ: vnde quidã iuuenis volens
fieri diues venit ad quendã necromanti-
cum qui cum vocaſſet demones venerũt ⁊
vnus inter eos quaſi rex preibat: cui poſi-
ta eſt ſedes. Qui cum interrogaſſet quare
vocati eſſent: dixit necromãtic⁹ ꝙ iuuenis
iſte qui mecum ſtat vult vobis ſeruire vt
eum diuitem faciatis. Cui demon vis chri
ſtum abnegare? Reſpõdit iuuenis. Certe
nolo vt chriſtũ abnegem propter diuitias
⁊ ſtatim ſignauit ſe ſctã cruce ſtatim om-
nis multitudo demonũ ſignum ſancte cru
cis non valens ferre diſparuit: tũc ille ſur
gens intrauit eccleſiã: ⁊ ſtatim imago cru
cifixi q̃ erat in eccleſia ſibi inclinauit. Qđ
cum primarius vidiſſet ciuitatis queſiuit
ab eo ſi aliquid boni feciſſet: quia vidiſſet
qđ ſibi imago chriſti inclinaſſet: qui cũ di
xiſſet ei ꝙ illa die chriſtũ abnegare noluiſ
ſet: ⁊ ſic ille diuitias ⁊ filiam ſuam dona-
uit ſibi. Item ſignũ ſancte crucis cõpeſcuit
canes latrantes. Exemplũ de quodã cum
captus fuiſſet: ⁊ de nocte vincula dirupiſ-
ſet: ⁊ cuſtodes pertrãſiſſet ⁊ portam exiuiſ
ſet: venerunt canes fortiter latrãtes: ⁊ ip-
ſum prodere volentes. Sed ipſe ſe ſigno

crucis ſignauit: ⁊ omnes cõpeſcuit dicẽs.
Precipio vobis in virtute ſancte crucis vt
taceatis quod ⁊ factum eſt. Item pulchrũ
exemplum quomodo virtus ſancte crucis
vincit poteſtatem omnium demonũ. que-
re infra in promptuario. xxxix. C.

## De ſancto Uito martyre. Sermo. xxij.

Memento creatoris tui in
diebus iuuentutis tue.
ita ſcribitur Eccleſi. xij.
Uerba pdicta bene con
ueniũt ſancto Uito qui
in iuuẽtute deo ſeruire
cepit et martyrium. xij.
anno ſuſtinuit. Unde in
preſenti ſer. ad honorẽ ſancti Uiti tria ſunt
dicenda. Primo de dignitate ſancti Uiti.
Secundo de plaga ſancti Uiti. Tertio exẽ
plum. Quantũ ad primum ſciendũ ꝙ ſan
ctus Uitus paſſus eſt tẽpore Diocletiani
qui regnauit anno domini. cclxxix. ⁊ habet
x. dignitates in ſe vniuerſaliter quas alij
ſancti habent particulariter. Prima digni
tas eſt qđ in iuuentute martyrium ſuſti-
nuit: ⁊ in hac dignitate aſſimilatur ſancte
Criſtine: qui etiam in. xij. anno ſue etatis
multiplicia martyria ſuſtinuit ⁊ tres iudi-
ces ſuperauit. Secũdo aſſimilatur ſancte
Barbare que a patre ſuo carnali flagella-
ta eſt. Sic ⁊ beatus Uitus a patre ſuo no-
mine Helyas crebro verberat⁹ eſt ex eo ꝙ
idola cõtẽnebat: nec ipſa adorare volebat.
Tertio aſſimilatur ſancte Catherine q̃ in
carcere poſita. xij. diebus cibata eſt a dño
noſtro Jeſu chriſto. Sic Uitus cuꝫ in naui
eſſet cum modeſto ⁊ creſcentia nutrice ſua
nec cibum corporalẽ haberẽt aquila eis ci
bum afferebat. Quarto aſſimilatur ſancto
Egydio qui demoniacũ in eccleſia impe-
dientẽ populũ liberauit. Sic ⁊ Uitus filiũ
Diocletiani imperatoris a demonio libe-
rauit. Quinto aſſimilat̃ ſancto Laurentio
qui per ſignũ ſancte crucis cecos illumina
uit: ſic ⁊ ſanctus Uitus orauit pro ſanatio
ne patris ſui: ⁊ lumẽ ſuis precib⁹ recupera
uit. Sexto aſſimilat̃ ſancto Mattheo apo
ſtolo qui fuſtib⁹ ceſus eſt: ſic ſctũs Ui. fu-

ſtibus mactatus eſt vſq͡ʒ verberantiū bra-
chia aruerunt. Septimo aſſimilat̄ ſancto
petro apoſtolo q̄ eſt princeps apoſtolorū
cui poſito in carcere angelus cum lumine
apparuit et ſtatim cathene in q̄bus liga-
tus fuerat ꝛ vinctus ceciderūt de manibꝰ
ſuis: ſic ꝛ. B. victus cū miſſus fuit in carce-
rem cū modeſto ſubito terremotus factꝰ
eſt: et ferri moles que eis erat impoſita
cecidit ꝛ carcer immēſo lumine corruſca-
uit. Octauo aſſimilatur Johā. euan. q̄ miſ-
ſus fuit a domitiano in doliū feruentis
olei: ꝛ tñ illeſus exiuit: ſic ꝛ ſanctus vitus
in clibanū ardentem mittitur: ſed tñ inde
illeſus egredit̄. Nono aſſimilat̄ illis duo-
bus apl'is Simoni ꝛ iude: quos cū ponti-
fices idoloꝝ occiderūt: fulgura ꝛ tonitrua
ſuperuenerūt ꝛ templum ſcindit̄: magi in
carbones ſunt cōuerſi ſic et beatus vitus
cū modeſto ꝛ creſcētia nutrice ſua q̄ ſem-
per eū ſecuta fuit in eculeum ſuſpēdi iubē
tur: ſed ſubito aer turbat̄: terra cōcutitur:
tonitrua mugiunt: idolorū tēpla corruūt
ꝛ multi occiderūt. Decimo aſſimilat̄ ſan-
cto Georgio martyri ꝛ militi: de quo legit̄
ꝙ cū decollari deberet flexis genibꝰ orauit
dicens. Dñe Jeſu xp̄e hoc oro vt animam
meā nō ſepares a gr̄a tua ꝛ quicūq͡ʒ in ne-
ceſſitate ſua me inuocauerit exaudire eū
digneris. Et vēit ad eū vox de celo dicēs ꝙ
in oībꝰ eēt exauditus: ꝛ ſic fieret vt orauit
p̄s. xc. Inuocauit me ꝛ exaudiā eū ꝛc. ſic ꝛ
beato vito exiſtēti in carcere ꝓpter fidem
xp̄i, ꝛ oranti apparuit ei angelus dñi di-
cens ſibi eū affuturū ꝛ oīa quecūq͡ʒ a xp̄o
petierit preſtiturum. Ergo inuocādus eſt
ſanctus vitus tāq͡ʒ ſingularis patronus in
omnibꝰ neceſſitatibus ꝛ anguſtijs. Quā-
tum ad ſcd̄am partē illius ſermonis que-
ritur vtrū plaga ſancti viti ſit exiſtēs vel
apparens ſic ꝙ quis ſibi aſſumat. Reſpō-
detur primo ꝙ qñq͡ʒ fit ex infirmitate ce-
rebri: et ſic accidit cōiter mulieribꝰ que
habent capita debilia. Scd̄o ex plaga dei:
ꝛ ſic accidit illis qui ex ſuperbia habent
nimiam complacentiā in ornatu corporis
in veſtibus in crinibus ꝛ in choreis. Ergo
mulieres cōiter habēt illam plagā que ſe
cōtra deū exaltant vt ſic humiliet̄. Luc.
xviij. Omnis q̄ ſe exaltat humiliabitur.
Tertio fit ex quadā fictione: vt cum quis
ſibi illā plagam voluntarie aſſumit pro-
pter libertatē animi: ꝛ vt ſic poſſit exple-
re malitiā ꝛ libidinem ſuā: ꝛ hoc eſt ma-
gis cōe: hoc probatur: qꝛ vt cōiter ille mu-
lieres que nō ſunt bone fame conſueue-
runt ſic currere ꝛ chorizare ſed honeſte ꝛ
deuote mulieres raro aut nunq͡ʒ ſic cur-
runt. Quantū ad tertiam partē illius ſer-
monis nota exemplū. Erat quedā mulier
ſatis diſſoluta que aſſumpſit ſibi illā pla
gam ficte: vt ſic poſſet diſſolutiones ſuas
explere: ꝛ cepit chorizare ꝛ ſaltare. Quā
maritus eius compeſcuit verbis: ſed ipſa
nihil curauit verba ſua: ſed aſſerit ſe ha-
bere plagā ſancti viti: nec poſſet omnino
carere: ſʒ oporteret eā illa nocte ꝛ die ſal-
tare ꝛ chorizare. Et maritus eius accepit
bonam ꝛ aſperā virgam ꝛ duxit eam ad
cellarium vnum ꝛ flagellauit eam vſq͡ʒ ad
effuſionem ſanguinis. Et promiſit ſibi ꝙ
nunq͡ʒ amplius vellet ſic ſaltare ꝛ choriza
re: qꝛ tota plaga iam in eā ceſſaſſet: et ſic
amplius nunq͡ʒ attemntauit.

¶ De ſancto Joh. baptiſta. Ser. xxiiij.

INter natos mulierū nō ſurre-
xit maior iohā. baptiſta. Mat.
xj. In his verbis xp̄s exprimit
excellētiā ſancti Joh. baptiſte
cū dicitur. Inter natos mulie-
rum ꝛc. Ibi excipit̄ xp̄s qui non eſt natus
de muliere ſʒ de virgine. Et etiā glorioſa
virgo maria q̄ eſt maior iohanne. vñ poſt
xp̄m ꝛ mariam nō ſurrexit maior iohāne
bap. vñ xp̄s ē ſol: maria ē lūa: lucifer iohā
nes bap. poſt ſolē clarior eſt luna: et poſt
ſolē ꝛ lunā clarior lucifer: qꝛ poſt xp̄m et
mariam iohānes clarior inuenitur: ergo
inter natos mulierū ꝛc. vñ in preſenti ſer.
ad honorē ſancti iohānis bap. cuiꝰ natiui
tatē hodie celebramus tria ſunt dicēda.
Primo priuilegia ſancti Johannis. Scd̄o
aliqua ꝓ informatione noſtra. Tertio ali-
qua miracula. Quantū ad primā partem
ſciendū ꝙ ſanctus iohānes bapt. hʒ decē
priuilegia. Primū priuilegiū: quia eſt ab
angelo annūciatus: ꝛ eſt filiꝰ ſummi pon-
tificis. ſ. zacharie. vnde legitur in hiſtoria
eccleſiaſtica ꝙ dauid rex volens amplia-
re cultū dei. xxiiij. ſummos ſacerdotes in-
ſtituit: de q̄bus vnus erat zacharias. Erāt
autem ipſe ꝛ vxor eius Elizabeth ſenes ꝛ
abſq͡ʒ liberis. Cūq͡ʒ zacharias templū in
feſto propitiatiōis fuiſſet ingreſſus vt in-
cenſum ꝓponeret ꝛ multitudo foris expe-
ctaret apparuit ei Gabriel archangelus.
Cū vero zacharias in eius viſione time-
ret ait. Ne timeas zacharia: qm̄ exaudita
eſt oratio tua ꝛ Elizabeth vxor tua pariet
tibi filiū ꝛ vocabis nomē eius Johānes.
zacharias aūt cōſiderans ſuā ſenectutē ꝛ
vxoris ſterilitatē: dubitare cepit et more
iudeorū ſignū ab eo querere cepit. Ange-
lus aūt pro eo ꝙ verbis eius nō credidit
ipm̄ taciturnitatis plaga percuſſit. Cū aūt
zacharias ad populū foras exiſſet ꝛ eum
factū mutum viderent cognouerūt eo in-
nuente ꝙ viſionē vidiſſet in templo. Cō-
pleta aūt ſeptimana rediit ad domū ſuā
ꝛ cōcepit Elizabeth ꝛ menſibus quinq͡ʒ ſe
occultauit: qꝛ erubeſcebat ꝙ in ſenectute
cōceperat. Menſe aūt ſexto beata virgo
Maria que deū iam conceperat venit ad
Elizabeth congratulans ei ꝙ filium eſſet
paritura. Et cū ſalutaſſet eā beatus Joh.
iam ſpūſancto plenus ſenſit filiū dei veni
re ad ſe: ꝛ pre nimio gaudio in matris vte
ro tripudiauit. Manſit ergo beata virgo cū
cognata ſua tribꝰ menſibus miniſtrās ei:
natūq͡ʒ puerum ſuū ſuis ſanctiſ manibꝰ de
terra leuauit. Et ſtatim apertū eſt os pa-
tris ſui: ꝛ cepit clamare. Benedictus dñs
deus iſrael: qꝛ viſitauit ꝛ fecit redēptionē
plebis ſue. Et ſic cōgregati oēs vicini eius
cōgratulabantur ei ꝛ dicebāt. Quiſputas
puer iſte erit: qꝛ totū mundū letificat ſua
natiuitate. ideo eccleſia natiuitatem eius
celebrat ſicut ꝛ xp̄i et matris eius. Scd̄m
priui. qꝛ in vtero eſt ſanctificatus ex qua
quidē ſanctificatione accepit peccati origi
nalis purgationem. Nam oēs in peccato
originali concipimur ꝛ naſcimur. vñ p̄s. l.
Ecce eñ in iniquitatibꝰ ꝛc. nā dicūt doct.
q̄ puer in vtero matris quadrageſima
ſexta die viuificat̄ ꝛ ſtatim anima infundi
tur: ꝛ per quecūq͡ʒ modum morit̄ ſine ba-
ptiſmo: nūq͡ʒ faciem dei videbit: ꝛ hoc ꝓ-
pter peccatū originale. Ab illo ergo pec-
cato originali deus Joh. purgauit in vte-
ro matris: inſuper ipm̄ ſanctificauit ꝛ ſta
biliuit ꝙ decetero peccare mortaliter nō
poterat. ecce q̄ta mirabilia fecit deus de
ſancto Jo. bap. vñ Hie. j. Priuſq͡ʒ te for-
marē in vtero noui te: et anteq͡ʒ exires de
vulua ſanctificaui te. Tertiū priui. qꝛ co-
gnouit Jeſum in vtero matris Marie exi-
ſtentem ꝛ in ſignū huius exultauit puer
Joh. in vtero matris ſue elizabeth. vnde
Lu. j. Et factū eſt vt audiuit ſalutationē
Marie Elizabeth exultauit infans in vte-
ro eius. Facta eſt aūt hec exultatio diuini
tus nō humanitus ꝛ adeo eſt acceleratꝰ
vſus ratiōis in illo puero vt intra viſcera
materna iam poſſet cognoſcere creatorem
ſuū. Quartum priuilegiū qꝛ pluſq͡ʒ ꝓphe
ta eſt vocatus. Quare pluſq͡ʒ propheta dr̄.
Reſpondet̄ qꝛ xp̄m quē alij prophete p̄di-
cauerūt ꝛ prophetauerūt futurū ipſe indi
cauit cū digito dicēs. Ecce agnus dei: ecce
qui tollit peccata mūdi. Quintū priui. qꝛ
eſt precurſor chriſti ꝛ hoc ꝓpter maiorē in
firmitatē neceſſe erat aliquid ab aliquo
prius dici que de ipſo erant al's iudei po-
tuiſſent rationabiliter dixiſſe: ſicut etiam
al's male et iniuſte dixerūt. Tu de teipſo
teſtimoniū perhibes. teſtimoniū tuum nō
eſt verū. Sed diceres in quibꝰ iohannes
preceſſit xp̄m? Rñdet̄ ſm Remi. in quinq͡ʒ
Primo in naſcēdo: qꝛ in dimidio anno p̄-
ceſſit xp̄ʒ: ꝛ xp̄s natus eſt qñ dies creſcūt:
ſed iohānes qñ dies decreſcūt in ſignū ꝙ
xp̄s debebat creſcere ꝛ iohānes minui in
notitia populi. Jo. iij. Iſtum opʒ creſcere:
me aūt minui. Scd̄o in p̄dicādo: qꝛ iohā-
nes citius p̄dicauit q̄ xp̄s. Tertio in ba-
ptiſādo qꝛ iohānes prius baptiſauit: q̄
xp̄s. Quarto in moriendo: qꝛ ioānes mor
tuus eſt ante xp̄m. Quinto ad inferos de
ſcendēdo: qꝛ p̄ceſſit xp̄m ad lymbū patrū:
ꝛ nunciauit eis xp̄m. Sextū priuilegiū: qꝛ
fuit baptiſta xp̄i electus pre omnibꝰ hoi-
bus in mūdo pro tūc exiſtētibus: vbi me-
ruit totā cognoſcere trinitatem patrē in
voce cū dixit. hic ē filiꝰ meus dilectꝰ: filiū
in ſubſtātia carnis ſup quē vox illa inſo-
nuit: ꝛ quē ꝓprijs manibꝰ baptiſauit: ſpm̄

ritumſanctū qui in ſpē colūbe ſuper xp̄m
deſcendit baptiſatum. Septimū priui. qꝛ
auſteriorē vitam durit q̄ꝫ xp̄s. vnde iudei
putabāt ipſum eſſe xp̄m ꝑpter auſteram
vitam ſuā. Jo. j. Miſerunt iudei ab hiero-
ſolymis ſacerdotes ⁊ leuitas ad iohannē
vt interrogarent eū tu quis es? Et cōfeſ-
ſus eſt: qꝛ nō ſum ego xp̄s. Auſteritas aūt
iohannis cōſideratur in quatuor. Primo
in cibo: qꝛ nūq̄ꝫ in vita ſua comedit aliquē
cibum delicatū nec guſtauit panē: nec car-
nes: nec piſces: ſed cib⁹ ipſius erāt locuſte
⁊ mel ſilueſtre: ⁊ hoc tñ ad ſuſtentationem
corporis ⁊ nature. Non eñ fuit ſicut qui-
dam modo ſunt: qui cū mane ſurgūt pri-
mo cogitant de bono prandio: illi maiorē
curam habēt de ventre q̄ꝫ de anima. Ta-
les eñ (vt timeo) efficiuntur ſocij epulo-
nis in inferno. Et qui hic repleti fuerint
bonis cibarijs: illi ibi abſtinebunt. Lu. vj.
Ue vobis qui nunc ſaturati eſtis. Ergo ſi
volumus ſaluari ſequamur iohannē ba-
ptiſtam: ⁊ non epulonē. Luc. vj. Beati qui
nūc eſuritis. ⁊c. Quid aūt ſint iſte locuſte
⁊ mel ſilueſtre? reſpondet arnolphus qđ
locuſte ſunt aues parue ad modū digiti
non qui alte a terra volant ⁊ faciliter ca-
piuntur: que fuerunt in deſerto: cocteq̄ꝫ
in oleo pauperū prebent victū. Similiter
narrant in eodē deſerto eſſe arbores ha-
bentes folia lata ⁊ rotunda lactei coloris:
melliti ſaporis: que manibus fricantur et
eduntur: ⁊ hoc dicitur mel ſilueſtre Scđo
in potu: qꝛ nunq̄ꝫ in vita ſua aliquē potū
bibit niſi ſolā aquam hoc multi bibuli nō
faciunt qui tantū bibunt ꝙ rationem lo-
quendi perdunt ꝑpter nimiam ebrieta-
tem. Sed beatus iohannes magne fuit
abſtinētie. vnde canitur de eo. vinū ⁊ cice-
ram nō bibit. vnde dicit beda ꝙ cicera in-
terpretatur ebrietas quo vocabulo omne
qđ inebriare pōt poculum ſiue de pomis
ſiue de frugib⁹: ſiue de qualibet alia ma-
teria cōfectum ſignificat. Tertio durum
habuit veſtimentū. Mat. iij. ipſe Joh. ha-
bebat veſtimentū de pilis camelorū. Hoc
nō aduertunt aliqui viri ⁊ alique mulie-
res que ſequuntur epulonē qui indueba-
tur purpura ⁊ byſſo ⁊ epulabat quotidie
ſplēdide. Similiter q̄ lōgas caudas poſt
ſe trahūt quibus terrā veſtiunt. ⁊ de nu-
dis xp̄i pauperib⁹ nihil curāt: caudis ſuis
pulices colligunt ⁊ hominib⁹ ſequētib⁹ ⁊
antecedētibus puluerē mouent. Timen-
dum eſt eis ne diabolus in caudis earum
equitet. Job. xlj. Ipſe eſt rex ſup omnes
filios ſuperbie. Quarto in habitaculo: qꝛ
habitauit in heremo. Unde canitur de eo.
Antra deſerti teneris ſub ānis ⁊c. Et hoc
fuit magnū in puero Joh. ꝙ reliquit prēm
⁊ matrē ⁊ oīa bona parentū ⁊ iuit in de-
ſertū ⁊ habitauit ibi ne amitteret inno-
centiam ſuā: ⁊ ne mūdus traheret eum a
deo. Nam mūdus trahit hoīeꝫ a deo ho-
norib⁹ quos hic ꝑpriuat: ne hō veniat ad
celeſtes honores. Itē caro trahit delitijs
vt hō careat eternis gaudijs et delitijs.
Itē diabolus trahit eū inuidia ſua: qꝛ in-
uidet ꝙ homo dꝫ poſſidere illū locū quē
ipſe diabolus ꝑdidit ⁊ trahit hoīem q̄ꝫtū
pōt: ⁊ q̄ꝫto melior eſt hō ⁊ ſanctior: tanto
magis inſidiat̄ ei. Et hoc ſciuit beat⁹ Jo.
Et q̄ꝫuis eſſet vnicus filius pōtificis qđ
tūc maximū erat tñ deſpexit honores, ⁊ re-
liquit mundū ⁊ fugit in heremū vt inno-
centiā ſuā immaculatā cuſtodiret. Octa-
uum priui. qꝛ habuit dignitatē omniū ſan
ctorū. Fuit eñ ꝑpheta ⁊ pluſq̄ꝫ propheta:
qꝛ ꝑphete xp̄m predixerūt: ipſe aūt digi-
to demonſtrauit di. Ecce agnus dei ecce
q̄ tollit peccata mūdi. Fuit etiā apoſto-
lus. Nam ap̄ls interpretat̄ miſſus. Uñ de
eo ſcriptū eſt. Fuit homo miſſus a deo.
Fuit etiā martyr. hoc ꝓbat ſanguinis ei⁹
effuſio ⁊ v̄itatis aſſertio qñ dixit. Non lꝫ
tibi habere vxorē fratris tui. Itē fuit con-
feſſor: qꝛ tam auſtere vixit ꝙ ipſe xp̄s pu-
taretur a iudeis: ⁊ cōfeſſus eſt qꝛ non ſum
xp̄s. Fuit etiā virgo: hoc teſtat̄ Lucas qui
dicit eū a pueritia vixiſſe in heremo. Et
ſic beat⁹ Johānes hꝫ merita omniū ſan-
ctorū Unde bñ dicit euāgeliſta. Inter na-
tos mulierū nō ſurrexit maior Joh. bap.
Nonum priuilegiū: qꝛ fuit tribus meritis
quibus debetur aureola inſignitus. Ipſe
fructū centeſimū inq̄ꝫtū fuit virgo a deo
promeruit. Itē centeſimū inq̄ꝫtū fuit ꝑdi-
cator glorioſus. Et centeſimū inq̄ꝫtū fuit



martyr. vnde cātatur de eo. Serta ter de-
nis alios coronant ⁊c. Decimū priuile. qꝛ
dies natiuitatis eius in tota xp̄ianitate
celebratur: immo etiā ſarraceni natiuita-
tem eius feſtiue celebrāt. Trium eñ ſan-
ctorum natiuitas ſolēniter celebrat̄. ſ. xp̄i:
virginis Marie: ⁊ Johā. bap. Et ratio qꝛ
oēs tres ſctificati fuerūt in vtero matris.
Itē qꝛ ortus iſtoꝝ trium dedicati fuerūt
gaudio: ⁊ ideo cōueniens eſt vt nos iſtorū
ortus cū gaudio celebremus. De gaudio
xp̄i dicit̄ Lu. ij. Euangelizo vobis gaudiū
magnū. de gaudio Marie canit̄. Natiui-
tas tua dei genitrix virgo gaudiū annū-
ciauit vniuerſo mundo. De gaudio Joh.
baptiſte dicit̄ in euangelio hodierno. Et
multi in natiuitate eius gaudebunt. Et
q̄ꝫuis beatus Johānes baptiſta ab vtero
matris ſue ſanctus fuit et nulli vnq̄ꝫ no-
cuit multos tñ habuit ꝑſecutores qui eius
ſanguinē ſitiebant. Nam herodes voluit
eū occidere: herodias ſibi inſidiabatur:
filia eius caput ſuū petijt: ſpiculator miſ-
ſus eſt qui caput eius ꝑſcidit. Decollatio
aūt eius facta eſt pro iuſtitia et fidei de-
fenſione: qꝛ herodē de ſtupro arguebat:
ideo ipſum in carcere reclufit. Itē decol-
latio eius fuit cū multa ſui deuotione: qꝛ
cū decollari deberet deo ſe deuote recō-
mendauit. Unde canit eccleſia. In medio
carceris ſtabat Johā. ⁊ voce magna cla-
mauit dicens. Dñe deus meus tibi recō-
mendo ſpiritum meū. Et qꝛ iam predicti
male Johannē tractauerunt: et ideo ipſi
male a deo tractati fuerūt. Herodes eñ
male fuit tractatus: qꝛ in exilium miſſus
ibi miſerabiliter eſt mortuus. Herodias
etiā male tractata eſt: qꝛ cū caput Joā. in
manu teneret: diuino iudicio in eius faciē
ſufflauit et illa morte ſubitanea corruit.
filia herodiadis fuit male tractata: quia
fuit in aquis ſuffocata. Cū enim ſup gla-
ciem ludendo diſcurreret: ſubito glacies
ſub pedibus eius frāgitur: ⁊ illa in aquis
miſerabiliter ſuffocatur. Quantū ad ſe-
cundam partē illius ſer. eſt ſciendū quod
ſicut caput Joh. bap. datū eſt puelle ſal-
tanti ⁊ chorizāti: ⁊ in vigilia ſancti Johā.
bap. conſueuerūt chorizare: ⁊ ſancta ma-
ter eccleſia cōtra hanc chorizationē inſti-
tuit ieiunium qđ ſub precepto ⁊ ſub pecca
to mortali quilibet tenet̄ ſeruare: ⁊ qui ſi-
ne cauſa ⁊ ex cōtemptu ſoluit hoc ieiuniū
peccat mortaliter. Tūc pro informatione
noſtra aliqua hic dicēda ſunt de chorea.
Primo querit̄ an chorizare ſit peccatum
mortale? Reſpondet̄ ꝙ ſic qñ ex ſuperbia
⁊ ex mala cōcupiſcentia fit. Aug. Melius
eſt in die dñica arare q̄ꝫ chorizare: et me-
lius eſt mulierē lanam ſuā texere: q̄ꝫ im-
pudice chorizare. et ratio qꝛ ille q̄ laborat
in die dñico et feſtiuo ſimpliciter peccat
frangēdo ſabbatū: ſed chorizans cōmit-
tit quaſi oīa peccata mortalia. Nā ibi eſt
ſuperbia: ⁊ cōmittitur ibi ſepi⁹ mentalis
luxuria per malas cōcupiſcētias. Simili-
ter auaritia: qꝛ affectāt diuitias ⁊ ꝑcioſas
veſtes. Et etiā inuidia: qꝛ ſi vna perſona
plus honorat̄ vel meliora veſtimenta hꝫ:
tūc q̄ꝫ cetere ꝑſone inuident ei. Itē ſciē-
dum ꝙ aſtantes circa choream q̄ꝫ intm̄
peccāt ſicut qui chorizant: qꝛ ipſi dāt alijs
occaſionē chorizādi qꝛ ſi circunſtātes non
aſpicerent: tūc ipſi nō chorizarēt. Inſuper
iudicāt chorizātes: qđ eſt cōtra euang. vt
habet̄ Luc. vj. Nolite iudicare ⁊c. Sꝫ ali-
qui volūt ſe excuſare in peccatis ſuis dicē-
tes. Qm̄ ante centū annos chorizauerūt
hoīes. ſic et hodierno die merito facere
poſſunt. Rñr ꝙ ante centum annos hoīes
etiā infernū intrauerūt: ſic ⁊ hodierno die
faciūt qꝛ mala cōſuetudo nō excuſat pecca
tum immo q̄ꝫto diuturnior tanto pericu-
loſior. vnde dicit̄ in decre. Cōſuetudo ma-
la inueterata q̄ꝫto diuturnior: tanto peri-
culoſior. xxiiij. q. j. ſciſma. Quod aūt xp̄s a
chorizantibus grauiter offenditur hoc ꝓ-
batur quia ipſi rurſum crucifigūt Jeſum
xp̄m. De hoc exemplū quere infra in ꝓmo-
ptuario exēplorū. vij. C. Et ꝙ xp̄s graui-
ter vult punire chorizantes in vita: hoc
oſtēditur in illa puella que ꝑpter choreā
cōbuſta eſt in toto corpore. ibidem. x. Et
etiā in morte vt patet in muliere que cū
pila in chorea necata eſt. hoc quere ibidē.
xij. Itē qui iuuant ad choreā. Exemplū de
tibicine quē fulmen de celo extinxit. Hoc
quere ibidem. xij. Ultimo queritur vtrū in

chorea poſſit fieri licite? Reſpondet ſcd̄m Joan̄e in ſumma ſua li.iij.xliij.q.ij.ꝙ quinqꝫ concurrentibus ad choreā tunc nō eſt reprehenſibilis. Primū ꝙ ſit t̄pe debito ſcꝫ gaudij: ſicut in nuptijs vel t̄pe victorie vel liberationis hoīs: vel patrie vel in aduentu amici de terra longinqua. Scd̄m ꝙ ſit cum honeſtis perſonis: de quibꝰ nō oriatᷣ preſumptio mala: nec cū lecatoribus ⁊ lecatricibus. Tertiū ꝙ fiat a pſonis ſecularibus qꝛ monialibꝰ: ⁊ monachis: ⁊ clericis ꝓpter hoc ꝙ in alijs ſpūalibus debēt occupari: oēm choreā puto eſſe illicitā. Quarto ꝙ honeſto modo fiat nō geſticulationibꝰ nimis inhoneſtis ⁊ inordinatis. Quintum eſt vt cantꝰ excitās in talibus nō ſit de illicitis. Quātum ad tertiā partē illius ſermonis ſciēdum ꝙ oēs hoīes debēt inuocare ſctm̄ Joānem baptiſtā. Et primo immi nente periculo ignis. Unde legitᷣ ꝙ cū maximus ignis eſſet accenſus ⁊ reliquie ſancti Joānis ibidē apponerētur ignis ſancti Joannis formidās preſentiā ſtatim euanuit. Item t̄pe ſterilitatis inuocandus eſt ſanctus Joānes. Unde cū quodā t̄pe eſſet magna ſterilitas ⁊ ſiccitas terre: reliquias ſancti Joānis proceſſionaliter per ciuitatem detulerūt: ⁊ mox pluuie receperūt beneficium: ⁊ terra protulit fructum ſuum. Item ſanctus Joānes baptiſta defendit terram ſiue ciuitatē, vbi eccleſiā hꝫ cōſtructam in honore ſuo. Unde legitur ꝙ quedam regina ad honorē ſancti Joannis baptiſte in longobardia eccleſiā conſtruxit. Et poſtea cū Conſtātinus imꝑator Jtaliā a longobardis eripere vellet ⁊ quēdam virum ſctm̄ interrogaſſet de exitu belli: ille orationi inſiſtens a deo audiuit Joannes baptiſta pro longobardis cōtinue intercedit ab illo die quo regina eccleſiā ſibi fabricauit: ⁊ ideo ſuperari nō poſſunt. Item diſplicet ſancto Joāni q̄ ſpoliat eccleſiam vel cimiteriū in honore eius dedicatū. Unde cū quidā rex longobardorū cū multo apparatu iuxta eccleſiā ſancti Joānis fuiſſet ſepultus: quidā cupiditate allectus nocte ſepulchrū aperuit ⁊ vniuerſa ſurripuit. Cui ioannes apparuit ⁊ dixit ei. Quia auſus fuiſti tangere mihi cōmiſſum: eccleſiā meā ingredi decetero non valebis. q̄d ita euenit. Nam qn̄ eccleſiā ingredi volebat ſubito velut validiſſimo pugile guttur eiꝰ inuiſibiliter feriebatᷣ. Et ſic ille in terrā cadens cōfuſus recedebat. Item ſuccurrit homini in extremis. Unde cū quidā vir ad decollationē fuiſſet iniuſte ductus: ⁊ fortiſſimus pugil in eiꝰ collū ſpatā vibraret: ille ꝓtinus exclamauit. Sancte ioānes ſuſcipe ſpatā illā. Et ſtatim brachium illius pugilis obriguit: ⁊ inflexibile remāſit. Sꝫ vir dei btm̄ ioannē ꝓ ipſo iaꝫ penitēte orauit vt brachiū deponeret: ⁊ obtinuit.

## ¶ De ſanctis Petro ⁊ paulo apoſtolis. Sermo.xxiiij.

nitur cū miſſarū celebratione hoc eſt ma-
ximū ⁊ principaliſſimū aīarū ſuffragiū. vn̄
legitur ꝙ quedā aīa ad. xv. annos fuit ad
purgatorium deputata: ⁊ per vnā miſſam
fuit liberata. vnde dicitur miſſa a mitten-
do: q; ibi mittitur gratia peccatori in pec-
catis ⁊ abſolutio animab⁹ de penis. vn̄ dicit
Aug. ꝙ nulla miſſa celebrat̄ quin ibi du-

opera virtuoſa cõcurrãt. ſ. vnius pctõris
cõuerſio: ⁊ vniꝰ aĩe liberatio. Sed diceres
Unde aĩe ſciunt ſuffragia q̃ pro ipſis hic
fiunt? Rñr ꝙ angeli hic nobiſcũ cõmoran
tes ſepiꝰ viſitãt aĩas in purgatorio: ⁊ ipſis
manifeſtãt ſuffragia q̃ nos ꝓ ipſis hic fa⸗
cimus ⁊ eas cõſolãtur. O q̃ꝫ gaudioſuꝫ eſt
eis hoc. Quantũ ad tertiã partẽ iſtiꝰ ſer⸗
monis querit̃ de q̃bꝰ hoĩbꝰ aĩe defunctoꝝ
cõquerũtur. Rñr de quatuor gñibus hoĩꝫ
conquerũtur. Pmo de his q̃bꝰ hic fidelita⸗
tem ⁊ charitatẽ ⁊ bñficia exhibuerũt: ⁊ ipſi
eis nõ refundũt: vt in ps. lxxvij. Obliti ſũt
bñfactorũ eiꝰ. Et hec eſt magna ingratitu
do ⁊ contra rationẽ humanã obliuiſci et
nõ regratiari benefactoribus. Unde Ari⸗
ſto. ii ethi. Oportet regratiari ei qui gra⸗
tiam fecit. Sed defunctis aliter regratia⸗
ri nõ poſſumꝰ. Scdo defuncti cõquerũtur
de pueris ⁊ cognatis ſuis q̃ hic bona eorũ
poſſident ⁊ ipſis nõ ſubueniũt: ⁊ tales infi
deliter agunt: q2 ſi q̃s nõ ſubueniret ami⸗
co ſuo quem in igne videret puniri infide⸗
liter ageret. Ecce aĩa pr̃is tui: ⁊ aĩa matris
tue: ⁊ etiã mariti tui: aut fratris ⁊ ſororis:
vel alterius cognati tui pñt adhuc eſſe in
purgatorio in penis: tu potes eis ſubueni
re: ⁊ quare nõ ſubuenis eis? Audi q̃d aĩe
clamãt. Miſeremini mei: miſeremini mei.
Et ſunt due cauſe quare bis dicitur miſe⸗
remini mei. Pma eſt quaſi dicerent: quia
eſtis in mũdo vbi eſt mĩa. ps. cxviij. Miſe⸗
ricordia dñi plena eſt terra. Scda q2 nos
anime in purgatorio ſumus in miſeria et
paupertate ⁊ ita pauperes ſumus ſi totus
mundus daretur nobis pro vno obolo nõ
haberemus nec habemus amplius corpa
noſtra vt poſſemꝰ ieiunare meritorie: nec
habemus res tpales vt poſſemus eleemo
ſynas dare nec aliquo modo poſſumꝰ no⸗
bis ipſis ſubuenire ergo miſeremini noſtri
vos amici noſtri quaſi dicerent. Alieni no
lunt nobis miſereri. vnde tu vxor mea: tu
fili mi: tu filia mea: tu q̃ es conſanguineꝰ
meus vos qui poſſidetis hereditatem no
ſtram ⁊ propter vos in purgatorium poſi
ti ſumus ⁊ propter peccata noſtra. Et ſi
quis quereret: que eſt cauſa quare tui de⸗
beo miſereri. Tunc anima illa reſpondet
q2 manus dñi tetigit me ⁊ quare me perſe
quimini ſicut deus. q. d. deus punit cũ ſua
iuſtitia penam mihi infligendo: ⁊ vos ami
ci punitis in pena me relinquendo: ⁊ car⸗
nibus meis ſaturamini ideſt meis tpali⸗
bus diuitijs. q. d. iniuſtũ eſt ꝙ vos amici
in penis me relinquitis: q2 vobis omne cõ
modũ tpale pparaui ⁊ aĩam meã ſepe ne
glexi. Et iſta iam dicta iſti pueri ⁊ cõſan⸗
guinei nõ attendũt ꝙ de bonis parentum
⁊ cõſanguineorũ pulchras veſtes ⁊ equos
pulchros emunt ⁊ domos magnas edifi⸗
cant ⁊ in gula: ⁊ in ſuperbia ⁊ in luxuria:
⁊ in ludo taxillorum omnia illa bona cõ⸗
ſumunt. Similiter vxor q̃ aliũ maritũ du⸗
xit: ⁊ breuiter oẽs hoĩes q̃ hereditãt bona
defunctorũ tenent̃ ſubuenire ipſis a quibꝰ
hñt illa bona. Quod ſi nõ fecerint tũc ipſe
aĩe conquerũtur de ipſis. Tertio conque⸗
runtur de teſtatoribus q̃ nõ expediũt te
ſtamẽta ipſis cõmiſſa: ſꝫ ꝓlongãt ⁊ ptra⸗
hunt de die in diẽ. Et hoc eſt ꝯ charitatẽ ⁊
fidelitatem: q2 ſm Tho. de aquino aĩe ca
rent interim ſubleuamine qđ deberet eis
fieri de illo teſtamento ſi debito tpe expe⸗
ditum fuiſſet. Unde in decre. Multum de
linquunt qui differunt exequi mortuis te⸗
ſtamentũ. xiij. q. ij. q̃ oblationes. De tali⸗
bus q̃ defraudãt animas dicitur in decre.
Debita ſuffragia pro mortuis nõ redden⸗
tes fures ſunt ⁊ ſacrilegi ⁊ excõicandi. xiij.
q. ij. qui oblationes. Quarto conqueruñt
de ſacerdotibus religioſis ⁊ pauperibꝰ q̃
eleemoſynas defunctorũ recipiunt: ⁊ ipſis
nõ fideliter orant. Similiter ſacerdotes q̃
habent prebendas ⁊ altaria. Similiter re
ligioſi q̃ poſſident monaſteria cum bonis
appropriatis ipſis monaſterijs: ⁊ non fide
liter orant pro illis aĩabus a quibus hec
habent. Nam omnes homines q̃ de elee⸗
moſynis viuunt magis dñt eſſe deuoti et
orationibus aſſidui. Qui nõ ſolum dñt ora
re pro ſeipſis: ſed etiam pro viuis ⁊ defun
ctis quoꝝ eleemoſynis ſuſtentantur. vnde
in decre. dicitur. Receptores eleemoſyna⸗
rum plus dñt orare. x. q. j. q2 ſacerdos. nec
aliquis q̃ de labore poſſet ſe nutrire debet
eleemoſynas recipere: ſed debiles ⁊ infir⸗
mi: pauperes ⁊ claudi. Unde potentibus



⁊ laborantibus minime danda eſt elee⸗
moſyna. Ultimo ſciendũ eſt ꝙ hodierna
die multe anime defunctorum per ſuffra⸗
gia oĩm xp̃i fidelium liberate ſunt a pur⸗
gatorio. Et oſtenſum eſt ꝙ in vna die. xv.
milia aĩarũ: liberate ſunt a purgato⸗
rio: quere hoc in prompt. p. xciij. Etiam
vxor liberauit aĩam mariti ſui a purgato⸗
rio. ibidem. p. C. Etiã mater q̃ incõſolabi⸗
liter fleuit ſuper filiũ ſuum defunctũ. ibi⸗
dem. p. xcvij. Etiam mater q̃ in quinqꝫ an
nis liberauit aĩam filij ſui. ibidẽ. p. xcviij.
Etiam pueri dñt parentibus ſubuenire
ibidem. p. xcix.

¶ De ſancto Martino ep̃o. Ser. xlij.

Ecce ſacerdos magnus qui
in diebus ſuis placuit deo ⁊
inuentus eſt iuſtus. Eccli.
xliiij. Iſte ſacerdos magnꝰ
fuit ſctũs martinꝰ q̃ nõ ſolũ
placuit deo: ſꝫ ẽt oĩbꝰ ſctis
⁊ angelis in celo: ⁊ oĩbꝰ bonis hoĩbꝰ ĩ mũ
do. vnde in preſenti ſer. ad honorẽ ſancti
marti. tria ſunt dicẽda. Pmo priuilegia ſcti
Martini. Secũdo aliqua pro informatio⸗
ne noſtra. Tertio aliqua miracula pro cõ
ſolatione nr̃a. Quantũ ad primũ ſciendũ
ꝙ ſctũs Martinus hꝫ nouem priuilegia.
Pmũ: q2 in iuuentute incepit deo ſerui⸗
re: ⁊ ſuam baptiſmalẽ innocentiã oĩbꝰ die
bus vite ſue ſeruauit ⁊ nunq̃ꝫ mortaliter
peccauit. Unde legit̃ ꝙ cũ eſſet decem an⸗
norum inuitis parentibus gentilibus ad
eccleſiã cõfugit ⁊ fieri cathecuminũ poſtu
lauit. Etiã cum eſſet. xij. annoꝝ eremũ cõ⸗
cupiuit ⁊ fecit votum ſi carnis infirmitas
nõ obſtitiſſet. Etiam ob amorẽ ieſu xp̃i a
iuuentute ſua parẽtes deſeruit ſeculũ con
tempſit ⁊ militiam reſignauit Matt. x. Qui
amat patrem aut matrẽ ſuper me nõ eſt
me dignus. Secũdum priuilegiũ: q2 pau⸗
peribus multũ miſericors fuit: q2 de eo le⸗
gitur ꝙ nihil de ſtipẽdijs preter quotidia
num victũ reſeruãs de craſtino non cogi⸗
tabat. j. Thi. vj. habẽtes veſtimẽta de qui
bus tegamur his cõtenti ſimus. Et illa mi
ſericordia hꝫ tres gradus. Primus gradꝰ
eſt dare partẽ de ſuperfluis ⁊ ptẽ retinere
Lu. xj. Quod ſupereſt date eleemoſynã. Se
cundus eſt dare oĩa ſupflua ⁊ retinere ne
ceſſaria. Tertia eſt dare neceſſaria: ſicut
illa vidua de qua dicitur Lu. xxj que in ga
zophilatio totũ victũ poſuit: ⁊ hic eſt ſum
mus gradus. Beatus autẽ Martinus non
tñ habuit primũ ⁊ ſm gradum liberalita
tis: ſed ⁊ tertiũ: q2 ea q̃ erant ſibi neceſſa⸗
ria largitus eſt: ſicut qñ partẽ chlamidis
pauperi tribuit ⁊ dimiſit. ⁊ hoc tm̃ placuit
xp̃o ꝙ ipſum in preſentia angelorũ ⁊ ſan⸗
ctorum cõmendauit dicẽs. Martinus ad⸗
huc cathecuminus hac me veſte contexit.
Unde de eo legit̃ ꝙ in vna feſtiuitate ma⸗
gna quãdo erat ep̃s volens ire ad eccleſiã
⁊ ſacrum officium peragere ⁊ quidã pau⸗
per nudus ſecutus eſt eum. Tunc beatus
Martinus precepit archidiacono ſuo vt ve
ſtiret illũ pauperem. Sed cũ ille deſtituiſ
ſet: beatus martinus ingreſſus eſt ſecreti
ſecretum: ⁊ tunicã pauperi tribuit: ⁊ conti⸗
nuo eum abire iuſſit. Archidiaconus vero
iuſſit ⁊ monuit beatũ martinum vt ad ſo⸗
lemnia miſſarum procederet: ⁊ cernẽs qđ
tunicam pauperi dediſſet cõpulſus ad fo
rum cucurrit ⁊ vilẽ veſtẽ pro ſex denarijs
emit ⁊ ante pedes ſancti Martini proiecit.
Iſta beatus Martinus illam induit: cuius
manice ad cubitum longitudo ad genua
extendit. Cum autem miſſam celebraret
⁊ manibꝰ corpus leuaret: tunc ambe ma⸗
nice de brachijs ceciderunt: ⁊ nuda bra⸗
chia apparuerunt: ſtatim cunctis cernen⸗
tibus angeli brachia cooperuerunt. Ter⸗
tium priuilegium: q2 virginitatem ſuã ſer
uauit. Unde de eo canitur. Corpore quidẽ
virgineo. Etiam patuit poſt mortem ſuã
quia caro ſua vt nix lucebat. Quartum q2
magnam humilitatem ſeruauit. Nam cuꝫ
eſſet tribuni filius qui preeſt multis vno
ſeruo erat contentus: qui vna ſecum cibuꝫ
capiebat ſibi ſepe miniſtrabat: ſibi ſepe
calciamenta detergebat atqꝫ detrahebat:
ſequens veſtigia chriſti qui dixit Mat⸗
thei. xx. Filius hominis non venit mini⸗
ſtrari ſed miniſtrare. Unde dicitur ꝙ ex
humilitate nulla vnq̃ꝫ cathedra vſus
eſt: ſed ſedebat in ſede ruſticana quam

tripodem vocant. Item fuit multe humili
tatis. Nã leproſum quendã cunctis hor=
bilem Pariſius obuiam hñs ipſum oſcula
tus eſt atq; benedixit. Et ſtatim munda=
tus eſt. Quintum: quia arctam ⁊ ſanctam
vitam duxit in cibo: potu: veſtitu: ⁊ lecto.
In cibo qꝛ monaſterio ſuo cum fratribus
ſuis radices herbaꝝ ⁊ aquam bibebant.
nec vllum vinũ guſtabant niſi in infirmi=
mitate ⁊ quaſi quotidie ieiunabant: groſ
ſum panẽ hora nona comedebant. In ve
ſtitu: qꝛ die ac nocte ciliciũ deferebant. In
lecto qꝛ ſuper lectũ cinere ſparſuz dormie
bãt. vñ cum egrotaſſet vſq; ad mortẽ diſci
puli ſui ſibi lectũ preparauerunt: ille iuſ=
ſit eum deijcere: ⁊ ſe ſuper terram iuſſit de
poni. Etiam habuit magnã deuotionez in
oratione. vñ de eo dicitur. Oculis ac mani
bus in celuz ſemꝑ intentus inuictũ ab ora
tione ſpũm non relaxabat. Sextum qꝛ ma
gnam miſericordiã habuit ſuꝑ peccatores
qꝛ nullũ peccatoꝝ q̃tũcunq; magnum re=
ſpuit. vñ cum diabolus beatũ Martinum
reprehenderet ꝙ ſic frequenter ⁊ indiffe=
renter peccatores ad miſericordiam ⁊ pe=
nitentiam reciperet. Rñdit btũs Marti=
nꝰ diabolo. Si tu ipſe o miſerabilis ab ho
minum infeſtatione deſiſteres: ⁊ factoruz
tuorum peniteres: ego tibi confiſus in do
mino xp̄i miam pollicerer. Etiam nemo vi
dit vnq; beatum Martinum iratum. qm̃
pax ⁊ mĩa inerant cordi eius. Septimum:
quia in vita ſua placuit deo ⁊ omnibꝰ ſan
ctis eius ⁊ angelis. Fuit autem dilectus a
patre: cuius ſignum eſt quia tantam po=
tentiã miraculorum habuit. Patri qui=
dem attribuit potentia: ⁊ miracula facere:
magne eñ potentie eſt ſicut in fine ſermo
nis ptz in miraculis q̃ fecit. Fuit dilectus
a filio: cuius ſignũ eſt qꝛ ipſum cõmenda=
uit coram angelis dicens. Martinus ad=
huc ⁊c. Fuit dilectus a ſpũſancto: cuius ſi=
gnum eſt qꝛ in ſpecie ignis ſuper caput eiꝰ
apparuit. Fuit dilectus a beata vgine cu=
ius ſignum eſt qꝛ ſepe eũ cum alijs vgini
bus viſitauit. vñ legit ꝙ cũ ipſe in cella ſo=
lus eſſet: ⁊ loq̃ cũ pluribus audiret a diſci
pulis: interrogatus ab eis rñdit. Maria ⁊
agnes: ⁊ tecla ad me venerunt: ⁊ ſepiꝰ me
viſitauerunt. Fuit dilectus ab angelis: cu
ius ſignum eſt qꝛ in vita ſua ſibi celebran=
ti aſtiterunt ⁊ ad eius obitum conuenerũt
⁊ animam eius in celum deduxerũt. Octa
uum qꝛ dignitatem ⁊ partẽ hz cũ omnibꝰ
ſanctis noui teſtamẽti. Primo cũ apoſto=
lis: qꝛ ſpũſſanctus ſuper eũ ſicut ſuꝑ apo=
ſtolos in ſpecie ignis deſcendit. Vñ habet
de eo ꝙ cum pro vniuerſo grege ſibi com
miſſo deprecaret: globꝰ igneus apparuit
ſuper caput eius. Itẽ cũ martyribus. Fuit
eñ martyr ſi non actu tñ voluntate. vnde
Hilarius. O Martine medicamentũ cme
dice. O ſanctiſſima anima quam ⁊ ſi gla=
dius perſecutoris non abſtulit: palmã tñ
martyrij non amiſit. Fuit confeſſor: qꝛ xp̄m
corde: ore: ⁊ opere ꝯfeſſus eſt. Fuit ⁊ vgo
quia integritatem corporis ⁊ mentis ſer=
uauit. Nonum qꝛ per totum mundum ho=
die eius feſtum ſolenniter celebrat: ⁊ nul
lius confeſſoris preterq; ſancti Nicolai q̃
inter omnes confeſſores feſta iſtorum ſcʒ
Martini ⁊ Nicolai celebrant vniuerſali=
ter: q̃uis particulariter in aliquibus pro=
uincijs feſta aliquoꝝ ſanctorum celebran
tur ſicut feſtuz beati Arbogaſti eſt in dio
ceſi argentinẽ: ⁊ ſancti Vdalrici auguſten.
lamberti leodieñ: ſeuerini: colonieñ. Quã
tum ad ſecundam partem iſtius ſer. ſcien
dum ex quo ſanctus Martinus nominat
gemma ſacerdotũ: tũc ꝓ nr̃a informatione
dicendũ eſt hic de dignitate ſacerdotũ ⁊
quare ab oĩbus hoĩbꝰ honorãdi ſunt. Ubi
notandum ꝙ ſacerdotes merito honoran
di ſunt ꝓpter dignitates quas hñt a deo.
Nam ſacerdos aliquo mõ eſt ſimilis vir=
gini marie. Primo ſicut vgo Maria ꝑ quin
q; verba concepit ieſum xp̄m: vt hr̃ Luc. j.
Fiat mihi ſecundũ vbũ tuũ: ſic ſacerdos
per quinq; verba conficit corpus xp̄i. Vñ
Ber. O veneranda dignitas ſacerdotuz in
quorũ manibus tanq; in vtero vginis dei
filius incarnatur. Etiam ſicut beata vgo
poſt partũ xp̄m portauit in manibus ⁊ in
preſepe collocauit ſic ſacerdos poſt cõſe=
crationem leuat chriſtũ in miſſa. Et talis
eleuatio ſignat eleuationem xp̄i in cruce.
⁊ poſtmodũ locat ⁊ portat xp̄m ꝑ plateas
⁊ villas ad infirmos ⁊ tractat cum ma



nibus ſuis: ſicut cũ beata vgo tracta=
uit cum maternis manibus ſuis. Etiã ſciẽ
dum ꝙ dignitas ſacerdotuz aliquo modo
precellit dignitatem angeloꝝ: qꝛ nulli an
gelorum data eſt poteſtas cõficiendi cor=
pus xp̄i. Vñ minor ſacerdos in terris: põt
hoc qd ſummus angelus non põt in celis.
Aug. Conſecratione facta tota celeſtis cu
ria ſibi ſeruit: ⁊ dñs celi ad eũ deſcẽdit. Vñ
Ambroſius ſuper Lucã. Nõ dubites aſſi=
ſtere angelos qñ xp̄s aſſiſtit in altari. Vñ
ſacerdotes ſunt honorandi pre oĩbus regi
bus ⁊ principibus: militibus: ⁊ nobilibus:
qꝛ xp̄s dedit eis ptãtem ligandi ⁊ ſoluẽdi.
Mat. xviij. Quecunq; ligaueris ſuper ter=
ram ⁊c. Unde dicitur in decret. Sacerdos
in perſona dei eſt honorãdus. Ergo ſacer
dotes ⁊ clerici debẽt eſſe continẽtes et ca=
ſti nec omnino mulieribus cohabitare ſm
ꝙ eis precipitur. extra de cohabi. cle. ⁊ mu
lierum. c. a nobis. Vñ ſciendũ ꝙ ſacerdos
fornicarius vel exiſtens in quocunq; pctõ
mortali nondũ vere contritus: nec dignã
agens penitentiã vt oportet quotiẽs actũ
alicuius ordinis facit peccat mortaliter: vt
qui baptiſat vel abſoluit confitentes: vel
ſacramentum euchariſtie vel extreme vn
ctionis prebet aut predicat: aut matrimo
nium ſolennizat: vel aquã ⁊ ſalẽ in domi=
nica exorciſat: aut populum aſpergit: vel
quod maius his oĩbus eſt: quotiẽs miſſaz
celebrat in oĩbus iſtis ⁊ in alijs actibus q̃
ſacris ordinibus ſunt annexi: ⁊ in quolibz
ipſorum ſingulariter exercẽdo mortaliter
peccat: ⁊ totiens quotiẽs aliquem actum
vt miniſter eccleſie: ſicut ex dictis. ſ. Tho.
de aquino in. iiij. diſt. xxiiij. manifeſtiſſime
comprobatur. Ac nõ ſolũ in actibus iaz di
ctis: ſed etiam ſm Diony. j. c. celeſtis hie=
rarchie. qñ ⁊ quotiens ad aliquem huiuſ=
modi actum exercendũ aliquam veſtem in
duit ſiue ſumit: vt albam ſtolam: vel ma=
nipulum: vel caſulam: vel alias ſacras ve=
ſtes coniunctim vel diuiſim: quod reuera
ſatis eſt horrendum: ſtupendum: atq; pe=
riculoſum valde in tali ſtatu atq; dignita=
te tot ⁊ tantis criminibꝰ ſubiacere atq; im
plicari. vnde non immerito dicit. Quanto
gradus altior: tanto caſus grauior. Etiaz
ſacerdos incontinens aut publicus forni=
carius ẽ ſuſpenſus ipſo iure a diuinis: et
miſſa eius non debet audiri: vt patet ex=
tra de cohabita. clerico. ⁊ mulier. c. veſtra
deuotio. Audiens aũt miſſam eius peccat
mortaliter. Tho. in. x. quolibeto. quõ. viij.
Hoc aũt intelligit de publicis fornicarijs.
Et ſi ſic celebrat. fit irregularis. Queritur
vtrũ ep̄s in talibꝰ poſſit diſpẽſare? Rñr ꝙ
ſic: ex quo diſpenſatio in tali caſu non eſt
prohibita. Et iura que inueniuntur in con
trarium illa intelliguntur de ſuſpenſo ab
homine non a iure: qꝛ iura benignius ſo=
lent agere q̃ homines. Hec Guilel. Etiaz
queritur vtrum clerici qui expendunt pa=
trimonium crucifixi cum meretricibus te=
neantur ad reſtitutionem. Reſpondetur ꝙ
clerici qui res eccleſie perludunt vel dant
non ſolum meretricibus: ſed etiaz hyſtrio
nibus vel etiam ſuis conſanguineis nõ ꝓ=
pter naturam ſuſtentandam: ſed vt faciãt
eos diuites de patrimonio crucifixi: rapto
res ſunt ⁊ peccant mortaliter ⁊ tenent ad
reſtitutionem. Etiam queritur vnde fa=
ciant reſtitutionem. Reſpondetur ſi habẽt
patrimonium ſeculare de hoc poſſunt face
re vel aliquid de artificio. vel labore ma=
nuali: de iſtis poſſunt reſtituere: ſed de re
bus eccleſie non poſſunt reſtituere: qꝛ quic
quid ei ſupereſt ſuper victum ⁊ veſtitum:
hoc debet dari pauperibus. Unde in decr.
dicitur. Bona ſacerdotum ſunt bona pau=
perum. Diſtin. xlvij. Sicut hi. Itez. xvj. q.
j. ca. vltimo. niſi ſibi tunc ſubtraherent de
neceſſarijs vel niſi res quas de patrimo=
nio habuerunt vel de artificio expendiſ=
ſent vſus eccleſie. Hec Guil. Etiam queri=
tur vtrum concubine ſacerdotum vel etiã
meretrices teneantur reſtituere que a ſa=
cerdotibus vel religioſis pro tali illicito
opere receperunt. Reſpondetur ſecun=
dum Raynald. quod ſic. Naz fornicarie ⁊
huiuſmodi turpes perſone ſi a ſacerdoti=
bus receperũt: tenent ipſi eccleſie vl' pau=
peri reſtituere. Si autez a religioſis: tunc
tenentur religioſis reſtituere: niſi forte
fuerit eis datum cauſa elemoſyne in ſum
ma neceſſitate: quia tunc fuit debitum.
Idem Hoſtien. Quantum ad tertiã partẽ

iſtius ſer. ſciendū q omnes chriſti fideles
debent hodie beatū Marti. honorare: ⁊ eū
tanq̄ ſingularē patronū inuocare in om=
nibus neceſſitatibꝰ ⁊ infirmitatibus: ⁊ pri
mo infirmi. vnde legitur q beatus Mart.
quendā infirmum leproſum cū cūs hono=
rabilē Pariſius obuiū habuit: quē oſcula=
tus eſt atq̄ benedixit ſtatimq̄ mūdatus
eſt. Etiā qui q̄nq̄ venenatū cibū ex igno=
rantia ſumūt. vnde legit q beatus Mar=
tinꝰ ab Arrianis hereticis eſſet eiectꝰ ve=
nit ad quādam inſulā cum vno ſolo preſ=
bytero: vbi preſbyter elleborū gramē ve
nenatū inter alias herbas in cibū ſumpſit
⁊ mortē ſentiens beatus Marti. omnē ve
nenoſitatē virtute orationis fugauit. Etiā
qui incurrit periculū canū: vñ cū quidā di=
ſcipulus ſancti Martini valde infeſtaret
a cane latrāte cōuerſus: ille ad canem ait.
In noīe Marti. iubeo te obmuteſcere. Ca
nis continuo obmutuit. Etiā in periculo
maris. Unde legitur q cum quedā nauis
periclitaret: quidā negociator nondū chri
ſtianus exclamauit. Deus Martini libe=
ra nos. Et ſtatim trāquillitas magna ſuc=
ceſſit: ⁊ ille paganus fidē recepit. Etiā pa
rentes cum pueris. vnde cum quidā iuue
nis defunctꝰ eſſet: ⁊ mater eius cū lachry=
mis pro reſuſcitatione filij beatū Martin̄.
exoraret: ille in medio campi vbi magna
multitudo gētiliū erat genua flexit: ⁊ pro
puero orauit: ⁊ puer ſtatim ſurrexit. Qua
propter oēs illi gentiles ad fidem cōuerſi
ſunt. Etiā in periculo ignis. Unde cum in
quodā phano ignem miſiſſet beatꝰ Mar
tin̄. ſtatim in domo proxima herente ei ab
agente vento flāma ferebat: tunc ſanctus
Mar. ſuper tectū domus aſcēdēs ſignum
crucis edidit: ⁊ ſtatim vētus in aliā partē
ſe vertit: etiā refert Seuerus in epl'a ad eu
ſebiū q cum beatus Mar. in quandā ciui
tatē ſue dioceſis veniſſet ⁊ clerici ei lectum
preparaſſent: circa mediā noctē tota illa
domus accendit: ⁊ Mart. rediens ad ſoli=
tum orationis refugiū: ⁊ crucis emittens
ſignaculū in medio ignis illeſus pmāſit.
Monachi igitur cōcitati cōcurrūt: ⁊ Mar=
tinum quem conſumptū iam putabāt de
medio flammarū illeſum deducūt: etiam
qui perſecutiones ⁊ tribulationes patiun
tur debēt inuocare ſanctū Mart. vnde le=
gitur cum beatus Mart. quadā vice in ve
ſte hiſpida nigro pallio circūtectus ſuper
aſellū procederet equis contrauenientibꝰ
expauefactis in terrā ſaltu precipiti ſe de
derunt. Qui ſanctū Marti. accipiētes gra
uiter verberauerūt. Protinus aūt anima
lia humano fixa manebāt: vt q̄tumcunq̄
flagellata velut ſaxa moueri non poſſent
quouſq̄ ad Martinū redeuntes: ⁊ pecca=
tum ſuū quod ignoranter in eum cōmiſe=
rant confitētes: ille eis licentiā dedit: ⁊ ſic a
du concitato animalia proceſſerunt.

¶ De ſancta Elizabeth. Sermo. xliiij.

ORa pro nobis quia mulier ſan
cta es. Judith. viij. Uerba iſta
dicta ſunt a filijs Iſrl' cū eſſent
in magnis tribulationibus ad
Judith: vt ipſa oraret pro eis
vt deus eriperet eos ab inſtātibus pericu
lis: ⁊ illa verba nos chriſtiani qui ſumꝰ in
multis tribulationibꝰ ⁊ periculis cōſtitu=
ti: etiā deuote dicere debemus ad ſanctā
Elizabeth. Ora pro nobis: q̄m mulier ſan
cta es. Unde in preſenti ſer. ad honorē ſan
cte Elizabeth ⁊ ad edificationē noſtrā tria
ſunt dicēda. Primo priuilegia ſctē Elizab.
Secūdo aliqua pro informatione noſtra.
Tertio aliqua miracula. Quantū ad pri
mam partem iſtius ſer. eſt ſciendū q ſan=
cta Eliza. habet nouē priuilegia. Primum
quia fuit filia regis Hūgarie: ⁊ in hoc fuit
ſimilis ſancte Catharine coſti regis filie.
Et etiā quia in iuuētute incepit deo ſeruī=
re: ⁊ in hoc fuit ſimilis ſancto Nicol'. vnde
legitur cū beata Eliza. adhuc eſſet puella
quinquēnis in eccleſia gratia orādi ſepe
permanebat: vt eā eius ſodales vel ancil=
le auellere vix valerent. Quā cum ancille
vel coetanee obſeruarēt aliquam de illis
cauſa ludendi verſus capellā inſequi vide
batur: vt ex hoc intrādi eccleſiā opportu=
nitatē captaret: quā ingrediens genua fle
ctebat: aut pauimento totaliter incumbe=
bat: ⁊ licet peritiam literarum non habe=
ret: tamen corā omniū oculis ſepe pſal=
terium expādebat: ⁊ quodāmodo ſe lege=
re fingebat

re fingebat ne velut occupatam aliq̄s im=
pediret. Se quoq̄ cum puellis ad terram
proſtratā ludi ſpecie menſurabat: vt ſub
tali occaſione deo reuerentiā exhiberet.
In ludo etiam anulorum ⁊ in alijs ludis
ſpem totā ponebat in deo: ⁊ ex his que lu
crabatur vel alias poſſidebat puellis pau
perculis dedit inducens eas per illa ad
dicendum orationē dominicam vt crebro
virginem mariam ſalutarent. Secundum
priuilegium: quia beatam virginem ma=
riam in aduocatam ⁊ patronam ⁊ beatū
Joannem apoſtolum ⁊ euangeliſtam in
ſue caſtitatis cuſtodem elegit. Cum autē
ſingule cedule ſanctorum apoſtolorū no
minibus inſcripte: ipſa tribus vicibus ce=
dulam vbi nomen ſancti Joannis erat in
ſcriptum vt deſiderabat accepit ad quam
tante deuotionis ferebatur affectu: vt nil
in eius nomine petentibꝰ denegaret. Ter
tium: quia propter dilectionem dei ſepe ſi
bi proſpera mundi ſubtraxit. Nam cū in
aliquo ludo ſibi proſpere ſuccederet: reli=
quum intermittens dicebat. Nolo proce=
dere: ſed propter deum reliquum intermit
to. Ad choreas quoq̄ a puellis ceteris ad
uocata cum vnum circuitum peregiſſet di
cebat. Sufficiat nobis vnus circuitus: ⁊ iā
propter deum alios dimittamus: ⁊ ſic per
talem modum puellas vanitatibus tem=
perabat. Quartū quia feſta ſolicite ⁊ de
uote colebat. vt etiam manicas ſibi cōſui
nulla ratione pateretur antequā ſolēnia
miſſarum complerentur. Officiū eccleſia=
ſticum cum tanta audiebat reuerentia vt
cum ſanctum euangelium legeretur: vel
cum ſacra hoſtia conficeretur: monialia
deponeret ⁊ cetera capitis ornamenta in
imo loco locaret. Ueſtimentorū ſuperbiā
ſemp abhorruit: vt in his humilitatem et
honeſtatē ſemp ſeruauit: ⁊ etiā cū adhuc
puella eſſet: certū ſibi numerū orationū
indixerat quē ſi aliqua occupatione preuē
ta non potuiſſet perficere de ſero ante in=
greſſum lecti cū alie puelle dormirent per
ſoluebat. Quintum: q data eſt in exēplū
mulieribus in matrimonio exiſtentibꝰ. nā
cum et paterno imperio tradita eſſet lant
grauio thuringie in matrimonio tāte de=
uotionis extitit: vt in nocte frequēter ad
orationem ſurgeret. Ordinauit cū quedā
domicella ſibi inter ceteras magis fami=
liaris ſi forte ſomno depreſſa non ſurge=
ret eam pede tangens excitaret. Quadā
vero vice pedē dñe tangere voluit: ⁊ caſu
pedem mariti impegit que ſubito excita=
tus rem intellexit ⁊ eā excitauit. Etiā fuit
magne humilitatis. Nam in diebus roga
tionum proceſſionē nudis pedibus laneis
induta ſequebatur: ⁊ in predicationibꝰ tā
quam paupercula ⁊ humilis inter pauper
culas reſidebat. In purificatione et poſt
partum exemplo marie puerū geſtans in
vlnis ipſum ad altare cū agno ⁊ candela
humiliter offerebat. deinde domum rediēs
veſtimenta cum quibus ad eccleſiam pro=
ceſſerat alicui mulieri paupercule tribue=
bat. Sextum eſt eius perfecta ⁊ volunta=
ria obedientia. vñ propter meritum obe=
dientie ſe magiſtro conrado qui fuit paup
⁊ mendicus de ordine fratrum minorum:
ſed tamen ſcientia ⁊ religione precipuus
ſaluo iure matrimonij ⁊ obedientia mari=
ti adeo ſe ſubiecit vt quicq̄d ille precipe=
ret ipſa cum reuerentia perficeret ⁊ mul=
to gaudio adimpleret: vt ex hoc ⁊ obediē=
tie perciperet meritum: ⁊ dñi ſaluatoris:
qui factus eſt obediens vſq̄ ad mortē imi
taretur exemplum. Quadam igitur vice:
ipſa vocata ab eo ad quādam predicatio
nem ſuperueniente marchioniſſa miſnen=
ſi impedita non venit: qđ ille egre ferens
tantam inobedientiam exaltare noluit do
nec vſq̄ ad camiſiam expoliatā cum q̄buſ
dam ancillis ſuis q̄ culpabiles fuerant for
titer verberari fecit: etiā quadā vice clau
ſtrum ſanctimonialiū ab eis obnixe roga
ta intraſſet non habita licentia a ſuo ma=
giſtro: fecit eam tam grauiter verberari:
vt per tres hebdomadas ī ea veſtigia ver
berationis apparerent. Etiam ſepe p ma
nus ancillarum faciebat ſe in cubiculo ver=
berari: vt ſaluatori flagello vicem repēde
ret: ⁊ carnem ab omni laſciuia coherceret.
Septimum quia inter diuitias et epulas
magnam tenuit abſtinentiam. Tantam
enim in cibo ⁊ potu temperantiam ⁊ abſti
nentiā exhibebat: vt in mēſa mariti inter

diuerſa ferculorū genera interdum pane ſimplici eſſet contēta. Sepe enim ad menſam ſedēs cibos cōtrectabat ⁊ diuidebat: vt ex hoc comedere videret̄. Octauū quia fuit valde miſericors ⁊ mater pupillorū ⁊ orphanorū. Sepe enim cū manibus proprijs lanā filabat: ⁊ inde veſtimēta fieri faciebat: vt de ꝓprijs corporis laboribꝰ eleemoſynā deo daret: ipſa eſurientes paſcebat: ſitientes potabat: infirmos viſitabat: ipſa ſepulturas pauperū frequētabat: leproſos mūdabat ⁊ cibabat. Unde legitur ꝙ quadam vice abſcente marito quendā leproſum poſuit ad lectū mariti ſui. His quoqꝫ peractis ſuperueniēte lātgrauio quidam ſibi reuelabāt: ipſe ſibi ex ſtupore et vehementia ⁊ ira irruebat in oſtiū cubilis: ⁊ dū crederet inuenire hoīem immundū: vidit ipſum Jeſum xp̄m in cruce affixū ⁊ cruentatū: quo viſo dedit ei ptātem agendi oīa que honorē dei reſpicerēt: ⁊ anime ſalutē efficerēt. Etiam poſt obitū mariti ſui q̄ ad defenſionē fidei ad terrā ſctām perrexit: ⁊ ibi vitā fideliter finiuit: ipſa tanꝙ̄ diſſipatrix ⁊ ꝓdiga a quibuſdā vaſſallis viri ſui turpiter totaliter eſt eiecta: adueniēte igitur nocte ī domo cuiuſdā tabernarij in loco vbi porci iacuerūt ſe recepit: grās agēs deo. Recepta poſtmodū dote ſua: duo milia parcharū partē in pauperes diſtribuit. ⁊ de reliquo in makburgk magnū hoſpitale cōſtruxit: propter qḋ aliqui eā diſſipatricē aliqui inſanā forte dicebant. Poſtꝙ̄ autē hoſpitale conſtruxit: infirmis ſolicite miniſtrauit ⁊ eos balneauit: ⁊ in lecto collocans cooperuit: adeo vt ancillis gratulabunda diceret. O ꝙ̄ bene nobiſcū agitur: quia dn̄m noſtrum Jeſum xp̄m ſic balneamus ⁊ tegimus. Quandā autem mulierē horribilē ⁊ leproſam ſepe abluēs in lecto collocauit vlcera tergēs vngueſqꝫ preſcindēs. Nonū q: chriſtus apparuit ſibi in vita ⁊ in morte. Nam ipſa petiuit a chriſto in oratione ſua tria. Primū contēptū oīm rerum tp̄alium. Secūdo vt filiorū ſuorū dilectionē a corde ſuo auelleret. Tertio vt in cōtumelijs ⁊ iniurijs ſibi patientiā daret. Facta aūt oratione: audiuit dn̄m Jeſum chriſtū dicētē ſibi. Elizabeth exaudita eſt oratio tua ſponſa mea. Etiam quadā vice reclinauit ſe in gremio ancille ſue: ⁊ oculos ad celū eleuans cum diu tacens nullū verbū penitꝰ emiſiſſet: tandē leta facie locuta eſt dicēs. Jta dn̄e tu vis mecū eſſe: et ego tecū ⁊ nūꝙ̄ volo a te ſeparari. Poſtea cum ab ancillis interrogaretur: vt ad dei honorē ⁊ ad earū edificationē quid viderat indicaret: illa ait. Uidi celū apertū ⁊ ieſum ſe ad me inclinātē ⁊ dicentē mihi. Si tu vis eſſe mecū: ⁊ ego ero tecum. Cui ego reſpōdi prout me loquentē audiuiſtis. Appropinquante tēpore quo dn̄s Jeſus dilectam ſuā de mūdi ergaſtulo vocare diſpoſuit: vt que contēpſerat mundū ⁊ regnum mortaliū: regnū perciperet angelorū: chriſtuſmet cū angelis ſuis apparuit dicens. Ueni electa mea ad eterna tibi preparata tabernacula. Poſt paululū vero anno dn̄i M.ccxxxj. ad extremā horam perueniens obdormiuit in pace. Quātum ad ſecūdā partem iſtius ſer. dicendū eſt de vita viduarum: que in ſe debēt habere vt chriſto placeat vita ipſarū: ⁊ de hoc quere in diſcipulo de tēpore ſer. xcvj. Quantū ad tertiam partē iſtius ſer. ſciēdū ꝙ omnes hoīes debent hodie honorare ſctām Elizabeth et eam inuocare in omnibꝰ neceſſitatibus ⁊ infirmitatibꝰ. Et primo qui patiūtur defectum oculorū. Unde cum quidā puer quatuor annorū cecus natus eſſet: meritis ſancte Elizabeth lumen recepit. Mulier quedam cū per annū integrū ceca māſiſſet ad rogandū ſanctā Elizabeth tota deuotione ſe cōtulit: ⁊ amiſſuz lumē recepit. Etiā mulier quedā cum per annū ceca māſiſſet ad tumulū ſancte Elizabeth faciēs ſe duci: vnius oculi lumen recepit: que ad ꝓpria reuerſa in alio oculo ſe torqueri grauiter ſenſit. Cū vero iterū beate Elizabeth merita imploraret apparuit ſibi Elizabeth dicens. Accedēs ad altare fac corporaliter oculos tuos vētilare: ⁊ ſic recipies ſanitatem. Que cū iuſſa cōpleuiſſet: ſanitatē recepit. Et iſte modus cōmuniter ſeruat̄ in thuringia. Etiam quidā vir lumine oculorum priuatus ſepulchrū ſancte Elizabeth viſitās plene curationis beneficiū recepit. Poſtmodū vero idem vir fluxu ſanguinis eſt grauatus: vt moriturus a familia crederetur. Accipiēs vero de terra ſepulchri ſancte Elizabeth: ⁊ ipſam conterēs aque cōmiſcuit: ⁊ bibens ſanitatē plenam recepit. Etiā ſurdi ⁊ muti debent beatā Elizabeth inuocare: vnde quedā puella dū viſu ⁊ auditu priuata eſſet: ⁊ loquēdi ⁊ ambulandi potentiā amiſiſſet: pater ⁊ mater ad beatā Elizabeth eam deuouerūt: ⁊ perfecte eam ſanatā receperūt: ⁊ ſic dei ⁊ beate Elizabeth laudauerūt magnalia. Etiam claudi ⁊ gibboſi ſentiūt iuuamē ab ea. Unde quedā puella cum diu magnis: ⁊ diuerſis fuiſſet infirmitatibꝰ moleſtata. tādem gibbo in dorſo: ſtruma in pectore creſcenti duo: ⁊ ſic ex toto corpore incuruata ꝙ nulla ratione poſſet ſe erigere: ſed manibꝰ ſuper genua poſitis corpus ſuū totaliter ſuſtentaret. Cum ergo mater in quadā ſportā ad tumulū beate Elizabeth depoſuiſſet: ⁊ per dies decem cōmorantes ibidē nullum potuerūt ſanitatis remediū inuenire: irata mater ipſius contra ſanctā Elizabeth murmurauit dicens. Omnibꝰ beneficia impendis: ⁊ me miſeram non exaudis. Reuertens ergo omnes quos potero a viſitatione tua auertam. Cū ergo ſic irata recederet ⁊ miliare dimidium peregiſſet: ⁊ eius familia triſtis eſſet: ⁊ eiꝰ filia doloribus cruciata fleret. tādem ipſa puella obdormiens vidit quandā pulcherrimam dominā cum facie refulgenti que corpus eius in dorſo ⁊ in pectore liniens dixit ei. Surge ⁊ ambula. Euigilās puella: ⁊ ſe ab omni difformitate ⁊ curuitate penitus ſanatam inueniens viſionē matri retulit: et gaudium ⁊ letitiam generauit. Redeuntes ergo ad ſepulchrū ſancte Elizabeth ⁊ deo ⁊ ſibi gratias egerunt: ⁊ ſportam ibidem in ſignū dimiſerūt in qua puella fuit deportata. Etiam vir quidā in genubꝰ ⁊ cruribus infirmatus: ita vt nō poſſet pergere niſi ab alijs portaretur: votum fecit quod ſepulchrum beate Elizabeth cum oblationibus viſitaret: poſtmodū ex toto ſanatus eſt. Etiam parentes cum pueris ſanctā Elizabeth debent inuocare. Unde cum quidam puer quatuor annorū caſu in puteum cecidiſſet: quidā veniens aquam haurire aduertit puerum ibi ſubmerſum iacere quem cum difficultate extraxit: et ipſum mortuum reperit. Pro ipſo igitur ſuſcitando parētibus ad beatā Elizabeth votum emittitur ⁊ continuo vita reſtauratur. Etiam quidā ſcholaris dum piſcationi minus caute inſiſteret: ⁊ in flumen cecidit. Magno ergo temporis ſpacio interiecto dum corpus eius eſſet extractū: mortuus eſt ab hominibꝰ iudicatus: tunc ſancte Elizabeth implorātur merita: ⁊ cunctis videntibus ſibi reſtituitur vita et ſalus. Etiā poteſt ſubuenire in extrema neceſſitate ⁊ in periculo mortis. vnde vir quidam nomine Nicolaus cum quodam fure innocenter eſt deprehēſus ⁊ ſuſpendio cum ipſo adiudicatus: cunctos homines rogauit vt deum ⁊ beatam Elizabeth rogarent vt eum ſecundum merita iuuaret. Cum ergo ſuſpenſus eſſet: audiuit ſuper ſe vocem dicentem. Confide in beatā Elizabeth et fiduciam habe et liberaberis. Statimqꝫ alio remanente ⁊ eius fune fracto: de alto loco cecidit: nullam tamen leſionem ſentiens: licet noua camiſia qua indutus erat rumperetur. Qui exhilaratus ter ait. Sancta Elizabeth tu me liberaſti: ⁊ ſuper ſtratum molle me cadere feciſti. Cum ergo aliqui dicerent iterū eum debere ſuſpendi, iudex ait. Quem deus liberauit denuo ſuſpendi non permittam.

## ¶ De ſancta Catharina virgine. Sermo.xliiij.

AMauit eā rex pluſꝙ̄ omnes mulieres: habuit gratiam ⁊ miſericordiam coram eo pluſꝙ̄ omnes mulieres. Heſter. ij. Jſta verba que leguntur de regina Heſter conuenire etiā poſſunt ſancte Catharine: que fuit de ſtirpe regali progenita: ⁊ modo eſt oībus hominibus in ſingularē patronā data: ꝙ̄uis autem xp̄s ſponſus virgines omnes ſpōſas habuerit charas: ipſi tamen Catharine

pre ceteris multa dona donauit. Unde in preſenti ſermone ad honorem ſancte Catharine: que floruit ãno dñi. cccxj. ſub Maxentio imperatore tria ſunt dicenda. Primo eius priuilegia. Secundo aliqua ꝓ informatione noſtra. Tertio aliqua miracula. Quantum ad primã partẽ iſtius ſerm̃. ſciendũ ꝙ ſuper omnes virgines poſt beatam virginem Mariam videtur eam xp̃s adamaſſe quod oſtendit in priuilegijs: ⁊ gratijs que alijs ſanctis particulariter: ſꝫ ſancte Catharine vniuerſaliter contulit. Primum priuilegium eſt angelica vita: qꝛ integram ⁊ immaculatam virginitatem ſeruauit: quod eſt proprium angelorũ. vñ Amb. In carne propter carnẽ viuere non terrena vita eſt: ſed celeſtis. Et in hoc priuilegio aſſimilatur aliquo modo virgini Marie que eſt virgo virginuꝫ. Quod autem virginitas ſancte Catharine ſit commendabilis patet ex eo: qꝛ tanto virginitas eſt maioris meriti q̃nto maioreꝫ pre ceteris habet repugnantiam ⁊ pugnã ⁊ plura retrahentia: ⁊ talis fuit virginitas Catharine. Habuit enim iuuentutem: qꝛ erat xviij. annorum. Iuuentus autem eſt multis cauſa laſciuie. Iſta autem iuuentus ſibi nocere non potuit: quia cordis grauitatem ⁊ maturitatem ſeruauit. Etiã habuit pulchritudinem. Unde dicitur de ea quod erat incredibilis pulchritudinis ⁊ omniuꝫ oculis admirabilis videbatur. Pulchritudo autem virginibus ⁊ mulieribus ſepe eſt cauſa ruine ſibi ⁊ alijs: ſibi per ſuperbiam: alijs per malaꝫ concupiſcentiã. Iſta autem pulchritudo ſibi nocere nõ potuit: qꝛ nõ curauit de pulchritudine exteriori: ſꝫ interiori. vñ pſ. xliij. Oĩs gloria ei⁹ filie regis abintus. Etiã habuit rerũ abũdantiã: qꝛ patri ſuo qui erat rex magnus in diuitijs ſucceſſit. Iſta aũt rerũ opulentia ei nocere non potuit: qꝛ lꝫ haberet rerũ abũdãtiam: tñ in diuitijs ſeruauit paupertateꝫ. Nam ⁊ pauperibus oĩa tribuit: ⁊ in ſeipſa temperantiam ſeruauit. Etiã habuit multiplicem ſollicitatorem: quia tyrannus imperator tria ei promiſit que mulieres ⁊ virgines affectare conſueuerunt vt ſibi conſenſum preberet. Promiſit ei diuitiarum copiam: promiſit dignitatem magnaꝫ ſcilicet quod ſecunda eſſet in palatio poſt reginam: tertio promiſit gloriam mundanam: quia ſibi ſtatum in foro erigeret: ⁊ ab hominibus adorari deberet. Huiuſmodi autem munera multis mulieribus ⁊ virginibus fuerunt cauſa ruine: ſed beate Catharine iſta nocere non potuerant quia diuitias contempſit: dignitates reſpuit: gloriam mundanam abhorruit. Unde tyranno dixit perſuadenti. Deſine talia dicere q̃ nec ꝑ has eſt etiam cogitare. Ecce primum priuilegium. Secundum priuilegium eſt chriſti viſitatio. Et illud fuit in Joanne euãgeliſta ad cuius tranſitum chriſtus cũ diſcipulis ſuis venit. Et illud priuilegiũ in beata Catharina inuenitur: quia cum eſſet in carcere chriſtus cum multitudine angelorum ⁊ virginum ad eam deſcendit: dicẽs. Agnoſce filia creatorem tuum: pro cuius nomine glorioſum ⁊ laborioſum iniſti certamen. conſtans eſto quia ego tecuꝫ ſum. Tertium eſt celeſtis refectio. ⁊ illud fuit in Magdalena: que celeſtibus refectionibus paſcebatur. Et illud fuit in beata Catharina: que in carcere poſita fuit vt illis diebus. xij. fame cruciaretur: ſed de⁹ per columbaꝫ ſibi cibum quotidie deſtinabat. Quartum eſt petitionum exauditio. Illud fuit in beata Margareta: ⁊ etiam in ſancto Blaſio q̃ in ſua paſſione deuꝫ rogauerunt: vt quicunqꝫ in nomine ipſorum aliquid peteret: a deo obtineret. Et etiã illud fuit in beata Catharina: quia in ſua paſſione deum orauit: vt quicunqꝫ memoriam ſui ageret: vel in morte ſe ſibi commendaret: vel in quacunqꝫ alia neceſſitate eam inuocaret diuine miſericordie effectum ſentiret. Et facta eſt vox de celo dicẽs. Ueni dilecta mea in thalamum ſponſi tui. quia quecunqꝫ petiſti impetraſti: ⁊ pro quibus orasti ſalui erunt. Quintum eſt celeſtis porte reſeratio. Et iſtud fuit in beato Stephano: qui vidit celos apertos in tempore paſſionis ⁊ mortis ſue. Et illð fuit in beata Catharina que cum decollari deberet vox facta eſt ad eam dicens. Ueni ſponſa mea: ecce tibi ianua celi aperta eſt. Sextum eſt angeloruꝫ acceſſio: qð fuit in Magdalena.



Iſtud etiã fuit in beata Catha. cũ angeli obſequiũ in morte preſtiterũt ⁊ in vita ſua ⁊ in martyrio ſuo: ⁊ poſt mortẽ ſuam. Septimũ eſt diuine lucis choruſcatio. Et illud fuit in beato Andr. in cuius martyrio lux magna emicuit: ⁊ cũ ipſa luce aĩa eius in celũ aſcendit. Et iſtud fuit in beata Catha. que cũ in carcere tenebroſo fuiſſet incluſa magna claritas ibi reſplenduit que etiã ipſos carceris cuſtodes in fugã cõuertit. Octauũ eſt lactis emanatio. Et iſtud fuit in beato Pau. apoſtolo: in cuius decollatione vnda lactis pro ſanguine emanauit. Iſtud etiã fuit in beata Cathari. que cũ decollata fuiſſet: pro ſanguine lac effluxit: ⁊ iſtud denotat ſuam magnã puritatẽ. Nonũ quia chriſtus fecit eã per angelos ſepeliri. Angeli eñ corpus eius ad montẽ Sinai itinere pluſq̃. xx. dierũ deduxerũt: ⁊ ibi honorifice ſepelierũt. Et in eodẽ mõte deus dedit decẽ precepta Moyſi: vbi iã eſt ſepulchrũ ſancte Catharine. Et in hoc aſſimilat̃ ſancto Clemẽti: cui angeli in mari monumentũ fecerunt marmoreũ: et ibi ipſum ſepelierũt. Decimũ quia ex corpore ſancte Catharine reſudat oleũ valens ad ſanitatẽ multorũ. Et q̃tum ad hoc ſimilis fuit ſancto Nico. de cuius corpore oleum manat qð cunctos lãguores ſanat. Undecimũ quia chriſtus tricentenã ſibi contulit coronã. Unde cẽtena ſibi chriſtus premia dedit. Et in hoc aſſimilat̃ Jo. bapt. de quo cãtatur. Serta terdenis alios coronãt ⁊c. Nam beata Catharina habet coronã virginũ: quia virgo fuit mẽte ⁊ corpore. Etiã habet coronaꝫ predicatorũ: qꝛ predicatrix fuit. Nã ipſa cõuertit quinquaginta rethores: qui in omni ſciẽtia ⁊ ſapientia pollebant ⁊ oẽs alios magiſtros precellebãt totius mũdi: quos imperator in medio ciuitatis comburi iuſſit. Etiã cõuertit reginã que fuit vxor Maxẽtij imperatoris cui iuſſit imperator mamillas abſcindi: ferreiſqꝫ vngulis extrahi: ⁊ deinde decollari. Etiaꝫ cõuertit porphiriũ principẽ militũ cũ ducentis militibus quos etiã Maxentius fecit decollari: ⁊ corpora eorũ canibus dari. Et inſuper multos alios homines: viros ⁊ mulieres: ſenes: iuuenes: diuites ⁊ pauperes cõuertit ad fidem catholicã: et reduxit ad viam ſalutis. Etiã habuit coronas martyrũ: quia beata Cathari. quintuplex genus martyrij perpeſſa eſt. Primũ qꝛ fuit ſcorpionib⁹ flagellata. Secundũ eſt quia poſtq̃ fuit flagellata ⁊ lacerata ſic in obſcuriſſimo carcere recluſa eſt. Tertiũ quia fuit fame cruciata. Ordinauerat enim tyrannus vt ſine cibo ⁊ potu. xij. diebus moreretur. Quartũ eſt quia fuit ſuper rotas horribiles extẽſa: que rote fuerũt diſſipate per orationem eius: ⁊ per angelũ concuſſe ſunt: ⁊ quatuor milia infideliũ interierũt. Quintũ quia fuit decollata. Et ergo merito habet coronas martyrũ: predicatorũ et virginũ. Duodecimũ priuilegiũ: quia hodie in toto mũdo eius feſtum ſolẽniter celebratur. Et in hoc precellit omnes virgines in celo exiſtẽtes: preter virginẽ mariã quia nullus virginis feſtũ per totũ mundum celebratur q̃uis in aliquib⁹ dioceſibus ⁊ ꝓuincijs particulariter feſta aliqua virginum celebrant̃ tamẽ non vniuerſaliter per totum mundũ. Quantũ ad ſecundam partẽ pro noſtra informatione querit̃ vtrũ virgo vel quicũqꝫ hominũ poſſit peccare ſine actu luxurie mortaliter? Reſpondetur ꝙ ſic: ⁊ hoc cõtingit multipliciter. Primo cum quis dat cõſenſum in moroſam delectationẽ ſicut qui delectant̃ cũ plena ratione in malis cogitationibus: qð tamen nimis periculoſum eſt. vnde Aug. Cogitatio moroſa cũ delectatione ⁊ cõſenſu eſt mortalis. Sed tamẽ ſciendũ qñ alicui incidit turpis cogitatio cõtra voluntatem nullũ eſt pctm̃. Hie. Quantũcunqꝫ ſit immũda cogitatio non mentẽ polluit ſi rõ non cõſentit. Scðo cõmittitur luxuria ſine actu. ſ. cum viſu: vt cũ quis ea intẽtione inſpicit aliquam perſonã: vt eam cõcupiſcere velit. Matt. v. Qui viderit mulierẽ ad concupiſcendũ eam iam mechatus eſt eã in corde ſuo. Tertio cõmittitur locutione: vt cum quis alloquitur vel arridet aliquã perſonam ea intẽtione vt eam alliciat ad peccatum mortale peccat mortaliter: ſed ſi in ioco loquitur eſt tunc niſi venialiter. Unde dicitur in decre. Deus iudicat verba ſecundum intentionẽ proferentis. xxij.

q.v.humane.Quarto cõmittitur per tactũ
impudicũ vel amplexus.⁊ oſcula ⁊ hmõi
qui modꝰ ab apoſtolo vocaẽ turpitudo.
vt habeẽ ad ephe.v. Quintũ cõmittitur
ꝑ ornatũ corporis: vt mulieres vel virgi=
nes q̃ ad hoc ſe ornãt vt alios allicere poſ=
ſint mortaliter peccãt. Sexto cõmittitur
ꝑ dona ⁊ munuſcula:vt cũ quis dat alicui
perſone donũ vel clenodiũ ea intentiõe vt
eũ ſic ad malũ actũ alliciat:⁊ etiã qui por
tat talia dona vel literas amatorias ſciẽ=
ter mortaliter peccat.Septimo cõmitti=
tur qñ aliquis hz voluntatẽ malã perficiẽ
di actũ cum non põt habere locũ ⁊ pſonã:
vel etiã qui haberet locũ ⁊ pſonã ⁊ oppor=
tunitatẽ perpetrãdi actũ:et ſolũmodo ꝓ=
pterea dimittit q: timet mundũ ⁊ ſcanda
lum hoĩm ⁊ confuſionẽ propriã ne impre=
gnetur vel ne alijs publiceẽ:ſed ſi ſciret ſe
poſſe latere in hoc actu nec deum nec ſan=
ctos curaret qñ hoc opere ꝑpetraret talis
peccat mortaliter ꝓpter malã voluntatẽ.
⁊ hoc idẽ intelligẽdũ eſt de quolibet pec=
cato mortali qđ quis nõ ꝓpter deũ dimit=
tit:ſed ſolũ ꝓpter timorẽ hoĩm. vnde Leo
papa.Sunt nõnulli qui dũ corde cõcipiũt
peccatũ faciendi deliberãt:illud ꝓ timo=
re dimittunt aut ꝓpter difficultatẽ imple-
re nequeunt hi profecto nõ in dño moriun
tur.Aug.Ipſa volũtate reus eſt qui vult
qđ nõ licet:ſed ideo nõ facit q: nõ põt im=
pune fieri.Quantũ ad tertiã partẽ iſtius
ſermonis ſciendũ ꝙ oẽs homines cuiuſ=
cunqꝫ ſtatus dñt honorare ſanctã katha=
rinã ⁊ eius feſtum ſolẽniter celebrare ⁊ eã
deuote in omnibꝰ neceſſitatibꝰ ⁊ infirmi=
tatibus tãqꝫ ſingularẽ patronã cũ omni
fiducia inuocare.Et primo ſacerdotes et
clerici ⁊ literati: q: ipſa maxime literata
fuit:⁊ magiſtra ſeptẽ artiũ liberaliũ: ex=
cellẽs fuit tãqꝫ ſponſa xpi a ſpiritu ſancto
edocta.Et in ſignũ huius quinquaginta
oratores ad ſponſum ſuũ ieſum xpm cõ=
uertit.Unde legiẽ quod quidã ſcolaris in
anglia in ciuitate cantuarienſi deuote ſer
uiuit ſancte Catharine vt ſibi gratiam a
deo impetraret vt poſſet ſtudere in ſcien=
tia ⁊ vita ⁊ in moribꝰ ad honorẽ dei ⁊ ſalu
tem proximorũ,⁊ ſic tulit libros ſuos:⁊ ꝓ

fectus eſt ad generale ſtudiũ:⁊ in breui
tpe tantũ profecit ꝙ adeptus eſt magi=
ſterium. Rex aũt anglie audiens famam
eius q: ſic literatus eſſet ⁊ probus ipſum
ad ſe vocauit ⁊ filiũ ſuum ei cõmiſit vt eũ
fideliter inſtrueret.Et magiſter oẽm dili=
gentiã fecit:ſed filiꝰ regis duri ingenij et
rebellis fuit.Accidit aũt ſemel ꝙ propter
rebellionẽ ſuã magiſter eũ exuit ⁊ queſi=
uit virgã vt eũ diſciplinaret ſicut bene me
ruit:⁊ filiꝰ regis nudo corpore cameram
exilijt ⁊ currẽs per pontẽ in aquam cecidit
⁊ ſubmerſus fuit.Magiſter aũt territus
deuote recommẽdauit eũ ſancte catha=
rine.Statimqꝫ piſcatores cũ nauibꝰ ſunt
miſſi vt quererẽt filiũ regis ſed nõ eſt in=
uentus ab eis.Magiſter incarceraẽ:et in
carcere cõtinue inuocauit ſanctã cathari=
nã recõmendãs ei filiũ regis.⁊ tertia ho=
ra ſequẽtis diei cũ cantareẽ ſumma miſſa
in parrochia filius regis intrauit eccleſiã
habẽs albam camiſiã in qua aureis lite=
ris erat ſcriptũ illud p̃s.cxviij.Da mihi in
tellectũ vt diſcam mãdata tua.Hec regi
⁊ regine narrantur qui ſtatim cũ gaudio
venientes ad eccleſiã viderunt filiũ ſuum
ſanũ ⁊ viuũ.⁊ filius regis narrauit patri
et matri ⁊ omnibꝰ circunſtantibus quod
beata catharina eũ ſuſtentauit in aqua ꝑ
diem ⁊ noctẽ ſine omni leſione ꝓpter ma=
giſtrũ qui recõmendauit eũ ſancte catha
rine:cui fideliter a iuuentute ſeruiuit.Et
poſtmodũ idem filius regis optimũ in=
genium ſtudendi habuit:⁊ quecunqꝫ ſibi
legebanẽ ſtatim intellexit. Rex aũt cum
omni populo valde gauiſus eſt:et exalta=
uit magiſtrũ illũ ad magnos honores et
ad magnas dignitates propter meritum
ſancte catharine.⁊ ipſe rex ⁊ regina ⁊ filiꝰ
ſuus ammodo omnibꝰ diebus vite ſue fi=
deliter ſeruierũt ſancte catharine.tũc ma
giſter ꝯpoſuit illam collectam que hodie
in eius miſſa legiẽ.Deus qui dediſti legẽ
moyſi in ſummitate montis ſinay:et in
eodem loco corpus beate catharine vir=
ginis ⁊ martyris tue per ſanctos angelos
mirabiliter collocaſti cõcede ꝓpicius:vt
eius meritis ⁊ interceſſione ad montẽ qui
xps eſt valeamus peruenire.Et ſic patet



ꝙ beata catharina ſeruientes ſibi nõ di=
mittit in neceſſitatibꝰ:ſed ſuccurrit ipſis.
Etiam quidã plebanus dilexit multũ bea
tam catharinã ⁊ in feſto eiꝰ ſingulis an=
nis conuiuiũ preparauit:⁊ ſacerdotes et
pauperes inuitauit ⁊ quatuor fures dixe=
runt ad ſemuicẽ.Plebanus iam cantat in
eccleſia cũ ceteris clericis ⁊ nos volumus
domum ſuã intrare ⁊ nullo vidente res
ſuas exportare.Et intrãtes domũ neminẽ
inuenerũt niſi famulam que erat retro in
coquina preparãs cibaria ⁊ paruũ canem
qui latrabat:cui fures caput amputarunt
⁊ camerã eius intrauerũt ⁊ oĩa rapuerũt.
Sed nutu dei camerã exire nõ poterãt:⁊
caput canis amputatũ adhuc continue
latrabat.Et ſacerdos cũ ceteris rediẽs de
eccleſia fures in camera reperit et caput
canis amputatũ vidit adhuc cõtinue la=
trare:⁊ ipſi fures vidẽtes magnalia dei et
beate catharine petierũt a plebano veniã:
⁊ promiſerũt emendã.ſic ſancta cathari=
na ſeruauit res ſui dilectoris.Etiã ſciendũ
ꝙ quidã dilectores ſancte catharine con=
ſueuerunt ſingulis annis aliquid ob reue
rentiam eius dimittere.Unde quidã me=
chanicus fideliter ſeruiuit beate cathari=
ne ⁊ omni anno aliqđ propter ipſam omi=
ſit:vno anno abſtinuit a vino:alio anno a
carnibꝰ:aut ieiunauit in qualibet ſeptima
na vnũ diẽ aut mane ſurrexit:aut aliquã
elcemoſynã ſingulis diebꝰ dedit aut certũ
numerũ orationũ orauit.Semel vno an=
no ꝓmiſit ſe nõ ſcienter velle mẽtiri:ſz ſem
per cũ veritate emere ⁊ vẽdere.Et primo
plures emptores perdidit: q: ſimpliciter
dixit:ſic tibi dabo:⁊ nõ remiſſius.⁊ hoc fir=
miter tenuit ⁊ ſic dãnũ incurrit:attñ pro=
miſſum infringere noluit.Poſt aliqs dies
beata catharina a deo impetrauit ꝙ oẽs
cognouerũt veritatẽ ipſius in emendo et
vendendo:⁊ ſic acquiſiuit ſibi magnũ cõ=
curſum populi:⁊ ſic in breui dãnũ recupe=
rauit:⁊ poſtmodũ ditatus ẽ pluſqꝫ antea
fuit:⁊ veritatẽ vſqꝫ ad obitũ ſuum in arti=
ficio ſuo ſeruauit.Et ſic patet ꝙ beata ca=
tharina in ſuis ſeruitoribꝰ etiã in tẽporali
bus ſubuenit.Etiã beata catharina ſub=
uenit hominibus in anima.vnde quidã index

iniquus ieiunauit omni anno in vigilia
ſancte catharine:⁊ feſtũ eius ſolẽniter ce=
lebrauit ⁊ ſingulis annis ob reuerentiam
ſancte catharine aut aliquid fecit aut ali
quid omiſit ⁊ vno anno ꝓmiſit ꝙ quicqđ
petereẽ ab eo in honore ſancte catharine
hoc nollet denegare.Apparuit aũt ei bea
ta catharina in ſpẽ paupercule mulieris
⁊ petiuit manũ eius dexterã ſibi dari: qui
amputauit ſibi ipſi manũ dexterã ⁊ dedit
paupercule mulieri.Tũc amici ipſius de
hoc verecundãtes ꝙ manum nõ habuit
induxerunt eum in ingreſſum religionis.
Poſtqꝫ aũt intrauit religionem:beata ca=
tharina impetrauit ſibi magnã gratiam
adeo quod ſe multũ emendauit:⁊ deo et
beate catharine amplius fideliter ſerui=
uit.Et cũ iaceret in extremis apparuit ei
beata catharina pulchra valde: dicens
noſti me?Qui reſpondit.Nõ.et illa dixit.
Ego ſum catharina cui manum tuam de=
diſti.Et oſtendit ſibi manum dicens.hoc
ideo feci:q: aliã viam te ſaluandi inueni=
re non potui.Et ſic feliciter obijt. Etiam
mercatores ꝑ terras cũ mercimonijs am=
bulantes dñt eam inuocare et ei ſeruire.
Unde vir quidã mercator multum dilexit
beatã catharinam ⁊ vno tpe iuit cũ pãnis
vendẽdis ad nundinas:q: pãnicida erat:
⁊ raptores venientes rapuerũt ſibi pan=
nos.Et ipſe inuocauit beatã catharinã di
cens.O beata catharina qño poſſum cre=
ditoribus meis debita perſoluere:⁊ vnde
debeo amplius vxorem ⁊ pueros nutrire.
Et ſtatim raptores percuſſi ſunt cecitate
et tremore membrorũ.qui videntes pla=
gam dei ⁊ beate catharine ſup ſe omnia
reſtituerunt:⁊ eũ libere abire fecerunt.Et
inuocauerunt beatam catharinã ⁊ voue=
runt amplius nũqꝫ velle ſpoliare aliquẽ
hominẽ ſi meritis ipſius ſanareñ.Et ſta=
tim ecõuerſo ſanati ſunt ⁊ vitã ſuam emẽ=
dauerunt.Etiã beata catharina nũqꝫ vel
raro permittit dãnari ſeruientes ſibi Uñ
legitur ꝙ quidã canonicus habens plu=
ra beneficia malam vitam duxit:ſed bea=
tam catharinã dilexit.qui habuit capel=
lanũ virũ deuotũ ⁊ caſtum ⁊ aliũ p̃ſbyte
rum cõmenſalẽ qui etiã ſeculariter vixit.

gauit.Cūꝗ iam deficeret venit quedā vi
dua cuius filius a genero regis vuanda=
lorum captus fuerat a paulino precium re
dēptionis filij ſui humiliter poſtulās: qui
dubitās quid faceret cum nihil haberet:
dixitꝗ.Domum nō habeo:ſed eſſe ſeruū
profitere ⁊ pro filio trade.Qđ illa a tanto
viro magis irriſionē ꝗ compaſſionē puta
bat.Tandē vix certificata aſſumpto Pau
lino generum regis abijt primo rogās vt
ſibi redderet filium ſuū.Quod dū ille ſu=
perbe:nec reciperet:nec audiret:mulier p=
ducens Paulinū ait.Ecce hunc hoiem pro
filio meo vicariū:cuius venuſtatē ille cōſi
derans queſiuit qualis officij eſſet.Et au
dito ab ipſo ꝙ eſſet ortulanus reddito fi=
lio Paulinū recepit.Cum aūt idē gener re
gis ad Paulinū ſepe intraret ⁊ conferens
cum eo:cuz ſapientiā illius audiret cepit
in eius ſermonibꝰ delectari.Quadā die ſe
crete Paulinus domino ſuo.Prouide qua
liter diſpones regnū quia rex cito moriet̃.
Quod cū retuliſſent reſpōdit rex.Libēter
viderē virum de quo dicis.Cui gener:ad
prandiū defert virētes herbas tunc vide=
bis.quo viſo ⁊ rex tremens ſecretū cordis
ſui reuelauit genero ſuo di.Uerū audiſti
nam in ſomno in hac nocte iſtū cum iudi=
cibus ſedentē contra me vidi magni meri
ti homo eſt nō talis qualis apparet.Tūc
paulinus ſecrete interrogatus a domino
quis eſſet.Reſpōdit.Seruus tuus quem a
vidua ſuſcepiſti.Quo diu inſtante tandē
confeſſus eſt ſe eſſe epiſcopū.Ille perter=
ritus dixit.Pete quid vis vt cum honore
tuo redeas:cui Paulinꝰ.omnes captiuos
ciuitatis tue relaxa.Quo annuēte tūc fru
mento ⁊ nauibus ⁊ omnibus captiuis ſo=
lutis Paulinus reuerſus eſt:et qui ſe in
ſeruitium tradidit multos a ſeruitio libe
rauit.

¶Sanctulus ſeipſum dedit ad occidene
dum propter charitatem proximi.

¶Exemplum.vj.

CUm quidam diaconus a longo=
bardis captus:ad occidendū ſer=
uaretur vir dei ſanctulus pro ſe=
ipſo ad eos intercedens et minime audi=
tus rogauit vt ille ſibi ad cuſtodiendum
traderet̃.Illis annuentibus ea lege vt ſi
fugeret pro ipſo occideretur recepit .Quē
cunctis dormientibus excitans dixit.Sur
ge,fuge liberet te dominus.Ille memor
conditionis reſpondit . O pater ſi fugio
pro me morieris.At ille compellens.vade
inquit omnes in manu dei ſumꝰ nihil poſ=
ſunt nobis facere niſi quantum permiſe=
rit deus.quo fugiente longobardi:non in=
uenientes captiuum dixerunt Sanctulo.
Scis quid tibi fiet.Et ille.ſcio . At illi.
Quia homo es bonus non cruciabimus
te:ſed elige tibi mortem quam volueris.
At ille.Occide morte qua deus permiſe=
rit:⁊ inito cōſilio electus eſt vir fortis qui
vno ictu caput eius amputare poſſet.Sta
tim leti omnes ad ſpeculum mortis illius
qui pro ſancto habebatur venerunt.Sed
vir dei ad arma ſua confugiens petito
ſpacio orandi ſe in terram proſtrauit.Tā=
dem interfector pulſans eum pede dicens.
Surge extende ceruicem . Qui extenſo
collo,reſpiciens gladium ait . O ſancte
Joannes ſuſcipe illum . Ille autem gla=
dium in altum vibrans percuſſus dirigit:
ſed mox beatus Joannes brachium per=
cuſſoris diripuit . Quo viſo omnes lau=
dantes deum rogabant vt brachium per=
cuſſoris ſanaretur . At ille . Non orabo
niſi iuret decetero chriſtianum manu ſua
non occiſurum:quo iurante ait.Depone
manum ⁊ depoſuit.Statim omnes boues

⁊ iumenta predata offerre volebant. Qui renuens ait. Rogo vos oẽs captiuos mihi dimittite: ⁊ ſic orabo ꝓ vobis qđ factũ eſt. Et pro vno moriturus multos a morte liberauit. ¶ Chorea.

¶ Chriſtus a chorizantib⁹ permaxime vituperatur. ¶ Exẽplum. vij.

Quidam nobilis filiũ ſuũ dilectuʒ deo dedicauit in religionem vbi multum proficiẽs iuxta morẽ orãti iuxta crucẽ occurrit ſibi qđ petebat facere quid amplius irã dei ꝓuocaret ⁊ peccata multiplicaret. Et ecce oranti cũ lachrymis q̃dã iuuenis ſplendidus apparuit ei dicẽs ꝙ xp̃s a chorizãtib⁹ maxime vituperatur ⁊ dehoneſtatur. Nã extẽſio brachiorum ⁊ colligatio manuum ⁊ brachiorũ irriſorie repreſentat in cruce xp̃i extenſionẽ pro nobis. Solent oẽs chorizantes coronatis ſertis ⁊ floribus irridẽdo xp̃i ſpineã coronam. Itẽ ornant ſe veſtib⁹ irridendo ieſum xp̃m humilẽ nudũ in cruce pendẽtem. Cantãt etiam alacriter ⁊ rident ⁊ cachinnis irridendo fletũ ⁊ clamoreʒ xp̃i in cruce pendẽtis. Iteʒ oſculant̃ ſe ẽt mutuo irridendo oſculum iude. Itẽ depingũt facies ſuas irridendo conſputam ⁊ velataʒ faciem chriſti.

¶ In chorea cõmittãtur quaſi omnia peccata mortalia.

¶ Exemplũ. viij.

In chorea ex ſuperbia q̃ eſt initiuʒ omnis peccati: ꝓpter quaʒ lucifer celũ perdidit: q2 omnes homines ex humilitate non ſolẽt' chorizare: ſed pl⁹ ex elatione. vñ Aug. Quẽ ſuperbum videris filium diaboli eſſe nõ dubites. Ex his v̓bis patet cuius filij ſunt q̃ ex ſuperbia choream ducunt. Itẽ cõmittitur ibi luxuria. Nã tales chorizantes ⁊ pulchre ſe ornantes plurimorũ corda videntiũ ad luxuriam ⁊ ad malas concupiſcentias accedunt. vñ Matt. v. Qui viderit mulierẽ ad concupiſcendũ eã iaʒ mecatus eſt eam in corde ſuo. Itẽ cõmittitur ibi inuidia: quia ſi vna perſona plus honoratur vel meliora veſtimenta hʒ: tũc q̃nq; alie perſone inuident. Itẽ cõmitit̃ ibi auaritia: quia talia ornamenta veſtiũ non habentes ſepe contra deum affectant tales veſtes: ⁊ taleʒ pulchritudinem. ⁊ hoc ad malũ finẽ. ſ. potandi ⁊ ſuperbiendi.

¶ Chorizantes grauiter puniunt̃ in futuro. ¶ Exemplum. ix.

Iuuenis monachus purgatorium ſancti patricij igreſſus reperit ibi varias pẽas animarum: ⁊ vidit ibi circulum ferreũ conſtipatum acutiſſimis clauis in quib⁹ chorizabant plures cõpluti continuo igne ſulphureo quorum etiã viſcera corrodebant dracones. A duobus vero lupis deuorabãtur brachia chorizantiũ vſq; ad oſſa: ſuper quibus requiſitus rñdit angelus. Tales ſunt chorizantes captiuati peruerſa libidine alios concitantes geſticulationib⁹ impudicis: ſaltibus: amplexibus: oſculis: tactibus: ⁊ verbis impudicis. vñ merito plectuntur in tali ſupplicio. Tandẽ monach⁹ inde reuerſus videndo choreã ſolebat clamare. fugite chariſſimi q2 magna pena ſequitur chorizantes.

¶ hoc in libro de donis puella quedam fuit exuſta in toto corpore ꝓpter choreã.

¶ Exemplum. x.

Puella q̃dã in die feſtiuo dũ fieret ſermo ad populuʒ tota die in ludis ⁊ choreis ſe exercuiſ̃ ſero ad domũ reuerſa. feſſa recedit in limine quieſcens ⁊ duʒ ad dormiendũ vix oculos clauſiſſet a duobus demonibus ad infernũ delata eſt: et ſic combuſta eſt vt nec capillus in corpore ipſius maneret: ⁊ totũ corpus ei⁹ magnis veſicis occupatũ: fetorẽ intollerabilẽ exiuit. Unus vero demonũ tiſionẽ ardentẽ in os trudens dixit. hoc habes pro cantilenis quas impudice ſepi⁹ cantaſti: veſtes ei⁹ nullũ habuerũt aduſtionis ſignũ. Que clamore ⁊ eiulatu euigilãs matri et multis alijs narrauit. hec aũt fertur ad hoſpitale vocatur ſacerdos q̃ nullũ pctm̃ mortale in ea inuenit: niſi ꝙ ita libẽter interfuit ludis ⁊ choreis. hec Arnoldus in narratorio ſuo.

¶ puelle inhibuit beata maria gaudia mundi. Exemplum. xj.

Puelle cuidã apparuit beata virgo cũ chorea virginũ querẽs an te ſe illis ſociare vellet. Rñdit libẽter et beata virgo interdixit ei choreã ⁊ vanitatẽ veſtiuʒ di. Poſt. xxx. dies venies ad nos q̃ ſubito valde ſe emẽdauit. poſtpoſitis omnibus vanitatib⁹ mũdi requiſita a parẽtibus quare ſic omnia poſtponeret: reſpondit parẽtibus ſuis inſinuãs eis ea que viderat ⁊ verba Marie que ſibi dixerat: et ſic. xxx. die feliciter obijt.

¶ Mulier quedã in chorea cum pila necata eſt. ¶ Exemplum. xij.

Mulier procax ⁊ vana erat quẽ omni fere feſto choreas cõiungere conſueuit: ⁊ factũ eſt vt iuuenib⁹ viris ad ſaltum iuxta choreã ludẽtibus vni eorum pilã ferire conanti baculus de manu euaderet et dictã mulierẽ ducentẽ choreã percuſſam in capite mox necaret: hec vt viderũt oẽs cõfuſi ſunt ⁊ corpus ad domum propriã detulerũt. Preſbytero aũt dicturo vigilias veniẽte ecce thaurus nigerrimus: imo demon peſſimus cũ mugitu occurrẽs feretrũ cum corpore deiecit: ⁊ cornibus illud diſſipãs mẽbratim cõfodit ita vt viſcerib⁹ hincinde diſperſis fetor intolerabilis diſpergeret̃. Fugientib⁹ ergo cũctis cadauer laceratũ vſq; in craſtinũ ſolũ reliquit quouſq; euaporato fetore cognati eius intrare poſſent ad corpus. Et ſublatum extra cimiterium ſepelierũt. hec Guil'. in lib. de apibus.

¶ Fulmẽ extinxit tibicinẽ. ¶ Exem. xiij.

Quidam tibicẽ erat qui chorizãtes iuuenes ⁊ puellas cõcitabat hinc celo nubib⁹ circa veſperas obſcurato: duo pueri paſtores vbi choruſcationes ⁊ tonitrua videbãt imminere ad iumenta fugerunt ⁊ eis videntib⁹ in tibicenẽ fulmẽ cecidit ⁊ ip̃m extinxit ⁊ eius brachiũ amputauit. hec Guil'. Itẽ alia exẽpla de chorea quere in diſc. de tpe. Iuuenis quidã dixit choreã eſſe portam paradiſi ⁊ conſolationis quẽ poſtmodũ quidã lapis angularis cadens ſuper eum occidit. hoc quere in diſci. de tempore. ſer. cliiij. B.

¶ Item virgo que in chorea cecidit ⁊ ſubitanea morte obijt. hoc quere ſer. lx. Q.

¶ Item qui erexerũt arietem in chorea ⁊ magna tempeſtas poſtmodũ vaſtauit ſegetes circũquaq; in omnibus illis villis ⁊ partibus circumiacentibus. hoc quere ſermo. xxxvij.

¶ Item virgo in chorea rapta eſt a turbine in aere ⁊ a demonib⁹ flagellata poſtea cecidit mortua. ſer. cliiij. B.

¶ Item quidã chorizauerũt vſq; ad genua: ⁊ poſtmodum vſq; ad femora in terra: ⁊ ſanctus Gilbertus epiſcopus liberauit eos. hoc quere ſer. xxxij. A.

¶ Confeſſio.

¶ Confeſſio multum nocet demonibus.

¶ Exemplum. xiiij.

Magiſter Thomas theologus cuʒ iam deberet mori ⁊ iaceret in lecto vidit diabolũ ſtantem ante ſe ⁊ dixit. Quid hic ſtas cruenta beſtia dic mihi quid eſt quod maxime nocet vobis. Et cũ ille taceret ſubiunxit. Adiuro te per deum viuum qui iudicaturus eſt viuos ⁊ mortuos vt dicas mihi veritatẽ. At ille. Nihil ſic eneruat virtutẽ noſtram ſicut frequẽs contritio ⁊ confeſſio: quia quãdo homo eſt in peccatis mortalibus omnia eius membra ligata ſunt ⁊ non poteſt ſe mouere: cũ vero peccata eadem cõfitetur ſtatim liber eſt ⁊ mobilis ad omne bonum.

¶ Demones impediunt confeſſionem et reſtitutionem. ¶ Exemplum. xv.

Eremite cuidam quadã vice occurrebant tres demones quos interrogauit quomodo vocarẽtur. Primus dixit ego vocor claudens cor: et hoc facio quãdo aliquis audito ſermone vult conteri: tunc claudo ei cor quod ſuſpirare non poteſt. Alter dixit ego vocor claudens os: ⁊ hoc facio quando aliquis vult confiteri et dominum noſtrum euadere: tunc claudo ei os quod confiteri non poteſt. Tertius dixit ego vocor claudẽs burſam ꝙ quis iniuſtas res reſtituere nõ poteſt nec de iuſtis bonis eleemoſynã facere: ⁊ ita vniti ſumus ꝙ vnus iuuat alteruʒ inquantum poteſt.

¶ Demones amplius non ſciunt peccata confeſſa.

¶ Exemplum. xvj.

Quidam canonicus ordinis premonſtratenſiũ ductus fuit a priore monaſterij ad fugãdum demonem de obſeſſo ⁊ laudabilis vite erat. Quo viſo diabolus per os hoĩs clamauit. ego quedã de eo ſcio propter que ego eũ non timeo Qui cõfeſſus culpã minima tñ erat ⁊ rediens queſiuit ſi demon aliquid de eo ſciret. rñdit adhuc aliqua veſtigia culpe apparent in te ⁊ nõ ſtimulus eſt ſecutus? Qui intelligẽs ſtimulũ corporalẽ diſciplinam abijt ⁊ recepit diſciplinã ⁊ reuerſus interrogauit vtrũ de eo aliquid ſciret? Reſpondit diabolus. Per iudiciũ meum modo nihil ſcio de te.

¶Sacerdos cõfitebatur ſeruo in ſtabulo. ¶Exemplum.xvij.

Miles quidã in villa quedã habitabat cuius vxorẽ eiuſdem ville ſacerdos per adulteriũ maculauit: qđ cũ miles audiſſet q̃r vir prudens erat verbis nõ facile credidit nullãq̃ de hoc mentionem facere voluit vxori ſue vel ſacerdoti veritatẽ volens verius experiri nõ tamen ſine ſuſpitione fuit. Erat aũt in quadam villa non multũ a militis villa remota quidam obſeſſus in quo demon tam nequã erat vt corã aſtantibꝰ improperaret peccata que per cõfeſſionẽ veram non eſſent detecta: qđ cũ miles intellexiſſet rogauit ſuſpectum ſibi ſacerdotẽ ad colloquium quoddã ſecum ire vt accuſaret̃ ⁊ acquieuit ſacerdos. Cũ ergo veniſſent in villam vbi obſeſſus erat cõſcius ſibi ipſi ſacerdos ſuſpectũ cepit habere militẽ q̃r eum nõ latebat q̃ obſeſſus a tam nequã demone in eadẽ villa habitaret timenſq̃ vite ſue ſi a demone proderet̃ neceſſitatẽ nature ſimulans intrauit ſtabulũ ad ſeruum militis corã pedibuſq̃ eius pſtratus dixit. Rogo te propter deũ vt audias cõfeſſionẽ meã quem ſeruus expaueſcẽs leuauit audiens que dicebãtur ab illo: facta vero cõfeſſione cũ ſibi ſacerdos aliqđ iniungi peteret reſpondit ille dicẽs q̃tum alteri ſacerdoti q̃ tali facto iniũgeret (hoc ſit ſatiſfactio veſtra. ſicq̃ exiens ſecurior cũ milite ad eccleſiam venit in qua demoniacus fuit ⁊ requiſitus eſt a milite in hec verba. Noſcis aliquid de me? hoc eñ ex induſtria fecit vt ſacerdoti iam dicto tolleret ſuſpitionem: cui demon. Neſcio quid rñdeo adiecit. quid videt̃ de iſto homine. Reſpondit. Nihil de eo ſcio. ⁊ cũ dixiſſet lingua theutonica: latine mox ſubiunxit. In ſtabulo iuſtificatus eſt: q̃r nullus aderat clericorum. Hec ceſarius in dyalo.

¶Quidã occultauit magnum peccatũ in confeſſione. ¶Exemplum.xviij.

Quidã heremite deus dedit donũ cognoſcendi corda hominum hic quadã vice venit ad eccleſiam vbi ſacerdos audiebat confeſſionẽ: ⁊ heremita vidit q̃ hoĩes intrabant nigri ad eccleſiam quos demones cum iubilo comitabantur. angeli vero cuſtodes triſtes a remotis ibãt ⁊ cũ redirent a cõfeſſione tũc demones triſtabant̃ ⁊ recedebãt ab eis ⁊ angeli leti accedebãt: et inter alios vnum aſpexit quẽ demones ligata cathena ad collũ ducebant cũ gaudio ⁊ angelus eius ſecutus erat remote. Hic accedẽs cũ alijs ad cõfeſſionẽ nigrior effectus eſt ⁊ demones fortius eũ ligauerũt. Hoc vidẽs heremita acceſſit ad illum hoĩem ⁊ ſibi viſa enarrauit. ⁊ peccator perterritus dixit. Ego inquit deũ in multis offendi: ⁊ crimẽ magnum occultaui: qđ dum poſtmodũ confeſſus fuiſſet demones abierunt triſtes: ⁊ angeli cũ gaudio acceſſerunt ad eũ. hec Viridarius in quodam ſermone.

¶Diabolus vidit hoĩes claros accedere ad cõfeſſionem. ¶Exemplũ.xix.

Sacerdos quidã cum tempore quadrageſimali in eccleſia ſua ſederet ſibi cõmiſſorum ſubditorum confeſſiones audiret alijs redientibus atq̃ alijs illic accedentibus inter ſpectantes quidã ſtabat q̃ſtum ad apparentiã corpore iuuenis ⁊ robuſtus cõfitendi tẽpus expectans. Omnibus igit̃ expeditis ipſe nouiſſimus acceſſit corã ſacerdote genua flexit ad confeſſionẽ os aperuit qui tanta ⁊ tam enormia confeſſus eſt crimina tam multa homicidia: furta blaſphemias: periuria diſcordias, ⁊ alia hmõi ſimilia quorum ſe actorẽ ⁊ inuentorẽ ſiue ſuggeſtorem eſſe dicebat vt ſacerdos tam horrore q̃ tedio grauatus diceret ad illum. Si mille eſſes annorũ nimis eſſet tã grauia ⁊ tam multa te cõmiſiſſe peccata. Ad quod verbũ ille reſpõdit. Amplius ſum q̃ mille annorũ: tunc amplius ſacerdos territus ſit. Quis ergo es tu? Reſpondit ille demon. Ego ſum vnus ex illis qui cum lucifero ceciderunt. peccata mea ex minima parte confeſſus ſum ſi velles audire reſidua que ſunt innumerabilia paratꝰ eſſem tibi cõfiteri. Sciens aũt ſacerdos peccatum diaboli eſſe inſanabile dixit. Quid te commouit cõfiteri o diabole? Reſpondit demon. Stabam ex oppoſito tui: ibiq̃ ad te peccatores accedere, et redire iuſtos auſcultans valde diligẽter quid illi fecerunt ⁊ dixerũt quid de illis reſponſum ſit ⁊ poſt grauia peccata promiſſa ſit eis indulgentia peccatorũ vitamq̃ eternã. ego vero idẽ ſperans ↄſequi veni peccata mea confiteri. Sacerdos vero exemplo ſancti martini fiducialiter reſpondit diabolo Si volueris vti conſilio ⁊ agere de peccatis tuis penitentiam purus ſicut hi quos hic exire vidiſti ſimilem indulgentiã conſequeris. Reſpondit demon. Si tolerabilẽ mihi iniunxeris ſatiſfactionẽ parebo tibi. Ego inquit ſacerdos valde modicã ⁊ minorem q̃ his qui ante te confeſſi ſunt tibi iniungã penitentiam. Vade igitur tribus vicibus in die iacta te in terrã: ſicq̃ proſtratus dicas. Dñe deus creator meꝰ ego peccator peccaui tibi: ignoſce mihi. hec ſolũmodo ſit penitẽtia tua. Cũq̃ diabolus diceret: non poſſum hec facere: nimis eſt mihi graue. Rñdit ſacerdos. Quare in tam modico grauis. Reſpondit diabolus. Nõ poſſum inquit intantum me humiliare ⁊ aliud quicquid iniunxeris mihi libẽter ſuſcipiam. Tunc indignatus ſacerdos ſubiunxit. O diabole: ſi tãta eſt cordis tui ſuperbia vt nec poſſis te in tam modico humiliare creatori tuo, recede a me: quia neq̃ hic neq̃ in futuro miſericordiam cõſequeris ab illo. Ad quã vocem ille diabolus mox euanuit. Hec Ceſariꝰ in dialogo.

¶Confeſſio liberat a morte tẽporali hominem. ¶Exemplum.xx.



Apud ciuitatem atrabatenſiũ iuuenis quidã extitit de eadẽ ciuitate natus delicateq̃ ibidẽ ab infantia educatus: et inter honeſtos clericos cõuerſatus. Qui cũ non haberet aliqđ beneficiũ eccleſiaſticũ: et mater eius cepit egere: puduit eũ manere cũ illa inflatuſq̃ ſpiritu diabolico ad domum cuiuſdã diuitis argẽtarij venit cũ dolo cui dixit. Mercator quidam diues venit in domum meã volens cõparare cyphos argẽteos calicem ⁊ alia quedam vaſa de auro ſiue argẽto fabricata. Si quid ergo de tali opere vendere volueris in ſaccello pone etiam tali hora ſolus: q̃r ſecretum vult etiam veniẽs in domum meã. Argentarius igitur de clerico bene ſibi noto ſibi nullam habẽs ſuſpitionem vt iuſſerat: fecerat tamẽ quo iturus erat familie ſue notificauit quẽ cum clericus ſolum venientem aſpiceret retrorſum ſe abſcondit: intrãtiſq̃ cerebrũ diuidit ⁊ occidit. Deinde cũ ſorore virgine hominem membratim diuidẽtes in cloacam proiecerunt. Familia vero artificis cum redire tardaret ad domũ talis clerici venit: vbinam dñs ſuus eſſet inquiſiuit. Clerico vero cum ſorore reſpondentibus: nõ venit huc. Circunſpicientes veſtigia fuſi ſanguinis reperierũt. Quibus mox crimen homicidij imponẽtes accerſitis iudicibus cum iam negare nõ poſſent tñ perfuſi ſanguinis oſtenſione cum theſauri repertione: ſententia data eſt: vt in igne ambo mitterentur. Quid plura cũ ducerentur ad penam dicebat puella germano ſuo. Frater ecce ad mortem quã meruimus ducimur: quã tamen euadere minime poſſumus: conſilium meum eſt vt de cõmiſſo ſcelere faciamus confeſſionẽ: vt ſaltem penã euadamus eternã. Ad hec verba clericus indignatus rñdit. Non faciã. Quid eñ mihi prodeſſe poſſit confeſſio tam tarda? Illo itaq̃ indurato puella petiuit ſacerdotem: cui cũ multa cõtritione cõfeſſa eſt crimen. Deinde ambo ligati ad ſtipitẽ ſunt vno igne copioſe circumpoſito. Mira virtus cõfeſſionis: mira clementia ſaluatoris clericum deſperatũ mox flamma deuorauit:

puellā vero nō tetigit: neqꝫ ꝯtriſtauit neqꝫ quicqꝫ moleſte intulit vincula tñ eiꝰ ſicut legiť de tribꝰ pueris ignis ꝯſumpſit: ita vt libere deābulare poſſet. Uiſo tāto miraculo iudices puellā innocentem eſtimantes iuſſerunt vt exiret. Sicqꝫ per confeſſionem incendij illius euaſit ardorē. Hec Ceſarius i dialo. ¶ Cōfeſſio liberat hoīem a cōfuſione tēporali. ¶ Exemplum .xx.

Fuit vir quidā qui ſupradictū demonem audire nimis deſiderans ꝓpter turpia quedā peccata que commiſerat appropinquare nō audebat timens ſibi illa corā omnibꝰ improperari. Et veniens ad ſacerdotē cōfeſſus eſt vniuerſa peccata tñ volūtate peccādi retenta factuſqꝫ ex eadē cōfeſſione ſecurior ad domū redijt. Mira res mox vt limen domꝰ attigit ⁊ introſpexit demon i aere exclamauit. Amice veni veni huc: certe bene te albaſti. et ſtatim corā omnibꝰ ibi exiſtētibꝰ eū confundēs peccata eiꝰ turpia: licet confeſſa ꝑdidit: ⁊ valde triſtis igiť effectus eſt: ⁊ cōſcientia accuſante in ſe reuerſus: ad ſacerdotē redijt confeſſionē reiterauit ⁊ q̄ ſunt geſta retulit: ⁊ qꝛ de reliquo emendatius viuere vellet corde pollicitus eſt deo ⁊ ſacerdoti. Tūc ſacerdos mox inquit reuertere ſecurus nō te cōfundet amplius: ⁊ fecit ſic. Intrāte eo domū quidā ex circunſtantibꝰ dixerūt demoni. Ecce amicꝰ tuus iterū venit. Quibus ille rñdit. Quis eſt. Illi inquiunt. Cui pauloante tā turpia improperaſti? Rñdit demon. Ego nil illi improperaui neqꝫ aliq̄d de eo mali noui. Et eſtimabāt demonez fuiſſe mentitū hi qui ipſius ignorauerunt confeſſionem. Sicqꝫ per virtutem confeſſionis ille euaſit notā confeſſionis. Hec Ceſarius.

¶ Mulier que obticuit peccatum in cōfeſſione ⁊ maria ſubuenit ei. ¶ Exemplum .xxij.

Erat mulier quedā honeſte cōuerſatiōis: que quāuis coopertā habitu ſeculari: vitā tñ regularem duxit. Uerūtamē in adoleſcentia quoddā flagitium cōmiſerat qꝺ nulli auſa erat dicere pre pudore. Sed dū ſacerdoti cōfiteretur palliato crimine ſic cōcluſit. De omnibus que dixi ⁊ que nō dixi reddo me culpabilem. Et frequenter hec dicēs ſuſpirans grauiter. Hoc tandē ſacerdos cōſiderans calliде tentabat crimen elicere qꝺ latebat. Et dum nō poſſet monuit: vt priori vicini monaſterij ſuā conſcientiam manifeſtaret ſeu reuelaret. ⁊ ipſi vt eā caute inueſtigaret perſuaſit. Sed nec iſte aliq̄d ex ea extorquere potuit. Solebat tamē illa quaſi quotidie coram imagine vel altari beate marie virginis predictū lapſum cū fletibus aperire. Tandem cū ſic mortua eſſet: ⁊ cū exequijs filia eius q̄ in remotiori vico erat expectaret. At illa tandē veniens cū vlulatu ⁊ fletu ⁊ gemitu ſparſis crinibus amplexata corpus matris clamaret. Heu mater cur me miſerā deſeris. Ita vt aſtātes ad fletū ⁊ ad lamenta ꝯuerteret. Statimqꝫ anima reuerſa eſt: ⁊ mulier quaſi de ſomno euigilans ait. Dño iubēte reuiriſ diſſoluet velamina vt reſurgā. Qua ſoluta ſacerdos vocať: crimen aperitur: que ꝑtinus ſe interceſſione beate virginis marie liberatā teſtans. Cunctis aūt ad hoc miraculū cōfluentibꝰ ait. Ego tortoribus tradita ad penā trahebar: ſꝫ beata virgo maria ſuccurrens dixit me ducentibꝰ cur ſuā ancillam ducere ꝑſumerent: et vt cito donec a dño daretur ſnīa me deponerent impetrauit. Quo facto accedēs ad filium ſuū orauit dicens. Oro fili mi ne dānetur anima que ſuū coram me reatū deplorauit totiens. Cui dñs. Noſti mater qꝺ ſine cōfeſſione ſaluari non pōt: ſed qꝛ tibi nihil negare poſſum: reuertatur ⁊ cōfiteatur et ſic liberabiť. Mox miſſus angelus me reduxit. facta ergo cōfeſſione reuertar. Quo dicto ſignās ſe in feretro reclinato capite ſpiritum exalauit.

¶ Diabolus inhibuit peccatori ne hoc peccatū amplius confiteretur. ¶ Exemplum .xxiij.

Quidā vir multū venerabatur beatam virginē Mariam: atñ criminale quoddā peccatū cōmiſerat ꝙ nūqꝫ ꝯfeſſus fuerat: qꝛ puduit eū dicere. Poſt multum vero tꝑis penitentia ductus queſiuit ſecretū locū ⁊ ꝯfeſſus eſt deo dicēs. Deus ꝓpitius eſto mihi peccatori: ego commiſi tale peccatū qꝺ nūqꝫ auſus fui confiteri alicui homini pre pudore: hoc cōfiteor tibi deus: ⁊ oro ⁊ vt ignoſcas mihi illud. Cūqꝫ ille meditādo diceret apparuit ei diabolus in forma ſacerdotis ⁊ dixit. Quid meditaris. Qui ait. Ego multo tēpore celaui criminale peccatū ꝙ puduit me dicere. Et dixit ad eū. Ego diuina miſeratione ad te miſſus ſum ⁊ veni: vt cōfitearis mihi. Et ſtatim cōfeſſus eſt. Et dixit diabolus: hoc iniungo tibi vt hoc peccatū nunqꝫ amplꝰ cōfitearis ⁊ credas tibi eſſe remiſſam: qui ſtatim promiſit hoc ſe facturum. Cūqꝫ vir ille veniret ad extremam horā vite angeli contendebant cū demonibꝰ ꝓ anima illius: ⁊ dixerūt demones. Scriptū eſt enī quia dñs dicit qualem te inuenio talē te iudico. Sm hec dicta noſter eſt: qꝛ in peccato mortali inuentus eſt. Et ſuſcipientes animā deduxerunt ad inferos cū gaudio. Cū veniſſent ad portam inferni occurrit eis beata virgo maria: ⁊ dixit. Qꝛ doloſe decepiſtis eū ne cōfiteretur mortale peccatum qꝺ cōmiſerat precipio vobis ꝑ tremendum diē iudicij vt animā eius ad corpus reducatis: vt illud peccatū qꝺ ſe ſperabat per illuſiones veſtras emendaſſe recipiendo vitā emendet. Qui ſtatim animam reduxerūt ad corpus: ⁊ reuixit: ⁊ plene cōfeſſus eſt ⁊ deo ſatiſfecit. Hec Arnol.

¶ Mulier nobilis que non plene confeſſa eſt. ¶ Exemplū .xxiiij.

Duo fratres erant quorū vnus erat penitentiarius dñi pape alter vero innocens ⁊ pius: et diſcurrebant ad predicādum. Tandē recepti ſunt ſemel in quodā caſtro cuiuſdam nobilis matrone vbi celebrauerunt. Unde gauiſa dña illa cogitauit dicēs Nequaqꝫ oportet te hos formidare nec verecūdari: ſecure poteris his cōfiteri. cū ſint peregrini ⁊ ignoti. Et ſic vni eorū dum confiteretur: ad ſingula peccata de ore eius exiuit bufo peſſimus: egrediebatur etiam ab eccleſia ſaltando. Tandē enorme peccatū dum cōfiteri voluit. de ipſius ore terribiliſſimꝰ draco caput ſuū emittere cepit exire tñ non voluit qꝛ verecūdia deuicta illa crimen celauit: Ideo bufones oēs ante ea expulſi cū terribili dracone reddeūtes in os eius intrauerunt vt prius. Fratribus aūt recedētibus narrauit iunior penitētiario illi quō tantā ſeriem vidiſſet in ſpiritu. Unde territus penitētiarius ad dominam redijt exhortandam: quā defunctaꝫ inuenit. Unde cōtriſtati fratres ieiunijs ⁊ orationibus ſedule inſiſtunt donec die tertia nobilis defuncta apparuit illis draconē horribilē equitādo cuius collū duo crudeles ſerpētes amplexando cingebant: ⁊ vbera eius ſugendo dentibꝰ diripiebant: cuius etiam oculos duo bufones horribiles poſſidebant: ⁊ ex ipſius ore ignis ſulphureus fetidiſſimus emanabat: fetore intolerabili pleniſſimus eius etiā manus a duobꝰ magnis canibꝰ deuorabanť ⁊ eius aures ſagittis igneis replebanť: cuius etiā caput lacerte venenoſiſſime corrodebāt. Unde fratres territi corruerunt. Quibus illa. Amici dei omnipotētis ne timeatis. Naꝫ ego quidē ſum illa infeliciſſima mulrorū peccatorū vobis pridie cōfeſſa ficte ⁊ non integre: qꝛ vnū peccatū qꝺ cū ꝯſanguineo meo commiſi verecūdata in confeſſione celaui: ideo perpetue dānata ſum. Quam penitentiarius ex parte dei et dñi noſtri ieſu xp̄i adiurauit: primo q̄d illa pena ſignificaret ſibi innueret. Reſpondit illa. Capitis mei lacerte puniunt me ꝓ capitis ſuperfluo ornamēto. Bufones oculorum puniunt illicitos aſpectus. ſimiliter ſagitte puniunt nepharios aurium auditus. ſimiliter igne ſulphureo punitur os meū. propter blaſphemias ⁊ diffamationes et ſcurriles vanaſqꝫ cantilenas ⁊ oſcula turpia ⁊ vaniloquia ⁊ immunda verba a quibus os meū nō cohibui. ſilr cōtra illicitos ⁊ impudicos meos tactus ⁊ amplexus ſerpētes vbera mea ſugūt ⁊ mordēt ⁊ cingunt collū meū. Canes vero manꝰ meas corrodūt quas extēdi ad nutriendū ipſos canes ⁊ ſubtrahēdo paupibꝰ xp̄i: ⁊ qꝛ eas anulis ⁊ gēmis luxurioſe ornaui. Hūc etiā crudeliſſimum draconē equito ꝯtra cōcu-

bitus luxurioſos:a quo viſcera et mulie-
bria mea intolerabiliter cōburuntur cū ti-
biiſ genub⁹ ꝛ femoribus. Cui penitētiari⁹
ait. Que ſunt pctā quib⁹ hoīes plures dā-
nantur. Rñdit illa:hoīes maſculini ſexus
cunctis pctīs mortalib⁹ dānant: mulieres
ṽo p̄cipue ꝑpter quatuor pctōꝝ gn̄a dam
nantur.ſ.lingue ꝛ ornatus ſupflui ſortile-
giiſ:ꝛ ficte cōfeſſionis:ꝑpter nimiā verecū
diam. Requiſita ṽo an ſuffragiiſ iuuari
poſſet. Horribiliter rñdit. Non. Et ſtatim
draco terribiliter crucians ad infernū tra-
xit ꝛ ſic euanuit. ¶ Caſtigatio corpis non
prodeſt ſine cōfeſſione. Exemplum.xxv.

Virgo quedam puniuit ſeipſam
exercitiiſ:orādo:ieiunādo: vi-
gilādo:ꝛ flagellādo ſeipſam. et
demoniacus riſit ꝛ eā ſubſan-
nauit. Et ſacerdos queſiuit cur
rideret. Rñdit. Quia illa ṽgo eſt in pctō
mortali:ꝛ puniēdo ſe ad infernū vadit eo
qđ nō eſt cōfeſſa quedā occulta pctā ꝛ cre
dit ſe ſatiſfacere ſine cōfeſſione. Et ſacer-
dos indicauit ei q̄ a demōe audiuiſſet. Et
ipſa fatebať qđ ſic eſſet ſicut demō ei retu
liſſet. Et poſtmodū plene cōfeſſa eſt ꝛ ſal-
uata. ¶ Diabol⁹ interrupit verba cōfiten-
tis in extremis. Exemplum.xxvi.

Fratri cuidā infirmo terribilis
equus apparuit q̄ pedib⁹ ꝛ po
ſterioribus caput ei⁹ ꝛ faciē cō-
quaſſabat. Cūq; ille clamaret
o fratres ſuccurrite ꝛ ꝑpť deū
amouete a me illū maximū equū q̄ me cal
cibus ſuis intundit:accedit ad eū abbas.
Et cū inquiſiſſet cām clamoris ille quaſi di
gito oñdit equū q̄ eum ꝯtinue infeſtabat.
Tunc abbas aqua bñdicta locū aſpgit:ſ;
nihil ei ꝓfuit:tandē hortat⁹ eſt eū ad con
feſſionē. Qui cū inciperet ꝯfiteri liberaba
tur ab infeſtinatione equi:ſ; mox aſſiſtit
ad caput ei⁹ diabolus in ſpē viri.ꝛ interrū
pit cōfeſſionē eius. Ad quē conuerſus fra
ter infirmus ait. Quid me impedis:aut dic
ꝙ volo dicere aut ſine me dicere. Cūq; in
terrogareť ab abbate cui loquereť:ait. Ec
ce quidā vir quē ignoro dicit oīa mala q̄
geſſi ſicq; narrat vt ea me ꝓferre nō ſinat:
vera dicit;ſed me loquentē impedit. Ab-
bas ipſum diabolū eſſe intelligens horta
batur fratrē plene ꝛ perfecte cōfiteri. Tā
dem confeſſione terminata ꝛ abſolutione
percepta ab omni impedimēto liberatus
eſt: ꝛ aliquantulum ſuperueniens vitam
in pace finiuit.

¶ Obſtinatus quidā noluit cōfiteri:ꝛ di-
xit infernū non eſſe. Exemplum.xxvii.

Princeps quidā duxit malā vitam
quē cum hortareť vxor eius ad cō
feſſionem dicebat. Nō poſſum con
fiteri:q: timeo ꝙ grauis pnīa detur mihi.
Cui vxor. Et quō ſuſtinere poteris penas
inferni que grauiores ſunt q̄ alique pene
huius mūdi. Cui. Putas ꝙ infernus ſit:ſa
cerdotes enī iſta adinuenerūt vt timeātur.
Que vidēs ꝙ nihil ꝓficeret circa eū dimi
ſit eū in pace. Quadā nocte cū iaceret in
ſtratu ſuo demones venientes ꝛ accipiētes
ipſum de lecto ſuo ad infernū deportaue
runt. Vxor eius vidēs hoc q: ſctā mulier
erat orauit deū vt ſibi reuelaret ſtatum vi
ri ſui. Et ecce mane ſurgēs corpus viri ſui
inuenit quaſi tiſionē denigratū ꝛ in manu
literā in qua erat ſcriptū. Jam certificat⁹
ſum q: infernus eſt:ꝛ timor quē habui ad
agendū pnīam me illuc deportauit.

¶ Religioſus quidam dedit omnia ſua
bona opera pro peccatis hominis obſti-
nati. ¶ Exemplum.xxviii.

Peccator magn⁹ nullatenus volēs
cōfiteri. Tandē vxor ei⁹ vidit duos
fratres ire ante domū ſuā quos ad
ſe vocauit ꝛ dixit. Videte dilecti fratres:ſi
aliquo modo poteſtis virū meū ad cōfeſ-
ſionem inducere. Ad quē cum acceſſiſſet
frater ſenior nihil proficit tandē acceſſit al
ter q̄ dixit ad eū. Cuiuſmodi homo fuiſtis
vos. Rñ. ille. Ego mercator fui. Cui frater.
Et velletis hodie facere forū in quo mecū
lucremini centū marcas adhuc ante veſpe
ras. Rñ. ille. vtiq;:cui frater. Mos eſt vt q̄
vendit vel emit oportet vt oſtendat rem
quam vendit ſuo emptori:ego autē faciā
vobiſcū forum hodie.ꝛ do vobis oīa mea
bona opera q̄ vnq; feci in ordine meo:que
ſunt ieiunia:orationes:ꝛ predicationes:ꝛ
oīa q̄ feci:hec habete oīa pro oībus pecca
tis veſtris:modo oſtendite mihi peccata



veſtra. Tunc ille incepit oīa dicere que fe-
cit. Et cū ille audiſſet aſſignans oīa bona
voluit recedere:quem ille cū lachrymis te
nens per plicam rogabat di. Dñe dilecte il
lud forum ſit. modo primo audite meā cō-
feſſionē.ꝛ tunc cepit cū tantis lachrymis
cōfiteri ꝙ oēs ſtupebāt de tā ſubita muta
tione qua illud cor tam durū ita cito mol-
lificatū fuit per iſtū ignem ſpūſſancti.

¶ Qui ſciēter querūt ſimplices cōfeſſores.
¶ Exemplum.xxix.

Erat quidā magnus pctōr q̄ que
ſiuit cecum cōfeſſorem per tres
leucas vt eū non poſſet videre
vel cognoſcere:ꝛ tales q̄ ſic que
runt ſimplices cōfeſſores reli-
ctis bōis ſimiles ſunt ꝓditori iude qui qñ
penituit nō fuit confeſſus a melioribus ſc;
aplīs ſed phariſeis qui erāt participes ſui
criminis dicens eis Matt. xxvii. Peccaui
tradens ſanguinem iuſtum:in quibus nil
conſilii vel auxilii inuenit:ſed augmentū
magnū ſui doloris ꝛ ſue deſperationis:cui
dixerunt. Quid ad nos tu videris. Que-
rat ergo confitens bonū confeſſorem ꝛ ſa
pientē qui diſcernere ſciat inter lepram et
lepram:qui ſicut peritus medicus variis
infirmitatibus ſciat competētes ꝛ ꝓprias
adhibere medicinas. Alioquin cecus cecū
ducat ꝛc. Matthei.v.

¶ Item plura exempla de cōfeſſione que
re in diſcipulo de tempore.

¶ Filia regis que a ſcriptore ſuo conce-
pit puerum quem negauit ꝛ ſemper in cō
feſſione obticuit:ꝛ ſic dānata eſt. Hoc que
re in diſcipu. de tempore ſermo. xliiii. T.

¶ Item mulier que vendidit ferrum: et
in confeſſione dixit bona opera ſua. ſer-
mo.cvi. C.

¶ Duo mercatores confeſſi ſunt ꝙ ſine
mendacio non poſſent vendere quere ſer-
mo.cxxxiii. Q.

¶ Confirmatio.

¶ Cecus non cōfirmatus cuſtodiebat vac
cas. ¶ Exemplum.xxx.

Erat in villa quadam cecus quidā
qui ꝛ vaccas totius ville in paſcuis
cuſtodiebat:repellebat a frugibus
ꝛ ad certa loca paſcuis vberiora ducebat
ꝛ quod maioris erat prodigii colores ꝛ ſta
turas ſingularum vaccarum ſpecialiter
diſcernebat. verbi gratia vt ſi quis vaccā
talis coloris ab homine petiuiſſet:ſine dif
ficultate vaccam apprehenſam cornibus
ſibi obtulit. Ad locū autem illum cum qui
dam epiſcopus perueniſſet:ꝛ de ceco illo
audiuiſſet talia ꝛ ꝓbaſſet:queſiuit ab illo
ſi confirmationis ſacramentum ab epi-
ſcopo ſuſcepiſſet. Et ille. Non inquit. Nec
mora eps̄ confeſtim confirmauit cecum: ꝛ
mox ab eo vaccarum diſcretio eſt ablata:
q: demonum operatione hec fiebant. Hec
Guil. in lib. de apibus.

¶ Conſilium.

¶ Conſilium diaboli eſt fugiendum.
¶ Exemplum.xxxi.

Erat quidam bonus vir et
ſimplex valde:cui diabol⁹
in ſpecie ꝛ viſione angeli-
ca apparebat:ꝛ dixit. Di-
uerſis quidem voluntati-
bus fluctuas:ꝛ quid facere
debeas ignoras:in hoc er-
go miſſus ſum ad te vt amplius meo frua
ris conſilio:ꝛ omne aliud conſilium poſt-
ponas:quacunq; autem hora prodideris
me cōſilio meo ꝛ clara viſione mea care-
bis. Hunc cū aſtutus tentator in familia-
rem aſſumpſiſſe ſibi perſuaſit ꝛ eum incli-
nauit vt ſeipſum deo offerret ꝛ vitam pro
priā ſibi ꝑpter deū offerret occidēdo ſe-
ipſum in dei ſacrificiū ſed miſeratio diui-
na eū preuenit:ꝛ tali remedio eū libera-
uit. Erat in vico eius vicin⁹ ſenex:ſagax:in
genio expertus multa:cui ille cōfiteri con
ſueuerat priuſq; in laqueū diaboli incidiſ
ſet. Hic vt vidit hoīem ſolitariū incedere ꝛ
abſentantē ſe ab omni ſocietate bonoꝝ al
loquebať eū in hūc modū. Miror chariſſi
me cui⁹ tādiu fruaris cōſilio:ꝛ mutat; pri
ſtinis moribus:nec cōfiteri video:nec loq̄
cū ſpūalibus viris neq; predicationē eccle
ſiaſticā frequentare:videas ergo ne deci-
pias teipſum:ꝛ irretiaris laqueis diaboli
tentatoris:ꝛ ego q̄dē te ſimplicē noui:ꝛ fa
cilem q̄ te ſolū ꝛ priuatū cōſilio calid⁹ ho-

ſtis elidat ⁊ nõ habeas ſubleuãtem. Ad
cuius verba hõ mox rubore ꝑfuſus crede-
bat illi ꝙ geſta ſunt ꝑ ſpm̃ paruiſſe. Com-
motuſq; ⁊ effuſus in lachrymas: arguẽti
ſe totã cõſcientiã patefecit: nec mora ↄſilio
illius a tentatione ſolutus eſt: ⁊ ꝑ ↄñs a
tentatore. Hec Huil.

¶ Dans ſcienter malum conſilium: redũ
dat in ipſum. ¶ Exemplum. xxxij.

Quidam artifices ad multiplicã-
dum lucra vel ꝓpter fauorẽ po
tentiũ: ſubtilitatẽ ſuã conantur
etiã oſtendere in nouis adinuẽ
tionibus ꝙ ſunt in ꝑiudiciũ alio
rum. Itẽ plerũq; ex ꝑmiſſione diuina ſuꝑ
ipſoꝝ capita reuertunt. vñ refert Oroſius
ꝙ tp̃e quo valerius crudelis mẽte in Sili
cia tyrãnidẽ ſuã ↄ xp̃ianos ꝓpter fidẽ ca-
tholicã exercuit. Quidã artifex cupiẽs ei
placere: eneum thaurũ fecit: cui fabrice ia
nuam in latere thauri poſuit ad intrudẽ-
dos xp̃ianos: vt incluſi ſibi ſubiectis igni-
bus torquerent in thauro: ⁊ ꝓpter cõcaui
tatẽ magis mugire ꝙ voces humanas ꝑ
dire audirent qđ fecit tyrãnus ſic fieri: ſed
ex ordinatione diuina ipm̃ artificẽ primi-
tus intruſit: ⁊ ignẽ magnũ ſuppoſuit vo-
lens audire mugitũ ſuũ. Et ſic malũ cõſi-
liũ i caput ſuũ redũdabat. ¶ Cõſuetudo.

¶ Lubricus quidã abſtinuit ꝑ menſem et
iterum ꝑ menſem. ¶ Exemplũ. xxxiij.

Quidam homo lubricus ꝙ indu-
tus a ſuo confeſſore vt ſibijpſi
vim faceret: ⁊ saltẽ ꝑ vnũ mẽſez
reſiſteret illi vitio ⁊ contineret
ſe a fornicatione, ⁊ tunc rediret
ad ipſum qđ ille ꝓmiſit ⁊ fecit. Cum autẽ
fuiſſet reuerſus ad cõfeſſorẽ ſuũ, iterũ ro-
gauit vt a pctis abſtineret ꝑ menſem aliũ
⁊ iterũ rediret ad ipm̃. qđ ⁊ fecit. Cumq;
fuiſſet reuerſus ⁊ interrogatus a cõfeſſore
quõ ſe iam haberet: dixit ſe minꝰ paſſionari
a vitio luxurie. Iterũ cõfeſſor obtinuit lon
giꝰ ſpatiũ cõtinendi. Qui vltimo reuerſus
dixit amplius velle caſte viuere: qđ ⁊ fe-
cit. vñ Ariſto. de regimine principũ. Mu-
tatio conſuetudinis non erit ſubita ſed
ſucceſſiua.

¶ Item in diſcipulo de tempore.

¶ Cardinalis qui ex rogatu ſancti Ber-
nardi. abſtinuit primo a peccatis per tres
dies: ⁊ poſt modum per quatuor: ⁊ ſic de
alijs. hoc quere in diſcipulo de tempore.
Sermo. cxxxj. h.

¶ Contritio.

¶ Scholaris quidã ſcripſit peccata ſua
in cedula. Exemplum. xxxiiij.

Erat quidã iuuenis in ſtudio
parienſi. qui ſuggerente hũa
ni gñis inimico: talia quidam
peccata cõmiſerat ꝙ obſtante
erubeſcentia nulli hoim̃ cõfi-
teri poterat. Cogitãs tamen que tormẽta
malis ſunt parata: ⁊ ꝙ bonis oſtendenda
ſunt gaudia pennis vite timens quotidie
iudiciũ dei ſuꝑ ſe viuere intus ſuꝑſe torq̃
batur remorſu conſciẽtie foris ⁊ tabeſce-
bat in corpe: ꝗd plura. Tandem miſerãte
deo in adoleſcente timor ille ſeruilis vere
cundiã vicit. ⁊ ſicut ſeta filũ: ſic charitatẽ
in cor eius ⁊ aĩam introduxit: veniẽſq; ad
ſctm̃ victorẽ ⁊ priorẽ eiuſdẽ conuentus vo
cauit; qꝛ cõfitendi gratia aduenitſſet indi-
cauit. Ille paratus ad tale offm̃ ſicut oẽs
fratres ſunt eiuſdem monaſterij ſtatimq;
venit in loco deputato ad hoc ſedit: ꝓmiſ-
ſaq; exhortatione iuuenẽ confiteri volen
tem expectauit mira res: tanta in hora ea
dem pius dñs cuius natura bonitas: cuiꝰ
volũtas ptãs eſt cuius opus mĩa eſt cordi
eius contulit cõtritionẽ: vt quotiẽs cõfeſ-
ſionem inciperet: totiẽs ſingultibus inter
cepta vox interciperet in oculis lachryme
ſuſpiria in pectore ſingultꝰ erãt in guttu-
re. Hec vt prior vidit dicebat ſcholari. Va-
de ſcribe peccata tua in cedulã ⁊ defer ad
me. Placuit conſilium iuueni abijt ⁊ ſcri-
pſit. Die altera redijt: ⁊ ſi poſſet confiteri
iterum tentans: vt prius defecit: ⁊ cũ nihil
ꝓficeret: cedulã priori porrexit: legit prior
⁊ obſtupuit: dixitq; iuueni. Non ſufficio ti
bi ſolus dare conſilium: vis oſtendam ab
bati ⁊ licentiauit eum. Uenit itaq; prior
ad abbatem ⁊ porrexit cedulam ad legen
dum: rem ei per ordinem exponẽs. Quid
deinde geſtum ſit audiant peccatores et
conſolentur deſperati. Mox vt cartulam
ad legendum aperuit: totam eius ſcriptu



ram deletã inuenit. Impletũq; eſt in eo
quod dñs ꝑ Eſayã ꝓphetam dicit. Dele-
bo vt nubem iniquitates tuas ⁊ vt nebu-
lam pctã tua: ⁊ ait abbas priori. Quid le-
gam in cedula iſta: qꝛ nihil in ea ſcriptum
eſt. Hec vt prior audiuit cedulã ſimul cuz
abbate inſpexit: dixitq; ad illũ. Sciat pro
certo paternitas veſtra ſupradictũ iuue-
nem in hac cedula ſcripſiſſe pctã: ⁊ cum a
me fuiſſet lecta vobis eã donaui legendã:
ſed video ꝙ miſericors deus ꝙ maximam
illius iuuenis contritionẽ attendit: culpã
eius ſufficiẽter punitã iuſte deleuit. Dele
tio enim ſcripti abſolutionẽ ſignificat to
tius peccati. Et vocantes ſcholarem oſtẽ
derunt ei cedulã dicẽtes ei peccata diui-
nitus eſſe deleta. Quã cum ꝑſpexiſſet ⁊ ex
ſignis plene cognouiſſet intãtum cor eius
ex magnitudine gaudij eſt dilatatũ inq̃
tum prius magnitudine triſtitie fuerat an
guſtiatũ: ⁊ nullã ei iniungẽtes ſatiſfactio
nem ipſum monuerũt quatenꝰ deo de ꝑ-
ceptis beneficijs grãs agere: atq; de cete
ro cautius viueret. Hec ceſarius.

¶ Contritio iudeos elingues fecit.
¶ Exemplum. xxxv.

Canonicus quidã in anglia et
cõſanguineus epĩ quãdã puel
lam ſpecioſam iudei filiaz ad
amorẽ ſuũ inclinauit. Ad cuiꝰ
amplexus dum aſpiraret ⁊ ni-
mis eſtuans eã quotidie ad cõmixtionez
ſollicitaret. Reſpõdit illa: patri meo mul-
tum ſum dilecta ꝙ tantum me cuſtodit vt
neq; ego ad te: neq; tu ad me venire poſ-
ſis niſi in nocte ſexte ferie ꝙ paſcha veſtrũ
precedit. Tunc eñi iudei laborare dicũtur
quadã infirmitate ꝙ fluxus ſanguinis dici
tur: circa quã occupati alij tunc minꝰ in-
tendere poſſunt. Iuuenis hoc audiens ⁊
ob amoris nimietatem xp̃iane religionis
pene oblitus. ⁊ immemor dñice paſſionis
eadem nocte ad virginem venit: ⁊ vſq; ad
matutinum cũ illa dormiuit. Iudeus ve-
ro pater puelle ante lucem cũ lumine cubi
culum intrans venit cũ lumine ad lectum
filie volens videre quomodo iaceret: vel ſi
forte operiri neceſſe haberet. Uidens au-
tem ad latus predictũ iuuenẽ cubãtẽ expa
uit ⁊ tremuit occidere vtrũq; cogitãs. Co-
gnoſcens tñ ꝙ eſſet cognatus epĩ timore
illius manũ cohibuit ⁊ cum multa ira ex-
clamauit. Quid facis hic o male chriſtia-
ne? vbi eſt fides tua? vbi eſt religio tua?
traditus es iuſto iudicio dei in manus
meas ⁊ ſi non timerem dominũ meũ epi-
ſcopum: modo occiderem te. Ille timens ⁊
veniam poſtulans. cum maxima cõfuſio-
ne: vt dignum fuerat: eiectus eſt. Die igi-
tur eadem cũ epiſcopus ſolẽne officiũ ad
nonam eſſet celebraturus ⁊ iuuenis eidez
vt pote hebdomadarius epiſtolã eſſet le
cturus timuit cũ tam immunda cõſcientia
ad ſacrum miniſteriũ accedere: timuit pro
pter notam vicem ſuã alteri committere
timuit tam turpe peccatum tam recenter
peractũ per confeſſionem aperire victus
proinde erubeſcentia: ſacris veſtibus in-
dutus cũ coram epiſcopo ſtaret in loco
ſuo: tunc ſupradictus iudeus cũ multitu-
dine iudeorum ſtipatus cũ magno ſtrepi
tu intrauit eccleſiam: epiſcopo de cogna-
to volens facere querimoniã. Quem vt iu
uenis vidit ⁊ bene intelligeret ad ꝗd veni
ret: cepit timere pallere: tremere ⁊ dicere
deo in corde ſuo. dñe deus libera me i hac
hora ⁊ ego tibi promitto ꝙ decetero nõ te
offendam: immo de hoc peccato tibi ſatiſ
faciam. Creator pijſſimus qui odit culpã
⁊ diligit iuſtitiam: mox vt hominẽ contri-
tum vidit: confuſionem quã timuit: in ca-
put iudeorũ infideliũ cõuertit. Mirante
epiſcopo ꝗd querere iudei in eccleſia ma-
xime tali die qñ xp̃iani dñi ſui paſſionẽ re
preſentãt: innuit vt ſtarent. Illis vero am
plius eius preſentie ſe inherentibus: ſta-
tim vt ora ad clerici accuſationẽ aperue-
runt: priuati ſunt ſuis vocibus: ⁊ obmutue
runt. Uidẽs eps̃ ora iudeoꝝ cõtrahẽtia: ⁊
nulla verba ex eis reſonãtia putãs ꝙ ad
hoc veniſſent vt diuinis miniſterijs illude
rẽt: cũ indignatiõe oẽs de atrio eccl'ie ex-
pelli ꝑcepit. Clericꝰ vero diuinã in ſe expꝰ
clemẽtiã: ſtatim expleto offõ acceſſit ad põ
tificẽ: cõfeſſus eſt culpã: ſuſcepitq; pñiam.
Eps̃ dñi miam admirãs ⁊ glorificãs tanti
pre magnitudine miraculi. tñ ꝓ pñia eidẽ
cognato ꝑſuaſit vt puellã a ſe defloratã ꝑ

baptiſmi gr̃am inuocataꝫ legitime duceret. mallēs illū ſicut vir pi⁹ ⁊ iuſtus eccl'aſticis carere bñficijs: ꝙ illā multis expoſitam periculis in pn̄is carere delictis. Clericus ergo nō ingrat⁹ diuinis bñficijs ſatiſfacere cupiens deo ꝓ pctō cōmiſſo conuerſus eſt: poſtea in ordine noſtro ſilr̄ et ei⁹ inſtinctu puella vitā duxerūt. Ecce vides q̄tū bonū operata ſit in hoīe illo cōtritio lapſum erexit: iudeos elingues fecit puellā infidelē ad fidē ꝑduxit: hec Ceſarius.

¶ Itē alia exempla de contritione. quere in diſci. de tempore.

¶ Mulier q̄ cōcepit a proprio filio: ⁊ poſtmodū oñdit ſe in camiſia dn̄o apoſtolico Innocētio in ſignū obediētie ⁊ vere contritionis. Ser. xlij. Q.

¶ Itē miles q̄ peccauit cū filia ꝓpria: et epſ iniūxit ſibi ſeptēnem pniam ⁊ poſtmodum ꝓpter ſuā magnā cōtritionem diminuit ſibi illā penitētiā vſqꝫ ad vnuꝫ Pater noſter. Hoc quere in diſci. de tempore. ſer. xiiij. F.

¶ Malus homo q̄ dixit in agone. Deus tu ſcis voluntatem meam. quere ſermone cxxxiiij. T.

¶ Correctio fraterna.

¶ Dulcis correctio fraterna ꝓficit malis.

¶ Exemplū. xxxvj.

QUodā tēpore abbas machari⁹ dū ad montē nitrie aſcenderet diſcipulo ſuo vt paꝝ precederet imperauit. Qui cū añ illū preiret: obuiauit cuidam ſacerdoti idolorum curſu concito venienti ⁊ lignū grande portanti. Cui exclamans ait. Quo curris demon? At ille iratus tantis plagis eū affecit vt exanimem pene eum relinqueret. Et relicto eo ſacerdos idolorū iterū currebat progreſſus parum obuiauit beato Machario qui ait ad eum. Salueris laborator ſalueris. Et ille admiratus rñdit. Quid in me boni cōſpexiſti vt ita me ſalutes? Cui ſenex ait. Ego vidi te laborantē ⁊ currere ignorāter. Cui ſacerdos ait. Et ego ſalutatiōe tua ꝯpūct⁹ magis dei te ſeruū eſſe cognoui. Nā alter neſcio q̄s miſerabilis monachus mihi occurrēs iniurijs affecit: ſed ego illi plagas pro ꝟbis impoſui. Tūc tenens pedes Macharij proclamabat dicēs. Niſi me monachum feceris nō deſiſtā. Pergenteſqꝫ pariter venerunt ad locū in quo ceſus frater iacebat ꝙ vtrīqꝫ tollētes: q2 gradi nō poterat manibus in eccl'iam pertulerunt. Cū aūt ceteri fratres vidiſſent ſacerdotē illū bea. Machariū comitantē ſtupefacti: monachum eū cū admiratione perficiūt. Ac multi ꝓpter illū ex paganis facti ſunt xp̄iani. Dicebat aūt abbas Macharius. Quia ſermo ſuperbus ⁊ malus etiā bonos viros conuertit ad malum: ſermo ꝟo humilis et bonus ēt bonos mutat in melius. Hoc exēplum in vitaſpatrum.

¶ Adoleſcens poſt obitū ſuum regratiabat correctori ſuo.

¶ Exemplum. xxxvij.

IN monaſterio nigri ordinis puer q̄dam nobilis traditus eſt a parētibus diſciplinis regularibus educandus: ⁊ q2 puer decorus forma erat: et alijs nature donis: ſuper talē etatem moꝝ honorificentia gratioſus. Seniores ⁊ maxime q̄ officijs preerāt puero vltraqꝫ neceſſe erat: habenas liberas relaxabant. Prior aūt qui ꝯuētū ſub abbate regebat: diſcretiori regimine vt etati eius prodeſſe putabat ipſi peroptime nature in talib⁹ indulſit: q2 vt dicit phe. Pueri nō tm̄ monendi ſunt: ſꝫ hortādi. Aggreſſus eſt iō aliquātulum inſolentē puerum verbis interdum verberibus ēt ab illicitis refrenare: q̄ puer ad oēm informationeꝫ boni quaſi mollis cera pri⁹ correptionē accipiēs in adoleſcētem ſctm̄ ⁊ perfectū creuit: ⁊ circa. xx. ānos etate finita mortuus priori apparuit dicens. Tue correctioni gr̃as ago prior: qui mecū prouidentiā hāc egiſti ne inſolētia puerili paulatim defluerē ⁊ tādē ꝑuenireꝫ in dānationē: hec vt dixit aīa beata tanto reſplenduit fulgore vt vix in loco angulus remaneret qui ab illo lumine expers foret. Hec Guil.

¶ Iuuenis charitatiue correptus valde proficit. ¶ Exemplū. xxxviij.

QUidā iuuenis religionē ingreſſus ceteros pctīs ſuis ſcādalizabat: q̄ charitatiue correct⁹ ab abbate in tm̄ ꝓfecit ꝙ charitatiuis obſequijs quo



die famulabatur fratrib⁹ ita vt ēt puluerem pedū ipſorum deuote tergebat.

¶ In diſcipulo de tēpore.

¶ Duo fratres in vno monaſterio vn⁹ fuit gratioſus ⁊ acceptus: ali⁹ ſemꝑ accuſabat̄ ⁊ corrigebat̄ in capitulo. Et idē frater poſt obitum ſuū ſtatim iuit ad celuꝫ ⁊ alter ad purgatorium. Hoc quere in diſci. de temp. ſermo. lxiij. H.

¶ Quidam monachus raptus eſt ⁊ vidit duos prelatos accuſari: vnus ex correctiōe emendauit ſe ⁊ alter ſpreuit ammonitionem ⁊ ſubitanee defunctus eſt. Hoc quere ſer. lxiij. T.

¶ Sancta crux.

¶ Signum crucis vincit demones.

¶ Exemplum. xxxix.

NObilis quidā erat q̄ multa ꝓmiſit Cypriano magiſtro in necromantia vt ſibi ꝓcuraret puellā nomine Iuſtinā: quam concupiuerat habere in vxorē. Diabolus a Cypriano iubet̄ ſeducere puellā. Accedit diabolus in ſpē nutricis ⁊ perſuaſit ei. Illa ſentiens ſe tētari muniuit ſe ſigno ſancte crucis: ⁊ ſtatim diabol⁹ fugit ⁊ redijt ad Cyprianū. d. ꝙ nō poſſet eam ſeducere. At ille vocans fortiorē demonē miſit eū q̄ in ſpecie ſororis acceſſit: ⁊ huic contigit ſicut prio. Tandē miſit magiſtrum demonē q̄ acceſſit ad puellam in ſpecie matris ⁊ cepit flere dicens ſe male tractandā: niſi nobili conſentiat: monſtrauit māmillas q̄bus eā lactaſſe dicebat. tādem puella multū tentata ſigno crucis ſe muniuit: ⁊ cōfuſus demō receſſit. reuerſus ad Cyprianū oīa per ordinē coactus retulit. Quod audiēs Cyprianus ait. Abrenūcio tibi ⁊ oībus operib⁹ tuis: ⁊ credo in illū cuius crux tātā hꝫ efficaciā. credibile eſt em̄ ꝙ ipſe habeat maximā ꝟtutem cuius crux hꝫ tantā potentiā. Iratus demon volens Cypria. apprehendere ⁊ affligere: et ille muniens ſe ſigno ſancte crucis demonem fugauit. Acceſſit ad ſanctā Iuſtinam ⁊ pſtrauit ſe ad pedes eius retulit ei omnia ⁊ baptiſatus eſt: ⁊ tandē martyr xp̄i ē effectus. Qui cū ad paſſionē traheret̄ a tortoribus āmonitus vt nomē xp̄i negaret: ⁊ vitam ſic ſaluaret. Rñdit hoc nō poſſe fieri: q2 nomē ieſu xp̄i eſſet ſcriptum in corde ſuo. Tortorib⁹ hoc experiri volentib⁹ cuꝫ cor ipſius ſcinderent: inuenerūt per modum crucis aureis literis nomē ieſu xp̄i: ⁊ hoc in oī ſciſſione ſiue in longū ſiue in trāſuerſum. ⁊ idem martyr Cyprianus in vniuerſo mundo in omnibus miſſis quotidie nominatur.

¶ Puella quedam cum lactuca comedit diabolum. ¶ Exemplū. xl.

PUella quedā in ortū ingreſſa q̄ lactucam cōſpiciens cōcupiuit eaꝫ: ⁊ ſigno crucis oblita benedicere auide momordit: ſed arrepta a diabolo pronus cecidit. Cumqꝫ ſic vexaret̄ ſctō Equitio nunciatum eſt vt veniret cōcitus ⁊ orādo ſuccurreret: moxqꝫ hortū idē pr̄ ingreſſus eſt cepitqꝫ ex ore eius q̄ſi ſatiſfaciens clamare ipſe diabolus q̄ hanc arripuerat di. ego q̄d feci: ſedebā em̄ ſuper lactucaꝫ venit illa ⁊ momordit me. Cui vir dei p̄cepit vt abſcederet ⁊ locū in oīpotentis dei famula amplius non haberet. q̄ protinus abſceſſit nec eam vltra contingere preualuit. Hec Grego.

¶ Item conuerſus qui bibit vinū ſine licētia in ciuitate: ⁊ diabolū bibit cū vino: ⁊ ſic obſeſſus eſt. hoc quere infra. xvj. O.

¶ Cruce ſignatis maria offert filiū ſuū.

¶ Exemplum. xlj.

CRuce ſignatis dat̄ filius beate virginis. Iacobus de vitriaco de ſeipſo ſcribit dicens. Cū ego ſemel in preſentia boni ⁊ deuoti viri fratris Simonis conuerſi ciſtercien. ordinis crucem predicarem multiqꝫ relictis omnibus ad crucē conuocarent: rogauit dominum ieſum chriſtum vt ſibi oſtenderet qualē premiū cruce ſignatis daturus eſſet. Qui ſtatim raptus in ſpiritu vidit beatam virginem filium ſuum tenentem: ⁊ quicunqꝫ contrito corde ⁊ confeſſus crucem accipiebat filiū ſuum illi dabat.

¶ Mulier quedam voluit retrahere iuuenem cruce ſignatum: et manus eius contracta eſt.

¶ Exemplum. xlij.

Doctor ſacre theologie cũ predicaret crucẽ in anglia iuuenis accenſus zelo fidei aſſumpſit crucẽ ꝛ mulier que eundẽ hoĩem dilexit volens eũ retrahere per paliũ ſtatim manus eius contracta eſt. Que flẽs clamauit. Heu heu manum amiſi: ꝛ ex informatione deuoti viri promiſit amplius oẽs promouere crucem aſſumẽtes ꝛ contra hereticos tranſeũtes ꝛ econuerſo ſanata eſt manus eius.

¶ Mulier volens retrahere iuuenem ab aſſumptione crucis excecata eſt.

¶ Exemplum. xliij.

Doctor quidã predicauit quõ chriſtus ꝛ fides catholica ab hereticis dehoneſtaret. Hoc quidã iuuenis audiẽs aſſumpſit crucẽ amaſia ei9 amplexibus nitebat eum retrahere: ꝛ ſtatim vltione diuina excecata eſt in exẽplũ vt nullus cãm fidei impedire debebat. Que eiulãs promiſit emendã vite ſue. Et doctor ꝛ popul9 pro ea orauerũt ꝛ in cõſpectu oĩm ſtatim ſanata eſt: ꝛ poſtmodũ perfectã et plenã penitentiã egit de peccatis: ꝛ in bono vitã ſuam laudabiliter finiuit. Hec Uincentius in ſpeculo hiſto.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Latro qui vnũ Pater noſter orauit ante crucifixum: ꝛ ſic occiſus ab inimicis ſtatim ad celum euolauit. Hoc quere in diſcipulo de tempore ſermo. xliij. R.

¶ Capitulum de. D.

¶ Damnãtur multi. Quod multi damnãtur. ¶ Exemplum. j.

Agiſter pariſiẽſis apparuit epiſcopo poſt mortẽ: ꝛ dixit. In malo ſtatu ſum: q2 eternaliter dãnat9 ſum. Et eps interrogauit eum vtrũ ſciẽtiam ſuam adhuc haberet. rñdit. Nihil ſcio niſi tria. primũ q2 eternaliter dãnatus ſum. Secundũ q2 ſentẽtia irreuocabilis data eſt contra me. Tertiũ q2 propter delitias corporis ꝛ honores mũdi priuat9 ſum eternaliter a viſione dei ꝛ que ſiuit ſi mũdus adhuc ſtaret: ꝛ epiſcop9 dixit: cur hoc quereret: reſpõdit. Tot anime illis diebus deſcenderunt in infernũ ꝙ vix credidiſſem tot homines eſſe in mundo.

¶ Homines deſcẽderunt ad infernũ ſicut nix de celo. ¶ Exemplum. ij.

Uidã cãcellari9 pariſius exiſtens oĩbus acceptiſſim9 qui ita facũdus ꝛ literatus fuit qñ predicauit ꝙ predicatores fratreſq; minores oĩb9 negotijs poſtpoſitis aſſidue intereſſe cupiebãt. Qui cũ poſtmodũ laboraret in extremis epũs ciuitatis cũ diligẽtiſſime viſitabat di. Precipio tibi in virtute ſctẽ obediẽtie: ſi autoritas mea ſup te vim debeat habere ſicut acceptior in ſclo me fuiſti quatin9 mihi infra triceſimũ diem appareas de ſtatu tuo me certificãs. obijt ille: ꝛ triceſimo die cuz eps ſolus in camera ſua ſederet ipſe nigra cappa indut9 eſt fetẽs magis ꝙ cadauer putridũ ſibi apparuit di. Hic ſum ſicut p̃cepit mihi autoritas tua. Tũc eps perterritus q̃ſiuit quõ ſibi eſſet: rñdit. Miſer ego ſuz et perpetualiter dãnatus: q2 honorẽ ꝛ ſciaz quã in ſeculo habui ꝛ laudẽ quã ſepi9 btẽ Marie obtuli a deo habere nolui: ſz potius a meipſo: ꝛ etiã voluntatẽ carnis habere volui: qua ꝑpetualiter dãnat9 ſum: ita ꝙ nulla eleemoſyna nec orationes mihi pſunt. Et ab epo q̃ſiuit que hora in mundo eſſet. rñdit eps di. Hodie eſt triceſim9 dies ꝙ ab hoc ſeculo migraſti. Tũc dixit cãcellari9. Ue ve nobis in inferno. Credebam9 ꝙ dies iudicij eſſet cõſummata: q2 ſicut nix cadit de celo ita anime intrant ad infernum. Et valedicens epiſcopo ſic receſſit.

¶ Quidam habuit plura beneficia ꝛ dãnatus eſt. ¶ Exemplum. iij.

Uidã magnus magiſter pariſiẽ. in ſciẽtia famoſus in hora mortis viſitatus ab epo ꝛ monit9 vt ſaltẽ in fine vite ſue plura beneficia illicite detẽta reſignaret: ꝛ vnũ retineret. Ille vero in ſua erronea opinione perdurãs. Tẽtabo inquit ſi põt aliq̃s cũ plurib9 beneficijs ſaluari. poſt mortẽ ſuam ipſe apparuit eidẽ epiſcopo ſuo orãti hora tertia. Et interrogauit eps quõ ſe haberet: reſpondit. Ego ſum in eternum dãnatus. Et cuz quereret quare. reſpõdit. Propter elationẽ. Et cum quereret epiſcopus quid eſſet de opinione ſua: reſpondit. Nihil adiuuerũt me plura beneficia: ꝛ addit. Dicite mihi eſt ne adhuc aliquis viuens in ſeculo? Rñdit eps: quõ cũ tantus clericus ſis q̃ris ꝛ tam cito credis mundũ eſſe finitum. Ille ait. Q2 certe ex quõ mortuus ſum tã magna multitudo corruit in infernum ꝙ vix crediſſem tot viuentes eſſe ſuper terram

¶ Quinq; millia hominũ obierũt ꝛ quatuor ex illis ſolummõ ſaluati ſunt.

¶ Exemplum. iiij.

Uo ſcholares in bona ſocietate exiſtentes: quadã die quoddaz inter ſe pactũ fecerũt: vt quicunq; prius moreretur alteri infra menſez appareret. Poſt aliquod vo tps vnus ipſoꝝ mortuus eſt q̃ alteri apparuit in. xvj. die. Interrogatus vo de valitudine eius rñdit. Nunquã habui ita bene: q2 ſum in regno celorum. Uiuens dixit. Per que meruiſti hec. rñdit. Quia ego me ad ſumendũ corpus xpi ſemper cum deuotione preparaui: ſed dico tibi qñ de hoc mundo migraui, tunc quinq; millia hoim mouebant, ꝛ nullus coꝝ ſaluatus eſt niſi ego, ꝛ alij tres. Et dũ viuẽs ſocius miraretur ille rñdit. Nõ mireris: q2 multi ſunt heretici: ꝛ increduli: ꝛ iudei: et multi gentiles: ꝛ multi mali xpiani q̃ omnes damnantur.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Decanus q̃. xxv. annis in eremo manſit ꝛ poſt mortem apparuit epo ſuo. ꝛ dixit ꝙ xxx. milia hoim obierũt illo die: ꝛ ipſe ꝛ ſanctus Ber. ſtatim ad celũ, ꝛ tres ad purgatorium intrauerunt, ꝛ alij oẽs eo die mortui ad infernum deſcenderũt. Hoc quere in diſci. de tempore. ſer. cxlix. L.

¶ Decime.

¶ Decime ſunt bene perſoluende.

¶ Exemplum. v.

Iles quidam in dando decimas ſuas tante erat virtutis ꝛ iuſtitie vt ei ſummũ eſſet ſtudiũ illas pſoluere ſine mora: ſine dolo: ſine vexatiõe. Habebat em̃ vineam quãdã q̃ circa decez carrucas annuatim facerere ſolebat. Tẽpore igit quodã vt poſtmodũ patuit magis ex dei diſpẽſatione ꝙ ex aeris tempeſtate poſtq; collecta eſt vinea vinũq; expreſſum: vna tm̃ inuenta eſt carruca. Quo audito miles ſeruo ſuo memoriale vbiz rñdit dicens. Quod meũ erat. dñs inq̃t mihi tulit ego illi portionẽ ſuã nõ auferã: vade ꝛ da ſacerdoti carrucã hãc ꝓ decimis. Quõ ꝛ factũ eſt. Eodẽ tpe germanus militis ſacerdos quidã iuxta vineã p̃dictã tranſiẽs eãq; refertam vuis videns mox ad fratrẽ intrans de negligentia eũ arguit dicens. Quare nonduz collecta eſt vinea veſtra? Rñdente illo. Jam collecta eſt. Sacerdos ſubiunxit. Nequaq; eã plenã vidi. Queſitum ꝛ inuẽtũ eſt: nec vnq; aliquo anno vberiores fructus fecit quã illo anno.

¶ Deſperatio.

¶ Conuerſus q̃dam deſperauit ꝛ ſeipſũ ſubmerſit. ¶ Exemplũ. vj.

Uidam conuerſus cuiuſdã religionis a iuuentute vſq; ad ſenectutẽ laudabiliter cõuerſatus inter fratres: ita vt nullus eo videret religioſior: ꝛ omnib9 feruẽtior neſcio quo dei iudicio ita triſtis ꝛ puſillanimis eſt effectus ꝙ tantuz de pctis ſuis timeret ꝛ de venia deſperaret vt nullis ſcripturarũ autoritatib9 poterat erigi nullis exẽplis poterat ad ſpem venie reduci modicũ tñ credit peccaſſe. cui cũ fres diceret. Quid habetis: q̃d timetz: q̃re deſperatis. Rñdit ꝙ nõ poſſum ſicut cõſueui orones meas legere: ꝛ iõ timeo gehenne penã. Cũ aũt infirmus quodã mane ad magiſtrum ſuum veniret di. Nõ poſſum diutius contra deum pugnare. Illo vba eius minus attendente ad piſcinam monaſterij iuit: ꝛ in ea ſe precipitans ſuffocatus eſt. Hec Ceſarius.

¶ Mulier deſperata comedit araneaz: et be ata virgo ſubuenit ei.

¶ Exemplum. vij.

Ulier quedã ꝓpter peccatorum ſuorum frequentiã ꝛ frequentem recidiuationẽ lapſa in deſperationẽ vt ſe occideret venenoſam araneaz deglutiuit. Appropinquante autem morte compũcta: cepit cum lachrymis matrem miſericordie inuocare. Audiuit itaq; vocem dicentem ſibi. Frater Jordanus ordinis predicatorum venturus eſt modo: ipſum voca dicens te a me miſſam ad eum ꝛ confitere illi ꝛ ſalus eris. Uenit ſanctus: ꝛ cõfeſſa

eſt peccatrix: ⁊ cum vomitu peccatorū araneam ⁊ venenū euomuit: deo gratias agēs ſanata pleniſſime. hec in vitaſpatrum.

¶ Paſſio chriſti aufert deſperationem.

¶ Exemplum. viij.

Quidā ſceleratiſſimus moriens deſperauit: cui apparuit beatus dñicus cui deuotus erat dicens. Cur fili propter enormitatē peccatorū deſperas pro quorum medicina: ⁊ totius mundi dolor chriſti fuit infinitus cuius medicine efficaciā contemplādo infinitā nequaq̄ deſperabis. Nam minima chriſti ſanguinis gutta ſuperabūdat: ⁊ tollit omnia peccata mundi. vnde contritus ille penitentiā fecit ad vitam ⁊ ſic ſaluatus eſt.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Quidam reputabatur quaſi ſanctus: ⁊ tamen in agone deſperauit: ⁊ ſic damnatus eſt. hoc quere in diſcipulo de tempore. ſer. cxxxj. P.

¶ Item qui dicit in agone impoſſibile eſt q̄ deus ignoſcat mihi pctā mea. hoc quere ſer. cxxxiij. T.

¶ Quidam qui voluit ſine omni peccato viuere: ⁊ ſic deſperauit. ſic tamen q̄ ſurrexit e conuerſo. hoc quere in diſcipulo de tēpore. ſer. ix. N.

¶ Eremita qui reduxit deſperatum: ⁊ ſic meruit duplicem coronam. hoc quere ſermo. xxx. h.

¶ Detractio.

¶ Fratres detraxerunt morienti.

¶ Exemplum. ix.

In monaſterio ſancti Georgij frater quidā vt febriū calore vltimum flatum emittere videbatur: ſed cū circūſtantes monachi ⁊ pſalmodiā intermittentes ei detrahebāt ipſe reuiuiſcens ait. Parcat vobis fratres deus: q2 mihi detrahere voluiſtis. Nam impedimentū nō modicū mihi generaſtis. Nā tam a vobis q̄ a diabolo ſub vno tēpore accuſatus neſciebam cui calūnie primitus reſponderē. Sed ſi quandoq̄ quemlibet migrantē videritis eidem non detractionē: ſed cōpaſſionem impendatis vtpote qui ad tam diſtricti iudicis iudicium cum terminatore ſuo vadit.

¶ Miles quidā detraxit alij militi defuncto qui apparuit ſibi. ¶ Exemplum. x.

Miles quidā iacens in lecto cū vtore detraxit alij militi defūcti q̄ apparuit ſibi dicēs. Indulge mihi: ⁊ dicebat ſe eſſe in magnis penis purgatorij: ⁊ miles queſiuit vtrū ſibi poſſet ſuffragari. Reſpōdit q̄ ſic. Et ille. Uis vt iſte oret pro te? Tūc ille exagitauit caput in ſignū qđ non placeret ſibi q̄ ille pro ſe oraret: q2 in peccatis eſſet. Tunc ille dixit. Uis vt ille eremita ſanctus ⁊ deuotus pro te orabit: Et ille dixit. Utinam iſte pro me oraret: faciliter poſſet me liberare: quia amicus dei eſt.

¶ Detractor laniauit in extremis linguaȝ cum dentibus proprijs. ¶ Exemplum. xj.

Sacerdos quidam infanitū vitio lingue deditus erat: vt quaſi omnib9 detraheret: ⁊ alios homines grauiter infamaret. Hic aūt ante mortē raptus in furiā tanto in ſe deuaſtatus: vt proprijs dentibus linguam maliloquā laniaret: et palā cunctis oſtēderet que lingua ſua doloſa egerat: ⁊ venenū aſpidum ſub labijs eius quaſi ſepulchrū patens guttur illius fetorem teterrimum anhelaret.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Quidam detractor infamauit ſacerdotes et religioſos et eius lingua non potuit putreſcere. hoc quere in diſci. de tempore. ſermo. xcj.

¶ Item duo ſocij quorum vnus erat detractor peſſimus in extremis vidit albatos homines manus extendentes ⁊ conquerētes de eo: et ſic deſperauit. ſermo. cxj. h.

¶ Item episcopus probus ⁊ deuotus punitus eſt in purgatorio per fetorem famuli ſui qui ardebat in inferno: quia audiuit detractiones illius famuli et eum non ſemper correxit. ſermo. xc. I.

¶ Diſcretio.

¶ Duo fratres noluerunt cibum ſumere niſi quem eis mitteret.

¶ Exemplum. xij.

Duo fratres habitauerunt vltro illum eremū vbi quondam fuit ſanctus Antonius commoratus qui euntes per deſertum decreuerunt non cibum ſumere niſi quē de9 illis trāſmitteret. Cunq̄ errantes eos per deſerta ⁊ deficiētes iam fame conſpexiſſent a longe marites que gens cunctis nationibus crudelior eſt. Non enim eos ad effuſionem ſanguinis deſiderium prede: ſed ſola ferocitas mentis inſtigat. Uiſis ergo eis contra naturam ferocitatis ſue cum panibus illis occurrerunt. Tunc vnus ex illis fratribus ſabueniente diſcretione velut a deo porrectos ſibi panes cum gratiarūactione ſuſcepit: reputans eſcam ſibi diuinit9 miniſtrari: nec ſine iuſſu dei factū eſſe dicens vt illi qui ſemper hoīm ſanguine gauderent: nunc deficientibus eis vite ſubſtātiam largirentur. Alius vero recuſans cibum velut ad homine ſibi oblatuȝ media e labore conſumptus eſt mortuus quoruȝ initia q̄uis reprehenſibili perſuaſione deſcenderint: vnus tamen ſubueniēte diſcretione id quod incaute conceperat emēdaſſe cognoſcitur. Alius autē ſtulta preſumptione perdurans mortē quam dominus ab eo auertere voluit ipſe ſibi conſtituit. hec in vitaſpatrum.



¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Senex qui viginti annis habitauit in eremo: et poſtmodum proiecit ſe in profundam foueam ex iuſſu diaboli quē credebat eſſet angelum dei. hoc quere in diſcipulo de tempore. ſermo. xviij. Q.

¶ Capitulum de. E. ¶ Ebrietas.

¶ Ebrius quidam in extremis vidit infernum apertum. ¶ Exemplum. j.

Faber quidam qui alijs euntibus ad eccleſiam: ipſe in fabrica ſua remanebat ebrietati et illecebris carnis frequenter vacabat: qui ſubita infirmitate infirmatus cum ab alijs premoneretur ad penitentiam deſperans cepit clamare ſe non poſſe penitere: quia ſicut beat9 Stephanus vidit celos apertos ſic ipſe vidit infernum apertum ⁊ locum ſibi paratum apud Pylatum Caypham et Iudam: et alios qui chriſtum occiderunt: et poſt dixit ſibi iudicium inſtare nec ſue ſalutis ſpem ſupereſſe propter ebrietates ſuas cōtinuas: et hec dicens mortuus eſt et longe ab aliorum ſepultura poſitus: nec aliquis pro eo aliquod ſuffragium auſus eſt facere. hec Beda in geſtis anglorum. libro. v.

¶ Peregrinus quidam veſtem pro vino expoſuit.

¶ Exemplum. ij.

Peregrinus quidam veſtem ſuā pro vino forti exponens in tantum bibit quod inebriatus eſt: ⁊ alienatus eſt mente vt quaſi mortuus eſtimaretur. Eadem hora ductus eſt ſpiritus eius ad loca tormētorum vbi ſuper puteū operculo igneo tectum reſidere cōſpexit ipſum principem tenebrarū. Iterum inter ceteras animas adductus eſt prelatus quidā quem princeps multum ſalutans cum calice igneo ſulphureum potum ei miniſtrās. Qui cum bibiſſet amoto operculo miſſus eſt in puteum igneum. Peregrinus autem hec videns perterritus eſt: tunc clamabat diabolus fortiter. Adducite huc illum peregrinum qui veſtem peregrinationis ſue vino exponendo inebriatus eſt. Quo audito peregrinus ad bonum angelum qui eum illuc deduxerat reſpiciens: promiſit deo ⁊ ſibi quod nunq̄ amplius inebriaretur: dū modo illa hora liberaret eum. Qui mox ad ſe reuerſus diem ⁊ horam notauit rediensq̄ in terram ſuam dictum prelatum eodem tempore obijſſe cognouit. hec Arnoldus.

¶ Ebrioſus quidam occidit patrem ⁊ matrem in ebrietate.

¶ Exemplum. iij.

Ebrioſus quidā qui cum veniſſet de taberna ebrius occurrit ei pater ſuus arguēs eum quem cū crederet aduerſarium eſſe extracto gladio occidit eum ⁊ cū mater deuote ad clamorē occurreret idem ei fecit ⁊ captus eſt ⁊ tentus obſtupuit in mane ſe talia feciſſe.

¶ Ebrius occidit regem et filios ſuos.

¶ Exemplum. iiij.

Quidam hõ fideliter ſeruiuit cuidã regi ⁊ dum vitã ſuã ieiunus bñ regeret: ⁊ ſuo dño ſeruicia ſua bñ placerent: qui cũ miſſus fuit ad conuiuium ⁊ ibi inebriatus fuiſſet occidit regẽ ⁊ filios ſuos: ſic ⁊ nos dum ieiunamus fugiunt vitia a nobis: dũ vero inebriamur interficimus omnes virtutes: ⁊ regem .i. animam ⁊ rõnem: ⁊ filios ſuos .i. quinq́ ſenſus cum quibus corpus ⁊ animã regere debemus.

¶ Ebrioſus vidit duo pro vno.

¶ Exemplum. v.

Ruſticus inebriat⁹ videbat duo pro vno ⁊ mulieri ĩpoſuit adulterium dicẽs eam quatuor pueros habere cũ niſi duos haberet: ⁊ ipſa dicebat ſe ferrũ ignitum portare in ſignũ ꝙ eſſet immunis ab adulterio: ⁊ vomere poſito in igne dixit mulier. Porrige mihi vomerẽ ignitum: ⁊ ego portabo in ſignũ innocentie ⁊ ipſe volens ferruꝫ porrigere mulieri cõbuſſit manus ⁊ ſic ad ſobrietatem reuerſus cognouit ſe erraſſe ⁊ inebriatũ fuiſſe.

¶ Ebrioſus quem inebriatum fecerunt monachum.

¶ Exemplum. vj.

Quidaꝫ ꝯſueuit adeo inebriari ꝙ quaſi inſenſibilis videbatur ⁊ odioſus factus eſt vxori intm̃ ꝙ eo relicto alteri adherebat: ſed quia eo ad nutũ vti nõ poterat mole viri oppreſſa cogitauit a ſe eũ repellere: ⁊ cuꝫ vna vice inebriatus ſic fuiſſet ita qꝺ omnino inſenſibilis videbat̃ ⁊ animo alienatus ⁊ ipſa vocans monachos dixit eum laborare in extremis: ⁊ ꝙ veſtirẽt eum habitu religioſo: ⁊ facerent eũ monachum ꝙ ipſe petiuerat cum eſſet ſane mẽtis: ꝙ et ipſi monachi amorẽ pecunie libenter fecerũt: quem tonſum ⁊ veſtitũ portauerũt ad abbatiam. Ipſe aũt de mane vino digeſto inuenit ſe monachum: ⁊ audiens ab vxore ⁊ mõachis ꝙ fuiſſet in extremis ⁊ feciſſet votũ deo ⁊ beate Marie ꝟgini ⁊ oĩbus ſanctis pre verecũdia manſit in ordine ⁊ amplius melius vixit.

¶ In diſcipulo de tẽpore

¶ Ebrioſus nomine Udo q̃ frequẽter iuit ad tabernã cũ ad eccliam ire deberet: qualem potum ⁊ qualẽ lectũ ⁊ qualeꝫ balneũ iam habet in inferno. Hoc quere in diſcip. de tempore. ſer. lxxij. y.

¶ Itẽ miles q̃ apparuit poſt mortẽ filie ſue cum crucibulo in quo erat ſulphur et ignis. Hoc quere ſer. xcix. P.

¶ Itẽ bibulus q̃ tenuit ciphũ in manu et dixit in ludo. Tres ſoluit. ⁊ ſic ſubitanee obijt. Hoc quere de tempore. ſer. Q.

¶ Iteꝫ qui in taberna vendidit animam ſuã quomõ diabolus eũ rapuit cũ corpore ⁊ anima. Hoc quere ſer. cxxij. h.

¶ Item hoſpitẽ bibulorũ ⁊ luſorũ quem diaboli cũ corpore ⁊ anima rapuerunt. hoc quere de tempore. ſer. cxliiij. N.

¶ Eleemoſyna.

¶ Eleemoſyna danda eſt in preſenti vita.

¶ Exemplum. vij.

Legitur de beato Ludouico rege francie ꝙ infirmat⁹ vſq́ ad mortem cõuocauit oẽs ſuos nobiles medicos ⁊ clericos ⁊ theologos ⁊ religioſos: ⁊ eos conſulens an poſſet curari. Et audito ꝙ non rñdit. Nũc ptꝫ ꝙ diuitie mee nõ proſunt q̃bus potentiſſimus ⁊ ditiſſimus rex ſanari non poteſt. Uñ niſi ꝓximis ⁊ pauperib⁹ in eleemoſynis ſubueniſſem ad eternã vitã modo non venirem

¶ Quidam habuit menſam plenam ante ſe ⁊ vacuam retro ſe.

¶ Exemplum. viij.

Heremita quidã vidit in viſiõe multas aĩas in diuerſis ſtationibus inter quas vidit vnũ viꝝ ſedentẽ: et ſtabat vna menſa añ eũ repleta oĩbus bonis: alia menſa ſtabat retro eum vacua. Quẽ queſiuit q̃d hoc notaret. rñdit. Menſa illa que ſtat añ me ſunt opera miſericordie que feci añ mortẽ ⁊ illis bonis modo vtor. Menſa vero retro me poſita eſt q̃ diſpoſui cũ adhuc viuerẽ: ⁊ mandaui vxori ⁊ pueris meis vt anime mee ſubuenirent in eleemoſynis ⁊ ſuffragijs ⁊ in teſtamentis: ⁊ ecce adhuc vacua eſt: quia occupauerunt ſe temporalibus rebus diuidendis ⁊ mei obliti ſunt. Unde dicit Sapiens. Fac bene dum viuis: poſt mortẽ viuere ſi vis. vnde etiam Amb. hoc tantũ tuum reputa quod pauperibus erogaſti.



¶ Quidã vendidit. xxx. libras quas propter deum dedit ⁊ miſere obijt.

¶ Exemplum. ix.

Quidaꝫ diues in infirmitate nimia timẽs mortẽ: tulit. xxx. libras ⁊ diſtribuit pauperib⁹. Factũ eſt autẽ vt cõualeſceret de infirmitate cepit penitere ꝙ hoc fecerat. Hic vero amicũ quẽdam habuit virũ religioſum cui ipſi diues dixit cogitationẽ ſuam. Penitet me ꝙ hoc feci. Qui dixit. Gaudere te magis oportet in hoc: q: ꝙ pauperib⁹ dediſti deo dediſti: ⁊ ipſe tibi reddet in futuro. Sed ille nõ adquieſcebat verbis eius ait ei. Ecce. xxx. li. do tibi vt eamus ſimul ad ſanctã Mariam: et dic ibi ego non ſum ille qui diſtribui pauperibus. xxx. libras ſed iſte eſt: demõſtrando me. Iſte vero accipiẽs. xxx. libr. ab alio gauiſus eſt: perrexit ergo ad ſanctã Mariã: ⁊ fecit ſicut ille predixerat. Cõtigit aũt cum egrederetur de templo portãs ſecum pecuniã quam receperat: ⁊ cum egreſſus eſſet ianuã cadens in terra mortuus eſt. Hoc vidẽtes qui aderãt dixerũt ei qui pecuniam illi dederat. Accipe pecuniã tuaꝫ: Et ille reſpõdens dixit. Non faciã: ex quo enim obtuli deo ipſi⁹ eſt: ſed magis detur pauperib⁹ quod ⁊ factũ eſt. Omnes enim qui viderũt ⁊ audierũt hec: glorificabant deum qui fecit mirabilia ſolus.

¶ Quidam cum. xxx. libris fabricauit ſibi palatium in celo.

¶ Exemplum. x.

Legitur in vita ſancti Io. eleemoſynarij qualiter gloria dñi miſericordibus eſt oſtenſa: qꝺ cum quidam epũs Trullus fuiſſet ad Alexandriã ⁊ xxx. libras auri expẽderet pro palatio fabricando quẽ Io. predictus inuitãs ad domum ſuã monuit eum dicẽs. Hoc eſſet edificium ⁊ theſaurũ epõrum refouere pauperes Ieſu chriſti: qui ad ei⁹ predicationẽ predictũ aurũ reddidit ipſi ſancto Io. ad dandũ pauperib⁹. Sed poſtea penitẽs de predictis cuꝫ eſſet auarus decidit in lectũ. Quod. ſ. Io. audiẽs aurum eidem remiſit: qui ſtatim curatus eſt. Iterum inuitatus cum eo comedit. Et poſtmodum in extaſi poſitus ductus eſt ab angelo ad palatiũ mire pulchritudinis mirum habẽs ſplendorẽ: ⁊ portam aureã in qua erat ſcriptũ. Hec fuit requies eterna trulli epiſcopi. Qui cum hoc legeret attẽdens miram pulchritudinẽ eius dixit angelis. Delete hunc titulum ⁊ ſcribite: hec requies erit Ioã. patriarche. Sed hac viſione territus non ſolum predictas libras auri pauperib⁹ erogauit: ſed etiam poſt magnus eleemoſynarius factus eſt.

¶ Hortulanus quidam collegit lagenam cum denarijs.

¶ Exemplum. xj.

Fuit quidã hortulanus qui omnẽ laborem ſuum in eleemoſynã expẽdebat: ⁊ tantũ ſibi retinebat qꝺ ad ſolum victũ ſibi ſufficeret. Immiſit aũt diabolus in cor eius qꝺ colligeret ſibi aliquam pecuniã dicens ei. Ut cum ſenueris aut egrotaueris opes habeas ⁊ expẽſas: ⁊ impleuit lagenã de nummis. Cõtigit eo poſt hoc infirmari eum ⁊ putreſieri pedeꝫ eius qui expendit pro medicina quicquid collegit: ⁊ tamen nihil profuit. Poſtmodũ vero venit ad eum quidã expertus medicus: ⁊ dixit ei. Niſi incideris pedem tuum aliter ſanari non poteris. Et conſtituerũt diem abſcindẽdi pedem: ⁊ ecce ipſa nocte rediẽs hortulanus ad ſe penitẽtiã egit de his que geſſit ⁊ fleuit cum gemitu dicens. Memor eſto domine operum meorũ priorum que faciebã laborans in horto: ⁊ quomodo pauperibus miniſtrabã. Tunc apparuit ei angel⁹ domini dicens. Ubi ſunt nummi tui quos collegiſti. et vbi eſt ſpes tua de qua tractaſti. Et intelligẽs ille veniam precabatur: promittẽs hoc iam decetero non facturum. Tunc angelus tetigit pedẽ eius: ⁊ confeſtim ſanatus eſt: ⁊ exurgens mane in agrum operari. Ueniente ergo medico vt ſecaret pedem eius: dicũt ei. Iam ſanus factus eſt et mane hodie exijt operari in agrum ſuum. Et videntes eum ſanum fodientem terram: glorificabant deum. Hoc in vitaſpatrum.

¶ De duobus fratribus: date et dabitur vobis.

¶ Exemplum. xij.

ABbas quidã de ordine nigrorũ hoſpitalis erat valde deuotus: ⁊ circa paupes miſericors multum. Et q; in operib⁹ miſericordie feruidus fuit: tales diſpenſatores domui ordinare ſtuduit: q̃ eius feruorẽ non impedirent: ſed magis incenderent. Et qñ plures ſuſcepit ad domum eius ⁊ quãto plus charitatis opera pauperibus exhibuit tanto illi et domui eius dñs benedixit. Poſt cuius mortem eius ſucceſſor ſtimulatus auaritia pietatis officiales amouit ⁊ eos quos tenaciores nouerat inſtituit: ⁊ ait. Predeceſſor meus nimis erat dapſilis ⁊ indiſcret⁹: ⁊ ideo officiales eius amouit: ſed ſic ordinare debemus expenſas monaſterij atq; temperare: vt ſi forte ſeges noſtra grãdinata fuerit: ⁊ tempora chara euenirent: habeamus vnde pauperib⁹ ſubueniamus. Huiuſmodi verbi ſuam auaritiam pallians hoſpitalitatem excluſit. Etiam conſueta beneficia pauperibus extraxit. Charitate igit̃ ſubtracta proficere nõ potuit monaſterij ſubſtantia: immo breui tempore ad tantam paupertatẽ deuenerunt vt vix haberent qđ manducarent. Die vero quadã vir quidã venerande etatis venit ad portariũ queſiuitq; hoſpitiũ. Quem quidem ille clãculo collegit ac hoſpitalitatis officium ſibi exhibuit et adiecit ille. Non tu ammirari ⁊ turbari debes bone vir q; tam negligẽter tibi procuro q; neceſſitas cauſa magna eſt: aliqñ talem vidi ſtatũ monaſterij vt ſi aduenisſet eps in magna quãtitate ⁊ charitate ⁊ abundãtia fuiſſet receptus. Rñdit ille ſenex dicens. Duo fratres expulſi ſunt de mõaſterio iſto: niſi illi fuerint reuerſi nunq̃ bon⁹ erit ſtatus eius quorũ vnus vocatur date: alter vero dabitur. Sicq; ab oculis eius receſſit puto aliquã fuiſſe perſonã angelicam per quam dñs indulgẽtiam fratrũ ⁊ defectum illorũ reuocare voluit charitatiue. Portari⁹ aũt cũ eſſet laicus nomina eadẽ conſiderauit abbati ⁊ fratrib⁹ audita recitauit. Reſumpta eſt hoſpitalitas ⁊ cepit eis mox benedicere vt prius. Et merito. In omni enim religione vbi iſti duo fratres. ſ. date ⁊ dabitur fuerint nunq̃ neceſſaria deficient. Sicut legimus de ſanctis patribus q; ita charitatiui erãt qđ etiam ſanctos angelos in hoſpitio receperũt: ⁊ que eis mittebantur: alijs fratribus mittebant.

¶ Defunctus quidam dixit. centuplum reaccepi. ¶ Exemplum. xiij.

CUm quidam eps predicaret inter ſarracenos quendã conuertit ⁊ baptiſauit. Poſtea aũt cum ſuaderet eiq; faceret opera miſericordie dicens qđ hoc dominus diceret in euangelio. Centuplum accipietis. Et cum admonuiſſet eum ad perfectionẽ euangelicam ille venditis omnibus dedit pauperibus ⁊ obdormiuit in domino. Cum autem filij ei⁹ traherent epiſcopum ad iudicium: impetentes eũ coram iudice ſarraceno de hoc qđ patri promiſerat ſcʒ centuplum accipietis: ⁊ intantum pater nũq̃ accepit: ⁊ propter eius promiſſum nos exheredauit. Quibus epiſcopus reſpõdit. Immo deus ⁊ reddidit in vita eterna. Et quod hoc probaret adductus ad tumulum mortuũ adiurauit in nomine dñi noſtri Jeſu chriſti: vt diceret vtrũ ſibi bene fuerit ſolutuʒ de promiſſo. Reſpondit mortuus omnib⁹ audientibus Centuplum accepi: ⁊ vitã eternam poſſideo. Et de hoc litere inuẽte ſunt in manib⁹ eius ſcilicet defuncti. Hec Arnoldus.

¶ Ancilla inuenit econuerſo ciſtam repletam farina. ¶ Exemplum. xiiij.

ERat circa montes alpium ⁊ anglicum mare fames preualida: ita vt cõmunis multitudo populi fame moreretur. Tunc quedã matrona genere preclara ⁊ operibus miſericordie dedita egenis cepit ſine põdere ⁊ menſura ⁊ numero liberaliter erogare. Qđ cernens vir eius miles artauit eam et farine menſuram certã per ſingulas hebdomadas dari fecit: q̃ vna die q̃ſi totum expendit. Superuenit quidã pauper rogans eloemoſynam. Unde domina ancille precepit vt petenti daret. ⁊ diligẽter ſcobata ciſta in qua farina repoſita erat ſi quid inueniret pauperi afferret et fecit ancilla vt dña iuſſit. Et poſt hũc ſuperuenit ali⁹ qui ſe nihil comediſſe infra biduum deplorabat. Qđ vt dña audiuit fleuit ⁊ iterato iubet ad ancillam ſcobare ciſtam ⁊ pauperi aliquid impartiri. iurat ancilla nihil in ciſta penitus remanſiſſe: ſed inſtante cũ lachrymis domina vt attentaret currẽs impatienter ⁊ ciſtam aperiens plenam florentiſſima ſimila mox inuenit. Ad cuius cõtuitum ancilla clamãs horrifice cecidit in extaſi ſupina. clamore audito domina cucurrit: accurrit dñs accurrerunt ⁊ famuli ⁊ viſo miraculo in cõi dominum benedicebãt. Mox vir ipſe horreum letus aperiens omnib⁹ illa die venientibus dedit nec defuit annona ciſtarum donec ſuperueniente augaſto propiciatur dñs populo ſuo quẽ afflixit. Dixit aũt mihi dictus miles marcus nomine q; niſi fuiſſet diuinum miraculum nequaq̃ ſibi tria horrea vel quinq; ſuffeciſſent. Et hec Guillelmus.

¶ Nobilis quidam veſtes dedit propter deum. ¶ Exemplum. xv.

NObiliſſimus ac potentiſſimus in baronibus gallie comes carnotenſium ac bleſenſium nomine Theobaldus liberaliſſimus omni ſuo tẽpore extitit in donando. Iſte hyeme que tũc ſolito magis horrebatur per viam cũ multitudine tranſiens obuiam habuit pauperem nudũ quo clamante reſpondit comes. Quid petis? Reſpondit pauper. Da mihi inquit cappam quã habes indutam nec mora. Comes extractam cappã dedit pauperi: dicens. Quid amplius petis? Cui pauper. Da mihi et pallium qđ habes qđ ſtatim habito petiuit tunicam quã vt comes dedit remanſit in veſtibus lineis. Cui pauper. Uides inquit comes vt caput habeam raſuʒ ⁊ nudum da ⁊ pileũ. Tũc comes paululũ erubeſcẽs q; caluus erat inquit. Nũc etiam chariſſime nimis inſiſtis quia hoc carere non poſſum. Hoc dicto relictis veſtib⁹ pauper euanuit. Comes de equo cadens lamẽtabiliter fleuit: ⁊ omni tpe poſtea tale q̃d cauens omni petenti ſe tribuit. Hec Guillelmus.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Petrus thelonearius qui primo percuſſus fuit ⁊ poſtmodũ fecit ſeipſum vendere, ⁊ pretiũ dare in eleemoſynas pauperum. ſer. lxxj B.

¶ Item ſenex cum iuuene habuerunt cõmunem vitã ⁊ ſemper ſenex plus habuit q̃tumcũq; pauperibus dedit. hoc quere ſer. cl. T.

¶ Mechanicus qui niſi vnũ denariũ habuit ⁊ voluit aliquid emere ad comedendum ⁊ eundẽ denarium dedit cuidã pauperi ꝓpter deum, ⁊ angelus portauit ſibi xx. ſolidos. hoc quere ſer. ciij. A.

¶ Mulier que dedit pauperi denariũ dicens. Plus tibi dedi q̃ vnq̃ deus mihi dedit. hoc quere ſer. cl. P.

¶ Eccleſia.

¶ Diabolus ſcribit verba inutilia prolata in eccleſia.

¶ Exemplum. xvj

CUm beatus martinus eps celebraret: tunc. b. Bricius adhuc puer vidit diabolum ſcribentẽ retro altare peccatũ qđ fiebat in eccleſia loquẽdo: ridendo: diuinũ officium impediẽdo. Et dũ deficeret charta: diabolus volens illam in qua ſcripſit extendere traxit cũ dentibus qua corrupta colliſit caput ad murum: vnde riſit ſanctus Bricius. Poſt miſſam arguebat eum ſanctus Martinus de riſu: et ille dixit ei cauſam. Et coniuratus diabolus dixit quod ſcripſerat verba inutilia: riſus et diſſolutiones que fiunt in eccleſia. Statim beatus martinus predicans verbũ dei: ⁊ omnibus exortatis ad confeſſionem coegit diabolum delere qđ ſcripſerat. Unde etiam de hoc dicitur in loco orationis intendere fabulis otioſis: diſt. xxv. Quid aliud.

¶ Quidã furati ſunt in eccleſia: ⁊ poſtmodum ſuſpenſi.

¶ Exemplum. xvij

ECcleſiam ſancti martini fures īfringētes quoſdā theſauros vna cũ cruce precioſiſſimis gēmis ⁊ auro decoratā aſportauerũt. qui cũ eſſent plures crucem duobus cōmittentes: ipſi cũ theſauris abierũt. Mane igitur cũ tantũ ſacrilegium ad notitiam epī perueniſſet: dolens valde ⁊ maxime de cruce ob portionem ligni dñici. Milites cũ conſilio canonicorũ per diuerſas prouincias miſerunt: qui fugientes inſequebant̄. Hi vero q̄ eandem portabāt per ſtratam publicā incedebant. Ad quos cũ perueniſſent milites: nihil de eis ſuſpicantes pertrāſierunt: xp̄s vero in quē peccauerunt fures a ſenſu alienauit: greſſum fixit: ita vt a ſtrata declinantes paludē intrarent nec tamen mortis pedibus procedere poſſent. Altera ṽo die predicti milites cũ fures pene in eodē loco ⁊ maxime lutum calcando vidiſſent: mirati dixerunt. Iſti ſunt homines quos heri hic dimiſimus. Ad quos cũ vnus clamaſſet: boni hoīes male inceditis: quare nō aſcenditis in ſtratam rectā. Reſponderunt illi. Bene incedimus. nō vos ſolicitet iter noſtrum. Tũc vnus ex militibus deo inſpirāte dixit ad ſocios. Aliq̄d iſtud pretendit. forſitam rei ſunt teneamus illos. Ad quos cũ deſcenderēt: illi crucem paludi immerſerũt. Interrogati vero de luto reſponderũt. Nos crucē tulimus: ⁊ vbi ſit ſcimus: ſed niſi certi ſimus de vita: nunq̄ oſtēdemus. Quid plura. Ducitur ad epm̄ gratia crucis ꝓmittitur immunitas. Crux oſtenſa reportatur: extra prouinciam fures proſcribũtur. Et q̄r iuſtus iudex deus nullum peccatum dimittit inultũ: ⁊ ſepe peccatũ punit peccato: permiſit vt die quadam iterum eccleſiam infringerēt in qua capti ſunt ⁊ ſuſpenſi. Hec Ceſarius.

¶ Julianus apoſtata a ſancto Mercurio interemptus eſt. ¶ Exemplum. xviij.

IUlianus imperator qui erat apoſtata a fide xp̄iana dũ ad quoddā prelium ꝓperaret mandauit ſancto baſilio ceſarium epiſcopo vt ſibi ſuoqꝫ exercitui neceſſaria ꝓuideret. Quo rñdente: q̄d res eccleſie non eſſent ſue ſed Jeſu xp̄i patrimoniũ ⁊ deo militantiũ non predonũ. Cum tñ currũ oneratum cũ victualibus ꝓ redimēda vexatione dediſſet eidē iratus ceſar ⁊ feruens iurauit q̄ in reditu ſuā eccleſiam deſtrueret. Ep̄s vero confidens in dño ⁊ in regine celi preſidio indicto ieiunio orationib⁹ letanijs ⁊ eleemoſynis ſtudebat cum omni populo ⁊ clero deũ precari. Ep̄s vero in oratione ꝓſtratus eccleſiam ſuā beate virgini dedicatā fideliter commendauit. Interim ſpiritus eius vſqꝫ ad thronũ dei rapitur: ibiqꝫ audiuit Mariā de deſtructiōe eccleſie ſue filio ſuo querulantē. Hic ab omnib⁹ requirit quis velit ſue matris iniuriam vindicare. Mox ſanctus Mercurius martyr xp̄i qui in eadē eccleſia ſepultus eſt pre omnib⁹ ſe obtulit ad vindicādum. Egreſſus igit̄ de tumba ⁊ armis ſuis indutus ad exercitũ peruenit: ⁊ omiſſis omnib⁹ alijs ſibi locũ dātibus iſtum iulianũ haſta perfodit: qui ſumpto ꝓprio ſanguine proiecit in celum dicēs. Uiciſti nazarene viciſti. Et ſic mirabiliter fugato exercitu: expirauit. Hec per ordinem ep̄o referēte populo ꝓ ſigno veritatis nec ſanctũ mercuriũ in ſepulchro: nec ipſius arma que pendebāt in eccleſia reperta ſunt: ſed poſt diem tertiũ in locis ſuis oīa ecōuerſo ſunt inuenta. Redeũtibus de prelio veritatē de omnib⁹ retulerunt: ⁊ oēs gratias egerũt ei qui liberat ⁊ ſaluat oēs ſperātes in ſe: deponēs malos potentes de ſede ⁊ hũiles intuitu matris ſue hic ⁊ in futuro cum gloria ⁊ honore exaltat.

¶ Miles quidā pertrāſeundo cimiteriũ orauit pro animabus. ¶ Exemplũ. xix.

QUidam miles conſueuit deſcendere de equo ſuo in cimiterio ⁊ dicere orationes ſuas ibi ꝓ defunctis ſepultis. Quadam autem die fugatus ab hoſtibus iterum veniens ad cimiterium orauit flexis genubus ſtatim ſurrexerunt defuncti de ſepulchris milites cũ armis: clerici cum ſtolis. Quo viſo hoſtes fugerunt: ⁊ facientes pacem cum milite: narrauerunt ei q̄d viderant.

¶ Euchariſtia.



¶ Ep̄s vidit vnum digne alium indigne ſumere ſacramentum.

¶ Exemplum. xx.

EPiſcopus quidā cum audiſſet duos de plebe ſua viros adulteros nimie impuritatis: rogauit ergo deum vt ſi ita eſſet cognoſceret. Cum ergo poſt oblationem cōſecratam vnuſquiſqꝫ ad cōionem ſacram accederet per ſingulorum facies intelligebat bonos ſplēdidas facies habētes animas peccatoꝝ autem facies nigras inſpiciebat vt carbones et oculos ſanguine repletos. Alios ṽo videbat claros facie ⁊ veſtibus albis indutos. Cum aũt corpus dñi ſuſcepiſſent: in quorundā vultibus lumen in quorundā flamma videbatur: vt aũt cognoſceret de illis quorum crimina audierat cōionē illis porrexit: ⁊ vidit vnũ ex illis clara facie ⁊ honorabili: albiſqꝫ veſtib⁹ circũdatum. Alterum nigrũ ⁊ horribilē vultu. et poſtq̄ diuini myſterij gratiam perceperũt illũ lumen quoddā illuſtrabat: aliũ vero quaſi flamma ſuccendebat. Orauit ergo ep̄s de ſingulis qñ enim oſtēſa fuerũt ſe edoceri. Aſtans aũt angelus dñi dixit ad eũ. Oīa que audiuiſti de ipſis vera ſunt: ſed ille vnus adhuc in ſordib⁹ permanet ⁊ in voluntate peccādi: ideo illũ nigrum flamma ſuccēdi vidiſti. Alter vero ſimilis illi quidem erat ſicut audieras: ſed ideo illũ clara facie illuſtrari vidiſti: q̄r recordatus de hoc q̄d prius fecit ⁊ renũcians illis operibus cũ lachrymis ⁊ gemitib⁹ dei miſericordiam poſtulauit: promittens ſi p̄terita illi fuiſſent remiſſa peccata vlteri⁹ ad eadem nō rediret: ⁊ ideo prioribus criminibus deletis: ad hāc gratiam quā vidiſti peruenit. Cũ autem ep̄s de dñi gratia miraretur eo q̄ non ſolũ de tormētis tā turpem hoiem eripuerit: ſed etiā tanto honore decorauit. Rñdens angelus dñi dixit. Bene miraris: homo eñ es. nā dñs noſter ac veſter naturaliter bonus et miſericors eſt ceſſantib⁹ a peccatis: penitentib⁹ per confeſſionē non ſolũ tormenta dimittit: ſꝫ ⁊ honore dignos efficit. Sic eñ deus dilexit mundũ vt vnigenitum ſuũ pro peccatoribus deſtinaret: ⁊ ꝓ ipſis daret ad mortem. Qui ergo dũ inimici eius eſſent mori pro ipſis elegit: q̄tomagis qñ proprij filij eius erunt. Hoc ergo ſcias q̄r nullum peccatũ humanũ bonitatem dei vicit: ſed tantũmodo per penitentiā vnuſquiſqꝫ ea que pri⁹ fecerat abolet mala. Miſericors enim dñs. infirmitatem humani generis ſcit: ⁊ paſſionē ⁊ diaboli virtutē ⁊ malitiā ⁊ cadentib⁹ quidē hominibus in peccata tāq̄ filios ſuſtinens ꝓpter emendationē. Penitentib⁹ vero tanq̄ filij languidis cōpatitur mox ſoluens peccata eorũ. Juſtis autem premia tribuit. Audiens ergo epiſcopus mox miratus eſt nimis: ⁊ glorificabat deum.

¶ Quidā acceſſit ad ſacramentũ contra prohibitionē ſacerdotis. ¶ Exemplũ. xxj.

QUidā ſacerdos vidit quendā peccatorem ſibi cōfeſſum nō vere cōtritum: q̄r non habuit voluntatem abſtinēdi a peccatis: ⁊ ſacerdos ꝓhibuit eũ a ſacramēto: ⁊ ſuper hoc friuole acceſſit. Dixit ei ſacerdos. Judicet deus inter te et me: dans ei corpus chriſti. et ſtatim guttur ei eſt ruptum: ⁊ exiuit corpus xp̄i: ⁊ ille expirauit.

¶ Sacerdos malus cũ difficultate ſumpſit corpus chriſti.

¶ Exemplum. xxij.

SAcerdos quidā ſecularis dũ quadam die celebraret miſſam alius aſſiſtens vidit in patena tempore aſſumptionis nō ſpeciē panis: ſed infantis. Quem cũ ſacerdos leuaret ⁊ ſumeret: cepit infantulus ille faciē auertere: et ne poſſet ſumi manibus ⁊ pedib⁹ reluctari et nō ſemel iſte homo deuotus hoc vidit: ſꝫ ſepius. Cui idē ſacerdos quadā vice dixit inter cetera. Quotiēs ſumo corpus xp̄i cũ tanta difficultate ſumo q̄ ego mirari non ſufficio. cui ille. Cōſulo vt corrigas te: hoc nā ⁊ ego vidi de te. Jlle ſacerdos correxit ſe: ⁊ cũ poſtea celebraret: viſus eſt ille infans ab illo deuoto homine iunctis manibus ⁊ pedibus cum ſumma velocitate illabi in os ſacerdotis.

¶ plaga ſacerdotũ indigne celebrantiũ.

¶ Exemplum. xxiij.

Sacerdos lubricus ⁊ immūdus corp⁹ xp̄i quaſi quotidie polluto ore ſumebat ⁊ vide vindictā dei. Os eīn circa naſum ⁊ mentum eſt verſum ⁊ lingua cōputruit ita vt vix pre fetore poſſet ab inimicis ſuis ſuſtineri. ſic ⁊ ſacerdos in gallia fuit cui⁹ manus in miſſa ſuper grā extēſe: igne celeſti vſq; ad cubitos ſunt cōbuſte. hec Guil.

¶ Sacerdos quidā dubitauit de ſcr̄o.

¶ Exemplum. xxiiij.

Sacerdos quidā valde deuot⁹ beate virgini marie: de ſacramento altaris dubitauit. vnde aſſidue eam inuocabat: vt ei ſubueniret. Cui miſſam celebrando: hoſtia ante pater noſter diſparuit. Admirās ⁊ perterritus de hoc: beata virgo ſibi apparuit filiū tenendo in vlnis cui et dicebat. Ecce eū quē puella paupercula peperit: ecce quē in ſacramento conſecraſti ecce quē tuis manibus tenuiſti quez tangendo leuando cunctis oſtendiſti: quē in ſacramento manducas ⁊ bibis: ecce filium meū tibi trado ⁊ deuote ⁊ reuerenter ſuſceptum. ⁊ ſic depoſuit puerum pulcherrimū: qui ſubito transfiguratus eſt in hoſtiam panis: quam ſacramētaliter ſumpſit: ⁊ ſic omnis dubitatio in eo ceſſauit.

¶ Mulier quedam dubitauit de ſacramēto. ¶ Exemplum. xxv.

Beatus gregorius cuidā matrone corpus xp̄i dedit dicens. Corpus domini noſtri ieſu xp̄i proficiat tibi in vitaz eternā. Mulier ſubriſit: b. Gregor. manū retraxit: inquirens ab ea quare riſiſſet. Reſpondit illa. Quia panem iſtū quē piſtri corpus xp̄i appellas. beatus Greg. ad effugandū mulieris incredulitatē orauit ⁊ hoīes orare fecit ⁊ mox hoſtia mutata eſt in carnē; ⁊ ſic mulier ab errore reuocata eſt. Tunc beatus Gregorius iteruz orauit: ⁊ tunc ad priſtinam formam rediit: ⁊ ſic matrone dedit hoſtiam que eam intantum confirmauit in fide vt poſtea nunq̄ recidiuaret ſed firmiter crederet ⁊ ſic ſaluata eſt.

¶ Puer nouem annorū cōmunicatus eſt in extremis. ¶ Exemplum. xxvi.

Puer q̄dā cū infirmaret ſpū ſctō inflat⁹. corp⁹ xp̄i ſibi dari petiuit. Cūq; eū parētes cōpeſcerēt ille fortit clamauit date mihi corpus dn̄i date mihi corpus dn̄i. relatum eſt igitur verbū ad ſacerdotē. q̄ cū diceret non eſſe ſecurū tali puero: q̄ non intelligit quid ſit dare corpus dn̄i hoſtiā detulit ei non benedictā: quā cū porrigere vellet dixit ei. Ecce hoc eſt corp⁹ dn̄i. vt dn̄s ex ore infantiū ⁊ lactantiū perficeret laudē ⁊ deſtrueret perfidiā multoꝝ q̄ de eodem ſacramento male ſentiunt: inſpirauit puero vt reſponderet. Quare vultis me decipere non eſt corpus dn̄i qđ mihi offertis. Ad qđ verbum ſacerdos admirans ⁊ puero aliquid diuinum inſpiratū arbitratus eſſe: ei ſacram cōmunionem attulit. quā ille puer ſatis deuote accepit. hec Ceſarius.

¶ Chriſtus perſonaliter communicauit mulierem. ¶ Exemplum. xxvij.

Femina quedā deuota quodam tempore ardenter nimis cōicare deſiderans gratiā eandem a ſacerdote ſuo ſibi impertiri humiliter ⁊ inſtanter poſtulauit. A quo repulſam paſſa dicente illo non debere laicas feminas pro libito ſuo cōmunicare: ſed ſtatuto tempore que fleuit ⁊ ingemuit. Cuius ardorem ſummus ſacerdos attendens non diu paſſus eam fraudari a deſiderio ſuo. Eadem enim nocte cum ſtrato ſuo iacens vigilaret ⁊ orationibus vacaret ſaluator ieſus xp̄s cum multo ſplendore cubiculum eius ingreſſus pixidem in qua corpus xp̄i in eccleſia recōdi ſolebat proprijs manibus portabat eratq; circa eum fragrātia miri odoris ⁊ multitudo angeloꝝ in circuitu eius. Cumq; illa beata mulier ad tantam gloriam ſtuperet: ſtans coram ea dominus ait. Quia tibi ſacerdos ille corpus meū negauit ego manibus meis te communicabo. qđ ⁊ fecit hoſtiam vnā de pixide tollens: et eam communicans ſicq; receſſit. hec ceſarius.

¶ Femina quedā corporali cibo abſtinuit de vna dominica ad aliam.



¶ Exemplum. xxviij.

Femina quedā erat ſolita ſepe cōmunicare ⁊ ex ꝑmiſſione ſacerdotis ſingulis diebus dn̄icis ⁊ ſuſtentabat de dn̄ica in dominicā de ſacra communione nec etiā corporali eſuriit: ⁊ hoc ſacerdos indicauit ep̄o. ⁊ ep̄s ſicut vir prudens volens ꝓbare ne aliq̄d fallacie ibi eſſet ait ſacerdoti. Da ei hoſtiā nō bn̄dictā ꝓ cōmunione: qđ ⁊ fecit ſacerdos ſtatim illa cepit mirabiliter eſurire. Et cucurrit ad ſacerdotem ⁊ dixit ei ꝙ perdidiſſet gratiā. Quo intellecto ſacerdos dedit ei verum corpus domini. hec ceſarius.

¶ Diabolus fugatus eſt ab obſeſſo ꝑ ſacramentū corporis xp̄i. Exemplū. xxix.

Sacerdos quidā cuiuſdā demoniaci os aperuit: ⁊ hoſtiā nō cōſecratā impoſuit precipiens vt in virtute illius hoſtie exiret q̄ demonibus hoſtiā dentib⁹ dilacerās dixit. Non exibo ꝓpter iſtum panem nō conſecratū. Sacerdos poſtea hoſtiam conſecratā miſit in os demoniaci dicens. In virtute iſtius ſacramenti exeas. Cui diabolus reſpondit. hoc eſt verū corpus xp̄i qđ ſufferre nō valeo. ideo iam ab illo homine recedo.

¶ Aſini ceſſerunt ſacramēto euchariſtie. ¶ Exemplum. xxx.

Plebanus ſancti Jacobi cū deferret corpus dn̄icum ad cōmunicādum infirmū obuiam habuit aſinos in platea ſaccis frumēti oneratos qui totā ſuperiorē plateam occupauerunt. Et cū vir ſcholaris q̄ ante eum portabat lucernā pertrāſiſſet timens plebanus: q2 ſenex erat precipitari in lutū cū ſacro ait. Quid eſt qđ agitis aſini nunq̄d cōſideratis quē gero in manib⁹ meis ſtatim diſcedite: date honorē creatori veſtro. Et ſtatim oēs aſini ſteterunt ⁊ ſimul deſcenderūt: ⁊ cū deſcenſus eſſet laborioſus: ſacci tn̄ non ſunt lapſi de aſinis.

¶ Equus: bos: ⁊ aſinus cognouerunt chriſtum in ſacramento.

¶ Exemplum. xxxi.

Quidā ep̄s deuotus ⁊ quidā hereticus peruerſus ſemuicez obligauerunt de veritate corporis xp̄i. Unde euchariſtiā ſup auenam in doliū poſuerūt. ⁊ adduxerunt equū ⁊ bouē ⁊ aſinum qui pabuluz non tangentes ſed potius genua flectentes dn̄m tanq̄ rōne vtētes adorauerunt. Quo viſo hereticus fidelis effectus eſt. Eſa. j. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum: ⁊ aſinus preſepe domini ſui. Iſrael autē me non cognouit ⁊ popul⁹ meus nō itellexit.

¶ Equus iudei cognouit chriſtū in ſacramento. ¶ Exemplum. xxxij.

Sacerdos quidā cum iret ad cōmunicādum quendā infirmum iudeū obuiā habuit equitatu nobili: equus flexis genibus ante corpus xp̄i ſtimulatus calcaribus a iudeo pertranſire non potuit donec corpus chriſti portatum fuiſſet vbi vox de celo intonuit dicens. Agnoſce creatorem tuum quem tu negas natū de virgine. Unde iudeus compunctus in chriſtū credidit ⁊ baptiſmum ſuſcepit.

¶ Mulier quedam poſuit corpus chriſti ante porcos. ¶ Exemplum. xxxiij.

Albertus de pruſſia ep̄s refert ꝙ quedā mulier cum ipſe ep̄s eſſet venit ad euz confitēs ꝙ diabol⁹ nō permitterret eam credere in ſacramentū altaris ꝙ ibi eſſet veruz corpus xp̄i ⁊ ergo cū accepiſſet ipſum ⁊ ante porcos in ſiliquis poſuiſſet: ecce mirū oēs porci genua flexerūt ⁊ adorauerūt ſacr̄m. hec autē miſera voluit plus experiri ⁊ poſuit corp⁹ xp̄i ſup veru ⁊ aſſauit iuxta ignem tanq̄ aſſaturam: ⁊ ecce gutte ſanguinis abinde fluere ceperunt. hoc facto miſera adhuc non contenta accepit corpus chriſti ⁊ fodit in terram ſanguis nimius ſuper foſſam emanare cepit quaſi extra terram ebuliendo. Ad quod tunc compuncta eſt, ⁊ credidit verū corpus xp̄i eſſe in ſacramēto altaris. Et epiſcopo ſupradicto confeſſa eſt pctm̄

ſuum ⁊ perpetuam pniam ab eo ſuſcepit.
¶ Puella quedam diſperſit corpus xp̄i
ſuper olera. ¶ Exemplum. xxxiiij.

Huit in inſula ſancti iacobi puella
obſeſſe laica. Cum requiſitꝰ diabo
lus a quodā ſacerdote cur tanto
tempore tam crudeliter eandē puellā tor
queret: ꝓ os puelle rn̄dit. Bene ac optime
promeruit. Et ſacerdos. Quare? Cui dia-
bolꝰ. Ipſa altiſſimū ſup olera ſeminauit.
Qui cū verbū minus intelligeret ⁊ nec il-
le exponere vellet: ſacerdos feminā adijt
q̄d de ea diabolꝰ dixerit expoſuit: monēs
vt non negaret ſi intelligeret. Que ſtatiꝫ
confeſſa eſt culpā dicēs. Uerbū bene intel-
ligo qđ tn̄ nunꝗ̄ hoi per me publicatum
eſt. Quādo iuuēcula erā ⁊ hortū ad colen
dum ſuſcepiſſem nocte quadā mulierē va
gam hoſpitio recepi: cui cum dāna horti
mei expoſuiſſem: aſſerēs oia olera ab eru-
cis deuorari: reſpondit: bonā te inſtruam
medicinā: accipe corpus dn̄i cōminue ſicꝗ̄
ſuper olera ſpergas ⁊ ſtatiꝫ lues ceſſabit.
Ego miſera cui maior cura erat de horto
q̄ꝫ de ſacramēto: cū in paſcha corpus xp̄i
ſumpſiſſem ⁊ extractum de ore feciſſem ſi
cut eram edocta: qđ oleribus erat in reme
dium mihi teſte diabolo factum eſt in tor
mentum. Hec ceſarius.
¶ Boues in agro cognouerūt chriſtū ſub
ſacramento. ¶ Exemplum. xxxv.

In villa quadā fures eccleſiā
in nocte infringētes: inter cete
ra etiā ſcrinium cum corpore
xp̄i inde tulerūt. Qui cum ni-
hil in eo preter reliquias ⁊ pi
xidem cū ſacramento reperiſſent: nihil de
cis curantes eandem pixidē ſuper ſulcum
agri ville proximi ponētes cōfuſe receſſe-
runt. Mane igitur cum ruſticꝰ cū aratro ⁊
bobus in eodē agro arare veniſſentꝗ̄ ani
malia iuxta pixidem ſtupendo ſteterunt.
Quos cum arator ſtimularet vt procede-
rent: nunc recalcitrando: nunc exorbitan-
do iratus ait. Quis diabolus in bobus
iſte eſt? Non em̄ clare videre poterat: q̄r
ante ortū diei arabat. Diligētius autē cir-
cunſpiciēs deprehendit an̄ pedes verſ pixi
dem ⁊ ſcriniū eccleſie ſue ante illā: nūc cau
ſam rebellionis non ignorās bobꝰ in agro
demiſſis in villā cucurrit: tam ſacerdoti
q̄ꝫ ceteris q̄ acta ſunt referens. Tunc oēs
ſimul in agrū deſcendētes cū cruce ⁊ turri
bulis ⁊ cereis corpus dn̄icū reportauerūt.
¶ Apes fecerunt euchariſtie altare.
¶ Exemplum. xxxvj.

Mulier quedā cū apes multas nu
triret ⁊ ille nō ꝓficerēt immo paſ-
ſim morerētur. ⁊ cū contra hoc re
mediū circūquaꝗ̄ quereret dictū eſt ei q̄
ſi corpus dn̄icum inter illas locaret mor
lues illa ceſſaret. Que ad eccleſiā ambu-
lans ⁊ ſe communicare ſimulans corpus
domini ſumens ſtatim a ſacerdote rece-
dens extraxit: ⁊ in vno alueolo illud lo-
cauit. mira dei potētia vermiculi creatorē
ſuū agnoſcētes de fauis ſuis dulciſſimis
hoſpitio ſuo dulciſſimo capellā mire ſtru-
cture fecerūt in qua altare eiuſdē materie
erigētes ſacratiſſimū corpus ſup illud po
ſuerūt: ⁊ bn̄dixit dn̄s opibꝰ eoꝝ. Proceſſu
vero tp̄is cū femina ꝑfata idē vaſculū ape-
ruiſſet: ⁊ iam dictū oratoriū cōſpexiſſet ex
pauit currenſꝗ̄ ad ſacerdotē cōfeſſa eſt ei
oia que erāt ⁊ viderat. Tunc ille aſſumpſit
ſecū parochianis ſuis ad vaſculū venerūt
⁊ apes cōuolantes ⁊ in laudē ſui creatoris
bombizātes abierūt. capellule parietes:
feneſtra tectū campanille: oſtiū: altare ad
mirantes corpus dn̄icū cū honore ⁊ gl̄ia
ad eccleſiam tulerūt. Hec Ceſarius.
¶ Euchariſtia oſtendit potentiā ſuam in
aqua. ¶ Exemplum. xxxvij.

Tempore illo qn̄ manifeſtari cepe
rant hereſes albienſes quidā mali
gni virtute diabolica ſuffulti que
dam ſigna oſtenderunt quibus eaſdem
hereſes roborauerunt: q̄r ſuper aquas am
bulauerunt ⁊ in aquā non ſunt ſubmerſi:
cernēs hoc ſacerdos quidam catholicus
corpus xp̄i cum pixidie ad flumen vbi illi
populis ſuis oſtenderunt ⁊ oſtenſuri erāt
virtutes deportauit. Dixitꝗ̄ in audientia
omnium. Adiuro te diabole per eum quē
manibus porto ne in hoc flumine huiꝰ
populi ſubmerſionem exerceas virtutes
tuas ac fantaſias. Poſt hec verba illis he
reticis ſuper vndas fluminis ambulanti-



bus vt prius ſacerdos turbatus corpus do
mini in flumen iactauit. Mira chriſti potē
tia: mox cum vt elemētum tetigit ſacramē
tum fantaſia ceſſit veritati: ⁊ heretici ſta-
tim vt plumbū deſcēdentes in profundum
ſunt ſubmerſi. Pixis vero cuꝫ ſacro ſtatim
ab angelis ſublata eſt. Uidens ſacerdos
hec oia de miraculo exultauit quidē de ia
ctura ſacramēti doluit. Totā vero nocteꝫ
in lachrymis ⁊ gemitu tranſiens: mane pi
xidem cū ſacramēto repit ſuper altare.
¶ Euchariſtia oſ̄dit potētiā in ſuā terrā.
¶ Exemplum. xxxviij.

Plebanus ſancte columbe in co-
lumnia cum in quadā ſolēnita-
te paſchali populū cōmunicaret
hoſtia de manu eius lapſa ceci-
dit ſuper pauimentū cū lateri-
bus ſtratum. Ut tn̄ deus oſtēderet ſe do
minum terre ſicut mox maris vt hoſtia la
pidem tetigit lapis illi duritiam ceſſit: ita
vt circulus ⁊ litera in illa apparerent quē
admodū ſigilli molli cere imprimuntur.
¶ Euchariſtia oſtēdit potentiā ſuā i igne.
¶ Exemplum. xxxix.

Tempore quodam eccleſia quedam
exuta eſt. Cūꝗ̄ omnia que crema-
ri poterant in cinerē fuiſſent reda-
cta ſolam pixidem cum corpore xp̄i illeſaꝫ
ſuper altare repererūt. Quod pro miracu-
lo magno ſicut reuera fuit pluribus refe
rentes glorificabāt eum qui ſic honorifica
uit ſuum ſanctū ſacramentum.
¶ Quidam vidit aliquos nigros: aliquos
ſanguinolentos: aliquos claros ⁊ ſplendi
dos ad ſacramentū xp̄i accedere. Hoc que
re in diſcipulo de tempore. ſer. xlvj. R.
¶ Quidam cognouit ꝓpriā vxorē ſabba-
to paſche ⁊ in die paſche qn̄ cōmunicare
voluit corpus xp̄i exiliuit de ore ipſius. hoc
quere de tp̄e. ſer. xlvij. H.
¶ Item quidam poſt communicatio-
nem ad tabernaꝫ iuerunt ⁊ quomodo ſuf-
focati ſunt a ſanguine proprio. hoc quere
ſermo. lij. M.
¶ Item quidam habuit magnam deuo
tionem ad ſacramentum: ⁊ in agone non
audebat ſumere propter vomitum: ⁊ peti-
uit euchariſtiam ſibi poni ſup pectus ſuū.
hoc quere ſer. lxx. Q.
¶ Meretrix que iuit per lutum ⁊ adora-
uit euchariſtiam: ⁊ chriſtus de pixide di-
xit ei. Ego ignoſco tibi oia peccata tua.
ſermo. lxix. P.
¶ Item miles qui orauit quinꝗ̄ pater no
ſter: quomodo per triduum vixit in pati-
bulo. ſer. lxxxv.
¶ Excommunicatio.
¶ Excommunicatum fulgur cōſumpſit.
¶ Exemplum. xl.

Quidam excōicatus ⁊ contu
max eccleſiaꝫ beate Marie
virginis intrauit quē mox
fulgur ceteris illeſis interfe
cit. Item quidā excōmuni-
catus penitens mortuꝰ fuit
ante cuius abſolutionē corpus illius ni-
grum vt pix apparuit: poſt abſolutionem
apparuit album vt nix.
¶ Sacerdos excōmunicauit viridarium: ⁊
⁊ non protulit amplius fructus.

Cum domina nobilis mater
ducis burgundie emiſſet vi-
ridarium valde pulchruꝫ a
quodā ſacerdote. Cū eſſent
arbores pulchre ⁊ terra bo-
na ⁊ pinguis nullū fructum
gerebat. Cum autē quereret ab incolis q̄
poterat eſſe cauſa quod nullo tempore vi
ridarium ipſius tunc fructus non produ-
ceret: dixerunt ei cum ſacerdos domini-
cis diebus celebraret miſſam tempore fru
ctuum iuuenes relicta miſſa ⁊ eccleſia col
ligebant fructus ⁊ diſſipabant clauſuras
⁊ arbores. Cum de hoc monuiſſet ſacer-
dos eos: ſed nollent deſiſtere excōmunica
uit viridarium ne decetero gereret fructū
⁊ extunc non gerebat. Tunc predicta du-
ciſſa fecit viridarium abſolui precipiente
dicto ſacerdote vt fructum ferret decete-
ro conſuetum: quod ⁊ fecit. Unde etiā ha-
betur Matthei. xj. ꝙ dominus Jeſus ma-
ledixit ficulnee ⁊ ſtatim aruit: quia domi-
nus Jeſus chriſtus dedit poteſtatem ligā
di ⁊ ſoluendi ſacerdotibus dicens. Quod
cunꝗ̄ ligaueris ſuper terram erit liga-
tum ⁊c.
¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Comes quidā q̄ cōtēpſit excōicationē quo abbas panē albū excōicauit in cōſpectu illius comitis: q̄ ſtatī factus eſt niger ⁊ muſcidus. Hoc quere in diſcip. de tempore. ſer. lxix. J.

¶ Itē papa Greg. excōicauit quedā ciuē qui cōtempſit excōicationē: ⁊ ſtatim ciconie nidos ſuos de domo illius trāſtulerūt ad aliam domū ⁊ poſt abſolutionē redierunt. Hoc quere in diſci. de tempore. ſerm. lxix. M.

¶ Item quidā ep̄s excōicauit paſſeres: q2 maculauerunt eccl'iam ſancti Vincentij: et q̄ſcito aliqs paſſer ibi portat ad eccleſiam ſtatī moritur. ſer. lxix. M.

¶ Itē ſacerdos concubinarius cōtempſit ſuſpēſionem ⁊ excōicationē: ⁊ q̄ſcito acceſſit ad celebrandū diabolus ſuffocauit eū. Hoc quere in ſer. cxj. H.

¶ Excuſatio.

¶ Puella quedā iuit ad caſtrū ⁊ diabolus in in ſpecie hois diſſuaſit ei: ⁊ poſtmodum dixit diabolus ſuaſit mihi. quere ſer. cxxxj. R.

¶ Exemplū.

¶ Qui peccauit exemplis aliorum.

¶ Exemplum. xlij.

Quidā ep̄s nomine Leopoldus: ſolo q̄dem nomine ep̄s opere autē tyrannus. Hic cū eſſet vaniſſimus nihil in ſe hn̄s pietatis vel religiōis quodam tpe dicebat ei germanus ſuus nobilis. Dn̄e ep̄e multū ſcandalizatis nos laicos malo exemplo veſtro: anteq̄ eſſetis ep̄s aliqn̄ deū timebatis: modo nihil de eo curatis. Cui ille r̄ndit. Fratres duo erāt vicini: ex quibus vnus exemplo alterius peccauit mortui aūt ſunt ambo ⁊ ducti ad infernum. Cū igit̄ eſſent in tormentis vnus alteri dicebat. Ve tibi q2 tuo exemplo prouocatus ad peccādū merui hūc locū. Cui alter. Bone vicine ſi tibi amplius placz ſedes mea trade mihi tuā: ⁊ ego dabo tibi meā. Sic dicā vobis frater qn̄ venerimus ad inferos ſi videbit̄ vobꝫ ſedes mea honorabilior q̄ veſtra aſcendite eā ⁊ ego recipiam veſtrā. R̄ndit ille. Mala cōſolatio hec eſt. Hec Ceſarius.

¶ Exemplum bonū prouocat malos ad penitentiam.

¶ Exemplum. xliij.

Beatus Dn̄icus quadam vice cum iret cum alijs religioſis ſacerdotibus ad diſputandū ɔ̄ hereticos: et dubitarent de via queſierūt a quodā quē credebant catholicū: ſed reuera hereticus erat. Optime inq̄t ⁊ libenter nō ſolum viā oſtendā: ſed ⁊ ēt vos illuc perducā. Ducēs ergo per quoddā nemus fecit eos intantū malitioſe errare per ſpinas ⁊ vepres ducendo: ꝙ pedes eoꝝ ⁊ crura fuerunt ſanguine cruentata; vir igitur dei patientiſſime hoc ferens: ⁊ in quādā iocūditatē prorūpēs omnes laudē dei ⁊ patientiā hortatus eſt dicens. Chariſſimi ſperate in dn̄o ꝙ victoria nobis puenit: iam em̄ peccata noſtra per ſanguinē purgantur. Ille vero hereticus cernēs mirabilē ⁊ letā eorū patiētiā ⁊ vir dei v̄bis bonis ⁊ exēplis bonis cōpunctus fraudis venena detexit: ⁊ hereſim abiurauit: ⁊ vitā laudabilem poſtmodum duxit.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Latro quidam iuuenis monachus ſeruiuit in clauſtro ⁊ comedit panē ⁊ aquam in pn̄tia ipſius latronis quō ꝑpter bonum exēplum illius iuuenis latro iſte bonus homo factus eſt. Hoc quere in diſcipu. de tēpore. ſer. ij. J.

¶ Itē quidam audiuit de nocte in lecto ſuo fratres ordinis predicatorū alacriter cantare in choro: ⁊ ſic ɔpunctus ordinē intrauit. ſer. lxxiiij. J.

¶ Capitulum de. F.

¶ Feſta.

¶ Quidam duxit fenū in die dominico.

¶ Exemplum. j.

Quidam ductus ad penas inferni intuendas ibi vidit plauſtrum feno oneratum dictum eſt ei opportet ꝙ tantum fenū in dorſo tuo cōbureretur eo quod dominico die duxeris illud: ſciens eſſe prohibitū a ſacerdote. ¶ Ille aūt reductus poſtea ad pn̄iam cōfeſſus eſt peccata ⁊ factus eſt vir bone vite.

¶ Quidā in ſabbato hora veſperaꝝ ceſſauit a laboribus.

¶ Exemplū. ij.

In theutonice partibus miles quidam ad deponendā herbā de prato conduxerat falcatores. Illis ergo falcantibus vbi tempus veſpertinum aduenit per villas in circuitu pulſabatur ad veſperas ⁊ mox vnus ad ſocios falcatores inquit. Deſiſtamus ab opere: q2 iā veſpere compulſant: ſed cū illi noliēt: imo magis verbis confunderent admonētem ipſe mox opere derelicto ad veſperas iuit. Tertio aūt die ad opus imperfectū cū ceteris rediens videns ꝙ an̄cedentibus alijs ſe falcare poſterius oporteret ⁊ propter hoc ab omnibus eſt deriſus. Patienter vero ferens riſus oīm ⁊ cachinnos vbi manus ad falcē poſuit ante ſe pendentē in ſurculo graminis dragmā mire pulchritudinis ſiue latitudinis auream mox inuenit. Curuatis ergo genibus deū benedixit. Quo ⁊ clamante concurrerunt ſocij concurrit ⁊ prati dominus: videns diuinū miraculū ſcripturā miles literatus in nummo voce paterna legens: hoc vt interpretari potuimus continebat. Manus dei me cōpegit ⁊ in domū redegit pauperi: qui nō fregit diem ſcilicet celebrem. hanc dragmam ergo a paupere emit: ⁊ poſtea multis ad rei geſte probatiōnem oſtendit.

¶ Quidam in die feſto duxit triticum.

¶ Exemplum. iij.

Quidam ruſticus duxit triticum de campo in quodam die feſto in horreū ⁊ ex permiſſione diuina ignis totum horreū cum tritico conſumpſit.

¶ Item aliud miraculum ſcribit Gregorius turonēſis. Cum q̄dam ruſticus in die feſtiuo arare vellet protinus contractis digitis manubrium ſecuris cū qua vomerem mundare volebat eius dextre adheſit. Sꝫ poſt duos annos in eccleſia ſancti Juliani ad eius preces eſt ſanatus.

¶ Ruſtica que coxit panem in die feſto.

¶ Exemplum. iiij.

Quedam ruſtica coxit panes in die feſto ⁊ totus panis ſanguinolētus eſt effectus in ſignum offenſionis: q2 feſtum celebre infregit.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Tempore Moyſi quidā in die ſabbati collegit ligna: ⁊ ex iuſſu dei lapidatus eſt. Hoc quere in diſci. de tēpore. ſerm. cliij. F.

¶ Item duo ſutores quoꝝ vnus celebrauit feſta ēt ſatis habuit: ⁊ alter non celebrauit ⁊ ſemper in penuria vixit. quere ſermo. cxvij. H.

¶ Fides.

¶ Sacerdos catholicus ad probandū fidem ab igne non eſt leſus.

¶ Exemplum. v.

Erat quidā deuotus ſacerdos qui quēdam doctorē manicheorum inducentē populum ſimplicē: ſed q2 verſutus nimis ⁊ concludere eum verbis non poterat: omnibus audientibus dixit. Accendite ignem lignorum in medio platee ⁊ ambo intremus in flāmā: ⁊ ſi q̄s noſtrum non fuerit combuſtus huius fides vera eſſe credatur. Quod cum dixiſſet: illi deuoto ſacerdos valde placuit por illo ⁊ continue ignis accenditur; tūc ſacerdos apprehendens hereticum cepit eū ſecū trahere ad ignem. Non inquit ita non ita: ſꝫ vnuſquiſq3 noſtrum ſingulariter ingrediatur: primo tamen tu debes intrare: q2 hoc ipſum impoſuiſti. Et ſacerdos nomine chriſti conſignans ſeipſum medias flammas eſt ingreſſus. Ignis vero huc ⁊ illuc diſpergitur: ſtetit ille in medio ignis in nomine domini in nullo penitus leſus. Videntes autem populi chriſtiani: cum ingenti admiratione exclamauerunt ⁊ benedixerunt deum dicentes. Mirabilis deus in ſanctis ſuis. Ceperunt autem perurgere hereticū vt introiret in ignem. At ille reluctari cepit ⁊ ſubtrahere ſe. Tunc comprehendentes eum turbe iniecerunt eum in medio ignis: ⁊ ſtatim circundans eum flamma: atq3 vrens ſemiuſtum reddidit. Et illum quidem hereticum populus cum confuſione ex vrbe eiecit clamans ⁊ dicens. Vere ardeat ſeductor. Illū vero aſſumentes ſecum ⁊ benedicentes deum ad eccleſiā cū honore perducunt ⁊ ſic xp̄iani fuerunt letati ⁊ heretici confuſi.

¶ Ad confirmationē fidei catholice mons motus eſt de loco ſuo.

¶ Exemplum. vj.

Vincẽtius in ſpeculo hiſtoriali ſcribit quod anno domini .M.ccxxv. Caliphus rex tartarorũ conatus extirpare chriſtianos de regno ſuo: qꝛ chriſtiani mixtim habitabãt inter paganos: ꝛ vnꝰ de cõſiliarijs ſuis cõſuluit regi: vt eos vinceret ex euãg. Nã chriſtus deus chriſtianorũ locutus eſt. Si quis chriſtianus non heſitauerit ꝛ dixerit monti huic tollere ꝛ mittere in mari fiet ei. Qui cõuocauit omnes chriſtianos: ꝛ queſiuit ſi verba xp̄i ꝛ euangeliũ verum ſit. Reſpondẽtibꝰ omnibus. Sic. Statim cõminatꝰ eſt eis ꝙ niſi infra decẽ dies hoc factis oſtenderẽt oẽs perirent. Tunc ep̄i ꝛ ſacerdotes cõuocauerunt chriſtianos: ꝛ indicto ieiunio per triduum ꝛ orationibꝰ intẽdentes rogauerũt dñm Jeſum chriſtũ vt ſuis fidelibus ſuccurreret. Et reuelatũ eſt cuidã ep̄o deuoto viro qꝺ ſutor monoculus dignus eſſet illa verba proferre ꝛ populũ chriſti de periculo eruere. Qui ex humilitate renuit et ſe peccatorẽ aſſerans: tamen ex obedientia et precepto ſe ſubmiſit: ꝛ chriſtiani ex vna parte ſteterunt ꝛ crucem chriſti ſecum habuerunt. Et rex Caliphus ex alia parte cũ populo ſuo qui fuerũt parati ad occidendum chriſtianos. Orauit autẽ ſutor flexis genibus ne chriſtus tot chriſtianos necari permitteret: ꝛ precepit monti vt ſe tolleret: qꝺ ꝛ ſtatim factũ eſt. Quo viſo rex baptiſatus eſt ꝛ plures cum eo: ꝛ ſic fides roborata ꝛ augmentata eſt.

¶ Hereſiarcha virtute fidei mutus factus eſt. ¶ Exemplum .vij.

Quidam fidelis deuotus licet idiota cuius fidem quidã hereſiarcha aſtutus valde irritare conabatur: ſed fidelis dedit ſe ad orationes: ꝛ oculis in celum erectis dixit ad hereſiarchã coram omnibus. Precipio tibi in virtute fidei chriſtiane: ne contra eam aliquid exprimas vel blaſphemes. Qui mox mutus coram omnibus effectus eſt. Unde chriſtiani ſunt multum letificati: heretici vero confuſi.

¶ Simplex epiſcopus vicit hereticum ꝛ philoſophum valde magnum.

¶ Exemplum .viij.

Legitur in hiſtoria eccleſiaſtica ꝙ cũ plures philoſophi cõueniſſent ꝛ fidẽ chriſti impugnarẽt vnꝰ erat inter eos cui nemo reſiſtere poterat: ſꝫ oĩa argumẽta faciliime ſoluebat. Tũc ſimplex quidã epiſcopus cõtra illum cõmotus petijt audientiã. Quẽ cum alij chriſtiani videre ſimplicẽ cognoſcerẽt: timere ceperũt ne in proponẽdo deficeret: ſed tamẽ propter ſanctitatẽ eius non ſunt auſi eũ cohibere. Qui arguẽdo illum philoſophũ prepoſuit chriſtũ docuiſſe diabolicas euitare fallacias ꝛ credere in vnum deũ ꝛ chriſtũ filiũ eius: ꝛ ſymbolũ totum dicẽs philoſopho ait. Dic mihi ſi ſic eſſe credis. Tunc ille ſtatim vt fidem audiuit ex ore eius: illuminatus credidit ꝛ aſtãtibus ait. Quandiu verba audiui: verba pro verbis reddidi: ſed quando diuina virtus acceſſit vltra nõ potui reſpondere nec fidei chriſtiane amplꝰ contradicere: ſed conſentio iam fide illuminatus.

¶ Hereticꝰ aſtutus ab obſeſſo clerico cõbuſtus eſt. ¶ Exemplum .ix.

Erat quidã hereticus aſtutus valde qui timens inquiri ꝛ cõburi finxit ſe arreptum a demone: et ſic ligatus ad quandam eccleſiam deductus eſt: ꝛ reputabatur quaſi eſſet obſeſſus. Et erat ibi quidam clericus veraciter obſeſſus ꝛ ligatus: qui ſubſequenti nocte diuino nutu abſolutus eſt a vinculis: ꝛ aggregans mattas ꝛ ſtramina ac ſcãna eccleſie ſuper ligatum hereticum cumulauit. Laudum autem furiam credidit: ille hereticus diſſimulauit quouſꝗ clericus ignem de lampade ſumens comburere cumulum cepit: et tunc hereticus exclamauit. Ad cuius vocem expergefacti cuſtodes cum ignem extinguere niterentur: clericus educto gladio quem caſu iuxta lectuꝫ inuenit: omnes violenter abegit ꝛ hereticum combuſſit. Nec mora diuino exacto iudicio clericus idem a demone liberatꝰ eſt: ꝛ plene ſoſpes apparuit.

¶ Epiſcopus hereticorum ſimulauit ſe illuminare cecum ꝛ curare.

¶ Exemplum .x.

Quidam

Quidam ep̄s arrianorũ nomine Cerula videns ꝙ cõfundebatᷣ rõnibꝰ ꝛ diſputationibus catholicorũ: dedit cuidã de ſecta ſua quinquaginta aureos ſub pacto ꝙ ſe cecuꝫ fingeret ꝛ ab eo fuiſſe illuminatum. Cũ aũt tranſiret dictus Cerula cũ exercitu vuandaloꝝ ep̄is catholicis captiuis clamauit dicẽs. Homo audi me veriſſime Cerula ꝛ aſpice cecitatem meã ꝛ experiar ꝟtutem tuã: qꝛ reddis cecis viſum: ſurdis auditũ: leproſos mundas: mortuos reſuſcitas. Tũc Cerula trahens eũ ad partẽ: tangẽs eius oculos ait ſm̃ fidẽ noſtrã qua recte credimus in deũ aperiantᷣ oculi tui ꝛ vides. Quo dicto oculi dicti miſeri hoĩs inflari ceperũt: ꝛ tãtus dolor eũ arripuit: vt vix poſſet digitis ſuis reprimere: qꝛ oculi eius crepuerant pre dolore. Qui eiulans oĩbus dolũ detexit: ꝛ clamabat ꝓijciens aureos dicens. Ecce aurũ tuum ꝛ redde mihi viſum. Tunc hõ vſus bono conſilio clamans ꝛ eiulans proiecit ſe ad pedes ep̄orum catholicorũ abnegãs perfidiam arrianoꝝ. Tũc beato Eugenio ep̄o crucem ſuper oculos eius ponente ſanitatem: ꝛ viſum recepit. Quod vidẽs honorius rex vuãdaloꝝ notanſꝗ ſectã ſuaꝫ confundi ꝛ fidem catholicã exaltari ſanctos dei diuerſis ſupplicijs fecit cruciari. Quo facto ſol obſcuratꝰ eſt ꝛ dictus honorius a diabolo arreptus proprijs dentibꝰ ſe lacerauit ꝛ indignam vitam hoc digno cruciatu finiuit.

¶ Hereticũ demones extraxerũt de igne.

¶ Exemplum .xj.

Fuit qdam hereticus in prouincia brabancie q̊ debebat cõburi. Cuꝫ autem ꝓiectus eſſet ad ignẽ clamauit. Adiuuate me. Et ſtatim demones extraxerũt eũ de igne. Qui cũ denuo fuiſſet ꝓiectus ꝛ fuiſſet ſemper liberatus: iam catholici diſputabãt de fide. Superueniẽs autꝫ vnus predicator dixit ep̄o. Faciatis huc portari corpus xp̄i. Quod cuꝫ factum fuiſſet hereticus ad ignẽ ꝓiectus ſicut priꝰ clamauit. Adiuuate me. Et demones reſponderunt. Non poſſumus qꝛ maior nobis ſuperuenit.

¶ Demões traxerũt oſſa heretici de igne.

¶ Exemplum .xij.

In epiſcopatu brixienſi q̊dam erat qui pretendebat de ſanctitate ꝛ tãta abſtinentia ꝙ quaſi videbatur Joannes bapti. Oẽs quaſi de tota prouincia currebant ad eũ: ꝛ beatũ reputabat ſe ille qui eũ poſſet videre vel tangere vel loqui cum eo. Oẽs credebant eũ ſanctũ: ꝛ tñ erat hereticus magnus ꝛ ꝑuerſus homo. Mortuus ꝛ ſepultus eſt honorifice: poſt aliquod tp̄s inquiſitor heretice prauitatis diligenter inquirens inuenit per teſtes fideles ꝙ fuerat hereticus: ſententiauit de conſilio ep̄i brixienſis ꝛ alioꝝ prudentiuꝫ ꝙ oſſa eius comburerentur. Proiecta fuerunt oſſa in ignem pñte populo: ꝛ ſtatiꝫ demones eleuauerunt oſſa de igne ꝛ tenebãt oſſa ſuſpenſa in aere: non tñ videbant demones. Populares ceperunt clamare. Moriatur ep̄s cum ipſis fratribꝰ q̄ volebãt cõburere ſanctũ dei ex inuidia: ecce quõ deꝰ noſter non vult. Tũc ep̄s timuit. Fratres aũt confortauerunt eũ dicẽtes. Dñe nos ſumus hic pro defenſione fidei preparetis vos ad miſſam: qꝛ deus oſtendet aliq̄d miraculum nobis ne fides ſua periclitetᷣ. Dixit aũt ep̄s miſſaꝫ. Salue ſancta parẽs. Et qñ eleuauit corpus xp̄i tunc demones in aere clamauerũt di. O Guido de lacha nos defendimus te ꝙdiu potuimus: ſꝫ modo non poſſumus plus: qꝛ adeſt vnus qui maior eſt nobis .ſ. chriſtus. Et oſſibus cadentibus in ignem cõbuſta ſunt ꝛ glorificata eſt fides propter corpus xp̄i.

¶ Filij ꝛ filie.

¶ Duo filij ꝓmiſerunt patri ſuo plura ſuffragia pro ſalute anime.

¶ Exemplum .xix.

Quidaꝫ diues in articulo mortis filios ſuos ad ſe vocauit ꝛ ad ſeniorem dixit. Noſce filij chariſſime multas poſſeſſiones vobis relinquo quas olim conſeruaui quas debuiſſem pauperibus erogaſſe: et ideo fortaſſis ad purgatorium ibo. Dic quid daturus es pro anima mea. At ille: plurimarum celebrationes miſſaruꝫ ꝛ lar

gas eleemoſynas ſe facturũ promittebat. Similiter ſecundus pmittebat hos duos pater laudauit. Et hoc dicto riſit tertius. Queſiuit aũt a minore quid de eo deberet ſperare. At ille. Pater nec vnum denariũ promitto te pro daturũ. Et maledicẽs ſibi pater ſuus filius ait. Dũ viuis pater bona tua: pro ſalute tua diſtribue: nec cõmittas mihi: nec alijs fratribus meis: poſſeſſores enim rerum tuarũ facti qualiter te iuuabimus: cuz tu amore noſtri te iuuare nolis: vtilitatẽ enim ſuã vnuſquiſqꝫ nr̃m pluſqꝫ te diliget: ⁊ de te amplꝰ parũ curabit: nec ſolicitus erit. Hũc oſculãdo fratribꝰ preferebat veritate audita: ⁊ diuitias ſuas pauperibus erogabat pro ſalute propria.

¶ Filij raro ſubueniunt parentibus.

¶ Exemplum. xiiij.

Obſeſſus quidã cum duceretur ante domũ cuiuſdã ciuis qui edificabat in altũ domum magnã ⁊ ſumptuoſam riſit obſeſſus. Querentibꝰ cur riſiſſet reſpõdit. Iſte edificat quaſi ſemp viuere debeat ⁊ ego ſcio ꝙ mala morte morietur ante noctẽ qꝛ interficietᷣ. Hoc eo dicẽte riſit ſecũdario: ⁊ cũ ab eo quereretᷣ cur riſiſſet. rñdit. Quia iſte morietᷣ ⁊ relinquet diuitias ſuas quas cũ labore acquiſiuit alienis. Cui cũ diceretᷣ ꝙ haberet heredes quibus deberentᷣ diuitie. rñdit. Oẽs ſui heredes erunt ſibi ſatis infideles quaſi alieni eſſent quaſi eis nunqꝫ aliqđ bonũ feciſſet: qꝛ iſte morietᷣ ⁊ accipiẽt heredes pecuniã ⁊ obliuiſcentᷣ animã ſuam. Et hoc dicto riſit tertio. Et cum iterũ cauſas riſus quereretur. rñdit. Rideo de iuſto dei iudicio: quia fiet iſti diuiti ſicut ipſe fecit: qꝛ qñ pr̃ ipſiꝰ moriebatᷣ promiſit pro patre ſuo ſoluturũ debita ſua que pater poſt ſe reliquit: ⁊ inſuper dare largas eleemoſynas: ⁊ ſibi cõparare multas miſſas: ſed mortuo patre modicum vel nihil fecit. Similiter fiet illi ab heredibus ſuis.

¶ Puer dixit ad patrẽ ſuum. Sic te tractabo in ſenio ſicut tu iam tractas patrẽ tuũ.

¶ Exemplum. xv.

Cum quidã diues ⁊ potẽs iã ſeneſceret mortua vxore ſua filio ſuo quẽ multũ diligebat tradidit vxorẽ. Qui ait patri ſuo. Pater cõmitte mihi oĩa bona tua vt ſic viuas ſine labore. Quo annuente fecit ei lectũ in camera pulchra. Sed cuz vxor iuuẽcula non poſſet eũ pati propter tuſſim de nocte poſtea ex rogatu vxoris locabat eũ ſub quodã gradu. Qui ſuſtinẽs paupertatẽ ⁊ frigus in hyeme clamabat ad filiũ vt daret ei veſtẽ. Tandẽ filius emit quatuor vlnas: ⁊ dedit pr̃i duas ⁊ ſibi duas ſeruauit. Hoc dicẽs filiꝰ paruulus accipiẽs illas duas vlnas abſcõdit in muro. Cũ diu quererẽt in domo ⁊ nõ inuenirẽt dicit paruulus. Scio vbi ſunt. Cui pater. Cur abſcõdiſti? Qui reſpõdit. Ad hoc ſeruabã vt operirẽ te in ſenectute tua ſicut tu patrẽ tuum. Et ait pater. Nõ amplius facies. Cui filius. Certe non tantũ aut minus. Quo audito dixit iuxta ſe. In caput meũ iſtud redũdabit in ſenio: idem faciet mihi exẽplo meo inductꝰ. Statim bonum pelliciũ miſit patri p paruulũ filiũ ⁊ reaſſumpſit eũ in domũ ſuã: ⁊ exhibuit ei oẽm honorẽ ⁊ reuerentiã: ⁊ cũ amplius multũ pie tractauit: vt in hoc exẽplo paruulus diſceret quõ ipſuz in ſenio ſuo tractare deberet. Hec Guillielmus Lugdun.

¶ Due filie que repulerunt patrem in ſenio a ſe.

¶ Exemplum. xvj.

Quidã habuit duas filias qbꝰ dedit oĩa bona ſua ⁊ tradidit eas maritis: ⁊ poſtqꝫ depauperatꝰ eſt: tunc filie ⁊ mariti noluerũt amplius patrẽ ſecũ retinere. Una earũ dixit. Uade ad ſororẽ meã. Et alia ſimiliter dixit. Comedas vno die vel duobus mecũ: ⁊ tunc redeas ad ſororem meã. Tandẽ edoctus per quendã amicum ſuũ qui fuit vir prudens ꝙ archam pulchrã ⁊ ornatã ab extra repleret cũ lapidibus ab intra ⁊ faceret eam portare poſt ſe ad eccleſiã dñica die qñ populus cõcurreret ad miſſam qđ ⁊ fecit. Quod videntes ſorores: ſcꝫ filie eius ⁊ generi amplius cõtendebãt adinuicẽ vnus pre alio volẽs eũ ſeruare. Qui cautione recepta ab vno dedit ei archã: ſed tres claues ſibi retinuit: ⁊ poſt mortẽ gener aperiens archã non inuenit niſi lapides: ⁊ ſic confuſus eſt.

¶ Pater quidã poſuit malleum in ciſtam ⁊ dedit claues pueris. ¶ Exẽplum. xvij.



Quidã pdiues habuit pueros quos nuptui tradẽs ditauit eos diuitijs ſuis. Tandẽ ille depauperatus eſt ꝙ non curatur a pueris. Ille autẽ conuocans pueros ſuos ſingulis tradẽs claues pro ſcrinio in quo poſuit malleũ grauem quaſi eſſet pecunia retenta ſibi vna claue ne ad ſcrinium venire poſſent. dixitqꝫ pueris. Heredes mei et dilecti mei eſtis poſt mortẽ meã aperiatis ſcriniũ et inuenietis literã per quã ſcietis qñtum vnicuiqꝫ legauerim. Ob hãc ſpem ſinguli certatim inuitati erant honorauerunt patrẽ qꝛ dicebat ꝙ nolebat diminuere de his que erant in ſcrinio vt ſingulis traderet ad plenũ que eis ordinauerat. Poſt mortẽ ſuam aperto ſcrinio inuenerũt malleũ ⁊ literã hec cõtinentẽ: dignus eſt homo ille ad caput cuz malleo percuti qui tantum tribuit pueris ſuis eiſqꝫ confidit vt diſtractis omnibꝰ nihil ſibi retineat.

¶ Natura auium docet ſubuenire parentibus. ¶ Exemplum. xviij.

Dicit Iſidorus in de naturis auiũ ꝙ ciconiarũ talis eſt natura ꝙ cũ ſe affligãt ⁊ cibũ ſuum ſibi ſubtrahant vt pullis prouideãt: ⁊ poſtqꝫ pulli volare poſſunt ⁊ predã capere cõpatiẽtes macie ⁊ afflictioni parentũ cõpellũt eos morari in nido vſqꝫ dum bene cõualuerũt: et ipſi ad predã capiendã volant: quã eis vicem recõpẽſando reportãt: ſic faciũt boni filij parentibꝰ: non aũt ſic faciũt pulli vulturũ de quibus dicũt naturales ꝙ poſtqꝫ diu laborauerũt parentes eorũ circũeundo caſtra ⁊ cadauera cũ magno periculo ⁊ labore vt eos depaſcãt ſibi ſubtrahẽtes cibum poſtqꝫ cõualuerũt pulli ⁊ cõfortati ſunt: tunc parẽtes verberãt alis: nec aliquid de preda ſua dant eis: ſed verberando roſtro ⁊ alis ⁊ de nido eos exire compellant. Sic faciunt filij mali parentibus ſuis. In diſcipulo de tempore. Filius q̃ dixit. Si pater meus eſt in inferno: tũc ſuffragia nihil valent ſibi: ſi autem in celo tunc non indiget: ſi autem in purgatorio tunc ardeat vſqꝫ purgabitur. Hoc quere in diſcipulo de tempore ſermo. ciij. T.

¶ Item de filio infideli cui bufo proſilijt in faciem.

¶ Item filia que ꝓpter dehoneſtationem matris dannata eſt. quere in ſermo. lxij. B.

¶ Item filia que nutriuit matrem cum lacte proprio in turri. quere ſermo. xxiiij. U.

¶ Item filius truſit matrem cum pede ⁊ ex permiſſione diuina idẽ pes ſibi amputatus eum cum quo matrem truſit.

¶ Item quidam inhonorauit matrẽ propriam ⁊ in breui oẽs pueri defuncti ſunt. quere ſermo. xxiiij. x.

¶ Capitulum de. G. ¶ Gaudia celi.

¶ Diabolus libẽter ſuſtineret omnes penas omnium demonũ vt claritatẽ dei adhuc ſemel videre poſſet. ¶ Exemplum. j.

Magiſter Iordanꝰ frater ordinis predicatorũ quadam die dum trãſiret quãdã villam ad predicãdũ rogatus eſt a pplo vt viſitaret quandam obſeſſam: ad quã dum accederet demon eum literaliter ſalutauit cũ tamen mulier nunqꝫ literas didiſcit. Inter cetera predictꝰ magiſter literaliter interrogauit demonẽ di. Quare affligis hãc mulierẽ: ⁊ q̃d delectaris in ea morari. Cui demon. Ad hoc cogor a creatore meo: ⁊ iõ alibi eſſe nõ poſſum. ad quem Iordanus. Dic mihi vbi velles eſſe ſi tibi optio daretur. Ad quem demon. Cum tantus ſis clericus doctor eccleſie nollẽ te tam ſimpliciter interrogaſſe: ⁊ adiecit. Dic mihi ⁊ vbi tu velles eſſe ſi tibi optio daretur. Ad quẽ Iordanus. Nuſqꝫ eſſe vellem quam in celo. Et demon. Sic vellem ⁊ ego. Ad quem Iordanus. Et quare maxime velles ibi eſſe demon. Propterea vt reſpicerem illaz claram faciem creatoris mei. Quod cum Iordanus audiret: quaſi extra ſe raptus corruit ⁊ fleuit: tandem ad ſe reuerſus interrogauit eum dicens. Dic mihi quid velles inde ſuſtinere quod poſſes creatoris tui faciem videre? Demon reſpondit. Omnes penas quas omnes demones ſuſtinuerunt a die qua eiecti fuerunt de celo: et etiam quas ſuſtinebunt vſqꝫ in diem iudicij: vellem ſuſtinere vt poſſem videre ſemel claritatem dei ſicut

eſt. Ad quē Jordanus. Credo te vnū eſſe
de nobilioribus demonibus. Cui demō rñ
dit. Unus fui de ſeraphin qui ſemper aſſi-
ſtunt añ faciē dei. Ad quē Jordanus. Dic
ergo mihi aliqd de claritate vultꝰ dei ex
quo tā prope eius faciē in celo vidiſti. Ad
quem demō. Nō ſufficio tibi de hoc aliqd
dicere: cū etiam angeli q̄ ſemꝑ eius clari-
tatem intuent̃ ſi eſſent in terra ⁊ vellēt ali
quid de eius claritate dicere nō ſufficerēt:
dicam tibi tñ aliquā ſimilitudinē ex q̄ per-
pendere potes ꝗ̄ clara ſit facies dei: ⁊ di-
xit: attende ſi oēs flores preteriti ⁊ futuri
oīm arboꝝ ⁊ oīm graminū viriditas: ⁊ om
nis color oīm lapidū pretioſorū metalloꝝ
⁊ ſplendor ſolis ⁊ lune ⁊ ſtellarū: ⁊ oīs cla-
ritas oīm luminū q̄ ab initio vnq̄ ſplen-
duerunt ⁊ in terra lucerent: oīs illa claritas
reſpectu diuine claritatis nō eſſet aliud ni
ſi tenebroſa nox reſpectu clariſſimi ſolis.
Tūc Jordanus. O ꝗ̄ miſer eſt hō q̄ hoc
amiſit: ⁊ ſibi tale ſignum ⁊ ineffabile gau
dium non acquirit.

¶ De claritate viſionis dei.

¶ Exemplum .ij.

ERant duo monachi q̄ colloqueban
tur de vita eterna: ⁊ mutuo cōſen-
ſerunt ꝙ q̄ prius moreretur de ſta
tu ſuo ſocio ſuo intimaret: mortuo igit̃ vno
altero viuente apparuit mortuꝰ clarior ſo
le ſocio ſuo: ⁊ benigne eum ſalutauit: cūq̄
de vita eterna quereret: rñdit illud ſic. au-
diuimus: vidimus: ꝙ oculus nō vidit: nec
auris audiuit: nec in cor hoīs aſcendit: q̄
preparauit deus diligentibus ſe.

¶ Gaudia celi ſunt innumerabilia.

¶ Exemplum .iij.

QUidam demō interrogatus ꝗ̄ ma
gnum gaudium eſſet in celo rñdit.
Si numerare poteris athomos in
cadijs. Rñdit nō poſſum. Sic ⁊ tu illa gau
dia nec aliq̄s hominū numerare poteſt.

¶ Gaudia celi ſunt ineffabilia d̄ vultu dei.

¶ Exemplum .iiij.

OBſeſſus q̄dā interrogatus de gau
dio qđ habent ſancti in celo rñdit.
Si totū celū eſſet pergamenum: ⁊
totum mare incauſtum: ⁊ oēs ſtelle magi
ſtri pariſienſes: ⁊ oīa ſtramina pēne certe
hi omnes magiſtri pariſi. ⁊ ceteri nec ſcri-
bere manibus: nec linguis eloqui poſſent
minimum gaudiū qđ habent ſancti in ce
lo de vultu dei.

¶ Gaudium virginum in celo.

¶ Exemplum .v.

ERant tres moniales in vno clau-
ſtro ſocie ſpūales: ⁊ ex illis erant
due ꝟgines ⁊ vna vidua. He autē
ſingule ſtudebant ſe deuotas beate virgi-
ni exhibere: mortua vero vna virgine ⁊ iā
vidua in extremis agente: tertia ſoror ſu-
perſtes rogabat viduā vt poſt mortem re-
diret ⁊ de prima ſorore ⁊ de ſuo p̄mio cer-
tificaret eandem ꝙ promittens ſi foret de
placito dei ⁊ expirauit. Die autē .xxx. iſta
ante altare in oratione procumbente ap-
paruit ſocia vidua ineſtimabili ſplendore
fulgens nimis ⁊ dicens. Ueni quia ad redi
tum obligaſti me: ecce vide modicam par
tem premij mei: ſed benedicta ſit dies in
qua ſum nata. Jlla vero confortata ⁊ re-
ſumpto ſpiritu queſiuit de ſtatu prioris
ſororis defuncte. cui illa dixit. ſi totus mū
dus eſſet pergamenum ⁊ mare incauſtū
⁊ omnia folia arborum: ⁊ gramina ſcripto
res cum oībus hoibus qui fuerunt ⁊ ſunt
⁊ erunt futuri prius oēs deficerent ꝗ̄ im-
menſitatem premij celeſtis exprimerent:
ſed parumper ad preſens de ſorore dicam
tibi infinitis claritatibus me precellit: et
merito: quia heri cū angelis choream du
xit candidā ⁊ cū multitudine candidarū
puellaꝝ cantans canticū ſingulare ſolis
virginibꝰ appropriatū gerens ſertū de vi
uinis floribus confectū. Rogaui aūt eam
vt ſaltē ad horā mihi ſertū cōcederet: qui
ait. Nō expedit tibi tñ ex ipis floribꝰ dedit
mihi q̄s attuli tibi ſocie mee dilectiſſime:
vt aliqualr̄ ꝟtute eaꝝ ꝗ̄tū ſenſus capere
poterit humanus perpēdas. Jacto ergo
ab ea circulari tactu in pauimento cū flo-
re tā miri odoris ꝓceſſit fragātia ꝙ illa ſo
ror. per ſuauitatem capta fuit in extaſim. ⁊
ſic vidua expleto ꝑmiſſo ad celum rediit:
omnes q̄ monaſterium intrauerunt ꝑ mul
tum tp̄s celeſtem odorem ſenſerunt.

¶ Claritas in facie xp̄i.

¶ Exemplum .vj.

UJrgo quedā fuit habitu quidē ſe
culari: ſed vita religioſa valde et
ſpecialiter ieiunijs ⁊ obſecrationi
bus ſemper vacabat mēte ſepiſſime exce-
dens ita vt celi ſecreta ⁊ celi regē cum celi
ciuibus frequēter videret: in quadā igitur
ſolēnitate epyphanie cū intereſſet matu-
tinis xp̄m infantē pannis inuolutū: et in
preſepio poſitū vidit: ⁊ circa illum thronū
aureum ad ſimilitudinē irridis: eratq̄ ex
vtraq̄ parte multitudo angelorū manibꝰ
extēſis cū adorātiū ⁊ oculorū ſuorū acies
in illū indeclinabilis figentiū. Nec mirū
ipſe enim eſt ſpecioſus pre filijs hominū
in quē teſte aplo deſiderāt angeli cōſpice
re. Cū ventū fuiſſet ad illū locū: paterna
vox audita eſt. Hic eſt filius meus dilectꝰ
in quo mihi bene cōplacui ipſum audite.
Erat eñ ibi filius dei ⁊ hoīs tāti decoris
⁊ rex tāti dulcoris vt exprimere mihi non
ſufficiat. Requiſita etiā a me quales eſſent
effigies angelorū rñdit. Staturas habent
humanas facies virginibꝰ ſimiles: genas
ad inſtar roſarum rubentes et in reliquis
membris niue candidiores.

¶ Cor virginis ſciſſum eſt pre amore.

¶ Exemplum .vij.

DJcitur ꝙ erat quedā virgo nobilis
etate .xiiij. an. beate Marie valde
deuota. hec cōtinue rogaba virgi-
nem glorioſam .vij. annis vt oſtēdere di-
gnaretur ſibi filiū ſuum. Que cū in die na
tiuitatis chriſti cā deuotionis ſola intraſ-
ſet capellā: apparuit ei virgo pulcherrima
tenens filium pulchriorē. Hec allocuta eſt
virginem dicens ⁊c. Alia quere ante. C.
Exemplum .iiij.

¶ Uirgo quedam vidit Jeſum duoden-
nem. ¶ Exemplum .viij.

LEgitur ꝙ quedā virgo religioſa
rogabat dñm per integrū annum
vt dignaret̃ ſibi manifeſtare ſta-
tum patris ſui ſpūalis qui eam in religio
nem duxerat quē in domino tenere dilige
bat vt dignū eſt. Sed poſt annum dixit.
Quid eſt ꝙ peto petā. ſ. vt videā xp̄m duo
dennē: ⁊ poſt hoc bene petā vt fuit in eta-
te .xxx. an. ⁊ poſt annū ipſa ſola orante vi-
dit ꝙ ab altari ꝓcedebat eius pater ſpūa
lis fulgēs ſicut ſol ⁊ cū magno gaudio lo-
cuta eſt cū eo ⁊ ecce duo angeli portabant
archā pulcherrimā habentē tria oſtiola.
Et dixit eis pater. vis filia videre filiū dei
iacentē in cunis? Ait ſic. Et apperuit ar-
che vnū oſtiū ⁊ intus iacebat puer decore
mirabili preditꝰ ⁊ viſo eo tāto repleta eſt
gaudio vt de gaudio preterito nō curaret.
Et dixit ei pater. Satis eſt. vis videre xp̄ꝫ
.xij. annorū? Et aperuit aliud oſtium: ⁊ vi-
dit chriſtū duodennē: ⁊ tanto gaudio per
fuſa eſt ꝙ totū preteritū nihil ſibi videre-
tur. Propterea inquit veni ad te: quia trice
ſimo die venies ad me: ⁊ ſic factū eſt.

¶ Uirgines quomodo in celo coronātur.

¶ Exemplum .ix.

QUidam abbas orauit dñm vt ſibi
oſtēdere dignaretur qualiter vir-
gines in celo coronarētur et quo-
modo obuoluti pctis paruis iuſtificarent̃:
⁊ ecce quodā die poſitus in oratione factꝰ
eſt in extaſi in qua vidit ſe eſſe in prato pul
cherrimo in quo cōſpexit oratoriū. Ad qđ
cum procederet vidit ante oſtium oratorij
arborē cuius rami ⁊ folia tanq̄ ſtelle cla-
riſſime rutilabant ⁊ ſub arbore vidit fontē
clariſſimū tanq̄ criſtallū. Et intrans pre-
dictum oratoriū ſtabat: ⁊ ecce virgo Ma-
ria accipiēs florē de arbore que ſtabat an
te fores ſex fecit crinilia delicatiſſima: et
ecce Jeſus cū multitudine angelorū intra
uit cum iubilo ducens ſecū .xij. virgines ⁊
locauit ſex ad dexterā altaris ⁊ ſex ad ſini
ſtram: accipienſq̄ de fonte qui ſtabat ſub
arbore in cyphum pulcherrimū aqua po-
tauit illas que ſtabant ad ſiniſtram: ⁊ ac-
cipiens coronas ſex a mr̃e coronauit alias
ſex ad dexteram: ⁊ hoc facto cum angeli-
co concentu duxit illas ad celum: ſed cum
de hoc abbas plurimum miraretur: acce-
dens angelus expoſuit ei dicēs. Uirgines
quas vidiſti coronam aureolam accepe-
runt. Alie vero que per affectum ſe macu-
lauerunt: ⁊ de hoc penituerunt per domi-
num plene ſunt iuſtificate a peccato et ſa-
nate vt nihil ſordidum remāſit in eis: ſed
tamen aureolas percipere non meruerūt
in his gratijs deum laudauerunt.

¶ Premiū eſſentiale in celo pro vno Ave

maria.

**Exemplum.x.**

Quedam monialis in morte ad ſeptem integros dies agonizabat maximis infirmitatibus que poſt mortē apparuit ſubprioriſſe ſue di.ſe fore ſaluatā. Etiam cōfitebatur ſe adhuc libenter ſi poſſet ⁊ haberet vitā velle paſſionari tantis infirmitatibꝰ priſtinis per alios. vij. dies vt vnū aue maria valeret dicere ⁊ eius meritū inde conſequi: licet nō poſſet eidem cū deuotione debita intendere ſaltem confeſſa ⁊ mundata eſſe a criminibus ⁊ peccatis: etiā ſi ambulādo dicerem.

**De cruce ſignato.**

Cum quidā princeps crucis ſignatus qui erat magnus dñs cū quodam fideli ſuo milite mare tranſfretaſſet ⁊ captus incarceratus a paganis quadā nocte nunciauit eis carcerarius ꝙ in craſtino dñs qui tenebat eos decollari iuberet: ſtatim miles remunerationē totius ſeruitij ſui a dño ſuo petijt vt prius eū permitteret decollari: quod tñ ille conceſſit. Summo mane eſt extractus de carcere protinus decollatus. Statim ſuo dño glorificatus in carcere apparuit dicēs qđ eandē gloriam mox decollatus haberet ⁊ ipſe de auantagio qđ iam habebat qđ tñ fuit paruī tēporis: qꝛ magis gaudebat ſi prius totius mundi dominus fuiſſet.

**Gētilis quidā vidit xp̄m regē in throno cū ſanctis ſuis. Exemplum.xv.**

Cum nobis quidā adhuc gentilis febris acutiſſima laboraret materia ad cerebrum aſcendēte in furiam raptus ⁊ dormientibꝰ omnibus qui circa illū erant aufugit nudus: ⁊ tribꝰ diebus ⁊ totidē noctibꝰ per eremum vaſtiſſimum oberrauit: tertia aūt nocte digeſta materia in ſe redijt compos mētis qui in tenebris erat horrens ſolitudinē: quid faceret: quo ſe ꝯuerteret neſciebat. Et ecce poſt inſtans modicū diſcuſſis tenebris vidit in montis cacumine ingēs lumen. Reptans ergo manibꝰ ⁊ pedibus aſcendit in montem ⁊ ecce ſuper oēm ſolis fulgorē regem admirabilē vidit in throno aureo reſidētem ⁊ ad eius dexterā reginam incōparabili decore fulgentē: viditq; mixtim ſeniores ex omni parte vultibꝰ ſidereis rutilātes. Hec vt vidit gentilis ſuper id qđ credi pōt obſtupuit. Hac hora vnus miniſtrorū a rege miſſus cū veſtibus nudū induit et ad regē duxit: cui rex. Nihil in rebꝰ humanis ſimile quid vidiſti. ⁊ ille. Nihil inquit dñe. Et rex ad eū. Ego ſum inquit xp̄ianorum deus: rex ⁊ dñs ſempiternus: tu aūt redibis ad populum tuū et perquires in gente vngaria que mixta eſt gēti tue duos preſbyteros xp̄ianos talis habitus ⁊ talis forme a quibꝰ erudieris normā fidei xp̄iane ſuſcipiens. Hoc aūt vt audiuit gentilis timuit beatorū ſocietate fruſtrari: ⁊ mox ad eū rex. Impoſſibile eſt inquit talem te manere nobiſcū: ſed ſi fidē xp̄ianorū ſuſceperis ⁊ percepta ſocietate iſta iocūdiſſima perfrueris. Hoc dicto miles ſedens in equo albo ſuſcepit illū ⁊ in exercitū tartarorum populo mirāte reduxit fuitq; apud eū tribus diebus ⁊ poſt repēte diſparuit. Nobilis aūt ⁊ vt iuſſus erat queſiuit preſbyteros ⁊ inuenit: et eruditus ad fidē cū multis militibꝰ tartarorū ſacrum baptiſma recepit veſtes aūt quas vt diximꝰ nudus acceperat precipui coloris erant atq; mollicie: opus ꝟo earū plumariū nec acu factū aduertere poterat: nec textrinū: ſed ſuper omne artificiū hominis diuina virtute contextum.

**Maria tranſtulit animam ſcholaris in celum. Exemplum.xxij.**

Erat quedā incluſa que nocte quadam rimulis celle ſue ſplendorem immitti cernens et diē eſſe credēs territa ꝓpter horas nondū dictas ſurrexit feneſtrāq; verſus cimiteriū aperuit et ecce iuxta caput ſepulchri cuiuſdā ſcholaris nuper ſepulti miri decoris feminā ſtare cōſpexit. Gloria eñ corporis eius eandē creauerat lucem: ſtabat ⁊ columba niuea ſuper tumulum quam illa rapiēs miſit in ſinum ſuū. incluſa igit̄ quenā eſſet cum reuerentia queſiuit. cui illa. Ego ſum mater xp̄i ⁊ animam ſcholaris huius q̄ vere martyr eſt tollere veni: qꝛ ſcholares q̄ feruenter addiſcunt veri martyres ſunt. qđ ſi poſtea artes quas didiſcerunt in dei ſeruitio exercuerint: magnam mercedem



conſequuntur. hoc arnoldus in narratorio ſuo.

**Quidam vidit glorificationē pedum ſuorum. Exemplum.xiij.**

Magiſter quidā pariſienſis infirmatus cū de glorificatione corporum cogitaret ⁊ heſitans in corde ſuo diceret. quomodo poterit eſſe vt corpora iſta putrida lucere poſſint i futuro ſicut ſol. ad pedes ſuos quos de operimēto exexerat reſpexit ⁊ ecce tantus ſplēdor de ipſis exiuit vt oculi eius reuerberati eos intueri nequirēt: mox q; reuerſus ad ſe gratias egit xp̄o cuius virtute anteq̄ͫ moreretur ad fidem reſurrectionis adductus eſſet.

**Femina quedā audiuit dulciſſimū cantum auicule. Exemplum.xiiij.**

Femina nobilis ⁊ deuota cū gaudio mentis retulit cōfeſſori ſuo ꝙ nocte ⁊ die ſemꝑ horis que canonice nunciapantur auis mire pulchritudinis ⁊ decoris eā in dulciſſimis ⁊ ineffabilibus vocibus annis plurimis cōſolaretur. Elanguit enim multo tp̄e in lecto iacens. cumq; cōfeſſor queſiuit ab ea cuiꝰ auis vocem illa volucris videretur habere: rn̄dit nihil in terenis eſt qđ illius voci poſſit cōparari nec ſolis auribus delector in illis verūetiā interius trāſfunditur modulamen iſtius auis ⁊ ex eo ſpiritus meus ad delicias eternales deſiderātius delectatus excitatur.

**Quidā audiuit gaudia celi et etiā tormenta inferni. Exemplum.xv.**

Legitur in quodā libello de initio ordinis ciſtercieñ. ꝙ cū quidā monachus ciſtercieñ. tentaretur pro exitu ordinis ꝓpter eius aſperitatē apparuerunt ei pater ⁊ mater eius iā defuncti diſſuadētes ſibi exitum quibus cū nollet acquieſcere: dicēs ꝙ non poterat portare tantā penā dixit ei mater. ⁊ qūo vis portare penas inferni: ⁊ ille quia eſt grauior in inferno pena huiꝰ ordinis. ⁊ mater eiꝰ. Vis experiri aliq̄d de penis inferni. ⁊ ille ſic. Et ecce ſonus porcorū terribilis adeo ꝙ viſuz eſt ei ꝙ celū ſcinderet̄ ⁊ caput eiꝰ tunderetur: ⁊ cū quaſi deficeret ceſſauit ſonitus. ⁊ mater cōfortans eū dixit. Vis aliquid de gaudijs celi experiri. ⁊ ille ſic. ⁊ ecce cantus quidā dulciſſimus ⁊ ſuperabundans oēm dulcedinē muſicorū tūc mater ait ei. ſi vis ad gaudia paradiſi peruenire ⁊ euadere tormēta inferni perſeueres in ordine: ⁊ ſic fecit. nō eſt aūt incredibile q̄n ſit vlulatus ⁊ gemitus corporaliter futurus in inferno: ſicut cantus in celo.

**In diſci. de tempore.**

Gaudia celi ſunt magna: qđ oſtenditur in diabolo qui dixit qđ ſi eſſet ſtatura a terra vſq; ad celū clauis ⁊ roſarijs circūſepta libēter vellet aſcendere ⁊ deſcendere ⁊ ſe vulnerare. hoc quere in diſci. de tēpore ſermo. lxxxiiij. L.

Item monachus qui audiuit auiculā. ccccl. annis ⁊ videbantur ſibi quaſi due hore. hoc que. ſer. lxxxiiij. N.

Mulieres que pre deſiderio regni celeſtis infirmabantur. hoc quere ſer. lxxj. T.

Gaudia mundi.

**Maria interdixit virgini gaudia mūdi. Exemplum.xvj.**

Puella q̄dā narrauit dicēs ꝙ quadā nocte ei per viſionē ſancta dei genitrix virgo maria apparuit atq; coeuas eiꝰ in albis veſtibus puellas ei oſtēdit quibus cū illa admiſceri appeteret: ſed ſe eis adiūgere nō auderet: beate virginis marie ſemꝑ virginis eſt voce req̄ſita an vellet cū eis eſſe atq; in eiꝰ obſequio viuere. Cui cū eadē puella diceret: volo: ab ea protinꝰ mādatū accepit vt nil vltra leue ⁊ puellare ageret: a riſu ⁊ iocis abſtineret: ſciēs per oīa ꝙ inter eaſdē virgines q̄s viderat ad eiꝰ obſequiū die. xxx. veniret: q̄bus viſis in cūctis ſuis moribus puella mutata ē oēmq; a ſe leuitatē puellaris vite magne grauitatis deterſit manu. cūq; parētes eiꝰ mutatā eſſe mirarent̄ requiſita rē retulit quid eā beata dei genitrix iuſſerat vel qua die itura eſſet ad obſequiū eius indicauit. vñ poſt. xx. ⁊. v. diē febre correpta eſt. die aūt. xxx. cū hora eiꝰ exitus appropinquaſſet eādē genitricē dei cū puellis quas per viſionē viderat ad ſe venire cōſpexit. Cui etiā vocanti rn̄dere cepit ⁊ depreſſis reuerēter oculis aperta

voce clamãs. Ecce domina venio: ecce domina venio. In qua etiã voce ſpiritũ tradidit: ⁊ ex virgineo corpore anima habitura cũ ſanctis virginibus exiuit. Hec Greg. in dialo.

¶ Equitantes pompoſe terra abſorbuit.

¶ Exemplum. xvij.

Legitur in libro de donis ꝙ ſcđm conſuetudinẽ cuiuſdam ciuitatis iuuenes equitabant cum gaudio huius ſeculi tenentes laruas turpiſſimas ceteris chorizantibꝰ per villam. Quos plebanus in ambone pluries admonuit vt deſiſterent: ſed ipſi noluerũt verbis ſuis acquieſcere nec ſibi obedire. Et ecce ſubito in die feſtiuo in ſpecie virorũ ⁊ mulierũ maxima multitudo demonũ coniunxerat ſe illis et chorizauerunt cum ipſis. Tunc vulgo cantante cũ gaudio vox diabolica ſtatim audita eſt. Qui me amauerunt et mihi ſeruierũt modo mecũ erunt delicati homines mei ludis eſtis. vnde vt ſitis melius contra deum diſſoluti. Et ſubito terra aperta cum igne cunctos ſubito ad infernum abſorbuit tam cantantes q̃ȝ et chorizantes ſimiliter ⁊ equitantes.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Rex qui nunq̃ȝ riſit quoniam habuit gladium ante retro: infra: ſupra: a dextris ⁊ a ſiniſtris. Hoc quere in diſci. de tempore. ſermo. liij. P.

¶ Item quidam miles cogitauit de ſero infra ſe quo peruenit gaudium qđ hodie tota die habuimus ⁊ ſic compunctus religionem intrauit. quere ſer. xxxvj. F.

¶ Item filius comitis qui vidit cadauer patris ſui ⁊ ſic compunctus gaudia mũdi deſeruit. ſer. cxxxvj. N.

¶ Gratiarum actio. ſenex q̃ vidit aliquos comedere mel: aliquos panem: aliquos ſtercus. ſer. cxviij. L.

¶ Item religioſus ex cuius tactu veſtiũ ſanabãtur infirmi qui oĩa in bono accepit ⁊ deũ tam in aduerſis q̃ȝ in proſperis laudauit. quere ſer. cxij. M.

¶ Leena que pelles de feris portauit beato machario in ſignũ gratitudinis: quia illuminauit cecos pueros eius. Et etiam lupi reportauerunt quendã puerum qui extraxit os de ore lupi. quere ſer. cxxvij. H.

Gratia ſpirituſſancti.

¶ Gratia ſpirituſſancti facit hoĩes immobiles. ¶ Exemplum. xviij.

Iacobus de vitriaco dicit qđ vidit aliquas deuotas mulieres que extra ſe ſic rapiebãtur ꝙ per totã diẽ nõ erat in eis neq̃ȝ ſenſus in aliqua exteriora nec ad vllum clamorẽ poterãt excitari: nullã leſionem etiã ſi vehemẽter punirentur ſentirẽt. Item aliquam vidit q̃ .xxx. annis tanto zelo a ſponſo ſuo in clauſtro cuſtodiebat̃ ꝙ extra clauſtrũ nullus poterat ei eſſe egreſſus: etiã ſi mille hoĩes per manus eã trahere viderent̃. Multotiens exire conabat̃ a quibuſdã eam trahentibꝰ ſed fruſtra q2 citius rumperetur. itẽ vidit aliã deuotã mulierẽ que freq̃ter extra ſe duabꝰ vicibus rapiebat̃ que etiã me preſente pluſq̃ȝ ſepties fuit rapta vno die: ⁊ in quocũq̃ȝ ſtatu rapiebat̃ in illo permanebat immobilis ſcđm diſpoſitionem in qua rapiebatur: et ad ſe rediens tãto gaudio replebatur ꝙ plauſu corporali oſtendere cogebatur.

¶ Mulier quedam cũ puero cucurrit ad martyrium. ¶ Exemplum. xix.

Scribit zozimas de quadã muliere de domo currens ſic ad martyriũ feſtinabat vt domus ſue oſtium nõ clauderet: nec caput ſuũ vt mos eſt mulierum cooperiret: ſed paruũ puerum ſecũ velociter traxit ad martyriũ. Quam iudex vidẽs dixit. Apprehendite hãc mulierẽ et adducite mihi eã huc. cũq̃ȝ adducta fuiſſet dixit. Quo inquit infelix mulier properas tam feſtinanter? Illa ait. ad campũ in quo catholicorũ populus martyrizatur ego feſtino: vt ibi ꝓ fide moriar. ⁊ quo inquit paruulũ defers iſtũ? Rñdit vt et ipſe mecum martyrium conſequatur.

¶ Gula. ¶ Guloſi comedunt bufones et ſerpẽtes in inferno ꝓ eſca. ¶ Exemplũ. xx.

Miles quidã moriens de bonis male acquiſitis filium ſuũ hereditauit qui poſt mortẽ nocte quadam pulſauit ad oſtium dicẽs ꝙ eſſet dñs poſſeſſionũ illarũ exprimens nomen ſuũ: rogant vt intromittatur ⁊ puer vidit eũ per



feneſtram ⁊ cognouit et dixit. Certe dñs meus mortuus eſt nõ intromittam vos. Cumq̃ȝ pulſaret perſeuerando nouiſſime dixit. Defer piſces iſtos quibus veſcor filio meo ⁊ ecce ad portam illã ſuſpẽdo. Mane vero exeuntes inuenerũt in quodã ligamine multitudinẽ bufonum atq̃ȝ ſerpentũ.

¶ Magna inflammatio erit de corporibꝰ pinguium in inferno. ¶ Exemplum. xxj.

Legitur ꝙ erat quidã diues qui de ꝓprio corpore nimis ſolicitus reſoluebatur cibis ⁊ potibꝰ vnguentis balneis: lectis: indumẽtis: ornamẽtis honoribꝰ ⁊ diuitijs. Quia vero ſcđm curſum mũdi erat prudẽs ⁊ diſcretus factus eſt ⁊ ſeneſcalus regis francie: ⁊ tũc amplꝰ reſoluebat̃ delitijs intm̃ ꝙ eius pinguedo vix intra cutem poterat reſtringi cui cocus ſtudioſus ſeruiẽs dixit ſemel ei. O dñe mi q̃ȝ magna inflammatio tũc erit qñ veſtra pinguedo cremabit̃ igne infernali: que vera illa conſiderãs cepit dicere intra ſe. Vere ille dixit verum nã ⁊ caro mea cibus erit vermiũ. ⁊ lardus demonũ cũ erit corrupta ⁊ odita a deo: ſȝ nequaq̃ȝ ita erit Unde aſſumpta penitentia per carnẽ deo placuit per quã prius deum contempſit ⁊ offendit.

¶ Pallor et macies glorificant monachũ.

¶ Exemplum. xxij.

Legitur in vitaſpatrũ ꝙ quidã monachi venerũt ad abbatẽ heliã vt eis cũ erant pleni cogitationibus curioſis remedia adhiberet: vñ dicebat. fratres mei erubeſcite: q2 corpus noſtrũ q̃to eſt nitidus albꝰ ⁊ rubicũdus tanto anima deo plus fetet ⁊ iacet mortua. Nõ eñ pinguedo eſt deo grata ſed pallor abſtinentie ⁊ macies in humilitate vos deo gratificant.

¶ Religioſus quidã contra ordinẽ comedit carnes. ¶ Exemplum. xxiij.

Conuerſus quidã deſiderio carniũ tentatus atq̃ȝ ſuperatus cũ illas requirere erubeſceret: ſicut nec licuit die quadã aſſaturam bonã ſibi preparauit in celariũ intulit ⁊ comedit. erat eñ celarius de ordine premonſtratenſium. permiſſione igit̃ dei diabolus aliud facere nõ poterat guloſum illũ rapuit ⁊ in tecto cãpanilis in modũ veſtimenti ſparſit. vbi cũ hereret vel potiꝰ a diabolo ſuſtentaretur: q̃ datus fuerat ad terrendũ potius q̃ȝ ad occidendũ clamauit valde fratrum auxiliũ implorãs. Quem ibi herere cernentes cauſamq̃ȝ ignorãtes: ſatis mirati ſunt ⁊ turrim cũ feſtinatione aſcendẽtes tegulaſq̃ȝ incidẽtes per foramen illum retraxerunt. Hec Ceſa.

¶ Quidam in carniſpriuio nimis tarde comederunt carnes. ¶ Exemplũ. xxiiij.

Quidam monachi feria tertia cinerum in domo cuiuſdam ſecularis ſacerdotis cõuiuantes carnes diuerſas cũ vino exquiſito vſq̃ȝ ad mediam noctẽ fere comederũt: ⁊ cũ ſaturati eſſent nimis in ipſo gallicantu ſacerdos vocãs ſcholarẽ dixit ei. Certe adhuc comedemꝰ carnes: vade ⁊ affer nobis gallinã quã inuenies in ꝑtica iuxta gallũ ſedentẽ q2 ceteris pinguior eſſe cõſueuit ⁊ prepara nobis eam. quam cũ ſtrangulaſſet ⁊ ventre aperto manuq̃ȝ impoſita: cũ ſe oĩa inteſtina eius eijcere ſimul putaret magnũ bufonẽ extraxit: cuiꝰ motum cũ manu ſenſiſſet ⁊ proieciſſet; vidiſſetq̃ȝ q̃d eſſet repẽtino ſuo clamore oẽs aduocauit. videntes illi inteſtina galline in bufonẽ verſa confuſi a loco conuiuij receſſerũt intelligentes eſſe opus diaboli. Hec mihi vnus fratrũ illorũ q̃ interfuit: ⁊ vidit recitauit. Hec Ceſarius.

¶ Religioſus quidam morſello carnium quaſi ſuffocatus fuit. ¶ Exemplũ. xxv.

Monachus quidã cũ in quodã conuiuio ſecularium piſcibus veſceret̃ alijs vero carnes comedẽtibꝰ videns in ſcutella clerici iuxta ſe ſedentis carniũ aſſaturã ꝯcupiuit: immiſſaq̃ȝ manu morſellũ rapuit ⁊ quadã iocũditate in os ſuũ truſit mox iuſto dei iudicio idẽ morſellus in guttur inobedientis integer deſcendit ita mentũ eius obſtruens vt nullo conatu poſſet in os reuocari vel deglutiri. quẽ de menſa trahentes cũ iam euerſis oculis putaretur eſſe ſuffocatus quidã ex conuiuantibꝰ ex cuius ore hoc audiui pugno tam valido collũ eius ꝑcuſſit vt morſellus fixus exiliret ⁊ cognouerunt oẽs ꝙ

dolor ille atqꝫ cõfuſio pena peccati foret in nõ obediēdi propoſito. Hec Ceſarius.

¶ Tria ſunt grana que faciũt pulmētum optimi ſaporis. ¶ Exemplum.xxvj.

QUodā tpe milites quidā honeſti ac noiati: ⁊ alij ꝗ̃plures tam clerici ꝗ̃ laici viri diuites in eremo ſunt cõuerſi atqꝫ in ordine ꝯfortati quidam igitur ex ſecularibꝰ predictorũ militũ notus ⁊ amicꝰ victũ eorum quotidianũ quo in cõi cõuentu reficiebantur cõſiderās ait btē memorie dño Hilberto eoꝝ abbati: nõ ſufficio admirari ꝙ tales viri in ſeculo tam delicati oleribꝰ incõditis ipſa ⁊ lente pñt vti. Cui ille rñdit. Ego tria grana piperis appono quo eadē groſſa pulmētaria cõdiuntur, vt pene nihil in ſuis ſcutellis comedētes relinquāt. Mirāte illo ⁊ nõ intelligēte q̃ audierat abbas ſubiunxit di. Primũ granũ piperis ſunt longe vigilie matutinarũ. Scðm labor manuũ. Tertium vero deſpatio ferculi lautioris. ⁊ iſta ſunt tria grana quibꝰ appoſitis optimi ſaporis fiunt pulmētaria noſtra, ⁊ puto vehemēter ꝙ monachus peccet magis piſam ſuā ſiue lenticulā ꝓpter torſiones vel humores melācolicos vitādo ꝗ̃ nimis ex illis ſumēdo. Si eñ appoſita comedere noluerit: neceſſe eſt vt lautiora, vel appetat vel requirat. Si eñ data fuerit ex cõſuetudine puſillanimes ſcādalizat: ſi vero negata ante tpˢ deficiēt. Monachꝰ vacuo ventre nõ põt bñ ieiunare vigilare aut laborare. Hic eſt ꝙ btũs Ber. in quodā ſermone tales ſatis acriter reprehēdit dicēs. Cibaria noſtra nõ ſunt multũ cõfortantia: ⁊ ideo opꝫ nos ex eis ſumere ad ſaturitatē. Hec Ceſarius.

¶ Senex quidā patiēter comedit oleũ ex lini ſemine pro melle. ¶ Exemplum.xxvij.

QUidam ex ſenioribus factus eſt infirmus: ⁊ per multos dies nõ poterat vllam eſcam capere. Compulit autem euꝫ diſcipulus ſuus di. Si iubes inquit pater faciā tibi placentā paruam tuam: ⁊ ita fecit: erat autem ei vaſculũ paruum habēs mel: ⁊ aliud vas ſimile habēs oleum ex lini ſemine expreſſum: in alia re nulla hoc ꝓficiebat niſi forte in lucerna. Deceptus frater miſit in eſcā ſenis de illo: ſperans q̃ mel miſiſſet. Cum autē guſtaſſet nihil locutus eſt: ſed tacens comedit. Tertia vero vice cũ iterũ ſibi daret ⁊ guſtaſſet dixit illi. Non poſſum comedere fili. Ille autē tanꝗ̃ volēs exhortari eum dixit. Ecce abbas bona ſunt ⁊ ego comedaꝫ ex ipſis. Et poſtꝗ̃ guſtauit ⁊ ſenſit rem quā fecerat cecidit in faciē di. Ue mihi abbas qm̃ occidi te iſtud pctm̃ poſuiſti ſuper me: q̃ mihi locutus non es. Dixit ei ſenex. Fili nõ contriſteris propter hoc ſi eñ deus voluiſſet vt bona comediſſem tu mel miſiſſes ⁊ non hoc qð miſiſti.

¶ Capitulũ de. h. hoſpitalitas. ¶ Hoſpitalitas pauperũ ditat hoſpitē. Exēplũ.j.

FUit in roma vir vnus ⁊ bonus qui indifferenter hoies religioſos pauperes ad hoſpitiũ inuitabat. Cõtigit autē confecto ſenio depauperari rebus ⁊ anguſtiabat ꝙ ſolitā hoſpitalitatē habere nõ poſſet qm̃ ad vſus ſuos ſufficientiam non haberet. Cũqꝫ vna noctiũ anxius pro talibus iaceret in lecto ſemiuigilans: audiuit vocē dicentē ſibi. Uidi charitateꝫ tuam quā in exhibēda hoſpitalitate multo tpe infatigabiliter habuiſti: ⁊ per hanc vitā pauper deueniſti: volo ergo non ſolum in futuro remunerare: verũ etiā in preſenti. Loquere illi diuiti ⁊ de vinea tua q̃ melior eſt cũ vinea illius cambium facies. Ipſe eñ libenter annuet verbis tuis. Habita ergo illius vinea in medio illiꝰ aceruum fodies in profundũ. ⁊ ſub eo repenes qð romanis copijs eſt immiſſum: ad hanc ergo vocem cũ his non protinus obediret: ſecũdo ⁊ tertio admonitꝰ eſt. Tunc homo ille ad diuitē veniens obtulit cambiũ vinearum. Cui diues. Libenter inquit. ⁊ ꝗ̃uis tua melior mea eſt tibi ſoluā. Cui pauper. Uolo vt equo valore cambiũ fiat: ⁊ factũ eſt ſic. Mox pauper cum propria vxore et filio ⁊ duabus pariter filiabus ad aceruũ cum eis ad ſupradictam accedit vineā ⁊ incipiunt fodere cum ſpe magna. Cũqꝫ diu fodiſſent: nec adhuc effectus ſui ſignũ aliquod inueniſſent: ceperunt patri ſuo filius cum ſororibus inſultare quibꝰ pater ait. Nullo modo poſſum credere ꝙ fruſtra laboꝛ. Acerno igitur pater cauſa filijs viriliter inſiſtēs: tandē in profundũ interingentes lapides vas marmoreũ plenũ aqua: ⁊ in ore ipſius vaſis ollā vitream plenā balſamo: ⁊ in orificio olle pauperũ vnũ vas fictile: ⁊ in eo tres lapides pretioſas ſmaragdum: ſaphirũ: ⁊ baleſtũ ꝗ̃titatis nõ modice repererũt: nihil autē aquā in vaſe reputantes effuderũt eā que vt mox effuſa inſtrumēta quedā erea quibꝰ laborauerunt perfuſione cõtingeret colorem eris in pulcherrimā auri ſpēm cõmutauit. Erat ei aqua ex ſanguine ⁊ carnibꝰ baſilici in modum aque roſacee ꝑ ſublimationē factam qua ſolet ab alchimeiſtis aurũ fieri ſophiſticatum ſed hac aqua noluit deus dicti viri innocentiā miraculari ideo diffuſa diſparuit. Balſamo vero cũ dictus homo ad debilitatem vſus fuiſſet neſcius quaſi cõi oleo per dies aliquos integerrime viſum recepit. Et poſt cognito ꝑ preſbyterũ ſuuꝫ ꝙ eſſet balſamũ ineſtimabili vendidit precio: ⁊ pro lapidibus quos inuenerat precioſis pecunias copioſiſſimas ⁊ multas accepit: factuſqꝫ diues ⁊ inclitus glorificauit deũ: ⁊ poſt ſe filios ⁊ nepotes ſuos in multis copijs dereliquit. Hoc Guil. in libro de apibus.

¶ Diſcipulo de tempore.

¶ Hoſpitem quē diaboli cũ corpore ⁊ aīa arripuerunt. quere ſer. clxiiij. N.

¶ Item ruſticus q̃ habitabat in vna curia ſolitaria: ⁊ xp̄m in forma pauperis in domũ ſuā introduxit: quomodo ille pauꝑ pedes tranſfixos habuit. quere ſer. lxxix.

¶ Item quidā libenter hoſpitabat pauperes ⁊ peregrinos: ⁊ diabolꝰ furatus eſt ſibi pallium in forma peregrini vt ſic retraheret eum ab hoſpitalitate ⁊ impediret eum in ſalute. ¶ Humilitas.

¶ Opera humilitatis placent deo.

¶ Exemplum.ij.

SEnex Quidā erat ſolitariꝰ vacans in eremo ⁊ dicebat in ſemetipſo q̃ perfectus eſſet in virtutibus hic orauit deum di. Oſtende mihi quid deſit perfectioni mee vt faciaꝫ. Uidēs deus ex humilitate cogitationes eius dixit ei. Uade ad illum archimādritā ⁊ quicquid tibi dixerit facito. Reuelauit deus archimandrite anteꝗ̃ ille veniret ad eum di. Ecce ille ſolitarius veniet ad te dic ergo ei vt tollat flagellum ⁊ paſcat tibi porcos. veniens ergo ſenex pulſauit ad oſtium ⁊ ingreſſus eſt ad archimādritā illũ: ⁊ cum ſe ſalutaſſent cõſederũt ⁊ dixit ei ſolitarius iſte q̃ venerat. Dic mihi qd̃ faciā vt ſaluꝰ fiam? Et ille dixit. Facies quodcũqꝫ dixero tibi. Et rñdit etiā ⁊ di. Ecce tolle flagellum ⁊ vade paſcere porcos. Hi autē q̃ non nouerāt ⁊ audierant de eo cũ vidiſſent ꝙ porcos paſceret. dicebant: vidiſti illũ magnum ſolitariũ de q̃ audieramus ecce ſtupuit cor eius ⁊ a demonio vexat̃ ⁊ paſcit porcos. Uidēs autē deus humilitatē eius: q̃ ibi patiēter ſuſtinebat opprobria hoim̃ precepit iterũ redire ad ſuum locum.

¶ Maria docuit carthuſiē. triplicē gradũ humilitatis. ¶ Exemplum.iij.

LEgitur ꝙ in ordine chartuſieñ. fuit quidam frater probabilis vite incorruptus corpore: ita vt per ſomnium nunꝗ̃ fuit illuſus. Huic in extremis laboranti cum fratres aſſiſterent prior qui affuit precepit ei ⁊ ait. vñ ſe deo magis placuiſſet cõſiderare ⁊ rñdit. Rem difficilem poſtulas pr̄ quā nullo modo dicerem niſi obedientia cogeret ego, ab ineunte etate multa flagella ſatane perpeſſus ſum. verũtamē ſecundum multitudinem dolorum meoꝝ corde meo conſolationes xp̄i ⁊ beate Marie virginis letificauerunt animā meā. quadam die cum nimium eſſem afflictus apparuit mihi beata virgo Maria ⁊ ait. Uidi afflictionem animi tui ⁊ veni in auxiliũ tuum ecce offero tibi de theſauris filij mei triplicem gratiam humilitatis per quam aduerſarium tuum vincere poteris ⁊ deo placere poſſis: volo ergo vt humilieris in victu: in veſtitu: atqꝫ in actu. cibos appetas viliores: ⁊ pānos īduas groſſiores abiecti oraqꝫ miniſteria q̃ alij dedignant̃, tu ꝓ magno honore ⁊ lucro ſuſcipias. Et his

dictis diſparuit beata virgo ⁊ verboꝝ effi
catiam cordi meo impreſſi vt ſic facerē. vt
beata virgo me docuit.

Corinſius quidam ſimilis fuit beato
Antonio. Exemplum. iiij.

Beatus Antonius in cella
propria ſua dū oraret venit
ad eum vox dicens. Antoni
necdū ad menſurā coriarij
iſtius qui eſt in alexandria
perueniſti. Quo audito ſe-
nex ſurgens mane arrepto baculo feſtinꝰ
in alexandriā venit. Cūq ad deſignatum
hominē ingreſſus ille viſo tanto viro ob-
ſtupuit. cui ſenex dixit. refer mihi opa tua.
ppterea a te de deſerto veni, q̄ rn̄dit. Ne-
ſcio me aliqn̄ boni aliqd perpetraſſe niſi
cum ex cubili meo ſurgēs mane anteq̄ in
opera mea reſideā dico vt oīs ciuitas hec
a minore vſq ad maiorē ingrediat in re-
gnum dei ppter iuſtitias ſuas. ego autem
ſolus ppter meā culpā ingrediar ſempi-
ternam: qd verbū anteq̄ quieſcam ſero ex
corde meo recenſo veraciter. qd audiens
beatꝰ Anto. rn̄dit ei. Fili ſi tu es bonus
artifex ſedēs domo tua cū requie regnum
dei adeptus es: ego velut ſine diſcretione
omne tempus meū in ſolitudine conſum-
pſi: necdū verbi tui aſſumpſi menſuram.
Hec in vitaſpatrum.

Senex ſimulabat ſe ſtultum ne hono-
raretur ab hominibus. Exemplum. v.

Senex quidam erat in inferioribus
partibus eremi ⁊ ſedebat quiſcens
in ſpelunca: vnus autem ſecularis
miniſtrabat ei. Contigit autē filius cuiuſ-
dam ſecularis infirmaret. multis ergo pre
cibus poſtulabat ſenem vt veniret ad do
mum ſuā vt faceret orationē pro infante
⁊ ſurgens ſenex ambulabat cū eo. Ille au
tem preceſſit eum: ⁊ ingreſſus domū ſuam
di. Venite in occurſum anachorite quos
cū ſenex vidiſſet de longe egreſſos cū lam
padibus: ſenſit q ad ſe venirent ⁊ ſtatim
deſpolians veſtimenta miſit ſe ad flumē:
⁊ cepit lauare ſtans nudus. Ille autē qui
miniſtrabat ei videns erubuit: ⁊ rogauit
hoīes dicēs. Reuertimini: ſenex eñ noſter
ſenſum perdidit. Veniens autē ad eum di
xit illi. Abbas quid hoc eſt qd feciſti? oēs
qui te viderūt dixerūt q demoniū habet
ſenex. cui ſenex reſpondit. Ego hoc volebā
audire. Hec in vitaſpatrū.

Theodoſius imperator viſitauit mo-
nachū: ipſe fugit de loco ne honoraret ab
hominibus. Exemplū. vi.

Fuit quidā monachꝰ in conſtan-
tinopoli temporibꝰ theodoſij im-
peratoris qui habitabat in parua
cella foris ciuitatē. audiēs imperator q ibi
eſſet quidā monachus q̄ nunq̄ egrediebā
tur de cella: cepit deambulādo pergere ad
eundē locū vbi erat ſupradictꝰ monachus
pcepitq ſequentibꝰ eunuchis vt nullꝰ ap
proximaret cellā monachi illius. Ipſe au-
tem ſolus perrexit: pulſauitq ad oſtiū cel
lule. ſurrexit autē monachꝰ ⁊ aperuit ei: et
non cognouit eū qd eſſet impator. Tule-
rat enim ſibi coronā de capite ſuo vt non
agnoſceret. Poſt orationem autē reſide-
runt pariter. ⁊ interrogauit eū imperator
dicens. Quomodo ſancti patres degūt in
egypto? Reſpondēs monachꝰ ait. Omnes
orant deū pro ſalute veſtra. Aſpiciebat au
tem impator intente cellulā ipſam: ⁊ nihil
in ea vidit niſi paucos panes ſiccos in ſpor
ta. dixit ei. Da mihi benedictionē abbas:
vt reficiamus. Statimq feſtinauit mona
chus: ⁊ ſal ⁊ buccellas immiſit in aquā: et
comederūt pariter: porrexit ei calicē aque
⁊ bibit. tunc theodoſiꝰ imperator dixit ei.
Scis quis ego ſum? rn̄. monachus ⁊ dixit.
Neſcio q̄s ſis domine. Dixit ei. Ego ſum
theodoſius imperator: ⁊ ob deuotionem
tuam veni huc. hoc cum audiſſet mona-
chus proſtrauit ſe ante illū, ⁊ ille dixit ei.
Beati eſtis vos monachi qui ſecuri ⁊ libe
ri de negotijs ſeculi tranquilla ⁊ quieta
perfruimini vita: ⁊ ſolummodo de ſalute
animarū veſtrarū habetis ſolicitudinem
quomodo ad vitā eternā ⁊ ad celeſtia pre
mia peruenire poſſitis. In veritate enim ti
bi dico qr certe in regno natus ſum: ⁊ nūc
in regno, dego. ⁊ nunq̄ ſine ſolicitudine
cibū capio. Poſt hoc autē valde honorifi-
ce ſalutauit eū imperator: ⁊ egreſſus eſt
ab eo. Eadem autē nocte incepit intra ſe
cogitare famulus dei dicens. Quoniā non



oportet me iam in hoc loco eſſe. multi eñ
non ſolū de populo: ſed etiā de palatio et
ſenatoribus q̄plurimi exēplū impatoris
ſecuti ad videndū me venturi ſunt: ⁊ hono
rem mihi tanq̄ ſeruo dei defendēdo non
ceſſabūt: ⁊ illi ſiquidē hoc ppter nomē dn̄i
facturi ſunt. Ego autē timeo ne forſitā ma
lignus diabolꝰ mihi ſurripiat: ⁊ libēter in
cipiam eos ſuſcipe: ⁊ cōdelectēt cor meum
laudes ⁊ honores eorū: ⁊ p hoc iam inci-
piam veritatē humilitatis pdere: ⁊ laudes
atq honores hoīm appetere. Hec igit oīa
homo dei ſecū cogitās: eadē nocte fugit
inde: ⁊ perrexit in egyptū ad ſanctos pa-
tres in eremū. Itaq cōſideremꝰ dilectiſſi
mi cū q̄ta ſolicitudine virtutē humilita-
tis cuſtodire famulꝰ dei ſtuduit: vt in cele
ſti regno eternā gloriā p labore ſctē vite
ſue ppter quā exercuerat percipere a dn̄o
Ieſu xp̄o mereret. Hoc in vitaſpatrū.

Macharius cum humilitate vicit dia-
bolū. Exemplum. vij.

Abbas macharꝰ cum diluculo
ad cellā ſuam reuerteret: occur-
rit ei diabolus cū falce volens
eum percutere: ſed non valebat
⁊ exclamās ait. Magnā vim pa-
tior a te machari: q̄ cum cupiā tibi nocere
nō valeo. oīa q̄ tu facis ego magis expior.
Ieiunas interdū. ego autē nunq̄ vllo ci-
bo reficior: tu ſepe vigilas me nunq̄ ſopor
oppreſſit: ſed vna re me vincis: ipe pfiteor.
Cūq ab eo rem ipſam queſiuiſſet: qr oſtē
dit. In humilitate tua ſola vincis me. Et
hoc dicens euanuit. Hec in vitaſpatrum.

Humilitas precellit alia bona opera ⁊
exercitia. Exemplum. viij.

Holcoth in libro ſapientie. c. vij.
narrat, de quodā rege q̄ nunq̄
permiſit ſibi in alijs vaſis mi-
niſtrari niſi de luto factis. Cum
enim a quodam familiari inter
rogaretur cur illud faceret: reſpondit q q̄
uis eſſet iam rex ſicilie: fuit tamen filꝰ cu
iuſdam figuli: vt haberet memoriam ge-
neris ſui: ne propter ſtatum regiū ſuperbi
ret ordinauit q ſibi in vaſis fictilibus ſiue
luteis ſeruiretur.

Humilitas plus placet deo q̄ ieiuniū.

Exemplum. ix.

Narrauerūt de alio ſene q̄ per
ſeuerauit ieiunans. lxx. hebdo
madas ſemel i hebdomada re
ficiens. Hic poſtulabat a deo
de quodam ſermone ſcriptura
rum ſanctarū ⁊ nō reuelauit ei deus. Di-
xit ergo in ſemetipſo. Ecce tm̄ laborē con
ſumpſi ⁊ nihil pfeci: vadā ergo ad fratrē
meū ⁊ requirā ab eo. Qui cū egreſſus clau
ſiſſet oſtium vt abiret miſſus eſt angelus
dn̄i ad eū dicēs. lxx. hebdomade quas ie-
iunaſti nō te fecerunt proximū deo: nūc
vo qn̄ ita hūilitatus es vt ad fratrē tuū
pergeres miſſus ſum tibi indicare ſermo-
nē. Et aperiēs ei de re quā petebat: diſceſ
ſit angelus. Hec in vitaſpatrū.

In diſcipulo de tempore.

Quidā raptus in agone ⁊ reuerſus di-
xit qd nullus ſine humilitate ſaluat. Hoc
quere in di. de tempore ſer. xxxj.

Ieiunium. Capitulū. de. I.

Iuuenis delicatus quidam nunq̄ ieiu-
nauit. Exemplum. j.

Contigit ſemel cū magiſter.
Iordanus veniſſet bono-
niam q fratres dixerunt ei
de quodā nouitio turbato
ad exitum. Fuerat namq
adeo delicatus ⁊ ſingularis
vite in ſeculo in veſtibus in lectis ornamē
tis: cibis, ludis ⁊ ceteris delectationibꝰ car
nis q neſciebat quid eſſet afflictio, ⁊ angu
ſtia ſpūs: niſi q̄tum ſe ſtudio literarū ap-
plicabat in quo tantū profecerat vt in ſe-
quenti anno poſſet cōuentuari nanq̄ infir
matus fuerat nunq̄ niſi paraſceuē ieiuna
bat rariſſime ille a carnibus: niſi in ſextis
ferijs abſtinebat nunq̄ cōfeſſus fuerat: ⁊
eorū que dicūtur in eccleſia nihil niſi pter
orationē dn̄icam ſciebat. Hic quodam die
cū veniſſet ad fratres ex mera curialitate
cum negare neſciret ordinē eſt ingreſſus
licet mox penituit eū ⁊ oīa q̄ videbat ⁊ ſen
tiebat ſibi quaſi mox altera videbant. co-
medere nō poterat aut dormire ⁊ lꝫ in ſecu
lo vir fuiſſet iratus: intm̄ ſuccendit eū ten
tatio q ſuperiorē qui eū ad ordinē traxe-

rat percutere voluit cum pſalterio ꝙ tenebat. ſic igit̃ tentatũ magr̃ Jordanus inueniens eundũ fratrẽ audiẽs ꝙ Theobald⁹ vocaret̃ cepit eũ cõfortare ex ipſo noie di. Theobaldus v̾o quaſi tẽdẽs ad alta poſt aliqua monita ducens euz añ altare beati Nicolai monuit eũ vt flexis genibus diceret. Pater nr̃: nullã em̃ aliã oꝛonẽ ſciebat: ille vero poſitis manib⁹ ſup caput eius cepit toto corde ſuo ꝛ affectu dñm depcari vt oẽm tentationẽ auferret ab eo. Dum igit̃ multũ in oꝛone protẽderet videbat̃ nouitio quandã dulcedinẽ in mentẽ eius ſubintrare paulatim: ꝛ quandã cordis ſentire mutationẽ. Eleuatis deniq̃ manibus a capite viſum eſt vt poſtea plurib⁹ retulit. ꝙ due manus ſtringentes cor ei⁹ ſubito eleuaretur mẽte: ꝛ animus ei⁹ in magna trãquilitate et dulcedine remaneret remãſit aũt adeo conſolatus ꝛ feruens: vt multos laboꝛes ſuſtineret in oꝛdine: ꝛ plura vtiliter faceret in eodem.

Jeſus.

Nomen Jeſus curat febꝛes.

Exempluz .ij.

Legit̃ de quodã fratre oꝛdinis minorum q̃ multa miracula de noie Jeſus audiens: cũ acceſſio febꝛis eum affligeret: hoc nomẽ Jeſus ſcripſit in aquã ꝛ eã bibit ꝛ ſtatim eũ febꝛis dimiſit: hoc aũt contigit in hibernia.

Nomen Jeſus expellit demones.

Exemplum .iij.

Sanctus Ber. cũ ſemel apud mediolanum eſſet: ꝛ quedã demoniaca ei oblata eſſet vt eã curare vellet demon corã multis aſtantib⁹ dixit. O q̃z libẽter de hac anicula mea exirẽ: ſed dñs nõ vult vt exeã. Cui Ber. ait. Quis eſt ille dominus? Cui demõ. Creatoꝛ oim̃. Cui ſan. Ber. Vidiſti ne eũ vnq̃? Cui demon. Vidi eũ in gloꝛia. Cui ſanctus Ber. Velles illuc redire? At ille miro mõ cachinãs ait. Tarda hoꝛa abijt. Tũc. ſ. Ber. p̾cepit ei vt in nomine Jeſu xp̃i exiret. Tũc demõ ait. O nomen terribile iam me cogis exire: ꝛ hoc dicto ſtatim exiuit.

Nomẽ Jeſus liberat hoiez a periculis.

Exemplum .iiij.

B Beatus Patricius cũ per hiberniã predicaret rogauit dñm vt ſignũ oſtenderet per qđ peruerſi hoies territi penniterent. Et ecce pute⁹ ſubito maximus apparuit. Reuelatũ eſt ei vt ibi locus purgatoꝛij eſſet in quẽ ſi q̃s vellet deſcendere: alia pena ſibi non reſtaret. Hoc audientes multi ingrediebantur qui nũq̃ reuertebant̃. Et ecce vir q̃dam noie Nicolaus multa pctã ↄmiſerat in illũ puteũ deſcendit vt pro ſuis pctis peniteret. ꝛ ecce inuenit quoddã oꝛatoꝛium albis monachis plenũ q̃ ſibi dixerunt: cõſtans eſto: q2 tẽtamenta multa te ſuſtinere opz. Cũ autẽ ille requireret: q̃d ↄ hec tentamenta remedij hr̃e poſſet. rñderũt. Cũ te penis affligi ſenſeris protinus clama. O Jeſu xp̃e miſerere mei. ꝛ ille ab eis diceſſit ſubito demones ſibi tanq̃ beſtie occurrerunt mugientesq̃ eũ: ſed cũ territus ſtaret: recoꝛdatus conſilij dixit. Jeſu xp̃e adiuua me: ꝛ ſtatim beſtie euanuerũt. Progrediens aũt ab inde vidit maximũ ignẽ in quẽ cũ per demones ꝓiectus fuiſſet exclamauit. Jeſus adiuua me: ſubito ignis extinctus eſt. Profect⁹ vltra vidit vnũ puteũ ꝓfundũ de quo exibat fumus ꝛ clamoꝛ maximus: ſed cũ in illũ ꝓiectus fuiſſet exclamauit. Jeſu adiuua me ꝛ ſtatim ab illo liberatus eſt. Tandẽ vnũ ſtrictum pontẽ vidit cũ magno terroꝛe quẽ debebat tranſire: ſed nõ potuit. Tandem ponẽs vnũ pedẽ ſuper põtẽ dixit. Jeſu adiuua me: ꝛ ſic ad quẽlz paſſum dixit quouſq̃ vltra pontẽ venit. Quo trãſito peruenit ad pulcherrimũ pratum in quo ſtabat varietas diuerſoꝝ floꝝ a quibus magna ſuauitas ꝓcedebat: ꝛ vidit duos iuuenes albis veſtibus indutos q̃ ipm̃ in vnã pulcherrimam duxerũt ciuitatẽ: que fuit munita ꝛ tota conſtructa lapidibus p̃cioſis: dixerunt illã ciuitatẽ paradiſum eſſe. Qui poſtmodũ ad vitã rediens .xxx. dieb⁹ peractis: ad paradiſum celi per inuocationem dñi noſtri Jeſu xp̃i feliciter peruenit.

Nomẽ Jeſus indulgere facit inimicis.

Exemplum .v.

Legitur in libro de donis ꝙ quedã mulier placari non poterat: in cuius fronte nomẽ Jeſus vir eius cõſcripſit: ꝛ mox charitatiue emulis ſuis offenſam remiſit.

Obſtinatus quidam amoꝛe Jeſu indulſit inimicis.

Exemplum .vj.

Uit quidã obſtinatus cui cũ diceretur ſemel remitte rancoꝛes pro deo: ꝛ inimicitias tuas. Ait Nec pro deo: nec pro diabolo ad hoc induci poſſum: ſi deberẽ eſſe perpetuo in inferno. Et acceſſit frater ad eũ cũ deuotione ꝛ in fronte eius cũ digito ſcripſit. Jeſus nazarenus. Et ſtatiz peccatoꝛ incepit gemere, ꝛ ait amoꝛe Jeſu totum dimitto.

Nomen Jeſus multas virtutes cõfert.

Exemplum .vij.

Uidam iuuenis deuotus ꝛ innocens deum oꝛauit ſibi dare amorem dei vt ſic continue ferretur in deum. Cui angelus dñi foliũ taliter conſcriptum dedit: Jeſu xp̃e fili dei viui: propitius eſto mihi peccatoꝛi: dicendo ei. Aperi os tuum: ꝛ comede hanc ſcripturã cuius virtute demones vincuntur: celi aperiunt̃: peccata tolluntur: trinitas ſancta attrahitur: ꝛ angeli dei deuote famulant̃. quo facto oĩa ꝛ ſingula mox expertus eſt: ſicut infoꝛmatus.

Nomen Jeſus liberauit clericum a latrone.

Exemplum .viij.

Uit quidaz clericus lubꝛicus ꝛ vitioſus. hic cuz vellet ire ad ſuũ ſcelus perpetrandũ: contigit eum tranſire nocte quadam per ſyluam in qua latro latitabat qui nemini pepercit quin eum occideret vel ſpoliaret. Hic aũt cum audiret tranſire: tunc dixit ei. Quis es tu qui hic tranſis? Clericus rñdit. Ego ſum pauper ſeruus ieſu xp̃i. Pre timore enim nimio neſciebat q̃d rñderet. Tũc iterum latro. Ego dico tibi quis es tu. Rñdit clericus. Ego ſum indignus ſeruus Jeſu chꝛiſti. Latro vero tertio queſiuit: quis es tu. Tunc clericus reſpõdit quod eſſet inutilis ſeruus ieſu chꝛiſti. Et ſic latro intra ſe cogitauit: cuius ſeruus es tu: et ipſe dixit clerico. Propter nomen Jeſu vade in pace. Et ſic latro ruminando intra ſe dixit. Jeſus: Jeſus: Jeſus. Ecce virtute nominis Jeſu latro conuerſus eſt: ꝛ poſtea latrociniũ ꝛ homicidiuz non perpetrauit: ſed de mane ſtatim cum magna deuotione venit ad eundem clericum: quia erat plebanus vicinioꝛ huius ſyluę: petẽs vt audiret confeſſionem eius. Plebanus v̾o audiens eum multa latrocinia perpetraſſe dixit. O peccatoꝛ vnde tibi hec cõtritio qui tot mala commiſiſti? Reſpondit latro. Hac nocte quidam qui tranſiuit per ſiluaz quẽ cum vellem ſpoliare: dixit ſeruus ſum Jeſu xp̃i quẽ dimiſi ꝓpter nomẽ Jeſus. Tandẽ nomẽ Jeſus replicãdo ꝛ iure triplicãdo ſuz cõtritus ꝛ ↄuerſus: ꝛ non ero decetero ſeruus diaboli: ſed Jeſu. Plebanus dixit. Ego ſum qui pertranſiui ſyluam. Benedictum ergo ſit nomen Jeſus quod me a periculo liberauit: ꝛ te iuſtificauit: ꝛ ego de cetero ero vtilioꝛ ſeruus Jeſu xp̃i: q2 amodo peccatũ moꝛtale ſcienter non cõmittã.

Nomen Jeſus vicit tentationes.

Exemplum .ix.

Uidaz homo pius q̃ hãc conſuetudinem habuit: quod quotienſcunq̃ diabolus ſibi aliquam ingerebat tentationem: iuit ad locum oꝛationis ꝛ inuocauit deum dicens. Jeſus dulcis miſerere mei ꝛ adiuua me. Et ſic ſtatim diabolus receſſit ab eo. Et ſemel audiuit vnus ſanct⁹ pater ꝙ demon dicebat ꝙ ipſi diaboli maxime repellerentur per hoc nomẽ Jeſus.

In diſcipulo de tempoꝛe.

Uir quidam cum vxoꝛe ſua volentes ſeipſos ſuſpendere pꝛe triſtitia: ꝛ ſimul bibeꝛunt in nomine Jeſu: ꝛ ſtatim fugati ſunt demones: ꝛ ceſſauit periculoſa tẽtatio. hoc quere in diſci. de tempoꝛe. ſer. xix.

Indulgentie.

Maria obtulit filium ſuum cruce ſignatis.

Exemplum .x.

Legitur in libro de donis ꝙ predicãte quodam viro dei in platea indulgentias papales ⁊ virtutem ſancte crucis: mox diuinitus beata virgo Maria apparuit cruce ſignatis eis filium propriũ in pretium ⁊ premium exhibendo.

¶ Miles quidam petiuit mori in ſancta terra. ¶ Exemplum.xj.

Miles gallicus cruce ſignatus viſitatis ſanctuariijs: ⁊ chriſti veſtigijs in monte oliueti ait. Domine qui pro ſalute generis humani tuum precioſiſſimum ſanguinem fudiſti in hac ſancta terra vbi tua veſtigia vt valui viſitaui: rogo vt in pace ſuſcipias ſpiritum meum: quia ad te aliter nequeo volare. Quo dicto feliciter expirauit.

¶ Cruce ſignatis chriſtus remittit peccata. ¶ Exemplum.xij.

Legitur quod cum quadam vice frater ordinis predicatorũ predicaret crucẽ: beata virgo Maria viſa eſt cum filio ſingulorũ cruce ſignatorum lintheo fulgido maculas peccatorũ abſtergendo et chriſto etiam ſingulis benedicente: et dicente remittuntur tibi peccata tua: ⁊ ego ero protector in preſenti: et merces tua in futuro.

¶ Quidam in extremis oſtendit ſe cruce ſignatum: ⁊ diabolus fugit ab eo.

¶ Exemplum.xiij.

Miles quidam magnus peccator volens remiſſionem peccatorum ſuorum conſequi crucem ſuſcepit. Cui infirmanti diabolus apparuit dicens quod ſuus eſſet. Cui miles. Non ſum: quia confeſſus ſum: ⁊ crucem ſuſcepi. quã illi oſtendit in ſubtunicula dicens. Ecce in ſignum ſancte crucis ad defenſionem fidei ſuſcepi: quo viſo diabolꝰ citius euanuit ab oculis eius.

¶ Filius pro anima patris crucem aſſumpſit: ⁊ ſic eam liberauit.

¶ Exemplum.xiiij.

Frater quidã predicauit indulgentias crucis: ⁊ ꝙ etiam parentibus defunctis valerẽt. Unde quidam iuuenis vt anima patris ſui a purgatorio liberaretur: crucem ſuſcepit. cui dormienti vox rñdit. dormis ne fili? cui filius. Quiſnã es tu? ⁊ ille. Ego ſum pater tuus: ⁊ benedicta hora qua te genui: propterea quod abſolutus a purgatorio celum aſcendo virtute crucis quam pro me ſuſcepiſti.

¶ Indulgere proximis.

¶ Miles quidam alteri militi indulſit occiſionem patris: ⁊ crucifixus amplexabatur eum. ¶ Exemplum.xv.

Erat quidẽ miles q̃ occidit patrem alterius militis: ⁊ filius eius queſiuit opportunitatẽ quõ poſſet vindicare patrem ſuum. Et contigit ꝙ in die paraſceues ille miles tranſiuit ſine armis: quem alius inſecutus eſt volens eum occidere: tũc ille proſtrauit ſe ante pedes eius dicens. Propter mortẽ domini noſtri Jeſu chriſti quam pro nobis omnibus hodie ſuſtinuit indulge mihi ꝙ patrẽ occidi. Tunc ille compũctus dixit. Propter mortem domini noſtri Jeſu chriſti ignoſco tibi. Et leuauit eum de terra: ⁊ in ſignum reconciliationis oſculatus eſt eum. Cũ idem miles eccleſiam intraret: ⁊ cum ceteris crucifixũ Jeſu chriſti oſcularetur: tũc crucifixus amplexatus eſt eum dicens. Quia hodie indulſiſti iſti militi ꝓpter me qui patrẽ tuũ occidit: ideo hodie indulgeo tibi oĩa peccata tua: ⁊ in ſignum recõciliationis oſculor te in maxilla tua. Quod videntes circumſtantes glorificauerunt dei bonitatem ⁊ miſericordiam.

¶ Nobilis quidã indulſit homicidiũ fratris ſui: ⁊ crucifixus ſibi inclinauit caput in eccleſia. ¶ Exemplum.xvj.

Nobilis quidã fratrẽ ſuũ Güthezũ noĩe a quodã nobili occiſuꝫ ꝑdiderat. Et fugiente de patria occiſore cõtigit vt nobilis ille cũ multo comitatu ꝑgere profectꝰ impremeditate in agro occurreret occiſori: qui mox extracto gladio vbi inimicũ experijt in terrã proſtratꝰ occiſor clamauit: miſerere mei nobiliſſime vir pro illo qui tui miſertus eſt: ⁊ q̃ mundũ iſtum ſua morte redemit. Repente nobilis animꝰ in lachrymas reſolutus illã quã extenderat retraxit manum: ſed cũ ignauie aſcriberetur a ſuis: iterũ manũ extendit in proſtratum reus ad remiſſionẽ oĩm pctõrum veniam petijt. ſecũdo manũ depoſuit. tertioq̃ increpatus a ſuis cũ mortẽ tertio attentaret ⁊ miſer ille ob euaſionem mortis ꝓpter anguſtiã quã oĩs caro in extremo iudicio eſſet perpeſſura veniã precarẽ. Rñdit nobilis gñc: ſed nobilior mente. Et ego inquit tibi prorſus mortẽ fratris indulgeo. Nec mora eadem die cũ audiret miſſam eccleſiam ingreſſus vbi corã imagine crucifixi tertio flexit genua: viſꝰ eſt a q̃dã ſancto viro ad ſingulas genuflexiões nobilis illius crucifixus caput ſuũ humiliter inclinare ſeorſum ergo vir ſanctus ille q̃ ſolus hec viderat nobilẽ euocatũ q̃s eſſet interrogauit. ⁊ ille miles. Miles inquit dicor in terra in qua natus ſum. Et rurſum ille. Dicas inquit chariſſime: nil celes in quo cõſidis te magis diuinã miſericordiam meruiſſe. Tunc miles inquit. Peccator ego ſum ⁊ ſeculo deditus: ⁊ nullo prorſus niſi hodie forſitan: ⁊ ſic qđ actũ eſt retulit. Mox ille quicq̃d vidiſſet exponens ad actum vite gratioris ⁊ meriti nobilẽ exhortatur. hec Guillelmus.

¶ Chriſtus noluit indulgere defuncto niſi prius peteret veniam a fratre ſuo quem offendit.

¶ Exemplum.xvij.

Prouincialis romane prouincie ordinis predicatorũ monebat fratres ſue prouincie vt ſibi cauerent diligenter ab alterutrũ turbatione. Et hoc exemplũ ſibijpſi factũ retulit dicens: cũ quidã frater olim turbaſſet me minus iuſte: ⁊ poſt paucos dies diſceſſiſſet ab hac vita: me nõ placato: quadam nocte in ſomnis apparuit: ⁊ cum a me peteret veniã: ⁊ recordarer ipm defunctũ dixit. Uade frater ⁊ pete veniam a dño Jeſu xpõ. in cuꝰ manus es. Qui recedens a me cum peteret veniaꝫ a xpõ vt dixeram ei. rñdit dñs Jeſus. Nunq̃ cõcedo tibi veniam niſi prius impetres ab eo quem offendiſti. Uñ rediens ad me eadẽ nocte ⁊ verba xpĩ renunciãs iterũ veniam petijt ⁊ accepit: ⁊ dixit mihi. Uide frater nicolae q̃ malum eſt offendere fratrem: ⁊ quam graue ſit non placare. Hec in vitaſpatrum.

¶ Frater quidam fuit odio inflammatus contra procuratorem conuentus.

¶ Exemplum.xviij.

Fuit rome quidam frater ordinis predicatorum: q̃ valde dure tractabat procuratorẽ conuentus: cui ad pacificandum conſuum iunxit prior cui hec retulit ſeptem pater noſter dic pro illo. q̃ ex hoc magis ad illũ procuratorẽ turbatꝰ eſt ⁊ maiori odio inflammatus. Quadam igitur die infirmatus ſubito factus eſt q̃ſi mortuus: ⁊ ex improuiſo cepit maledicere fratribus ⁊ ordini ſuo. Tandẽ orantibꝰ fratribus ait. Mater dei: mater dei adiuua me. viſum aũt erat ſibi vt ipſe retulit ꝙ in igne ardentiſſimo ꝓpter iracundiã ſuã poſitus erat. ⁊ ideo propter penas intollerabiles deſperans blaſphemaſſet. Precibus aũt fratrum ad inuocationem beate Marie virginis reſtitutus eſt vite priſtine ⁊ in augmentum veritatis excoriatus fuit totus. Hec in vitaſpatrum.

¶ Plaga illius qui noluit indulgere.

¶ Exemplum.xix.

Venerabilis Jacobus de vitriaco crucem hieroſolymitanam ſalutẽ multorũ in brabantiam predicauit. Contigit aũt vt pacificaretur quadam die mortales inimicitias erga iniuriantẽ nihil proficerent iniuriam paſſus primo ſimpliciter demũ ꝓſtratus pedibus eius ſemel iterũ ⁊ tertio cum multitudine populi preſente rogaret vt pacificaretur in rebellem. cõuerſus aũt ad populum dixit palam omnibus. Conteſtor vos ⁊ qui ſpernit nos: ſpernit ⁊ euꝫ qui miſit nos. Rogate ergo dominum vt tale ſignum oſtẽdat in homine obſtinato: quo cunctis pñtibus pateat eũ hoſtiliter contra ſe in retentionẽ odij contra proximum hoc egiſſe nec mora vt vir ſanctus

orationem expleuit: miſer ille reuerſis oculis ſemel iterum ⁊ tertio in terram corruit oreqꝫ cruorē ſpumā et ſanguinē horroris maximū ſpectaculū ⁊ piaculū oībus prebuit. Tūc flente populo reuerēdus vir fuſa prece proſtratū erexit ꝙ mox integerrime ſanatus cum lachrymis veniā petiuit: ruenſqꝫ in oſcula eius quē ipſe offendit: ⁊ ſic ad lachrymas ⁊ ad laudē chriſti omniū corda promouit. Hec Guillielmus.

Nullus debet gaudere de interitu inimici ſui. Exemplum .xx.

Cum per exēpla beati Bened. multi ſeculo renūciantes in laudē dei ferueſcerēt: quidā preſbyter florētinus detractionis ſpū inſtigatus eiꝰ ſtudijs emulari cepit: ⁊ quos potuit ab eius viſitatione trahere. Cūqꝫ non proficeret tandē inuidia excecatus panē veneno infectū ſeruo dei miſit. Quē vir dei cū gratiarūactione ſuſcipiēs facti cōſcius coruo cuidā qui ad horā refectionis veniens alimēta de manu eius ſuſcipere cōſueuerat proiecit di. In nomine dn̄i tolle hunc et in locum vbi inueniri nō poſſit proijce. Tūc coruus expāſis alis circa panē crocitādo aperto ore cepit diſcurrere ac ſi obedire vellet: ⁊ tn̄ non poſſe ſignificaret. Cui vir dei ait. Tolle ſecurus qui ſtatim tulit ⁊ reuerſus accepit ab eo cōſuetā alimoniā. Cūqꝫ dictus preſbyter ſe in nece magiſtri non proficere videret ad prouocāda diſcipulorum corda in hortū celle benedicti ſeptez puellas inuicē ludētes ⁊ chorizantes corā diſcipulis miſit: ſed vir dei magis ſacerdoti ꝙ ſibi cōdolens cū in malitia perſiſteret ⁊ pro diſcipulis adhuc rudibꝰ timēs edificia cōſtructa ordinatis ipſis prepoſitis relinquēs alias cū paucis perrexit. cumqꝫ ex hoc dictus preſbyter ſtans in ſolario exultaret: totius fabrica domus cadēs ipſum oppreſſit. Maurus vir dei hoc qui adhuc vix .xj. miliaribꝰ aberat letus nūciauit di. Reuertere qꝛ perſecutor tuus extinctꝰ eſt. Quo audito grauibus lamentis ſe vir dei dans: vel qꝛ hoſtis occubuit: vel qꝛ diſcipulus de morte illius exultauit: illi penitentiam qui letus ⁊ gaudens talia nunciauerat iniunxit.

Ante occaſum ſolis reconciliari debemus fratribus. Exemplum .xxj.

Abbas hilarion cū viſitaret quēdā epm̄ qui obtulit ei in mēſa ferculū de auibꝰ. Cui abbas. Poſtqꝫ hunc habitū ſuſcepi carnes nūqꝫ interim comedi: ⁊ dixit ei epiſ. Ex quo iſtū habitū ſuſcepi non dimiſi aliquē dormire qui haberet aliquid aduerſum me nec ego dormiui habens aliquid aduerſus aliquē niſi pacificarem. Cui abbas. Ignoſce mihi pater quia tua conuerſatio maior eſt mea.

Inimicis debemus benefacere. Exemplum .xxij.

Erat quidā ſenex in Egypto ⁊ anteqꝫ veniret illuc abbas poemē grādem venerationē habebat ab hoībus. Cūqꝫ autē abbas poemen de ſichchi illic ſubijſſet multi relicto illo ſene veniebant ad illū propterea cepit inuidere ⁊ detrahere. Qd̄ audiens abbas poemē contriſtatus eſt: ⁊ dixit fratribꝰ ſuis. Quid faciemus: qꝛ in tribulationē miſerūt nos hoīes vt illum ſenē tanqꝫ ſanctū relinquerent: ⁊ nos qui nihil ſumus inſpicerēt: quēadmodum ſanemus hūc virum magnū. Venite ergo fratres faciemus paucas eſcas ⁊ portantes pergamus ad eum ⁊ paucū vinum ⁊ pariter cum eo guſtemus: forſitan poſſemus animū eiꝰ placare. Profecti pulſauerunt oſtium eius. Audiēs vero diſcipulus illius ſenis dixit. Quis es. At illi dixerunt. Dic abbati tuo quoniā poemen venit vt benedicatur ab eo. Quod cum ille per diſcipulū ſuum audiſſet: reſpōdit ad eū. Vade hinc non eīm me vocat. Illi tamē perſiſterunt in eſtu dicētes. Quia nō hinc diſcedemus niſi digni fuerimus adorare eum quorū cum ille humilitatē ⁊ patientiā vidiſſet compūctus aperuit oſtium ⁊ oſculātes ſeinuicem guſtauerūt pariter: dixit ergo eis ipſe ſenex. In veritate non ſunt ea ſola que audiuimus de vobis: ſed etiā centuplicata opera vidi in vobis. Et ab illo amicus dei chariſſimꝰ factus eſt eis. Hoc in vitaſpatrum.

In diſcipulo de tempore.

Filius comitis damnatus eſt: quia nō indulſit offenſoribus ſuis. Hoc quere ſermo .cxxx. E.

Infirmitas.

Propter peccata infirmatus per penitentiam eſt ſanatus. Exemplum .xxiij.

Erat vir nobilis ⁊ clarus in burgūdie partibus: qui quidē aliquāto tempore in iuuētute ſinceriter conuerſatus poſtea a virtute tabeſcēs cepit ad vitia declinare: nec mora ſqualenti mēte tabeſcens incidit in languorē: nec tamē dei manum caſtigātis agnouit: ſed mala malis accumulās pallorem vultus ⁊ macie homo quaſi ignis eterni cibus miſerabiliter ad penam hoſpitabatur. Cūqꝫ nulla medicorum cura proficeret: nec ſalutē ei languētis vite cauſam aliquis aperiret tādem in ſe reuerſus ſolum languorē anime diuina miſeratione preuētus penitus intellexit cauſam. Confeſſus ergo cū lachrymis cuidā ſanctiſſimo ſacerdoti ſtatim virtutum abſolutionis beneficiū accepit ſimilitudinem fere bufonū in facie: ſed diuerſificata poſterius animalia cute teterrima ⁊ parua quaſi vitiorum ſeptem de ore ſimul deiecit. Mira res vix modico tēporis ſpatio interiecto in tabē animalibꝰ reſolutis reflorere cepit caro prorſus et facie penitens: mēteqꝫ corpore integerrime ſoſpitatꝰ multis poſtea ad exemplum. Hec Guill.

Flagellat deus in corpore ⁊ in mēbris ſuos dilectos.

Exemplum .xxiiij.

Erat quidam miles tante virtutis atqꝫ probitatis: vt in primo torneamento in quo miles factus eſt manu propria quatuordecim dextrarios acquireret. Qui ſicut vir prudens eundē honorem ſecularem non ſuis viribꝰ: ſed deo aſcribens omnia reſtituit: ⁊ ſodalibus cuz ſeculo vale dixit in loca monaſteria quodam habitum religionis ſuſcepit. Et quia electos ſuos probat dominus tāta illum infirmitate flagellauit vt vermes de corpore eius indeſinenter ſcaturirent: quorū fetorem ſimul et horrorem cum miniſter ſuſtinere non poſſet: ait abbas predicto ade. Quid faciemus frater cum homine iſto. Reſpondit ille. Dentur mihi quatuor lintheamina et pro chriſti nomine curam illius ſuſcipiam. Quod cum factum fuiſſet aſſidua pannorum mutatione fetorem temperauit tam ſibi ꝙ infirmo. Cumqꝫ dies adeſſet tante remunerationis: tante patiētie. ait Ade. Sternite mihi mentum et pulſate tabulam: quia dominus vocauit me ſic et fecit. Veniente conuentu poſt dictam letaniam cum pene omnes ad lachrymas verbis compunctionis mouiſſet ſubiunxit. Modo ite domini mei dilectiſſimi et dicite miſſas veſtras: quia ſaluator mundi ⁊ glorioſa virgo Maria eius genitrix cum angelis ⁊ multitudine ſanctorum illi venturi ſunt poſt reuertimini cum eis quia animam meam ſuſcipient. Interim dū miſſas dicerent ſpiritu prophetico omnia que oratione agebant indicauit dicēs. Tales miſſe a talibus ſacerdotibus ante talia altaria celebrantur: et miratus eſt Adam valde de homine laico. Reuertente igitur conuentu ille vultu iocundo ſibi ait: ecce chriſtus cum matre ⁊ ſanctis preſens eſt ⁊ habet manum ſub mento: ⁊ iam ſuſcipiet animā meam: nec mihi credatis niſi in inſtanti mortuus fuero. Ad quod verbum mox expirauit: morte verba confirmauit. De cuius corpore mox tantus odor exiuit: vt omnes illius ſuauitate reficerentur circunſtantes. Hec Ceſarius.

Quidam fuit impatientiſſimus: et factus eſt patientiſſimus.

Exemplum .xxv.

Fuit quidam frater ordinis predicatorū Lōbardus nomine Iacobꝰ qui ſibi ⁊ doctrine inſtanter intendens ad tantam perfectionē venit ꝙ in corde ⁊ in ore eius nihil aliud niſi Ieſum chriſtum crucifixuz portabat: nihil infelicius dicens ꝙ talem dominum non amare. Hic acceptus erat deo: vt miſerabilis probauit tentatio. Inuenit enim eum grauis infirmitas per quam ſibi innotuit tentatio. Et quia ſibi mortem pro chriſto poſſe tollerare videbatur ad tantam deuenit impatientiam: vt nihil ſibi fieri poſſet quod placeret. Nullus cibus nullus lectus acceptabilis

erat ipſum nomine dñi noſtri Jeſu xpi ꝙ
ſibi conſueuerat eſſe dulciſſimũ iã audire
nõ poterat: imo dicebat ꝙ dñs ſibi illuxiſ-
ſet: qꝛ ſibi ſeruientẽ tã violenta infirmita
te oppreſſerat: vt neqꝫ corporis neqꝫ ſui ſpi
ritus cõpos eſſet. Poſt hoc orõibus pro
eo fratrib⁹ cepit paulatim in eo patientia
nutriri: cepitqꝫ in illa tribulatione flere: et
inde ad tantã peruenit patientiã: vt iaȝ ea
que prius nolebat tãgere libenter ederet
ꝛ oĩa ſibi diceret bona. Uerꝫ qꝛ diuturna in
firmitas pene ſibi carnẽ cõſumpſerat: non
poterat in lecto volui niſi alicuius manu-
bus verteret̃: mirũ oĩbus videbat̃ quõ aĩa i
tam conſumpto corpore remanebat. Jdcir
co benignus Jeſus nõ eſt oblitus paupe-
ri ſui: ſed effudit in abũdantia oleũ gaudij
in viſcerib⁹ afflicti: ꝛ ceperunt exaltare oſ-
ſa humiliata intm̃ ꝙ mortẽ expectabat in
deſiderio ꝛ ineffabili letitia replebat̃ cum
et alijs hmõi loqueret̃. Quod cũ ſctẽ me-
morie magiſter Jordanus q̇ aduenerat co
gnouiſſet: ſtatim ad eũ vadens ſedẽſqꝫ in
lecto in quo ipſe iacebat ait. Noli timere
chariſſime: qꝛ in ꝓximo iturus es ad xpm.
Ad hec ille dei adiutorio fultus ſubito ſur
rexit ꝛ erecto brachio ſuper collũ magiſtri
clamauit. Educ bone Jeſu de carcere ani
mam meã vt confiteatur nomini tuo. Et
econuerſo in lecto recidẽs obdormiuit in
domino.

Petrus apoſtolus voluit filiã ſuã infir
mari. Exemplum. xxvj.

PEtronella filia ſcti Petri apoſto-
li cum nimis eſſet pulchra ex vo-
luntate patris febribus labora-
bat. Diſcumbentib⁹ apud eũ diſcipulis di
xerunt Petro. Cũ oẽs a te ſanẽtur infirmi
cur Petronellã iacere permittis. Ad hec
Petrus. Qꝛ ſic expedit ei. Uerũtñ ne pute
tis impoſſibilitatẽ ſanitatis eius. Ait ad il
lam. Surge Petronella velociter ꝛ mini-
ſtra nobis: q̃ ſtatim ſanata eſt ꝛ ſurrexit: ꝛ
miniſtrauit. Completo miniſterio dixit ei
Petrus. Petronella redi. ꝛ vt prius febri-
bus laborare cepit: quouſqꝫ in dei amore
cepit eſſe perfecta: tũc eã perfecte ſanauit.
Comes autẽ quidã ad eã venit vt eã pro-
pter eius pulchritudinẽ haberet in vxorẽ.
Cui ait. Si deſideras me in vxorẽ iube ad
me virgines venire que me vſqꝫ ad domuȝ
debeant ſociare. Quas cũ ille pararet: Pe
tronella ieiunijs ꝛ orõnibus inſiſtẽs ꝛ cor-
pus dñi ſuſcipiens: ꝛ in lecto ſe reclinans
poſt triduum migrauit ad dñm.

Seruiendũ eſt infirmis cuȝ patientia:
etiam ſi ipſi ſunt impatientiſſimi.

Exemplum. xxvij.

EUlogius huic mundo renũcians
qꝛ nihil per ſe poterat operari:
ꝛ pauca de bõis ſuis quib⁹ vte-
retur retinuit. Cũ nec in mona-
ſterio cum multis poſſet dege-
re nec ſolitudinem ferre recepit quẽdaȝ
elephantico morbo ſic repletum vt pedes
ꝛ manus ꝛ oĩa fere membra videbat̃ ami-
ſiſſe. Tunc Eulogius quaſi quãdã pactio-
nem cũ deo faciens ait. Dñe deus in noĩe
tuo ſuſcipiã iſtũ: ꝛ vſqꝫ in diẽ mortis repau
ſabo eum: poſtrũqꝫ ſuper aſinum ad hoſpi
tium ſuũ duxit: ꝛ illi per. xv. annos ꝓprijs
manibus miniſtrauit. Poſt hoc ille ſugge
ſtione demonis cepit velle ab eo diſce-
dere ꝛ multis eũ verbis increpare di. Fu-
gitiue domum tuã deuoraſti: ꝛ in ſaluus
occaſionem recuperare credis. Eulogius
rogabat eum di. Noli domine ita loqui:
ſeu dic potius. ꝛ ego emendabo ſi quid te
contriſtaui. Et ille. Uade inquid: adulatio
nes tuas nolo proijce me in publicũ: refri
geratione tua nõ indigeo: carnibus deſide
ro ſaturari. cũqꝫ carnes ei exhibuiſſet: non
poſſum inquit tecum habitare populũ vi
dere volo. Ego inquit Eulogius: multitu
dinem fratrũ adducaȝ. Et ille ait. Nolo vi
dere ſimiles tui: pãis deuoratores: ad pu
blicam ſtratam me ꝓijce vnde me ſuſtuli
ſti. Tunc Eulogius iterꝫ duxit eũ in vehi-
culo ad abbatem Antoniuȝ. Dixitqꝫ ei ꝙ
eum vellet abijcere. Cui Antonius. Si
proijcis eum vtiliorem te deus inueniet q̇
colliget deſtitutum. Et conuerſus ad egro
tum dixit elephanticoſe: nec homo: nec
terra dignus: neſcis quia triſtis eſt qui ti
bi miniſtrat propter xpm iſte tali ſe ſerui-
tio ſubiugauit. Poſt hoc ambos confortãs
ait. Nolite filij ab inuicem ſeparari: qꝛ iã
vterqꝫ veſtrũ merebit̃ coronari: ꝛ ideo ten
tatio hec accidit vobis: quia ad finem vite
ambo deueniſtis. Qui cum rediſſent ad
cellam infra. l. dies. ambo defuncti ſunt.

Jnfirmitates in extremis regratiaba-
tur in mẽbris ſuis ꝛ ſeruitori ſuo: ꝛ ſic euo
lauit ad celum. Exemplum. xxviij.

ERat quidam ſanctus Eremita qui
inter ceteras virtutes magnã ha-
bebat gratiã infirmis miniſtrare:
hic admonitus per viſionem iuit ad proxi
mam ciuitatẽ: ꝛ dum veniſſet ad portã vi-
dit quendã horribilẽ infirmum ꝛ fetidum:
quem etiã leproſi inter ſe ſuſtinere nõ va-
lebãt: ꝛ hũc ſanctus Eremita ſeruire cepit
in domino eum cõfortans: ꝛ reſpõdit infir
mus ſit deus altiſſimus benedict⁹ qui mi-
hi hanc donauit infirmitatẽ: ſed timeo ne
deus mihi minuat premiũ in celis ꝓpter
ſeruitiũ tuum humile. Et ille. Non ita eſt:
ſed pro mea mercede iuſſus ſum huc veni
re. Sic ſancta lis quotidie inter eos orieba
tur. Et q̃to plus Eremita ſeruiebat tãto
plus ſeruire affectabat: ꝛ infirmus eũ ſer-
uire non ſinebat vt plus ſuſtinẽdo plus p̃-
miaretur. Tũc poſt annos. xv. expletos in-
firmus oſculari cepit manus eius Eremi-
te gratias referẽs de pietate. Eremita au-
tem orabat dominũ vt oſtẽdere dignare-
tur qualiter hec ſancta anima de corpore
egrederetur: ꝛ oſtẽſum eſt ei. Cum eñi ad
horam nouiſſimã deueniſſet audiuit vocẽ
de celo dicentem. Ueni dilecte mi ad gau-
dia. Tũc illa feliciſſima anima ad omnes
ſenſus corporis dicebat. Uobis regratior:
quia mihi obediſtis oculi vanitatẽ non cõ
cupiuiſtis: aures vanitatẽ non audiuiſtis:
manus in delicijs non eſtis delectate: pe-
des ad vana cõcurriſtis: olfatus delicias
contẽpſiſti: guſtus qꝛ ad delicata non dedi
ſti conſenſum. Expecta ergo corpus meuȝ
dilectũ quieſcẽs in pace: vt tẽpore oppor-
tuno recipias pro labore tuo eternam re-
munerationem: ꝛ hoc dicto cum concentu
angelorum ſancta anima euolauit ad ce-
lum. hoc in vitaſpatrum.

Quidam duodecim annis ſeruiuit in-
firmo: ꝛ nunq̃ dulce verbum fuit ſibi locu
tus. Exemplum. xxix.

QUidam frater per. xij. an. cuidã ſe-
ni infirmãti fecit obſequiũ. Senex
tñ cũ vidiſſet eum laborantẽ nũq̃
illi ſermonẽ placidũ locutus eſt. Cum autẽ
iam anima trãſiret de corpore cõſedentib⁹
alijs tenuit manũ eius ꝛ ter dixit ei. ſalue-
ris ꝛ tradidit ſeũ ſenibus di. Jlle angelus
eſt qui tot annis mihi infirmãti: nec tñ bo
num ſermonem a me audiens fecit obſe-
quium. hoc in vitaſpatrum.

Jn diſcipulo de tempore.

Quidã ſingulis annis infirmabat̃ pre-
ter vnũ tunc dixit. O deus oblitus es mei.
quere de tempore ſermo. cxxviij. L.

Jtẽ infirmus qui rogauit ſanctũ hoĩem
vt intercederet pro eo vt ſanaret̃: quod et
fecit ꝛ ſanatus eſt: ſed poſtea timẽs ne ma
le petiſſet: poſtmodũ dixit. O ſerue dei ora
pro me vt det̃ mihi quicq̃d vtilius ſit: ꝛ ecõ
uerſo infirmatus eſt. quere ſer. cxxviij. L.

Jtem quidam bonus homo orauit pro
infirmo ꝛ poſtmodũ inuenit ſe promptio-
rem ad malum: ꝛ iterato ille bonus homo
orauit pro eo: ꝛ ſic infirmitas rediijt. quere
ſermo. cxxviij. L.

Jtem miles qui nihil voluit dare in ſa-
nitate: ſed infirmatus dedit eleemoſynaȝ
clerico: vt pro eo oraret ꝛ intercederet: et
ille. Ego peto vt te deus in illo ſtatu con-
ſeruet. ſermo. cxxviij. L.

Jtem duo fratres quorũ vnus erat mul
tum religioſus: ꝛ alter ſeruiebat fideliter
infirmis: ꝛ ille fuit acceptior deo. ſermo. c-
xxviij. O.

Jtẽ qui eligit duos dies in purgatorio:
ꝛ dixit ibi ſe cẽtũ annis arſiſſe. ſer. cxxiij. x.

Jtẽ infirmus qui dixit. Deus tu priua-
ſti me corpore: ꝛ ego do animam meã de-
monibus qui ſunt in inferno: ꝛ ſic expira-
uit. ſermo. cxxxiij. D.

Jnnocentia.

Jnnocens puer tetigit ferrũ candens.

Exemplum. xxx.

PUer quidam in confinio burgun-
die fuit qui in monaſterio ſancti
Benedicti fuit apud Cluniacum
ab ipſis fere cunabulis. Jnnocentiſſimus
ꝛ ſimplicimus adoleuit. Adultũ ergo iuue
nem abbas ſuus pro recreatione: illico ſe-

eum proficiſci extra precepit. Sufferendorum ergo equorum cauſa: abbate cū ſuis ante domū ferrariā deſcendēte: miratus ex ſimplicitate iuuenis eo ꝙ nūꝗ̄ tale qd viderat. ferrum candēs nuda illud manu ſine vſtione aliqua eleuans contrectauit. Stupefactus ergo abbas ⁊ oēs qui p̄ſentes aderāt: innocentiā in iuuene venerati ſunt: ⁊ rē iterato pluries cōprobauerunt. Poſt hoc abbate cum ſuis aliꝭs occupato, iuuenis mox interiora domicilij ē ingreſſus: vbi vxorē fabri cū puero ſuper genua miratus inueniens cū paruulo: cui nunꝗ̄ ſimile viderat iocabat̄. Illico aūt mulier iuuenē quaſi inexpertū malitia ſtimulās: ſi talē habere vellet inquirit. Et ille. Libētiſſime inquit. Quē mox neſciū ad cōcubitum inſtruens, puerū ſic fieri promittebat. ergo vbi iuuenis poſt cōcubitū innocētia ſpoliatus egreſſus eſt ferrum candēs vt prius exiſtimās cōtrectare: grauiter leſus exclamauit. Qua in re abbas turbat⁹ non modicū, ⁊ admirat⁹: animaduertit ex interiori leſura anime foris leſum. ⁊ priori que eū contra ignē protexerat innocētia priuatum. Reductū ergo iuuenē ad monaſterium: abbas ſup geſtis diligētius inquirit veritatē. Illi ſimpliciſſime cōfitetur: et cū multis lachrymis tremebundus dānum ſuū expiauit. Sed ⁊ potētem ꝯtra demones puritatē mira geſta Cypriani ⁊ virginis iuſtine teſtant̄. Ubi cyprianus adhuc puer a magiſtro mago cōpulſus legitur. xviij. an. puritatē virginis innocentie cuſtodiſſe: vt per hāc maiori potētia, ⁊ imperio cōtra demones potiretur. hoc Guil. in libro de apibus.

❡ Innocens ſcholaris qui expulit demonem a puella. ❡ Exemplū. xxxi.

Nuper hoc quidem valde mirabile certiſſima relatione ab his q̄ preſentes erāt ⁊ viderunt in oppido brabantie melhinia percepimus accidiſſe. Puella quedā ſacro die dn̄ico cum iuuenibus chorizauerat diu valde fatigata erga domū rediſt nec mora: dormitū pergens fit repleta. Qua clamante ſurgit familia: ligat vinculis ſeuientē. Mane in ſtatim venit oratoriū glorioſe virginis extra oppidum deportatur. Frequēter eīn ibi maria virtutū operatrix miracula plurima virgo demonſtrauit. qđ vbi ſcholares pueri perceperunt. ad locum vbi vexabatur puella in orationē cucurrerūt. Quorꝰ vnus annorū. xij. audacior ceteris ⁊ ſagacior cepit cōpellere demonē vt corpus obſeſſum dereſeret, ⁊ exiret. Et vt demon circa vmbilicum p tumorem ſe eſſe monſtrauit: hic puer ſignū crucis in cōtrarium cū pollice fixit ⁊ ſic paulatim per crucem verſus os aſcendere cōpulit: donec eū in ſpecie hirſuti vermis oīs populus intra os herentē vidit. Quo miro conatu ad inferiora redire volente populus clamauit: puer inſtāter ſignū oppoſuit: ⁊ cū maxima violentia demonē exire coegit. Eiectum ergo: vt diximus in modū hirſuti vermis puer audacter in dexterā comprehēdit: ⁊ in foſſam paruulā vbi pluuialis vnda ꝯſederat mox proiecit: q̄ ſtatim oculis totius plebis diſparens letitie et laudis omnib⁹ materiā dereliquit. Proinde manus pueri a contactu vermis nigredine infecta remanſit: ſed protin⁹ aque bn̄dicte lauamēto diſceſſit. Sacroſancta ergo res eſt eſſe ab oī labe criminis innocentē: ſed ſimul eſſe cōuenit ſimplicem, ⁊ prudentem.

❡ Innocens monachus petiuit a fraterculo ſuo ieſu veniam cuidā apoſtate.

❡ Exemplum. xxxij.

Monachus paruulus ⁊ innocēs loquebatur cū ieſu xp̄o paruo: nominando ip̄m fraterculū ante imaginē beate virginis habentē ieſum paruulum in vlnis. Et ieſus reſpōdit ꝓconuerſo: ⁊ loquebatur ſibi amicabiliter ſicut frater cū fratre. qđ audiens quidā ſenex monachus qui diu fuit in apoſtaſia conſtitutus. ſupplicauit ſibi vt oraret fraterculū ſuū pro ſe vt ignoſceret ſibi peccata ſua: ⁊ reciperet eū ad miſericordiam: ⁊ ille innocens iuuenis obtinuit hoc a fraterculo ſuo ieſu xp̄o: ⁊ de hoc ille antiquus multum fuit gauiſus.

❡ In diſcipulo de tempore.

❡ Puer innocens ſcholaris qui liberauit animā matris a purgatorio. hoc fuit oſtēſum cuidā deuoto epiſcopo. hoc quere in



diſcipulo de tempore. ſermo. xx. M.

❡ Item puer innocens qui ſeruauit ordinem minorum ⁊ noluit tāgere pecuniā: ꝗ̄ feliciter vixit et ꝗ̄ ſalubriter obijt ſermo. xx. O.

❡ Inuidia.

❡ Inuidus quidam petiuit vt ſibi vnus oculus erueretur.

❡ Exemplum. xxxiij.

Erat quidam inuidus ⁊ quidā auarus in quorum optione quidā potens poſuit vt ab eo peterēt, quicquid vellent, hoc pacto qui vltimum peteret, duplum acciperet. Auarus igitur: q: plus cupiebat nolebat primo petere. qđ audiens inuidus nō potuit ſuſtinere. Cūq; vterq; differret petere: inuidus tandem liuore ſtimulatus primo petijt: ⁊ petijt vt ſibi vnus oculus erueretur: vt duo eruerentur auaro. Qđ factū eſt: quia duplum ex pacto recipere potuit.

❡ Inuidia diaboli.

❡ Exemplum. xxxiiij.

Demon quidā cum hoīem a ſe obſeſſum terribiliter torqueret: ⁊ diuerſis per os ei⁹ garriendo diuerſa rn̄deret: dictū eſt ei a quodā de circūſtantibus. Dic diabole: ſi poſſes ad gloriam in qua fuiſti redire: quid velles propter hoc laboris ſuſtinere. Rn̄dit ille. Si hoc eſſet in meo arbitrio mallem cū vna anima a me decepta deſcendere in infernū: ꝗ̄ redire in celum, mirantibus omnib⁹ cur ita diceret iterum reſpōdit. Quid de hoc miramini: tanta eſt malitia mea ⁊ tam obſtinatus ſum in illa, ꝗđ non poſſum aliquid boni velle.

❡ Ira.

❡ Iram debemus ſupplantare.

❡ Exemplum. xxxv.

Quidaꝫ queſiuit ab abbate Iſaac quare eū demones timerent. Reſpondit. Ex quo factus ſum monachus ſtatui ante me, vt iracundia foras guttur meum non procedat.

❡ Patientia vbiq; eſt neceſſaria.

❡ Exemplum. xxxvi.

Cum quidā frater in cenobio ſepe iraſceretur: perrexit in ſolitudinem: vt ibi nō habens occaſionē turbationis quieſceret. Cūq; ſibi manens quadā die vas cum aqua poſuiſſet apud ſe ſtatim ſubuerſum eſt: ⁊ iterum implēs. Tandem cum tertio ſubuerteretur fregit illud. ⁊ ſentiens ſe ſpiritu iracundie deceptum: ait reuertar ad monaſterium: quia vbiq; patientia opus eſt: ⁊ auxilium dei.

❡ Media pars puelle combuſta eſt propter iracundiam. ❡ Exemplū. xxxvij.

Puella quedam fuit diuitis filia ita iracunda: vt vix aliꝗ̄s rixas eius ⁊ odia euadere poſſet. Tādem mortua in atriotes ad eccleſiā viderūt tumbam eius ad inſtar fornacis fumum eructātē. Unde videre volētes quid hoc pretenderet: terrā eijciunt. Et ecce medietatē corporis partem. ſ. ſuperiorē ignis combuſſerat: ſcꝫ cor fel: linguam: ⁊ manus: cū quibus peccauerat: inferiorem vero ab vmbilico deorſum ignis nō attigit ſuā caſtitatē deo ꝓbante.

❡ In diſcipulo de tempore.

❡ Mulier iracunda que in agone vertit faciem ad parietē qn̄ euchariſtiam recipere deberet: ⁊ dixit dānata ſum propter iracundiam meā. hoc quere in diſcipulo de tempore ſer. xcv. N.

Iudei.

❡ Studens quidam impregnauit filiam iudei: ⁊ dicit quod meſſiam concepit. hoc quere ſer. cv. O.

❡ Item iudei imaginē crucifixi dehoneſtauerunt, ⁊ clauis affixerūt: ⁊ lancea perforauerunt. hoc quere de tēpore ſer. cv. T.

❡ Iudex iuſtus.

❡ Nobilis quidam occidit filium ſororis ſue: propter iuſtitiam, ⁊ non peccauit.

❡ Exemplum. xxxviij.

Erat quidam nobilis valde et potens tantuſq; amator iuſtitie vt nullā in iudicijs reſpiceret pſona. hic cū grauiter infirmaret̄ lectoq; decūberet: in proxima camera clamorē tumultūq; feminarum audiuit qui cū de cauſa ſciſcitaret̄ ⁊ nullus ei circūſtantiū veritatē dicere p̄ſumpſit. Tūc mittens vnū de pueris ait. Precipio tibi ſub interemptione oculorū tuorū vt dicas mihi meram veritatē. Cui iſte pauens rn̄dit. Dn̄e domicell⁹ meus fi

lius ſororis, vexare feminā ibi opprimere voluit et hec fuit cauſa clamoris. Ad qđ verbū valde commotus dixit quibuſdam militibꝰ. Ite ⁊ ſuſpendite illū. Milites igiť obedientiā ſimulantes poſtq̄ȝ egreſſi ſunt dixerūt adinuicē. Si occiderimus hūc iuuenem nobilē ⁊ dn̄s ſicut ſatis opinabile eſt mortuus fuerit: vel morte mulctabimur vel erimꝰ extorres. omnia tn̄ iuueni intimātes: ⁊ vt preſentie auunculi ſe ſubtraheret cōmonentes poſt horas aliquot ſunt ad dn̄m regreſſi: ⁊ ſe eius impleuiſſe mādata affirmauerunt. Quinto ꝟo poſtmodū die iuuenis eſtimans auunculū de culpa eſſe placatū vel immemorē: aperto oſtio introſpexit. Quem cū infirmus conſpexiſſet: verbis blādis eū aduocās iuxta ſe ſedere precepit vno vero brachio collū eius ſtringēs ⁊ manu altera cultellū eius clam extrahēs gutturi eiꝰ infixit ⁊ occidit: qui cū plāctu ⁊ eiulatu multorū delatus: tot in prouincie incuſſit horrorē: ſed ⁊ ipſi archibaldo militi qui ſic vocabať: additus eſt dolor ſuper dolorē adeo vt inualeſcente infirmitate pro ep̄o mitteret petēs ſacrū corpus xp̄i ſibi afferri. Qui cū veniſſet ille cū multis lachrymis ⁊ cōtritione cordis oīa peccata ſua cōfeſſus eſt: tacita tn̄ iuuenis interfectione. Super quo ep̄s miratus r̄ndit. Quare ſubiicetis homicidium qđ cōmiſiſtis in cognatū veſtrū dicente illo. Fuit ⁊ hoc peccatū. ſubiecit ep̄s. Etiā crudele nimis. Et ille. Ego neqȝ peccatum iudico: neqȝ a deo mihi remitti deposco. R̄ndente ep̄o. Ego vobis corpꝰ xp̄i nō tradā: niſi homicidiū idem ꝯfiteamini. Subiuxit vir nobilis. Sciatis me dn̄e illū nō occidiſſe ex aliquo rācore ſiue motu ire ſed ſolūmodo timore dei zeloqȝ iuſtitie. nunq̄ȝ aliq̄s plus filiū ſororis ſue diligere potuit ſicut ego illū dilexi. Si ergo mihi corpus xp̄i negaueritis ego illi corpus et animā committo. Hoc em̄ dixit ⁊ egit propter exemplū: ne iuſtitie ⁊ iudicio derogare videreť. Uix em̄ pontifex limen domus egreſſus fuerat. ⁊ ecce egrotus reuocabat eū dicens. Reuertimini dn̄e epiſcope reuertimini: videatis ſi in pixide habeatis corpus dn̄i: qđ cum feciſſet: nec aliq̄d in ea reperiſſet: ſubiunxit ille. Ecce quē mihi negaſtis ip̄e ſe mihi nō negauit. Apparuitqȝ hoſtia in ore eius. etiā impletū eſt in eo ꝙ per ſapientem dictū eſt. Diligite iuſtitiā qui iudicatis terrā: ſeruite dn̄o in bonitate ⁊ in ſimplicitate cordis querite illū: qm̄ inuenitur ab his qui nō tentant illū appa ret aūt eis qui fidē habent in illum. Ep̄s vero pauens tantū miraculū vbiqȝ diuulgauit. Hec ceſarius.

Dux palatinꝰ qui ſemꝑ laqueum ſecū portauit ꝓpter fures. Exemplū. xxxix.

BErtoldus palatinus de Swildiſpach: iudex fuit ſeueriſſimus: ita vt furibus etiam pro dāno vnius oboli vitā auferret. Unde quotiēs domū ſuperexiuit laqueos cingulo ſuo appēdit: ne reorū pene caperet dilatiōes. Die igiť quadā mane ſurgens ⁊ laqueum cingulo ſuo ſolito more ſubnectens hmōi vocem in aere audiuit. Bertolde: quicūqȝ tibi primus in egreſſu tuo de caſtro occurrerit: hoc laqueo ipſum ſuſpendas. Qui vocem pro hoie accipiens ei quidam ſcultetus ſuus primo occurrit. Quo viſo cū ſatis doleret eo ꝙ eū diligeret: dicebat illi. Doleo de accurſu tuo. Quare? Ait. Quia ſuſpenderis. Quare ſuſpēdar? R̄ndente palatino. Neſcio: prepara te per confeſſionē tuā ⁊ ordina de rebꝰ tuis: qꝛ voci diuine reſiſtere nō valeo. Ille videns aliter nō eſſe dixit. Juſtus eſt dn̄s, ⁊ plures in domum meā declinātes inſequens occidi: multis multa rapui: nec tibi dn̄e vnq̄ȝ fidelis extiti, neqȝ pauperibus peperci. Et mirati ſunt oēs audientes eius confeſſionem et cognouerunt in eius morte peccati penā a deo eſſe. Hec ceſarius.

~~Valerius~~ vt legi ſatiſfaceret: fecit ſibi eruere oculum ſiƀr ⁊ filio. Exemplū. xl.

V ~~Alerius~~ Celeucus, cū filius ſuus adulterio dānatus eſſet a patre ſm̄ legē quam ip̄e pater inſtituit vtroqȝ oculo priuari deberet: ac tota ciuitas ad honorem patris aliquādiu repugnaret: ad vltimum victus ne lex a ſe cōdita violaretur: ſuo prius, deinde filij oculo eruto vtriqȝ vſum vidēdi dereliquit, ſicqȝ mirabili equitatis temperamento ſe miſericordē patrē, et iuſtum legiſlatorem oſtendit. hec Arnoldus in narratorio ſuo.

Judex iniquus.

Rex perſarum excoriauit iniquum iudicem. Exemplum. xlj.

REx perſarum cum deprehendiſſet quendā iudicem iniuſte iudicaſſe: iuſſit eū excoriari: ⁊ ſuper ſellam cute eius coopertam ſequētes iudices fecit ſedere: vt continué memores illus iniqui iudicis ſupplicij timerent iniuſte amplius iudicare.

Balliuus quidā recepit bouem ⁊ vxor vaccam.

Exemplum. xlij.

BAllivus quidam fecit nuptias filio ſuo: quidā autem habebat cauſaȝ magnam coram eo: ⁊ dedit ei pulchrum bouē rogans vt vellet ſtare ꝑ eo. Hoc audiens aduerſariꝰ illius: miſit vxori balliui pulchram vaccam: rogans vt ſtaret pro eo. Que intantū inſtitit apud balliuum: ꝙ ipſe promiſit ſe facturū q̄ ipſa petebat: cum aūt eſſet in ſtudio, ⁊ balliuus ꝑ illo qui dederat bouem nō loqueretur: dixit ille, Bos loquere. Tūc reſpondit Balliuus. Bos non poteſt loqui qꝛ vacca non permittit.

Uidua quedam liniuit manuȝ iudicis.

Exemplum. xliij.

VIdua quedā habebat cauſam in iudicio expediendaȝ: ⁊ iudex iniquus protraxit ſibi cauſaȝ de die in diē ⁊ ipſa conqueſta fuit vni prudenti viro de protractione cauſe ſue ⁊ ille dixit. Judex iſte non faciet finē cauſe tue: quin oporteat ante manū ſuam aruinare. Et illa ſimplex mulier accepit aruinam et ad iudicem acceſſit: ⁊ occulte ſibi manū aruinauit: ⁊ commotus dixit. Quomodo maculas mihi manū quid in hoc denotas? et illa dictum eſt mihi ꝙ nō habebo finem cauſe mee quin oporteat me ante manū veſtram aruinare. Et ille corā omnibus aſtantibus confuſe ſtetit: ⁊ ſine dilatione pre verecūdia cauſam vidue expediuit.

Prepoſiti et iudices non ſunt faciliter variandi. Exemplum. xliiij.

A Thiberio ceſare queſitū fuit quare prepoſitos populi nō frequēter mutaret, ſicut ⁊ alij principes. Reſpondit in hoc ſe parcere plebicule: ſcientes em̄ iudices ⁊ procuratores ſe breuem habere procurationē emungunt vſqȝ ad ſanguinē, ⁊ qui recentes veniunt totū diſſipant qđ inueniunt. Qđ oſtendit exemplo cuiuſdā vulnerati qui cū iaceret in via, nec amoueret multitudinē muſcarū ſuper[redacted] alter eſtimans qđ hoc faceret ex imbecillitate abegit muſcas que operiebant vulnus. Ad quem ille. Male feciſti mihi: qꝛ muſce quas abegiſti iam plene erant, vnde parcius moleſtabant me: que aūt ſupuenient recentes arctius pungēt.

Aduocatus quidā perdidit linguam.

Exemplum. xlv.

QUidam aduocatus mortuus eſt in cuius ore lingua eius non eſt inuenta; et merito linguā perdidit moriens qui ſepe eam vendidit viuens in cauſis iniuſtis patrocinādo ⁊ ſcienter aduocando propter fauorem ⁊ propter munera. Hec ceſ.

Aduocato denegate ſunt indulgentie in agone. Exemplum. xlvj.

ADuocatus quidā in extremis laborans cū iam videret demones cepit a deo petere inducias: ſed qꝛ in cauſis nō dabat inducias niſi vt cauſam protraheret ⁊ aduerſarium grauaret etiā a deo nō potuit obtinere qđ petiuit: ſed miſerabiliter mortuus eſt.

Judicare temerarie.

Judicantes alios duo peccata committunt. Exemplum. xlvij.

IUuenis quidam cum quandā ſanctimonialem rapuiſſet ⁊ cū clerici coram beato Joanne eleemoſynario exprobrarent excōmunicandū fore dicerent vtputa qui duas animas ꝑdiderat: ſcȝ ſuā et illius ſanctimonialis cōpeſcuit eos beatus Joannes di. Non ſic fratres non ſic oſtendo vobis: quia vos iam duo peccata committis. Primo contra dei preceptum facitis: qui ait Luce. vj. Nolite iudicare et non iudicabimini. Secundo qꝛ neſcitis pro certo ſi vſqȝ hodie peccent

aut peniteant. Ergo fratres nolite condēnare: ⁊ non condemnabimini.

¶ Frater quidā iudicauit comedentem feria ſexta de mane. ¶ Exemplū. xlviij.

Fuerunt duo fratres magne vite in cōgregatione, ⁊ meruerūt videre ſinguli gratiā dei in alterutro. Factuȝ eſt autē aliquādo vt vnus ex eis egrederet̄ in ſexta feria extra congregationē ⁊ videret quendā manducātem mane, ⁊ dixit ei. Hac hora māducas in ſexta feria? Die autē ſequenti facta eſt celebratio miſſarū ſ̄m conſuetudinē. Intuens vero frater eius vidit grām q̄ ei data fuerat diſceſſiſſe ab eo, ⁊ cōtriſtatus eſt: qui cū veniſſent in cellā dixit ei. Quid feciſti frater: quia non vidi ſicut pridie grām dei in te. Ille autē r̄ndens dixit. Ego neq; in actibus neq; in cogitationibus conſcius mihi ſum alicu⁹ mali. Dixit ei frater eius. Es ne aliquod verbū vel ſermonē otioſum locutus. ⁊ recordatus dixit. Etiam heſterno die vidi quendā mane manducātem, ⁊ dixi. Hac hora manducas in ſexta feria, hoc eſt peccatū meū. ſed laborā mecū ad duas hebdomadas: ⁊ rogemus deū vt mihi indulgeat: ⁊ fecerunt: et ita poſt duas hebdomadas vidit frater gratiam dei iterū venientē ſuper fratrem ſuum: ⁊ conſolati ſunt ei qui ſolus bonus eſt grās referētes. Hec in vitaſpatrū.

¶ Senex quidam poſuit paruum ſaccū ante ſe ⁊ magnū retro ſe.

¶ Exemplum. xlix.

Fratres antiqui cū ſemel i̅ quadam congregatione de multorum fratrū vita ⁊ rebus plurimis detrahendo: ⁊ iudicando loquerentur. Abbas vero tacebat. Poſtea vero egreſſus tollebat ſaccuȝ magnū impleuit eū arena ⁊ poſuit ſupra dorſum ſuū: ⁊ in paruo altero ſacco miſit aliam arenā ⁊ portauit eum ante ſe. Videntes autem ceteri fratres inquiſierūt ab eo quid eſſet hoc exemplū. ⁊ reſpōdit di. Iſte ſaccus q̄ multam arenam h̄ȝ peccata mea ſunt: q̄m multa ſunt: ⁊ ecce dimiſi ea poſt dorſum meū nolēs illa videre, vt pro ipſis doleam vel plāgam: ſed ecce pauca delicta fratris mei ante oculos meos poſui, ⁊ crucior in ipſis condēnans fratrē: ſed non opȝ ſic iudicare, ſed magis peccata mea ante me adducere, ⁊ de ipſis cogitare ⁊ rogare deū vt indulgeat mihi. Quod audiētes patres dixerūt. In veritate hec eſt via ſalutis eterne. Hec in vitaſpatrū.

¶ Baculus ſenis floruit in ſignū innocētie.

¶ Exemplum. l.

Erat quidā in cenobio iam ſenex probatiſſimus monach⁹ ⁊ incurrit grauiſſimā egritudinem. cōfectuſq; nimia ⁊ intollerabili infirmitate p̱ longū tp̱s laborauit in doloribus multis: nec inuenire poterant fratres qualiter ſuccurrerent ei⁹ egritudini q̄m ea q̄ neceſſitas infirmitatis ei⁹ expectabat non habebāt in monaſterio. Audiens quedā famula dei de afflictione infirmitatis eius deprecabat̄ p̄rem monaſterij vt eū ad ſuam cellulā tolleret ⁊ miniſtraret ei. maxime autē q̄ facilius inueniret poſſet in ciuitate q̄ neceſſaria eius egritudini videbāt̄. Precepit ergo p̄r monaſterij vt fratres portarēt cuȝ ad cellulā famule dei. Ipſa vero cū omni veneratiōe ſuſcipiens ſenem ꝓpter nomē dei miniſtrabat ei pro retributione mercedis eterne quā credebat a xp̄o ſaluatore noſtro recipere. Cūq; per tres annos ⁊ amplius ſedule obſequeretur ⁊ miniſtraret famulo dei: ceperunt hoīes mente corrupti ſ̄m ſcabiē mētis ſue ſuſpicari ꝙ non ſincerā ſenior haberet conſcientiam de virgine q̄ miniſtrabat ei. Audiens hoc ſenior exorabat diuinitatem dn̄i noſtri ieſu xp̄i di. Tu dn̄e deus noſter q̄ ſolus cognoſcis oīa ⁊ vides q̄ multi dolores ſunt egritudinis mee ⁊ miſerie ⁊ afflictionis tante infirmitatis q̄ ita me tanto tempore conſumit vt neceſſariū habeam obſequiū huius famule q̄ mihi propter nomen tuū miniſtrauit: tribue ei dn̄e condignā mercedē in vita eterna ſicut dignatus es ꝓpter bonitatem tuā promittere his q̄ propter nomē tuum egenis pauperibus ⁊ infirmis ſuum exhibent miniſterium. Cum autē appropinquaſſet dies tranſitus ei⁹ cōuenerunt ad eū q̄ plurimi ſancti ſacerdotes ſeniores ⁊ fratres de monaſterio: ⁊ dixit eis ſenior. Obſecro vos domini p̄res ⁊ fratres vt cū defunctus fuero tollatis baculū meū ⁊ plātetis eū ſuper ſepulchrum meū ⁊ cum radices emiſerit feceritq; fructum tunc ſciatis q̄ munda eſt conſciētia mea a famula dei que mihi miniſtrabat: ſi autem non fronduerit ſcitote q̄ non ſum mundus ab ea. Cum aīa viri dei exiſſet de corpe ſ̄m p̄ceptū eius ſcti ſeniores plantauerūt baculū eius ſup̱ ſepulchrū ipſius ⁊ ſtatim fronduit: accedenteq; tpe protulit fructum ⁊ admirati ſunt oēs glorificantes dn̄m. Ad tale etiā miraculū de vicinis regionibus multi veniētes glorificabant grām ſaluatoris. Nam ⁊ nos xp̄iani arbuſcula vidimus ⁊ benediximus dn̄m qui ꝓtegit oēs in ſinceritate ⁊ veritate ſibi ſeruientes. Hec in vitaſpatrū.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Senex qui duxit meretricē ſecum in eremum ⁊ inuenerunt puerū in capella: quomodo poſtmodū idē pater portauit carbones in ſinu ſuo. Hoc quere in diſcipulo de tempore ſermo. xc. D.

¶ Iudicium dei.

¶ Quidā fuit citatus vt appareret coram ſummo iudice infra. xl. dies: q̄uo in. xl. die ſubitanee obijt. quere ſer. ix. P.

¶ Item qui in agone in iudiciū dei raptus eſt q̄ȝ diſtrictā rationē exigit xp̄s ab eo. quere ſer. vj. O.

¶ Iurare falſum.

¶ De periurio ⁊ punitione ei⁹. Exēplū. lj.

Iuuenis qui peccauit cū muliere cōiugata ⁊ periurauit ⁊ i̅ infirmitate cōſtitut⁹ q̄n debebat cōicare nec corpus xp̄i maſticare nec deglutire potuit, donec veraciter ⁊ pure ſacerdoti confeſſus fuit: ⁊ ſic deus indulſit ſibi peccata ſua: ⁊ ſic poſtmodū cōicauit, ⁊ vitā in bono finiuit.

¶ Comeſtibilia mutata ſunt in lapides propter periuriū. Exemplum. lij.

Pauper quidā dū a nautis eleemoſynam peteret nec reciperet dicente nauclero cum iuramento: deſiſte a nobis eleemoſynas petere: q̄ nihil hic preter lapides habemus, tunc ſubiunxit pauper. Ergo omnia comeſtibilia vertantur in lapides. ⁊ ſtatim ꝓpter periuriū, quicquid in naui manducabile erat in lapides verſum eſt colore ⁊ forma rerū eadem permanente ſicut prius erat.

¶ Diaboli deduxerunt oīa comeſtibilia.

¶ Exemplum. liij.

Quidam eremita ad pedem cuiuſdam montis in cuius curia ante feneſtram eius demones ſe conueniebant ⁊ de actibus diſcutiebāt ⁊ de ruinis hominū cachinabant ⁊ ridebant. Dū autem magiſter demonum querere accurreret a quodam veniente demone ſi aliq̄d ad edēdum portaret. Reſpondit ꝙ ſic caſeum: panem: butyrū: ⁊ farinam quē dederat ei quidam ruſticus: ⁊ ꝙ detulerat in teſtimonium periurij eius q̄ dum duo pauperes clerici peterent eleemoſynas: iurauit per ſanctam charitatē dei ꝙ nihil ad edēdum haberet q̄d eis dare poſſet: ⁊ cuȝ adhuc inſtarent dixit Diabolo do ſi aliq̄d habeo: ⁊ ſic cū oībus ad vos veni. Recedētes autē demones predicta ibidē dimiſerunt. Que mane inuenta fecit eremita in foueam proijci ne aliq̄s inde guſtaret. Hec autē dicebat demon ſecū detulerat in periurij augmentum.

¶ Qui peiurauerit ⁊ infamis factus eſt.

¶ Exemplum. liiij.

Quidam decanus eccleſie. Colonieſis quinq; marcas auri de pecunia ſue eccleſie fratri ſuo cardinali miſit mutuando. Quo decano mortuo canonici debitum repetunt. ⁊ q̄ ſuper hoc nō habebāt teſtes: ille pertinaciter debitum negauit: q̄d ⁊ cū iuramento firmauit. Qui rediens ad domū in media via remāſit immobilis: ita vt nec ante ſe, nec retro ſe moueri poterat: ⁊ ſimiliter factus fuerat mutus. Ideo in corde ſuo voluit vt ad locum periurij rediret, et ſuam malitiam manifeſtaret: ⁊ reſtitueret eccleſie pecuniam ſuam detentam iniuſte ⁊ ſic ductus penitentia liberatus eſt. Hec Ceſarius.

Infamantes iuſtum cum iuramentis quomodo puniti ſunt. Exemplū. lv.

Legitur in hiſtoria eccleſiaſtica: ꝙ quidā patriarcha fuit hieroſolymis iuſtiſſimus itaqꝫ nō propter rigorem iuſtitie a quibuſdam ſubditis odiebatur. vnde impoſuerunt ſibi falſa crimina q̄ etiā iuramento firmauerunt: ita ꝙ niſi eſſet. Prim⁹ dixit. Igne pereā q̄ nō faciliter credebāt eis hoīes ꝑpter excellentiā vite iſtius patriarche. Scḋs dixit morbo regio ledar. Terti⁹ dixit oc̄los ꝑdā. qḋ totū ſic euenit ꝑpter pctm̄ periurij factum contra inſontem. nā primus teſtis falſus cū omni domo ſua: progenie ⁊ familia: ⁊ rebus mox exuritur. Scḋs a pedibus vſqꝫ ad caput cōſumitur. Tertius talia audiens timens factum reuelauit. Ideo pre nimio luctu oculos perdidit.

Quidam ſcienter periurauerūt ⁊ ſubitanee obierunt. Exemplum. lvi.

Rex quidā francie nomine Lothari⁹: ꝑpter fornicationem excōmunicatus venit pro ſua excuſatione cum multis principibus ſecum venientibus ad papam: excuſando ſe cum iuramento: quos omnes papa abſoluit ⁊ ipſis ſacramētum euchariſtie porrexit tali conditione ſi falſum iuraſſent ⁊ indigne accederent infra anni illius ſpacium morerentur: qḋ ex diuina vltione ſubſecutū eſt. Nam ⁊ rex ⁊ nobiles flagitij conſcij: ⁊ participes: in via reuerſionis de curia ſubitanea morte interierunt.

In diſcipulo de tempore.

Quidā voluit peierare ⁊ bina vice genua flectens obmutuit: in ſignum ſue falſitatis ⁊ periurij. quere. ſer. xliij. x.

Item quidā iurauit ſuper ſepulchrum ſancti Pancratij: ⁊ manus adheſit ſepulchro. quere in diſci. de tpe. ſer. xliij. C.

Item duo iurando obligauerūt ſe: vn⁹ ad penam lepre: alter ad ignem beati antonij niſi ſic facerent: vt promiſerunt: ⁊ ambobus ſic accidit. quere ſer. xliij. B.

Item quidā ſcienter recepit falſum iuramentum ⁊ raptus ad dei iudiciū grauiter plagatus eſt. quere ſer. xlij. B.

## Capitulum de. L.

### Labor.

Deus remunerabit quemlibet paſſum. Exemplum. j.

Quidā ſenex lōge habebat aquā in cella ſua ad. xij. milia paſſuū: vbi dum ſemel iret haurire: defecit ⁊ dixit quid neceſſe eſt vt hunc laborem patiar ſed veniā ⁊ habitabo circa aquā. Tunc conuerſus retro vidit quendā eum ſequentē ⁊ numerātem veſtigia ſua: ⁊ interrogauit eum qs eſſet. Ille autē dixit ei. Ego angelus dn̄i ſum: ⁊ miſſus ſum numerare veſtigia tua: ⁊ dare tibi mercedem pro labore. Hoc audiens ille fortior: ⁊ promptior factus eſt: ⁊ adhuc longi⁹ poſuit cellā. Hec in vitaſpa.

Conuerſus quidā laborauit in coquina: quem beata virgo conſolata eſt.

Exemplum. ij.

Legitur ꝙ vnus deuot⁹ frater laicus q̄ erat coquinarius fratrum multorū: ⁊ in continuo labore fuit: ⁊ quoniam frequenter hoſpites ſuperueniebāt extra horaꝫ cōmunis prādij vel cene. aliquādo vix tm̄ temporis habere potuit: vt orationes debitas perſolueret. Contigit quoqꝫ vna die vt multis ſuperuenientibus fratribus: tota die occuparetur in labore coquine. Tandem poſt complectorium ſatis tarde acceſſit ad orationes perſoluendas quaſdā peculiares oratiunculas beate Marie more ſolito offerebat: ⁊ q̄ fatigatus fuit multum ex labore ſomnus ipſum inuaſit. q̄ excutere ſe ſomnum conatus: magnā luctā habuit ſomno laſſum corpuſculum deprimente: ⁊ feruore deuotionis renitente. Cū qꝫ ſic luctaretur: apparuit ei domina pulcherrima dicens ei. Fili bone: ſatis mihi feciſti vade ad dormiendum. De cuius aſpectu gratioſo ⁊ alloquio eſt multa conſolatione repletus.

Operarius quidam orauit pro diuite: ⁊ pro pretio diurno.

Exemplum. iij.



Legitur de quodā paupere operario qui panem ꝑ ſe ⁊ ꝑ pueris ſuis lucrabat̄ manibus ſuis. Accidit autē quadam die vt iret ad locū vbi conducebātur operarij nimis mane: ⁊ ipſe neminem ibi inuenit. tūc cogitauit ꝙ iret ad eccleſiā audire miſſaꝫ. Iuit ergo ad eccleſiā ⁊ audiuit miſſam deuote rogās deum vt daret ei lucrari honeſto labore ſuo ita ꝙ poſſet ſe ⁊ vxorē ⁊ pueros nutrire in hac vita ſine pctō ⁊ deuotione detētus: cum diu remanſiſſet redijt ad locū vbi aduocabātur oparij nimis tarde. ita ꝙ omnes erāt iam cōducti: tunc fuit deſolatus ſicut ille in cuius domo fortaſſis non erat panis nec argentū. ⁊ dum triſtis de loco cōductionis recederet cogitās qḋ poſſet facere: obuiauit cuidā diuiti burgēſi: ⁊ queſiuit ab eo cur non eſſet cōductus. qui dixit ei qūo ſibi cōtigerat ⁊ qūo audierat miſſam: ⁊ ſic neglexit ſemet ipſam ibi: tunc cogitauit ille diues ꝙ orationes ſue eſſent bone: ⁊ dixit ei. Uade iterū ad eccleſiam iſtā tota die ⁊ dabo tibi q̄ntum ceteris oparijs meis: ⁊ ora bono corde ꝑ me. Ille autē gaudens ꝙ inuenerat vbi poſſet lucrari fuit ibi tota die manibus compoſitis ⁊ genib⁹ flexis pro diuite rogans deū ⁊ diues miſit ſibi comedere ſicut ceterꝫ oparijs. ſero rediēs habuit. xij. denarios ſicut alij: ⁊ addidit ſibi vnum panē vltra. ⁊ dum rediret ad domū ſuā ⁊ ad pueros ſuos obuiauit ei eps̄ in ſimilitudine hoīs ſenis honeſti ⁊ bene induti: ⁊ dixit ei q̄ntum dedit tibi diues ille illo die pro ſeruitio tuo. Reſpondit. xij. denarios ⁊ vnū panē. Tunc dixit ille ſenex. Uade ad euꝫ ⁊ dic ei ꝙ male ſoluit: ⁊ niſi melius ſoluat ⁊ plus det tibi: male ſibi erit. tunc ille redijt ad diuitem: ⁊ dixit ei. Unus ſenex cui obuiaui remittit me ad vos dicens ꝙ vos nō dediſtis mihi ſufficientē mercedē. ⁊ dixit mihi ꝙ dicerem vobis ꝙ niſi melius ſoluatis mihi male erit vobis. tunc diues dedit ſibi quinqꝫ ſolidos pariſienſes. Et ille receſſit ⁊ iterum obuiauit ſeni. dixitqꝫ ꝙ adhuc non ſolueret ſufficienter: ⁊ ꝙ rediret ⁊ diceret ſibi ꝙ adhuc daret ſibi plus. Et tunc ille redijt ⁊ diues dedit ſibi centum ſolidos ⁊ vnā veſtem. Et eadē nocte apparuit [illegible] in viſione dicens ꝙ niſi ille pauper operari⁹ rogaſſet pro eo mortuus fuiſſet illa nocte: ⁊ dānatus. Tunc ille diues cōpunctus meliorauit ſtatū ſuum ⁊ vitā: ⁊ cepit dare eleemoſynas largas ⁊ eccleſias frequentare ⁊ bona opera facere: ita ꝙ poſtmodū in bono ſtatu mortuus eſt.

Frater ioannes quidā voluit viuere ſicut angeli. Exemplum. iiij.

Abbas ioannes dicebat fratri ſuo maiori. Uellē ſecurus eſſe ⁊ angeli ſecuri ſunt ⁊ nihil operātes: ſed ſemꝑ tantūmodo deū laudātes. Et ꝑfecto pallio ſuo egreſſus eſt in eremū. factaqꝫ illic ſeptimana egreſſus eſt ad fratrē ſuū. Cum autē pulſaret oſtiū illi non aperuit frater dicens. Tu qs es? ⁊ dixit. Ego ſum frater ioannes: rn̄dit ei. Frater ioānes angelus factus eſt: ⁊ vltra inter hoīes nō eſt. Ille vero plus pulſabat dicēs. ego ſum ioānes ⁊ noluit aperire vſqꝫ dū dies luceret. Mane autē facto aperiens oſtiū dixit ad eum. Homo es ⁊ neceſſe habes operari vt paſcaris. Tunc ille proiecit ſe ad pedes eius dicens. Indulge mihi abbas. Hec in vitaſpatrum.

Frater quidam dixit: operamini cibū qui non perit.

Exemplum. v.

Quidā frater peregrinus venit ad abbatē ſyluanū i mōte ſynai et vidit ꝙ fratres operabātur ⁊ dixit eis. Quare operamini eſcā que perit? Maria optimā partē elegit. Tunc ſenex dixit diſcipulo ſuo zacharie. Da illi codicē vt legat: ⁊ mitte illū in cellam q̄ nihil hꝫ. Hora autē nona circūſpiciebat viā ille frater ſi forte vocaret eum ille ſenex ad comedendū. Poſtq̄ trāſijt hora nona venit ad ſenē ⁊ dixit ei. Nunq̄d comederunt fratres hodie abbas? Cūqꝫ ſenex fateretur ꝙ ſic: ait ille. Quare me non vocaſtis? Tunc dixit ad eum Abbas ſyl-

nanus. Tu hõ ſpũalis es ⁊ nõ habes neceſ
ſe hac eſca: nos aũt tanq̃ carnales op⁹ ha
bemus comedere: ideo operamur: tu aũt
optimam partẽ elegiſti: legis omni die et
non vis carnalem eſcã recipere. Quod cũ
audiſſet: cepit penitere ⁊ dicere. Indulge
mihi abbas. Tũc rñdit ſyluanus. Ergo ne
ceſſaria eſt martha marie: ꝓpter marthaꝫ
eñi maria laudatur. Hoc in vitaſpatrum.

¶ Laborando ⁊ orando ſaluatur homo.

¶ Exemplum .vj.

QUodam tẽpore abbas Anthonius
dum reſiſteret in eremo ſpũ tenta
tus accidie: cogitationibus diuer=
ſis implicatus dicebat ad deũ. Dñe ſalua-
ri deſidero: ſed cogitationes varie me non
permittunt, q̃d faciam in tribulatione mea
vel quõ ſaluari valeã dignãter oſtẽde. Et
poſt paululum ſurgens quẽdam ſibi ſimi
lem cõſpicaẽ. ſedentẽ: torquentẽ funiculuꝫ
ſurgentẽ et opere ⁊ orantẽ. Erat aũt ange-
lus ad emendationẽ Anthonij deſtinatus
a quo hunc ſermonem audiuit: ⁊ tu ita fa
ciens Anthoni ſaluaberis. Et ille ſummo
gaudio cumulatus: accepta cõfidentia ſal
uabatur. Hoc in vitaſpa.

¶ Labor preſens nihil eſt reſpectu pene
future.

¶ Exemplum .vij.

ERat quidã ſenex in eremo in=
teriori per multos ãnos in ab
ſtinentia ⁊ in ſtudio ſpũali ni
mis laborans: aduenientes ad
eum q̃dam fratres admiran=
tes eius perſeuerantiã dicentes. Quõ tol=
leras iſtũ tã arduũ ⁊ ſolitarium locuꝫ pr̃.
Quibus ille rñdens ait. Oĩs labor totius
tpis, quo hic dego, nõdũ vnius hore eter=
norum tormẽtoꝝ gehenne ſpaciũ eſt. opꝫ
eñi nos inquit: in paruo tẽpore vite iſtius.
ſuſtinere laborẽ, ⁊ macerare paſſiones cor=
poris noſtri, vt inueniamus in illo futuro
ſeculo perpetuã recompenſationem.

¶ Lachryme.

¶ Lachryme delent totũ purgatorium.

¶ Exemplum .viij.

QUedaꝫ mulier lachrymas xp̃i mul
tum honorauit pro tanto vt deus
daret ei lachrymas cõpunctionis:
per quas euadere poſſet eternam mortẽ:
quam deus exaudiuit: ⁊ ſibi tãtas lachry
mas ꝯpunctionis dedit que totã penã de=
lerent quam deberet in purgatorio ſuſti=
nuiſſe.

¶ Laus humana.

¶ Laudem in bonis operibus querere eſt
damnabile.

¶ Exemplum .ix.

QUidã ſenex dixit q̃ ab hoĩbus am
plius honoratur, ac laudaẽ nõ par
uum dãnũ aĩe patitur, q̃ autẽ pe-
nitus ab hoĩbus nõ honoraẽ, ſuperfluam
gl̃iam a deo accipiet. Itẽ dixit. Sicut fieri
non põt vt ſimul herba naſcaẽ ⁊ ſemen ita
impoſſibile eſt vt laudẽ ⁊ gl̃iam ſecularium
hñtes ſimul et ⁊ fructũ faciamus celeſteꝫ.
Item dixit. Sicut theſaurus manifeſtus
minueẽ: ita ⁊ ꝟtus decipit publica. Nã ſicut
cera a facie ignis ſolueẽ: ita aĩa ꝑ laudẽ re=
ſoluta perit ab intentione ſua. Itẽ dixit. qñ
cogitatio vane gl̃ie, vel ſupbie te ĩpugnat:
perſcrutare teipſum ſi oĩa mãdata dei ſer
uaſti: ſi inimicos tuos diligis ſi gaudes in
gloria inimici tui: ⁊ ſi contriſtaris in deie=
ctione ei⁹: ⁊ ſi apud te habes qm̃ ſeru⁹ in=
utilis es ⁊ oĩbus hoĩbus plus peccas: et
neq̃ tu grande aliq̃d ſapias tanq̃ feceris
ſciẽs q̃ elata cõgitatio oĩa bona diſſoluit.

¶ Loqui.

¶ Qñ de bonis loquimur tũc angeli ſunt
preſentes.

¶ Exemplũ .x.

MAgnus vir q̃dam fuit de ſanctis
ſenioribus cui talẽ gr̃am xp̃s do
nauerat reuelante ei ſpũſancto
vt videre poſſet qd̃ alij nõ videbant. Refe
rebat ergo ſctis p̃ribus dicens q̃ aliqñ q̃
plurimi fratres ſedentes ſimul loquebanẽ
inter ſe cõferentes de ſanctis ſcripturiſq̃
ad ſalutem pertinent aĩaꝝ. Stabant ergo
iuxta eos ſancti angeli letãtes hylari vul=
tu conſiderantes delectabanẽ eñi de col=
loquio dei. Cũ aũt aliud quodcũq̃ inter
ſe loquerenẽ: ſtatim angeli ſancti receſſe=
runt longius indignãtes ꝯ eos: veniebant
autem porci ſordidiſſimi ⁊ morbo pleni et
volutabant ſe inter eos. Demones etiã in
ſpecie porcoꝝ delectabanẽ per ſuperfluam
⁊ vanam loquelã eoꝝ. Beatus aũt ſenior
hec videns abijt in cellulã ſuã: ⁊ per totaꝫ



noctem cũ grandi fletu ⁊ eiulatu gemẽdo
⁊ flendo flebat miſerias noſtras. exhorta=
batur eñi fratres dicens. Cauete fratres a
multiloquio ⁊ ab otioſis ſermonib⁹ linguã
cohibete: qꝛ malos interitus aĩe generant
⁊ non intelligimus quõ per hoc deo ⁊ ſan=
ctis eius odibiles ſumus. Dicit ei ſcriptu=
ra diuina: per multiloquia non effugies
peccata: hec eñi infirmã ⁊ vacuã efficiunt
mentem atq̃ animam noſtram. Hoc in vi
taſpatrum.

¶ Bona loqui ⁊ audire inducit ad per
fectionem.

¶ Exemplũ .xj.

VIrum valde dilectũ ⁊ fami=
liarem habuimus Philippũ
nobilem militem. memora=
bilis vite perfectiſſimum vi
rum in quo iſtud memorabi-
le frequenter aduertimus,
q̃ totum tp̃s ſuum vel in orõne aut deuo=
tione cõtinua: vel in ſctis collationib⁹ ex=
pendebat. Nouerat eñi multos valde reli
gioſos viros ⁊ feminas quas in grecie: lõ=
bardie: burgundie: prouincie gallie: flan=
drie: atq̃ brabantie partibus querẽdo lu
ſtrauerat: quoꝝ virtutes: mores ⁊ ꝟba cũ
miro feruore ⁊ deſiderio referebat: et ad
meliora per hec mentes audientium exci=
tabat: ſed auditores ſuos ⁊ collocutores
mira oris gr̃a cõpellabat vt ſibi aliq̃d di=
gnuꝫ relatu qd̃ audiſſent vel vidiſſent in
facto vel in dicto bonoꝝ exponere digna=
rentur. ⁊ hoc quidem vltra q̃ credi põt in
eo tantam deuotionẽ: tantã letitiã: ⁊ tan=
tum deſideriuꝫ excitabat vt iſtis ſolis vi=
uere credebaẽ. Si q̃d vero extraneũ audi
re cõtigerit quaſi eſſet percuſſus in capite
cũ mira anxietate ſpũs faciem auertebat:
nec fruſtratus eſt fructu oris ⁊ auris bo=
norũ. ſ. q̃ libenter ꝓtulit ⁊ audiuit cuꝫ deus
miro modo eũ remunerauit etiã in p̃nti.
Vir eñi habuit de oĩbus p̃nis bonis ne=
ceſſariũ vite ⁊ victum: ⁊ tñ octo monaſte=
riorum ciſtercientiũ ordinis fundator exti-
tit indefeſſus: exceptis cõgregationib⁹ vi=
ginarum q̃s vſq̃ ad .v. milia in diuerſis lo
cis ⁊ eo amplius in xp̃i ſeruitio mãcipauit
ecce q̃d ſit i bonis fame odorib⁹ delectari.

¶ Sancti patres loquẽtes de diuinis obli
ti ſunt cibum ſumere.

¶ Exemplum .xij.

QUidaꝫ de ſanctis ſenioribus ſal
uationis cauſa profect⁹ eſt aliũ
ſeniorem eremitam q̃ cum om=
ni gaudio eũ ſuſcepit pro cuius
etiam aduentu parauit ad refe
ctionem ſenior lenticule cibuꝫ coctũ. Dixe
runtq̃ inter ſe vt prius more cõplerẽt ora
tiones ⁊ pſalmodiam: ⁊ poſtea cibum ca=
perent. Cum autẽ ingreſſi fuiſſent pſalle=
bant: totumq̃ pſalteriũ cõpleuerũt. naꝫ ⁊
de ſcripturis ſanctis legentes duos pro=
phetas recitauerunt. Iãq̃ dies abierat:
noxq̃ ſimiliter recedebat. Dum ergo ora
rent: ⁊ intente pſallerent, illuxit alia dies:
⁊ tunc primũ intellexerunt: qꝛ tã nox trãſiſ
ſet inter ſe de verbo dei loquentes: ⁊ ſpiri=
tuales ſibi ſenſus exponentes. Factuꝫ eſt
vt circa horam nonã ſalutantes ſe inuiceꝫ
ita vt reuerteretur ſenex q̃ venerat ad cel
lam ſuam. Nã refectionem cibi q̃ paratus
fuerat obliti ſunt accipere: dũ cibum ſpiri
tualem acciperent. Veſpere autẽ facto tũc
ſenior inuenit ſibi ollam plenam ſicut pa=
rata fuerat: ⁊ contriſtatus dixit. Heu: quo=
modo obliti ſumus percipere pulmentuꝫ
iſtud. Hoc quere in vitaſpa.

¶ Quatuor virtutes quatuor eremitaꝝ.

¶ Exemplum .xiij.

IN vitaſpatrũ legitur q̃ erãt
quatuor eremite in vna do=
mo, qui quadam vice inter ſe
per ſancta verba ceperũt re
quirere vnus alterũ q̃ dice-
ret vnuſquiſq̃ ſuã virtutem
in qua ipſe ſibi perfect⁹ eſſe crederet. Vn⁹
dixit q̃ eſſꝫ multũ humilis: itm̃ q̃ nullus
eſſet in toto mũdo, q̃ videretur ipſo peior.
Alter dixit q̃ eſſet patiens. Tertius q̃ li=
benter audiret de deo loqui. Quartus q̃ li
benter oraret. Ecce concorditer orauerũt
vt eis deus manifeſtaret, quis eorum ac=
ceptabilior eſſet: audierunt vocem dicen=
tem. Primus me cepit. Secundus tenet.
Tertius ligat. Quartus me portat quo=
cunq̃ vult.

¶ Quidam portauit per triennium lapidē in ore.

¶ Exemplum.xiiij.

Dicebāt fratres de Agathone abbate ꝙ per triēnium lapidē in ore ſuo portabat donec taciturnitatē tenere diſceret.

¶ Quidam.xxx.annis ſeruauit ſilētium.

¶ Exemplum.xv.

Vidimus ſanctū Theodonā in ſua cella clauſum ⁊ ſolitariuȝ dicebāt xxx.annis ſilentium tenentem.de quo dicit Socrates theodonas pater triū milium monachorum ſcientiſſimus grecarum ⁊ latinarum literarum.xxx.an.tacuiſſe fertur.

¶ Paulus ſimplex tenuit ſilentium ex iuſſu ſancti Antonij.

¶ Exemplum.xvj.

Paulus ſimplex relicta vxore ⁊ poſſeſſione ad abbatem Anto. perrexit prima nocte iuſſus eſt ab eo vt eū expectaret orans donec rediret qui ſtetit orans ante cellam ſenis in eſtu totius diei:⁊ in rore noctis nuſꝙ ſe mouens. Cuȝ vero ſemel in cōgregatione ſacramentū interrogaſſet quis primus fuiſſet an chriſt⁹: an prophete:verecundatus Anto.eū abire ⁊ ſilere precepit qui ſtatim recedēs ſilentium vſꝙ ad patris imperium obſeruauit.

¶ Senex quidā noluit deſuper celeſtibus loqui.

¶ Exemplum.xvij.

Anachoreta quidā cū veniſſet ad quendā abbatē ſuſcepit eū cum letitia:⁊ cum ſe alterutrū amplexi fuiſſent cepit Anachoreta de ſcripturis ſanctis ⁊ celeſtibus rebus cōferre. Tūc ſenex vertit faciē ſuā ad alium fratrē,⁊ nullum dedit ei reſpōſum. Iſte vero vidēs ꝙ non loquerenͭ ei:egreſſus eſt triſtis:⁊ dixit diſcipulo ſuo. Sine cauſa tanti itineris laborem aſſumpſi vt venirē ad eum qui mecum loqui dedignat. Ingreſſus aūt diſcipulus dixit ei. Propter te venit iſte homo magnus:⁊ tu non vis loqui cū eo. Reſpōdit ille. De ſuperioribus eſt:et celeſtia loquitur,ego autē de inferiorib⁹ ſum:et vix terrena loqui poſſum. Si mihi locut⁹ fuiſſet de paſſionibus monachorū:forſitan reſpōdiſſem ei:ſi autem de celeſtibus loquitur:ego me neſcire cōfiteor. Egreſſus ergo diſcipul⁹ dixit ad Anachoretā. Senex iſte noſter non vult deſuper celeſtibus loqui: ſed ſi quis de paſſionib⁹ eius ei locut⁹ fuerit.reſpondet ei. At ille cōpunctus in hoc ſermone.ingreſſus ad ſenē dixit. Quid faciam abbas:q̄ paſſiones cordis dominantur mihi? Tunc ſenex reſpexit in eum gaudēs,⁊ dixit. Modo bene veniſti pater:aperiam ego os meum,⁊ implebo illud bonis tuis.⁊ ex hoc ſermone ille edificatus dixit ei. In veritate bona eſt vita hec ꝙ tenes:⁊ vera.

¶ Philoſophi dilexerunt taciturnitatem.

¶ Exemplum.xviij.

Tres philoſophi interrogati qualiter ſic taciturnitatē amarent,reſpondens primus:ſcȝ ſocrates dixit. Loqui me ſepe penituit:tacuiſſe vero nunꝙ. Secūdus philoſophus dixit. Nullus ſtultus tacere poteſt. Tertius philoſophus dixit. Os vnū,⁊ aures duas a natura recepimus.q.d.multa debemus audire:pauca vero loqui.

¶ Sanctimonialis quomodo punita eſt propter loquacitatem.

¶ Exemplum.xix.

Fuit quedam ſanctimonialis que carnis quidē continentiā habens:ſed per caſtitatem ⁊ ſtultiloquiū non declinabat. hec cū defuncta eſſet et in eccleſia ſepulta eſſet nocte eadem vidit cuſtos eccleſie eam ante altare adduci:⁊ per medium ſecari:⁊ pars vna igne cremabatur:⁊ alia remanebat intacta.cuius combuſtionis ſignum in marmoribus apparebat:ac ſi ibi mulier corporaliter fuiſſet concremata.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Loquentibus bona ⁊ deifica aſſiſtūt angeli:ſed loquentibus mala aſſiſtūt diaboli.ſermo.xcviij.h.

¶ Item beatus Ignatius ſemper nominauit Jeſum:quia hoc nomen fuit ſcriptū in corde ſuo.hoc quere in ſermo.xcvj.

¶ Luſores.

¶ Luſores quomodo crucifigunt ⁊ vulnerant Jeſum chriſtum.

¶ Exemplum.xx.

Honeſtus



Honeſtus quidā vir in nocte ſancta paraſceues ad matutinas ſurgens trāſiuit ante cellariū in platea in quo iuuenes luſores ad ludum teſſerum ſedentes blaſphemijs ⁊ iuramentis inuicem cōtendebant. Tranſiens aūt citius inuenit hoīem ignotum:plagatum miſerabiliter ⁊ ſanguine cruentatum. Qui cū quereret actorē leſiōis tante quis eſſet. Rn̄dit. Iſti iuuenes q̄ hic in cellario ad teſſeres ſedent. Mox igitur ingreſſus citius ludentes duris v̄bis interrogauit cur hoīem ignotuȝ ingreſſum ad eos iam crudeliter verberaſſent. Attoniti iuuenes negauerūt aliquē ad eos intraſſe. poſtꝙ vero nullū ab eis v̄bo vel verbere laceſſitum conſiderarent mox concite ſurgentes oēs querunt hoīem cruentatū nec inuenerunt conuerſi ſinguli ad ſeipſos aduertunt ꝙ cū iuramentis ⁊ blaſphemijs ſuis rurſus xp̄m vulnerauerūt ⁊ contumelijs martyrizauerunt.vn̄ Apoſtolus. Rurſum crucifigentes filium dei.

¶ Luſor proiecit ſagittā verſus celum.

¶ Exemplum.xxj.

Quidam nudatus ludo teſſerum adeo deſperatus eſt vt arrepto arco ſagittam in aerem iaceret:quaſi in ipſum celum dn̄m percuſſurus: et mox reuerſa ſagitta an̄ faciem iacentis ſanguine recēti totaliter infecta reperta eſt.qui territus ⁊ compunctus confeſſus eſt ⁊ vitam ſuā cuȝ mira patientia ⁊ correctione correxit. hec Guil.

¶ Luſor tradidit ſeipſum demonibus.

¶ Exemplum.xxij.

Quidam fuit qui cū luderet ad taxillos ⁊ omnia amiſiſſet vno denario tm̄ excepto diabolo ſe cuȝ corpore ⁊ anima tradidit ⁊ in ſignum huius poſt multas blaſphemias ⁊ denariū proiecit. Et cū mane facto ſolus iret per viam obuiauit duobus demonib⁹ in ſpē humana qui dixerunt ei ꝙ eſſent dn̄i ſui demones quib⁹ ſe tradiderat: ⁊ in ſignū huius denarium quē proiecerat oſtenderunt ei: ⁊ dixerunt ꝙ iret an̄ eos qui venerant ad eum ad deducendū ad locū ſuū. Qui rogauit eos vt permitterent eū redire ad domum ſuā:⁊ poſt duos dies ſequerenͭ quocunꝙ ire vellent. Quod cū factū eſſet. prima die manſit in domo ſua triſtis ⁊ deſperans.non tn̄ alicui pandens: neꝙ comedens:neꝙ bibens. Cum aūt die ſequenti quedam mulier tranſiret an̄ domum eius paupera infantuluȝ inter brachia portās petens propter deuȝ de pane ſuo ille dixit ꝙ non daret ei niſi peteret amore dn̄oruȝ ſuorum.ſ.demonū cum q̄bus erat iturus q̄bus ſe tradiderat:ꝙ illa facere abhorruit ſed iuit ad amicos illius ſuadēs eis vt requirerent ab eo diligenter quid eſſet qđ ille dixerat ⁊ eum cuſtodirēt.quod cum feciſſent ⁊ ille eis totam veritatē manifeſtaſſet:incepit clamare. Ecce veniunt vt me ſecum deferant:ſinite me ire ne violēter me rapiant. Cū aūt detinerent ⁊ ad penitētiaȝ prouocarent: demones inuiſibiles ab eis eum inter manus eorum proſtrauerunt ⁊ eum occiderunt.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Luſor qui iurauit per oculos dei ⁊ excecatus eſt. hoc quere in ſer.xij.J.

¶ Item xp̄ianus luſit cuȝ iudeo ⁊ iudeus blaſphemauit chriſtum ⁊ matrem eius et ſubitanee obijt: et chriſtianus factus eſt amens ⁊ vitam dira morte miſerabiliter finiuit.ſer.xij.K.

¶ Miles erat luſor magnus quem diabolus de ludo ſuſtulit cum corpore:⁊ anima abduxit:qui amplius non eſt viſus.ſermo ne.xij.Q.

¶ Rurſus diſcipulus beati Cirili xp̄i dānatus propter ludum.quere ſer.xij.M.

¶ Luxuria.

¶ Puer in eremo nutritus concupiuit anſeres.i.mulieres.

¶ Exemplū.xxiij.

Juuenis eremita qui ī eremo a pueritia fuit nutrit⁹ ibat cum abbate ſuo ad ciuitatem. Et cum vidiſſet mulieres ī chorea ⁊ quid eſſet ab abbate queſiuit ſolicite. cui abbas. Anſeres ſunt ⁊ reuerſus puer ad clauſtrum flere cepit. Cui abbas. Fili qd vis? Pater volo comedere de illis āſerib⁹

quos in ciuitate vidi. Tunc abbas conuocatis fratribꝰ dixit. Cõſiderate fratres mẽte ſolicita ꝙ͞ periculoſus eſt mulieris aſpectus: nã hic innocẽs puer qui prius mulierem non viderat in eremo nutritꝰ fuerat: ꝛ ſolo viſu mulieris igne carnalis concupiſcentie eſt accẽſus ꝛ inflãmatus. Unde nihil tam dãnoſum bonis moribus ꝙ͞ in aliquo ſpectaculo reſidere ꝛ mulieres ſolicite inſpicere. Dauid cum oculos ſuos iniecit in mulierẽ ꝛ illicito appetitu ductꝰ homicidiũ ꝛ adulterium perpetrauit: et niſi incaute mulierem reſpexiſſet: in tantam tentationem carnis minime incidiſſet. Hoc Pet. de amore.

¶ Filius regis qui concupiuit demones qui ſeducunt homines. ¶ Exẽ. xxiiij.

Quidã rex filios mares habere non poterat. tandẽ autẽ naſcitur ei filius: ſed periti ſſimi medici dixerũt ꝙ ſi infra. x. an. ſolẽ videret oculorũ lumine priuaretur: qđ rex audiẽs excidit ſpeluncam in quadã petra: ꝛ ibi filiũ vſq; ad tempus predictũ incluſit: ꝛ eum ibi vſq; ad tẽpus predictũ diligẽter nutriri fecit. Finito aũt. x. anno puer de antro reducit nullarũ mundanarũ rerum per viſum habẽs notitiam: tũc omnia oſtendebãtur ei in vno loco viri: ꝛ in alio loco mulieres: ꝛ ſic de alijs rebus. Interrogatis vero nominibꝰ ſingularum rerũ cum nomen mulierũ ſolicite q̃reret vnus in loco dixit. Demones ſunt qui ſeducunt homines. Oſteſis igitur ſibi oibus interrogauit rex puerum quid ſibi magis placeret ex omnibus que vidiſſet. Puer reſpondit. Demones qui ſeducunt homines. Uide ergo ꝙ͞ allectiua res eſt mulieris facies.

¶ Sacerdos in agone dixit. recede igniculus adhuc viuit. ¶ Exemplum. xxv.

Quidam ſacerdos deuotus cõmiſſam ſibi eccleſiã cum magno timore regebat: q̃ ex parte ordinis accepti preſbyterã ſuam quã in vxorem habuit ante ſacerdotiũ. vt ſororem diligens: ſed eam vt peſtem fugiens ad ſe propius accedere non ſinebat. anno aũt quarto ordinis ſui grauiter febre correptus ad extrema eſt ductus. Cũq; preſbytera eum reſpiceret ſolutis iam mẽbris quaſi in morte diſtentis aure naribus eius appoſita: ſic ꝙ ſpiraculũ ei ineſſe volebat dignoſcere: quod ille ſentiẽs cui tenuiſſimus inerat flatus quanto niſu valuit erupit dicẽs. Recede mulier a me adhuc igniculꝰ viuit: paleam tolle. Hec Gregorius.

¶ Leo papa abſcidit ſibi manum quã mulier oſculata fuit. ¶ Exemplum. xxvj.

Leo papa in die reſurrectionis chriſti cum miſſam celebraret ꝛ fideles cõmunicaret: quedam mulier eius manũ oſculata fuit ꝛ ex hoc in eum carnis vehemẽs tentatio inſurrexit: vir dei eandẽ manũ ſe ſcãdalizantẽ penitus amputauit ꝛ a ſe reiecit. Interea murmur oriebatur in populo cur ſummus pontifex diuina more ſolito non celebraret: tũc leo ad beatã virginẽ ſe cõuertit ꝛ eius prouidẽtie totaliter ſe cõmiſit. Illa vero cõtinuo ſibi affuit: ꝛ ſuam manũ ſanctiſſimis ſuis manibus reſtituit ꝛ reformauit iubẽs vt procederet ꝛ ſacrificium ſuo filio immolaret. Leo igitur papa omni populo ꝙ ſibi cõtingerat publicauit ꝛ manum reſtitutã omnibus oſtendit hoc videlicet ad actum mulieris.

¶ Senex quidam dixit mortuum eſt corpus meum, ꝛ impregnauit puellam.

¶ Exemplum. xxvij.

Erat ſenex infirmatus cum in Egyptũ ire vellet vt fratres minꝰ grauaret. dixit ei abbas Moyſes. Nõ vadas quoniã in fornicatione caſurus es. Qui cõtriſtatus dixit. Mortuũ eſt corpus meum: ꝛ tu mihi ita dicis. Cum ergo iuiſſet ꝛ quedã virgo ex deuotione ei ſeruiuiſſet: ille conualeſcẽs eam violauit qui cũ filium peperiſſet ſenex puerũ in vlnas ſuſcipiens in die magne feſtiuitatis que inſtituta erat eccleſiã intrauit coram multitudine fratrũ. Cum autem omnes flerent dixit. Uidetis infantẽ hunc filius eſt inobedientie. Cauete ergo vobis fratres: quia in ſenectute hoc feci. ꝛ orate pro me. Et pergens ad cellulam ſuam ad priſtinum ſtatum peruenit. Hoc in vitaſpatrum.

¶ Quidam propter tentationẽ carnis proiecit ſe ad pedes beſtie vt eũ deuoraret.



¶ Exemplum. xxviij.

Eracius refert de ſeipſo dicens. Ego cũ tẽtatione carnis vrgerer: timens indicare magiſtro meo abij ad quẽdam ſenem iam ſeptuagenariũ qui ſolitarius in eremo habitauit ꝛ anxietatem meam retuli ei qui dixit mihi. Nõ ſit tibi noua res quã pateris. Nam ꝛ ego vt vides admodũ ſenex per. xliiij. annos in cella iſta ſaluti mee vacans huiuſmodi tentatione vſq; ad preſens ſolicitor: malui tamen magis mori ꝙ͞ illecebris cõſentire. Unde hic ſemel egreſſus nudum me ante ſpeluncam cuiuſdam fere proieci vt ipſa veniens deuoraret me: ſed cum illa veniẽs a capite vſq; ad pedes me lambuiſſet: cogitãs ꝙ forte deus mihi parceret ad cellam redij: ꝛ ecce poſtmodũ diabolus ſe transfigurans in ſpeciem cuiuſdam puelle quam aliquando viderã et ſuper genua mea ſedens ita me cõmouit: vt pene me cum ea coiiſſe putarem. Iratus igitur dextera mea percuſſi eam ꝛ ſtatim euanuit: ſed per totum biennium fetorem manus qua eam percuſſeram ferre nõ potui. Inualeſcente igitur tentatione anxius ad deſertum perrexi: et inueniens modicũ ſerpẽtem manu eum tenens: ꝛ caput eius fricando conterens ad genitalia mea poſui: vt morſu eius perirez. Cũq; nec ſic me momordiſſet audiui hãc vocem ad me dicẽtem vade in pace. Ob hoc enim permiſi te moleſtari vt infirmitatem tuam cognoſceres: ꝛ ad auxilia diuina confugeres: et ſic ad propria reuertens cum fiducia vſq; huc hic ſedeo.

¶ Maria liberauit adoleſcentem a tentatione carnis. ¶ Exemplum. xxix.

Miles quidã erat adoleſcens cum quodam milite domino ſuo qui beneficiariꝰ erat habitabat: ꝛ licet etate floreret amplius tamen florebat virtute virginitatis. Inuidia operante diaboli ab vxore domini ſui grauiſſime cepit tentari qui cum annum eadem inceſſanter tentatione laboraret: tanq; ei intolerabilis eſſet ſemota verecundia domine ſue quod peteretur. a qua repulſam paſſus amplius affligebatur: caſta enim rapuit matrona ꝛ viro ſuo fideli. Ueniens ergo ad quendam Eremitam paſſionem ſuam illi cum lachrymis confeſſus eſt cui vir ſanctus fiducialiter reſpondit. Ego dabo tibi conſilium vt deſiderium tuum conſequatur effectum. per annum inquit ſingulis diebus ſi fieri poteſt in eccleſiam dominã noſtram dei genitricem Mariam centies cum totidem venijs angelica ſalutatione ſalutabis: et quicquid volueris per illã obtinebis. Sciebat enim quod caſtitatis amatrix iuuenem caſtum licet in errore poſitum nõ deſereret. Cumq; iuuenis multa ſimplicitate domine noſtre iniunctum obſequium impenderet die quadam ſedens in mẽſa domini ſui recordatus eſt quod dies eadẽ terminus eſſet anni: et ſtatim ſurgens equum ſuum aſcendit: vicinamq; intrans eccleſiaz orationes ſolitas impleuit. Qui cum exiret de eccleſia vidit matronã pulcherrimam equum per frenum tenentem. Miratus quenam eſſet illa reſpõdit. Placet tibi ne ſpecies mea. Reſpondente milite. Nunq; pulchriorem te vidi: illa ſubiunxit. Sufficeret ne tibi ſi me poſſes in vxorem habere. Cui cum reſponderet. Cuilibet regi bene ſufficeret ſpecies tua. ꝛ beatus qui iudicaretur tuo conſortio dignus. Subiecit illa. Ego vxor tua ero accede ad me ꝛ dabo tibi oſculum. Dixitq; modo initiate ſunt nuptie: ꝛ tali die coram filio meo perficient. Ex quo verbo cognouit eã eſſe matrẽ domini ꝛ ab illa hora a tentatione predicta liberatus eſt: vt etiã vxor dñi ſui miraretur. Hec cũ eremite recitaſſet per ordinem ille genitricis dei pietatem ſimul ꝛ humilitatẽ admiratus reſpondit. Ego intereſſe volo diei nuptiarũ tuarum interim de rebus tuis diſponas. Quod cũ feciſſet ꝛ eremita veniſſet ad diem prefixum: dixit iuueni. Sẽtis aliquid doloris. Reſpondẽte illo. Non. Cum ſecũdo poſt horam idipſum ab eo ſciſcitaretur: reſpõdit. Modo ſentio. Qui poſt paululũ agonizans ſpiritum exalauit: ꝛ celeſtem thalamũ promiſſas nuptias celebraturus intrauit.

¶Luxuria oſtendit ſe iuueni in ſpecie turpiſſime mulieris.

¶Exemplũ .xxx.

Quidaz ſanctus pater infantulũ in ſylua nutrierat. qui cũ ad annos pubertatis deueniſſet valde a ſpiritu fornicationis vexabatur: ⁊ noluit ad ſeculũ cauſa libidinis redire: ⁊ hoc cernens vir ſanctus multum doluit. Et cũ per duos annos in illa tentatione blandis exhortationib⁹ retinuiſſet eundẽ ad vltimum dixit ꝙ nullo modo ſuſtinere poſſet. dixitq₃ eidẽ vir ſanctus. Uade ergo ⁊ duc vxorẽ: ⁊ in matrimonio poteris ſaluari. Acquieuit iuuenis: ⁊ tunc dixit vir ſctũs. Unũ ergo de grã peto vt añq₃ ad ſeculũ redeas ꝙ prius ad fontem q̃ eſt in ſylua accedas ⁊ ibidẽ .xl. diebus ieiunare debeas rogans dñm vt tibi vxorem bonã elargiri dignet̃. hoc eſt magnum dei donũ. q: Eccłic. xxvij. ſcribitur. Mulieris bone beatus vir. Accipe de pane inquantũ velis. acquieuit iuuenis. Cuz aũt per .xx. dies ieiunaſſet dũ in oõne perſiſteret maximũ ſenſit fetorẽ q̃ cũ ſpaciuz duarũ horarũ excreuiſſet: tandẽ vix tollerare poterat. Et ecce q̃dam mulier turpiſſima oculis lippa: ac ẽt ſcabioſa tota ex qua q̃dem muliere fetor ille ꝓcedebat apparuit iuueni di. Ubi es amice: per multũ tp̃s te q̃ſiui multũ te diligo ſup oẽs te appeto. q̃ſiuit iuuenis. Quid vis tu turpiſſima ac ẽt feditate intollerabili induta? Inquit illa te volo: te cupio: pro te huc veni: multuz te queſiui. volo ꝙ dormire debeas mecum. Tunc iuuenis cepit in eius faciem ſpuere. Abſit a me ꝙ talẽ habeã amicã tã ſordidã ⁊ tam turpẽ. Rurſuz inquit ille q̃s es tu. vñ venis aut q̃uo vocaris? Rñdit illa. Ego ſũ pctm̃ luxurie. iam ſunt duo anni ꝙ cepi te querere: ⁊ hoc q̃n primo tentatiões carnis ſumpſiſti. Inquit ille. Si ſciuiſſem ꝙ pctm̃ luxurie ita fetidum eſſet: ⁊ ẽt tã abominabile nũq₃ ad mundũ reuerti voluiſſem: iam modo ſeruabo deo ṽginitatẽ. Et reuerſus ad viꝝ ſanctũ hmõi viſionẽ ſibi narrauit. Rñdit vir ſanctus cuz gaudio. Si vſq₃ ad .xl. dies expectaſſes maiora tibi reuelata fuiſſent. Et iuuenis deo ſeruiens in virginitate permanſit. hoc in vitaſpa.

¶Mulier quedã petijt pulchrum iuuenẽ.

¶Exemplum .xxxj.

Mulier quedã in pulchrũ quẽdã clericum iuuenem oculos iniecit vt ei diceret. Si meis volueris vti amplexib⁹: oĩa mea tua erunt. Quo pluries recuſãte: illa eũ corã iudicib⁹ de oppreſſiõe accuſauit. Miſſo ergo eo per iudicem in locum dãnatorum: illa ſtimulante luxuria demẽtatam ab eo ſe ſimulans muꝝ per ſcalam aſcendit: deorſum ſe precipitauit ad commixtionem illum ſolicitauit: ſed nõ perfecit. Quo cognito iudices innocentẽ extrahentes tãq₃ magnũ maleficũ miſerũt in ignẽ. Qui cum arderet ita vt cũ patentibus coſtis pulmo videretur. Aue maria cunctis audientibus declamat. Mox vnus mulieris cognatus ſtipitẽ ori illius immittẽs dixit. Ego auferaz oõnes illas ⁊ ſuffocauit eum. Cuius oſſa in campo ſepulta multa miracula fecerunt: ⁊ ſuper tumbam ei⁹ eccleſia eſt fabricata. hec Arnoldus.

¶Clericus quidã dixit in foro ad mulierẽ prepara te ad commixtionẽ.

¶Exemplum .xxxij.

Quidam clericus mulierem quãdaz turpiter amabat. Ueniens autem pariſius in oĩ ſapiẽtia ⁊ deuotiõe ꝓficiebat ⁊ ſic ad ꝓpria remeauit vbi a predicta muliere turpiter agitatus ille eaz in plateam publice duxit ad cõicandum ſibi q: aliter peccatũ fugere nõ potuit. A quo illa confuſa audiuit eũ tria documenta in ſcholis didiciſſe. Primo vt deũ ſuper oĩa timeam: q: vbiq₃ pñs eſt. Secundo q: iam ordinatus vt ſacrilegiũ fugiã: tranſgreſſionem: votũ: furtũ: immũditiã: ⁊ idolatriaz: que oĩa tranſgredior ſi tecũ cõicauero: ꝓter cetera incõmoda ſequentia ꝓpter momentaneam delectationẽ ⁊ vilẽ. Tertio ꝓpter te incurro irã dei: ſcandaluz proximi contemptum mei ⁊ penam inferni. Et ſic mulier compuncta ex verbis ſuis egit penitentiam.

¶Mulier quedam voluit prouocare virũ dei ⁊ ſubitanee obijt.

¶Exemplum .xxxiij.



Quidam vir vite venerabilis decreuerat: vt vltra mulierez propoſito non videret: q: non ſpernebat ſexũ ſed ex contẽplata ſpecie tẽtationis incurrere metuebat vitiũ. Qđ quedã mulier audiens audacter aſcendit in montẽ neq₃ in eius aſpectum impudẽter prorupit. At ille paulo longius intuẽs ⁊ veniẽtia ad ſe muliebria indumẽta conſpiciẽs ſeſe in orationem dedit: ⁊ in terrã faciem depreſſit: ⁊ eo vſq₃ proſtrat⁹ iacuit quo impudẽs mulier a feneſtra cellule illi⁹ fatigata recederet. Que die eadẽ mox de monte deſcenderat vitã miſerabiliter finiuit: vt ex mortis ei⁹ ſententia daretur intelligi quod valde omnipotenti deo diſplicuit ꝙ eius famulum auſu improbo contriſtauit.

¶Punitio corporis valet contra tentationem carnis. ¶Exemplum .xxxiiij.

Matrona quedã nobilis die quadã cuz in caſtro in quo manebat ſola eſſet ſubito tam valide eſt inflammata vt ignem amoris tolerare nõ poſſet ſed ad portariũ caſtri diſcedẽs vt ſibi commiſceri vellet multa inſtãtia ſupplicauit. Cui ille reſpõdit. Quid eſt hoc dña quod loq̃ris? vbi ſenſus tuus: reſpice deũ attende honorẽ tuum. Illa nihil horum curãs cum a portario repulſam pateretur nutu dei de caſtro exiens ad flumen ꝙ erat ad pedẽ caſtri cucurrit ⁊ aquis gelidis ſe immerſit: ⁊ tandiu ſedit donec fomitẽ libidinis extingueret. Tunc ad portariũ rediẽs ⁊ de repulſa gratias agens dixit. Si mihi dares mille marcas auri non modo paterer quod pauloante rogaui ⁊ redijt in locum ſuum.

¶Saltatrix ſubitanee obijt. Exẽp. xxxv.

Saltatrix cũ adulterio luctebatur: ⁊ cũ ceſſaſſet ſubitanea morte percuſſa miſerabiliter expirauit. hoc Guilliel.

¶De obitu cuiuſdã luxurioſe mulieris.

¶Exemplum .xxxvj.

Mulier quedã luxurioſa nimis: nocte vero quadam anteq₃ moreretur ad tribunal chriſti rapta eſt. In cuius circuitu vidit ſanctos infinitos. Animabus vero in medium deductis illa ad gloriam: iſta ad ſupplicĩũ vocabatur. Cũ predicta mulier hec videret accuſante conſciẽtia manus ſuppliciter ad iudicẽ tetẽdit. Cuius ille miſerat⁹ ait. Quid me rogas? da mihi minimũ digitum tuum: ⁊ ego tibi manus meas. Acſi diceret. Da mihi modicã fidem ꝙ de vitijs te emendas: ego tibi gratiam meam. ſicq₃ euigilauit. Que cum viſum retuliſſet cuidã religioſe matrone: ait. Miſera emẽda vitam tuam ſatis enim ammonita es. ⁊ illa timuit: ſed cito timor ceſſauit. Cumq₃ rurſum vitijs ſubijceretur ammonitioni flagella adduntur. Nam cum per acerrimas infirmitates expiraſſet duo canes ante domũ ſuam ſe momorderunt ſuperuenerũtq₃ omnes canes ville ⁊ intrantes domum lintheamen corpori ſuppoſitũ dentibus cõminuerunt qui vix tãdem a ruſticis expulſi ſunt. Cadauere vero ſepulto canes redeũtes ad ſepulchrum eius fecerunt ſicut prius. Puto qđ anima modicum habuerit pacis ſicut multi qui viderunt interpretati ſunt. hec Ceſa.

¶Plaga illius qui violauit virginem.

¶Exemplum .xxxvij.

Quidam violauerat quandam virginem, qui dei iudicium nequaq₃ euaſit. Nam cum eccleſiã frequentauit mox ſubitanee defunctus eſt: et eius ſepulchrum vorax flãma inuaſit donec cadauer ipſius ex toto conſumpſit.

¶Omnis luxuria extra matrimonium eſt peccatum mortale.

¶Exemplum .xxxviij.

Legitur in vita ipſius ſancti Andree ꝙ cum ipſe ſanctus And. concubinam cuiuſdam prepoſiti conuertiſſet eidem dicte cõcubine tradidit paſſionis Ieſu chriſti ſaluatoris noſtri euangeliũ vt peccatum vitaret ardentius: quia vero vxor illius prepoſiti adhuc ſuſpectam eam habebat: ideo ribaldis eam tradidit ad vitia carnis quorum duo cum iam veſtes ſuas frangerent volentes eam opprimere: ſubito ipſa clamante ad deum illi ceciderũt mortui. Cum autem vxor prepoſiti ſe balnearet in balneo ſuffocat̃ a diabolo. Mu-

lier aũt illa diuinitus liberata ⁊ per angelum confortata rogabat deũ vt oẽs ſuſcitaret vt narrarent ꝙtũ deo odioſum erat peccatũ adulterij et luxurie. Unde illi ſuſcitati clamauerũt di. q̄ꝛ adulteriũ ⁊ luxuria extra thorũ legitimũ dia. eſt ſacramẽtum q̄ꝛ ibi duo offerũt ſe ⁊ tradunt ſe diabolo cũ corpore ⁊ anima ꝓpter illam immundiſſimam voluptatẽ miſere carnis et priuant ſe deo ⁊ omnibus ſanctis.

¶ Adultera que duos pueros necauit: q̄uo poſt mortem dãnata fuit ⁊ grauiter a draconibus punita. ¶ Exemplũ. xxxix.

Legitur in libro de donis ꝙ quidã honeſtus vir cũ vxore ſua ſterili prolem futuram deuouit ſeruitio dei ideo filiũ miraculoſe ſuſceperũt ⁊ fecerunt eũ monachum deuotiſſimũ deo. Parentes vero eleemoſynis intenderũt ita ꝙ patres pauperũ vocabãtur. Uxor vero decepta a viri ſui ſcutifero cõcepit ⁊ peperit filiũ quẽ mox ſuffocauit ⁊ ſub lecto abſcondit. Eleemoſynis nihilominus inſiſtendo vno mortuo ſcḋo modo idem per omnia cõmiſit: q̄ꝛ confiſa in eleemoſynis moritur ſine ꝯfeſſione: pro cuiꝰ anima monachus filius eius bonis operibꝰ inſiſtẽs. vnde filio ſuo deuotius pro eo celebranti apparuit ei mater ſua cũ duobus draconibus terribilibꝰ illius totũ corpus ⁊ mãmillas cruciantibꝰ. Que a filio requiſita rñdit ſe dãnatam eſſe eternaliter q̄ꝛ ſine cõfeſſione confiſa quidẽ in ſolis eleemoſynis fuerit defuncta. Cuius filiꝰ dixit ſibi. Quid volunt dracones iſti? Cui illa reſpõdit. Duos filios in adulterio ſuſceptos quos lactare debui extinxi: ideo hos dracones damnata patior.

¶ Sanctimonialis quedam in vtero puerum ſuffocauit. ¶ Exemplum. xl.

Sanctimonialis quedam videns ſe concepiſſe ne proderetur inceſtus partũ intra ſe necauit: poſtea infirmata grauiſſime ob nimiam verecũdiam cõfeſſis peccatis alijs ſtuprũ ⁊ parricidiũ tacuit: ſicqꝫ expirauit pro cuius anima cũ quedã cognata eius laboraret defuncta ei in oratione viſibiliter apparuit infantẽ igneum in manibus geſtans ait. Infantẽ hunc concepi animatũ tunc interfeci. vnde indeſinenter illũ in tormentis circunfero: ſed ſi de hoc immaniſſimo peccato confeſſionẽ feciſſem. apud deũ gratiam inueniſſem. Ex quo colligit ꝙ peccata que hic detecta non fuerint per confeſſionẽ in futuro per penalem deteguntur confuſionẽ.

¶ Sodomita quidam cum diris clamoribus obijt. ¶ Exemplum. xli.

Quidam ſodomita percuſſus a deo ⁊ ad extrema veniens ⁊ admonitus ad contritionẽ ⁊ confeſſionẽ ⁊ ſacramentorũ perceptionẽ: reſpondit deſperando. Ad quid ſuꝑ me diuinũ auxiliũ inuocabo ecce iam video patulũ infernũ preſentes demones ad me rapiendũ paratí ſunt. Cumqꝫ dicerent ei vt ſe ſignaret miſer ille ſic deſperatus quaſi in nihil aduertens clauſis oculis auertit faciem ⁊ cũ diris clamoribus animam exalauit.

¶ Mulier ſodomita de ſepulchro effoſſa eſt. ¶ Exemplum. xlij.

Quedam mulier rea in peccato illo mortua ⁊ ſepulta ſequenti nocte ſcoffa nigerrima cũ ſeptẽ porcellis nigris manifeſte viſa eſt illã ſepultam effodere ⁊ mẽbratim corpus miſerabiliter laniare ⁊ viſcera eius lõgo tractu diſſipare: quo facto ſcoffa cũ porcellis diſparuit ⁊ fetorem magnum exalauit.

¶ Pratum aruit ſub pedibus ſodomite. ¶ Exemplum. xliij.

Quidam reus huic vitio peſſimo: q̄ꝛ cũ per viride pratũ tranſiret inuẽta ſunt veſtigia eius in gramine quaſi igne cõtracta palluiſſe a quodam preſbytero qui eũ ſequebat̃ qui poſtmodum pro ſceleratiſſima vita morte turpiſſima interijt.

¶ Demones aliqui abhorrent peccatum ſodomite. ¶ Exemplum. xliiij.

Mulier ſodomita iacuit in lecto ⁊ q̄ñ ipſa ſecum peccauit audiuit diabolum inter ſe ⁊ parietem clamãtem phi. phi. phi. que territa ad confeſſionem venit ⁊ penitentiam egit vltra quã ſibi iniuncta fuit. hec Guilliel. in lib. de apibus.

¶ In diſcipulo de tempore.



¶ Item iuuenis qui dixit quod nõ poſſet carere muliere honeſta: ⁊ illa incluſit eum per triduum ſine cibo ⁊ potu: ⁊ ſic ceſſauit tentatio carnis. hoc quere in diſcipulo de tempore. ſer. lxxxvj.

¶ Item diabolus qui. xl. annis tentauit monachum quendam: ⁊ poſtmodũ finaliter induxit eum ad peccatum luxurie. hoc quere ſer. lxxxvij. R.

¶ Item miles qui violauit virginẽ quomodo in cruribus punitus eſt: ⁊ bufonem igneum pendentem vſqꝫ ad genua ſuſtinuit. hoc quere ſer. xcvj.

¶ Quidam vidit vicinum ⁊ vxorẽ alterius viri puniri in inferno propter adulterium. ſermo. lxxv. Q.

¶ Item beatus Ber. proiecit ſe inter ſpinas: ⁊ beatus benedictus in aquam gelidam: vt ſic domarent luxuriã carnis. hoc quere de tempore ſer. lxxxvj.

¶ Capitulum de litera. M.

¶ Maledicere.

¶ Mulier quedam ex impatientia cõmendauit ſe demonibus.

¶ Exemplum. j.

Femina quedã miſera ⁊ impatiens maledicebat ſibiipſi ⁊ pedes ſuos pelui imponens ⁊ extra illã retrorſum ſaltãs ſic ait. hec ſalto de poteſtate dei in poteſtatem diaboli quã diabolus mox rapiens ⁊ per aera ducens multis qui aderant videntibus ⁊ ita vt vſqꝫ hodie nuſqꝫ appareat. hec Ceſarius.

¶ Quidam ſibiipſi imprecauit plagã dei. ¶ Exemplum. ij.

Sacerdos quidam abſoluit quendam peccatorem magnum per annos plurimos ſed ſemꝑ recidiuauit. Qui poſtea dixit. ſi recidiuauero in ſcelere iſto modo diuina vltio me euadere dꝫ ſic iterum abſolutus eſt a peccato maximo: ſꝫ tertia aut quarta feria poſt feſtum paſche inſtigãte diabolo paſſus eſt recidiuum mox ille horrifice clamãs vindicta dei ſuꝑ me eſt: et ſic amariſſima morte interijt. hec Guili.

¶ Demones rapuerũt aduocatũ iniquũ. ¶ Exemplum. iij.

Homo quidã erat diuerſarũ villarũ aduocatus nõ miſericors auarus faciens graues exactiones in ſibi ſubditos. Die quadam cum ꝓpter exactionẽ faciendam ad villam vnã properaret. Diabolus in ſpecie hois ſibi illi in itinere ſociauit q̄ tam ex horrore ꝙ ex mutua collocutione diabolũ eſſe intellexit ire cũ eo ſatis timuit. nullo tñ modo nec orãdo neqꝫ cruce ſignãdo ab eo ſeparari potuit. Cũqꝫ ſimul pergerẽt occurrit eis hõ quidã pauper porcum in laqueo ducens. Cũqꝫ porcus huc illucqꝫ diuerteret: iratꝰ homo clamauit diabolꝰ te habeat. Quo verbo audito aduocatus ſperans ſe talẽ occaſione a diabolo liberari. ait illi. Audĩ amice porcus ille eſt tibi datus. vade tolle illum. reſpondit diabolus. Nequaqꝫ mihi illum ex corde donauit ⁊ ideo tollere non poſſum: deinde trãſeuntes per aliã villam cum infans fleret mater in foribꝰ domus ſtans turbida voce dicebat diabolꝰ te habeat: quid me fletibꝰ tuis inquietas: tunc aduocatus dixit. Ecce hic lucratus es animam vnã tolle infantẽ: quia tuus eſt. cui diabolus vt prius. Nõ mihi illũ dedit ex corde: ſed talis eſt cõſuetudo hominibus loquẽdi cũ iraſcuntur. Incipientibus aũt appropinquare loco ad quẽ tendebãt homines a villa lõge videntes: ⁊ cauſam aduentus eius nõ ignorãtes. oẽs voce ſimul clamabãt dicentes. diabolꝰ te habeat et diabolo bñ venias q̄ audito diabolꝰ caput mouẽs cachinãs ait aduocato. ecce iſti dederũt te mihi ex intimo corde: ⁊ iõ meus es: ⁊ rapuit eũ diabolus in ipſa hora. ⁊ q̄d de eo fecerit ignorat̃ verba mutue ꝯfabulatiõis: ⁊ facta iſtius per famulũ aduocati qui ſecũ fuit in itinere. declarata ſunt.

¶ Florentius quidã petiuit vindictã ſuper emulos. ¶ Exemplum. iiij.

Duo viri quoqꝫ vnus euticus alter florentius dicebat̃ in habitu ſancte religiõis in thuſia prouincia habitauerunt: duo vicini monaſterij rectorem euticum elegerũt qui precibꝰ fratrum vicinus oratoriũ in quo habitauerat florentio cõmittens multis annis rector

monaſterij in ſancte cõuerſationis ſtudio fuit. Florẽtius vero dũ ſolus eſſet orauit dñm vt ſibi aliq̃d ſolatiũ impertiret cũq; egreſſus eſſet oratoriũ inuenit vrſuz ſtantem qui dũ caput inclinaret nihil feritatis preferẽs ſibi eũ miſſum a deo intellexit. cũq; quatuor vel quinq; pecudes ſine cuſtode haberet. illas vrſo cõmittens ait. Paſce has oues ⁊ ſemp̱ ad ſextam horã redibis. Cũq; hec vrſus frequẽter ageret ⁊ ſcd̃m iuſſum florentij q̃nq; ad ſextam q̃nq; ad nonam tẽpore ieiunij rediret: quatuor monachi euticij inuidentes florentio ⁊ ꝙ magiſter eorum tali ſigno nõ clareſceret vrſum occiderũt qui dũ hora ſtatuta nõ rediret florentius eũ ad veſperã expectãs cepit triſtari: ⁊ pergẽs ad agrũ mortuoq; iumento apud oues dũ inueniſſet a relatoribus q̃s feciſſet tam mortẽ vrſi q̃ꝫ malitiã fratrũ deplorauit. Cumq; ad eutitiũ eſſet deductus vt ip̃m conſolarentur vehemẽter doloris ſtimulo accẽſus occiſoribꝰ vrſi maledicẽs ait. Spero in deo ꝙ in hac vita vindictã accipient qui ſe nil ledentẽ occiderunt. Statim hi tres monachi morbo elephãtico percuſſit mẽbris putreſcẽtibꝰ interierũt vnde florentius expaueſcens ſe homicidã reputãs: q̃r exauditus eſt omni tp̱e vite ſue flebat ꝙ id dñs feciſſe credit: ne vir ſimplex decetero maledicere preſumeret. Hec Gregorius in dialogo.

¶ Quidam tradidit ſotularem diabolo.

¶ Exemplum .v.

Quidam dũ calciaret ſe ⁊ dũ difficulter intraret dixit ſotulari ꝙ tradebat eũ diabolo: qui cũ vellet intrare eccleſiã ad miſſam vt ſolebat diabolus per pedem eũ retinebat: qui tandem aduertens q̃d dixerat in mane vocato ad ſe ſacerdote cõfeſſus eſt ⁊ remoto ſotulari de pede proiecto a ſe ſine difficultate eccleſiam intrauit. Sotular aũt viſus eſt ferri a demonibus per aera.

¶ Pauper quidã maledixit patriarche.

¶ Exemplum .vj.

Precipiens quidã patriarcha dare aliq̃ñ cuidam petenti elemoſynã ante eccleſiã decem nũmos ereos tanta conuitia patiebatur ab eo in facie atrociter ille beatus q̃r nõ dederat quotquot voluit. His aũt qui ei obſequio erãt querentibus cedere eũ qui conuiciabatur increpauit eos vehementer patriarcha di. Sinite eũ fratres: habeo ſexaginta annos blaſphemans per opera mea xp̃m et vnũ conuicium nõ portabo ab iſto: ⁊ precepit datori ſoluere ſacculũ vt ſineret pauperẽ q̃ꝫtum vellet accipere. Hec ar.

¶ Plura exempla de maledictionibꝰ quere in diſcipulo de tempore.

¶ Item maritus qui dixit ad vxorẽ propriam vade in nomine diaboli q̃ obſeſſa eſt. quere ſer. xcv.

¶ Item parentes maledixerunt proprio puero ⁊ diabolus rapuit eundẽ puerum. ſermo. xxiij. N.

¶ Itẽ mulier nobilis que maledixit decẽ pueris ſuis: q̃uo tremuerunt toto corpore ⁊ omnibus mẽbris. ſer. xiiij. M.

¶ Item quidã dixit ad famulũ ſuũ: veni diabole extrahe mihi calceos. ſer. xxiiij.

¶ Matrimonium.

¶ Uir ⁊ vxor eius fuerunt ſimiles duobus eremitis. ¶ Exemplum .vij.

Duo antiqui patres habitantes in eremo rogauerunt deũ vt oſtenderet eis in quã ꝑuenerãt menſuram. Et venit illis vox di. In illa villa q̃ eſt in egypto eſt ſecularis quidã euchariſtius noĩe ⁊ vxor eius vocat̃ maria nondũ perueniſtis ad menſurã ipſorũ. Exurgentes aũt illi duo ſenes peruenerunt in vicũ illũ: qui percunctãtes inuenerũt cellulam ipſius ⁊ vxorẽ: ⁊ dicunt ad eã. Ubi eſt vir tuus. ⁊ illa dixit eis. Paſtor eſt ouium et ipſas paſcit. Et introduxit eos in domum ſuã. Cũ vero ſero fctm̃ eẽt: venit ip̃e euchariſtius cũ ouibus. Et videns illos ſenes parauit eis mẽſam miſitq; aquã in peluim ⁊ lauit pedes eorũ. Qui dixerũt ei. Non guſtabimꝰ quicq̃ꝫ niſi indicaueris nobis operationẽ tuam. Tũc euchariſtius cum humilitate dixit eis. Ego ſuz paſtor ouiũ ⁊ hec eſt vxor mea. Cũ vero ꝑſeueraſſent illi ſeniores rogantes eũ vt oĩa denũciaret eis ⁊ ipſe nollet eis dicere: dixerũt ei.



Deus miſit nos ad te. Audiens aũt hoc verbũ timuit: dixitq; eis. Ecce oues iſtas habemus a parẽtibus noſtris: ⁊ quicquid ex ipſis donauerit nobis deus diuidimus in tres ꝑtes: partẽ vnã pauperibus ⁊ vnã partẽ in ſuſceptionẽ peregrinorũ: ⁊ tertiã partẽ in vſum noſtrũ diſtribuimꝰ. Ex quo aũt accepi vxorẽ meã neq; ego pollutus ſum: neq; ip̃a ſed virgo eſt. Singulariter aũt remoti a nobis dormimus: ⁊ nocte q̃dem induimus nos ſaccis: in die vero veſtimentis noſtris: ⁊ vſq; huc nemo hominum hoc cognouit. Cũ hec audiſſent illi patres admirati ſunt ⁊ receſſerũt glorificantes deum. Hoc in vitaſpatrum.

¶ Uir ⁊ vxor in matrimonio ſimiles fuerunt ſancto pafuncio. ¶ Exemplũ .viij.

Pafuncius deo ſupplicabat vt ſibi oſtẽderet quis ei ſimilis eſſet ſup̱ terrã. Fuit aũt vox ad eũ di. Similem te eſſe noſce primario vici illius q̃ eſt in p̱rimo. Quibus auditis pafuncius ſine mora ad eum ꝓperans pulſat ad oſtium domus eiꝰ. Ille vero cuiꝰ mos erat ſuſcipere hoſpites occurrit ei atq; introduxit in domũ: lauans quoq; pedes eius appoſuit mẽſam atq; conuiuiũ. Inter epulas vero pafuncius ꝑcunctari cepit ab hoſpite q̃s actus eius: ꝙ ſtudiũ cuiuſq; operis haberet exercitiuz. Ille vero cũ de ſe humillima r̃nderet latere in bonis q̃ꝫ publicare maluit. Urgebat eũ pafuncius dicẽs ſibi reuelatum a dño ꝙ eſſet dignus conſortio monachorũ. At ille magis humiliora de ſemetipſo cogitãs aiebat. Ego quidem in nullo mihi boni alicuius cõſcius ſum: verum q̃r verbũ dei factum eſt ad te cũ quẽ nihil latet celare nõ poſſum. Hec ergo que mihi in medio multorũ poſito in vſu ſunt loquar: iam cõpleti ſunt. xxx. anni ꝙ continentie cõſenſum habui cũ coniuge mea: ⁊ nullus agnouit. Suſcepi aũt ex ea tres filios. Horũ em̃ cauſa ſolũmodo cognita mihi vxorem: nec ꝓpter aliã cauſam. Nec ipſa iam cognita vltra ſuſcipere hoſpites nũq̃ꝫ ceſſauit: licet ita vt neminẽ pater añ me aduenienti ꝑegrino occurrere. nõ dimiſit vnq̃ꝫ de domo mea hoſpitẽ ſine viatico ⁊ pauperẽ nullũ deſpexi: ſed que fuerunt neceſſaria prebui. Si in iudicio ſedi nec filij mei ꝑſonam cõtra iuſtitiã accepi. Alieni laboris fructus nũq̃ꝫ introierunt in domum meã. Litem ſi vidi nũq̃ꝫ preteriui donec diſſidẽtes reconciliarẽ ad pacẽ. Nemo deprehendit in culpa famulos meos. Nũq̃ꝫ greges mei leſerũt alienas fruges. volentẽ ſeminare in rure meo nũq̃ꝫ prohibui: nec vberiora noualia mihi elegi et illi ſteriliora dereliqui. Quantum in me fuit nũq̃ꝫ permiſi vt potẽtior infirmiorẽ puniret. Semp̱ ſtudui in vita mea vt neminẽ cõtriſtarem. Iudiciũ ſi fuit apud me neminẽ condẽnaui: ſed diſſidẽtes reuocare in cõcordiã ſtudui. Hec interim deo mihi donãte vite inſtitutio hactenus fuit. Audiens hoc pafuncius caput eius oſculans benedixit eũ dicẽs. Bñdicat tibi dñs ex ſyon vt videas bona que ſunt in hieruſalem. Quia ergo bene hec ⁊ cõuenienter impleſti illud tibi deeſt q̃d bonorũ omniũ ſummũ eſt: vt omittens cuncta ipſam veram ſequaris ſapientiam dei: ⁊ ſecretioris ſcientie inquiras theſauros ad quos non poteris venire niſi abneges temetipſum: et tollas crucẽ tuam ⁊ ſequaris xp̃m. At ille cũ audiſſet hoc nihil morat̃ nec omino aliq̃d in domo ſua ordinãs ſecutus eſt virũ dei pergẽs cũ ipſo in deſertũ. Cũq; veniſſet ad flumẽ: nuſq̃ꝫ trãſmeandi reperto nauigio pafuncius p̃cepit ſecũ intrare pedibꝰ fluuium cuiꝰ in illis locis ꝓfunda habebat̃ latitudo. Trãſierũt ergo ꝑiter fluuium ita vt eis vix ad latera ꝑueniret. vbi vero venerũt ad deſertũ collocauit hoiem pafuncius in cellulã quandã haud ꝓcul a ſuo monaſterio poſitam: ⁊ conuerſatiõis ſpiritalis ordinem tradidit: perfectorũq; ſtudiorũ exercitio docet ſcientie quoq; ſecretiori ſe tradidit. hec in vitaſpatrũ.

¶ Simphoniacus ſimilis fuit ſancto pafuncio. ¶ Exemplum .ix.

Pafuncius cũ ſemel oraret cui in ſeculo ſimilis eſſet: rñſum eſt ei ꝑ angelum ſimilis eſſet ſimphoniaco cuidam qui in vico illico cantãdi arte victũ quereret. Tũc ille ſtupefactus nouitate rñſi cũ omni p̄paratiõe ꝑgẽs ad vicũ perquirit hoiem. Et cũ inueniſſet ſtudioſe

ſſime percūctabaꝛ ab eo quidnam ſcti religioſi operis geſtū ſit ab eo omneſqꝫ actus eius curioſus diſcutit. At ille rñdit ſe eſſe indigniſſime vite hominē peccatorē atqꝫ ante non multū ex latrone ad iſtud ꝙ nūc exercere videreꝛ fedū artificiū deuolutū. Paſuncius eo magis inſtabat requirēs ſi qd ei forte inter latrocinia pij opis fuiſſet admiſſum. Nihil inquit mihi cōſcius ſum boni hoc tñ ſcio ꝙ cū inter latrones eſſez capta eſt aliqñ virgo deo cōſecrata huius ceteri collegę mei latrones cū cuperēt eripere pudorē obicci me in mediū ⁊ eripui de cōtaminatione latronū: ⁊ de nocte ducens eam ad vicū domui ſue reſtitui eā intactam. Alio quoqꝫ tpe inueni mulierē honeſte forme in eremo oberrantē. Hec cum interrogareꝛ a me. Unde aut cur vel qūo in hunc locū aduenisset rñdit. Nihil me interroges infeliciſſimā mulierē: nec cās requiras: ſed ſi ancillā plꝫ habere adducito me quo vis mihi enī infelix eſt maritus: qui debiti fiſcalis gr̄a ſepe ſuſpēſus ac flagellatus ac penis oībus cruciatus ſeruaꝛ in carcere: nec aliā ob cām producitur niſi vt tormēta patiaꝛ: tres autē nobis filij fuerunt q̄ pro eiuſdē debiti neceſſitate diſtracti ſunt. Ego quoqꝫ miſerrima que ad ſimiles penas inquiror de loco ad locū fugitans inedia miſeraqꝫ cōfecta ⁊ ꝑ triduū māſi iam ſine cibo. Ego vt hec audiui miſeratus adduxi eā ad ſpeluncā: ⁊ reficiēs eiam eius fame colapſam, dedi etiā trecētos ſolidos ꝓ quibꝰ ſe ⁊ maritū ⁊ filios nō ſolum ſeruituti: ſed ⁊ ſupplicijs aſſerebat obnoxios. Et reuocata ad ciuitatē oēs eos data pecunia liberauit. Tūc pater paſuncius. Ego iquit nihil tale feci: credo tñ ad te perueniſſe qd̄ celebre paſuncij nomen inter monachos habeatur. Fuit autē mihi non mediocris ſtudij vt vitā in hmōi extollerē diſciplinis. Deus igiꝛ mihi de te reuelauit: qꝛ nihil minus apud ipſum meriti habeas q̄ꝫ ego. Quia ergo frater vides te non minimo loco haberi apud deū nō negligas animā tuam. At ille ſtatim fiſtulas quas manu gerebat abijciens ſecutus eſt eum in eremū ⁊ artem muſicā in ſpiritualē commutans vite mentiſqꝫ armoniā per integrum trienniū arctiſſime ſe tradidit abſtinētie i pſalmis ⁊ orationibus ſemetipm̄ die noctuqꝫ exercēs atqꝫ iter celeſte anime virtutibus agens inter angelicos choros reddidit ſpm̄. Hec in vitaſpatrū.

¶ Mulier quedam ſimul peperit nouem pueros. Exemplum. x.

Clericus quidam bone indolis et moribus approbatus cōpetētis literature ⁊ vocis: ſed hec oīa cōuertens ad gloriā beate virginis glorioſe miraculoſe. ſ. ſolo iuuamine virginis marie fit ep̄s colonieſis. Hic cum nocte in laudem dei ⁊ matris eius ſurgeret in palatio deambulās, ⁊ de feneſtris ꝓſpiciens ꝑ feneſtras feminas in platea portātes magnum caniſtrū cū octo infantibus in eadē nocte genitis a quadā nobili matrona ciuitatis: que propter verecundiā vno retēto dato obſtetricibus magno pretio miſerat hos cito ad mergēduꝫ in rheno. Quos pueros epiſcopus baptizās: occultiſſime nutrire fecit, ⁊ oēs literis. x. vel. xij. annis informari. Epiſcopus faciens ſibi negotiū ad domū burgenſis illius ſequentibus ſe ſcholaribus, ⁊ glorioſe cantātibus. Tandē domeſtico optante pueros ſuos eſſe. Epiſcopus eiſdem, ⁊ matri finaliter indicans veritatem de pueris. Ad hoc per gratiam dei induxit eoſdem ꝙ vnū ſecum de ſuis diuitijs clauſtrū quod dicitur Thunicum conſtruxerunt in quo ep̄s, ⁊ nouē pueri ⁊ parentes ſe dn̄o reddiderunt.

¶ De duabꝰ nutricibus que quidecim annis in pace vixerunt. ¶ Exemplum. xj.

Quodam tpe orante beato machario vox de celo ad eum perſonuit Machari necdū ad menſurā duarum mulierū perueniſti: q̄ in proxima pariter habitant ciuitate. Quo audito ſenex exurgens arrepto baculo in deſignatā ciuitatez peruenit. Cumqꝫ hoſtiū queſite domus inuente cepit pulſare egreſſa vna ex illis cum magna exultatione eum ſuſcepit: quas vtraſqꝫ ſenex conuocatus: ita eſt allocutus. Propter vos tantū laborem veniens ex ſolitudine longinqua ſuſtinuit opera veſtra cognoſcerem: que mihi vos ediſcite ⁊ narrate. cui ille dixerunt. Crede nobis ſanctiſſime pater: qꝛ nec preſenti nocte a maritorum lectulis fuimus ſeparate quale ergo opus a nobis exquiris. Senex precibus perſiſtebat vt ei vite ſue ordinez declararent: cui ille tūc compulſe dixerūt. Non nulla inter nos ſumus parentelitatis affinitate coniuncte: contigit autē vt duobus fratribus coniūgeremur: ⁊ cū his. xv. annis in vna domo pariter permanentes: neqꝫ turpe verbū dixit altera ad alteram neqꝫ litem aliqñ commiſimus ſed in pace hactenus viximus ⁊ conſenſu tractauimꝰ quatenus pariter relictis maritis in cōgregatione religioſarū virginū ꝓficiſceremur ⁊ multis precibus hec a coniugibus nō potuimus impetrare. quo non adepto inter eos ⁊ deum poſuimus teſtm̄ vt ⁊ vſqꝫ ad mortē noſtrā ſeculare verbum non loquamur ammodo. Que cū btūs Macharius audiſſet dixit. In veritate nō eſt virgo neqꝫ maritata: neqꝫ monachus neqꝫ. ſecularis in his proficiens: ſed tantū deus q̄ propoſitum querit ⁊ ſpm̄ vite oībus ſubminiſtrat. Hec in vitaſpatrū.

¶ Nobilis mulier quedā non letabaꝛ niſi cū deuotis perſonis. ¶ Exemplū. xij.

Vidi mulierē iuuenculā pulchrā valde ⁊ nobilem ⁊ rebus mūdi affluenter pollētem. Hec a puellaribus annis viro nobili matrimonio copulata cito poſtmodū ſpreuit mundū: ⁊ in ſe omnes cōcupiſcentias annihilauit: in domo mariti. qꝛ ancilla humilis ſeruiebat. Tamen vt mihi vir eius dicebat gratior illi erat ire in vili habitu q̄ꝫ pompoſe. Hec vix vnq̄ꝫ ridere viſa eſt niſi cū deuotis ⁊ bonis perſonis ⁊ tunc iocunditate mirabili replebatur. Ergo cū vir ſuus aliquos dilectos hoſpites ⁊ ſeculares haberet quos ex more feſtiuare volebat: deuotos aliquos occulte venire mādauit: vt vxorem hoſpitibus letam redderet per aduentū ⁊ ſocietatē illoꝝ. Cōſumpta autē in breui venit ad mortē. Et cum diu ſine voce ⁊ exteriori ſenſuum exercitio iacuiſſet tandē ſimpliciter oculis eleuatis in cachinnū ⁊ riſum maximū excitata eſt ⁊ ſic repēte emiſſo ſpū cum ipſa diſpoſitio ridētis faciei iubilo ⁊ letitia plena ꝑpl'o mirante remāſit. Nulli dubiū quin illa ad conſpectū angeloꝝ aſtantium exultauit. Hec Guilliel.

¶ Rex ⁊ regina dormierūt in camiſijs.

¶ Exemplum. xiij.

Regina iuuenis ⁊ pulchra que fuit filia ſancti Ludouici regis Francie nunq̄ꝫ ſine camiſia cū viro ſuo rege Theobaldo iacuit. Nec ille q̄ꝫuis iuuenis ⁊ pulcher ſine camiſia ⁊ femoralibꝰ vnq̄ꝫ iacuit in thoro legitimo cum pudica ⁊ legitima ſua vxore.

¶ Uirgo ⁊ martyr quedā in extremis ſeruauit pudicitiam. ¶ Exemplum. xiiij.

Olimphas virgo et martyr gladio percuſſa cooperiēs ſe capillis ⁊ veſte crura cōtexiſſe refertur ne quid poſſet in corpore indecorū videri.

¶ Uxor prouocauit virū in vigilia ſancti Sebaſtiani ad actū: ⁊ ideo de mane obſeſſa eſt. ¶ Exemplū. xv.

Mulier inuitata ad dedicationē ſancti Sebaſtiani de nocte prouocauit maritū ad actum matrimonialem: ⁊ hoc fecit ex mala cōcupiſcentia carnis ſue de mane habuit conſcientiam intrare eccleſiam ⁊ apparere corā reliquijs ſancti Sebaſtiani. Cum autē intraſſet et reliquie in proceſſione in eccleſia portate fuiſſent: arrepta a diabolo grauiter vexata eſt corā omni populo. Que deducta ad domū propriam. ⁊ multis diebus vexata eſt a demonibus. Tandem preſentata eſt a beato Donato ep̄o qui pro ea orans eā a demonibus liberauit.

¶ Maritus quidā peccauit cum propria vxore ſua ſodomitice. ¶ Exemplū. xvj.

Maritus luxurioſus ⁊ peſſimꝰ cū propria vxore peccauit ſodomitice. Unde cum nocte quadā reclamante vxore ⁊ imprecāte vindictam dei: maritus ille peſſimꝰ perpetrato violenter ſcelere ſodomitico propter purgationem ventris ſurrexit mox ſoluto ventre per ſecreta nature in cloaca eius viſcera deſcenderunt. Qui for

ſiter clamans reportatus eſt ad lectum: ⁊
publica voce cõfeſſus eſt plagā dei ſe cum
hoc vitio incurriſſe: ⁊ ſtatim cū duriſſimo
cruciatu manuū quas quaſi ignibꝰ vrerē-
tur abſcindi petijt ⁊ ſic in hora diei tertia
miſerabiliter expirauit.

¶Vetula quedā voluit facere diſcordiā
inter virū ⁊ vxorē. ¶Exemplū. xvij.

Legitur ꝙ cū diabolus per mul
tos annos quoſdā ſcʒ virum ⁊
mulierē tentaſſet pene. xl. an-
nis ⁊ nō poſſet preualere vt ſal
tem diſcordarēt ſimul. Una die
rum diabolus transfigurauit ſe in formaʒ
cuiuſdā iuuenis ſedēs moleſtus in via in
qua vetula lotatrix pānorū debebat trāſi
re: ⁊ ſedēs ſub arbore hñs burſam plenaʒ
denarijs aureis. Cum aūt vetula tranſiret
⁊ quereret qͣs eſſet ⁊ cām tante meſtitie.
Rñdit diabolꝰ ⁊ dixit ꝙ ei libēter hoc dice
ret: ⁊ denarios illos dare vellet ſi promit-
teret ſibi eū pro viribus ſuis iuuare velle.
Quod cū illa feciſſet dixit ſe eſſe diabolū
qui grauiter timebat puniri a ſuo principe
qꝛ per .xl. annos laborauerat ꝯ tales con-
iugatos nec poterat eos facere peccare
vel vnꝗ̄ diſcordare. Qui data ei pecunia
receſſit. Vetula autē aſſumpta quadā iu-
uencula miſit eā in domū ſuā: ⁊ venit ad
predictā mulierē cõiugatā: ⁊ dixit quaſi
cū magna cõpaſſione ꝙ vir ſuus eſſet illa-
queatus amore iuuēcule cuiuſdam vicine
ſue quā viderat cū eo in domo cõiugatā:
proſpiciēs ꝑ parietatē audierat ꝙ ſolicita
bat eū ⁊ iam ei ꝓmiſerat tunicā ꝙ ei ſe ex
poſuerat de quocūꝗ̄ pāno vellet: ⁊ ip̄a de
beret venire ad eiꝰ opatoriū vt eligeret ſi
bi pannū quē vellet qꝛ mercator erat. Cū
autē dicta vxor illiꝰ hoc nūꝗ̄ crederet: qꝛ
vir ſuus ꝓbus hō erat vetula dixit. Nõ cre
datis niſi hec ſigna q̄ dixi videritis. Poſt
hoc dicta vetula iuit ad dictū virū di. ꝙ ta
lis clericus eccleſie quē mulier frequētaret
eius adamabat vxorē. Et cū eſſet abſcō-
dita retro colūnā in orõne audiuerat eos
colloquētes ⁊ ꝙ dixerāt ꝙ virū ſuū ſpolia
rent: ⁊ cū oībꝰ bonis ſimul recederēt. Qḋ
cū noller vir eiꝰ credere cui vetula. Nõ cre
datis niſi eos cras tali hora colloquētes

videritis in tali loco vbi et audiui debēt
cõuenire. Tunc recedēs vetula miſit iuuē
culā ad opatoriū cū denarijs quaſi ad vi-
dēdum pānū q̄ ſibi placeret. Vxor aūt di-
cti mercatoris vidēs opatoriū itrare puel
laʒ ⁊ exeūtē cepit ſuſpicari. ⁊ qḋ verū poſſet
eſſe qḋ ei vetula dixerat credidit: ⁊ pre tri
ſtitia nō pōt comedere. In ſero vir aduer-
tēs vxoris triſtitiā mirabaẗ ⁊ ſuſpicabaẗ ꝙ
aliq̄d eſſet in ea. Vetula autē ꝓcurabat ꝙ
clericus de quo dixit viro ī hora ⁊ loco cū
dicta matrona eſſet locuturus: qḋ ⁊ fecit.
Viro hoc aduertēte ⁊ notāte venit ad mu
lierē vetulā q̄ mulier etiā viderat ꝙ iuuē
cula pannū quē añ viderat deportabat em
ptum: ⁊ ait. Dña certa ſitis ꝙ vir vr̄ iā pec
catū perpetrauit ⁊ pre amore huius iuuē-
cule affligiẗ qḋ ſatis potuiſtis aduertiſſe
ex meſtitia quā hʒ ad vos iam pānū de-
portauit: ⁊ virū veſtrū amiſiſtis niſi cito
occuratis. Tunc illa queſiuit. Quō poſſem
occurrere? Et vetula ait. Si viro vr̄o cum
dormierit poteritis cū raſorio tres pillos
amputare de barba eiꝰ: ⁊ ei dederitis co-
medere combuſtos ipſe eā decetero habe
bit caroſam ⁊ vos plus diliget ꝗ̄ prius. Cū
autē illa ei ꝓmiſiſſet ꝙ ſequēti nocte face
ret venit vetula ad virū: dicēs ꝙ audierat
dictū clericū ⁊ vxorē eius locutos fuiſſe de
morte ſua: ⁊ dixit ꝙ ſi ei non crederet ip̄e
certum redderet ⁊ mortē euaderet. Dixit
ergo ei ꝙ vxor ſua de conſilio dicti cleri-
vellet eū iugulare nocte ſequēte cū raſo-
rio ⁊ ꝙ eum inebriaret ſi poſſet ⁊ ꝙ ſibi ca-
ueret a nimio potu ⁊ ſomno: ſʒ fingeret ſe
forter dormiētem: ⁊ cū ſentiret ꝙ vxor eiꝰ
cū raſorio guttur eiꝰ tangeret: arriperet
manū eius cū raſorio ⁊ excitaret familiā
ſuā ⁊ ignem ſuccendi faceret vt oēs vide
rent proditionē. Cū autē hec feciſſet vir ve
tula docuerat in mane cõuocauit oēs ami
cos ſuos ⁊ ſacerdotē ſuū ⁊ amicos vxoris
eam de proditione accuſans: ⁊ cõuincens
raſorium oſtendēdo cū teſtibus familie.
Cum autē matrona pre verecundia tace
ret, vocauit eā ſacerdos in conſpectu ami-
corū eiꝰ: ⁊ etiā viri requirēs ab ea verita-
tē huiꝰ facti: ſimiliter ⁊ virū interrogauit.
Auditis verbis vxoris ⁊ vir fatebaẗ facti



vetule eodē modo ſicut ⁊ vxor. Poſtea fe-
cerunt vocare vetulā: q̄ compulſa eſt dice
re veritatē que carceribus perpetue mā-
cipata miſerabiliter vitā finiuit. Et ſic ptʒ
ꝙ qūꝗ̄ maior eſt iniquitas in lingua hu-
mana ꝗ̄ in diabolo met.

¶Iuuencula quedā fecit maritum ſuum
manſuetum. ¶Exemplum. xviij.

Legitur ꝙ quedā iuuencula requi
rit cõſilium a quadā vetula q̄ dice
batur diuiatrix qḋ faceret vñ pa-
cem viri ſui haberet ⁊ amorē ⁊ vñ hoc eēt
ꝙ eam ita male tractaret. Rñdit vetula ꝙ
ſummo mane ſurgeret añ diē ⁊ intraret ī
ipſius vetule hortū ita vt non loqueretur
eundo nec redeūdo ⁊ cū ibi veniret flecte-
ret genua ter verſus orientē ⁊ Pater nr̄ di-
ceret: ⁊ ab herba que diciẗ verona ter que
reret qḋ faceret ⁊ cur ſcʒ vir ſuus eā male
tractaret ⁊ ab hac herba audiret q̄d eam
facere oporteret qḋ ⁊ illa fecit. Sed eā de
mane vetula preuenit ⁊ ſub herba latuit
que alta ⁊ lata erat. Cum autē quereret ſi-
cut inſtructa fuerat ad tertiā queſtionem
ipſius iuuēcule reſpõdit vetula ter primo
ſubmiſſa voce poſtea exaltādo vocē. Ta-
ce pacē habe. redeundo, ⁊ eundo non lo-
quaris. Cum autē poſtea vetula quereret
quid audiſſet ⁊ illa referret ait. Vere filia
bene dictū eſt tibi. Si feceris deinde viro
redeunte ⁊ litigante linguam retinueris
pacem cum eo habebis.

¶In diſcipulo de tempore.

¶Ruſticus probus qui portauit decimas
beato Joanni ⁊ demon exiuit ab obſeſſo.
hoc quere in diſci. de tempore ſer. xxvj. V.

¶Item vxor que ſabbato de nocte pecca-
uit cum proprio marito ⁊ dominica die
cum appropinquaret proceſſioni vexata
eſt a diabolo. ſer. xxv. I.

¶Itē qui malū exēplū dedit filio ſuo nec
correxit cū ꝑ exceſſibꝰ ſuis qualr̄ poſtmo
dū momorderūt ſe in inferno. ſer. xxxiij. P.

¶Miſericordia dei. Quidā niger eccle-
ſiam intrauit ⁊ clarus exiuit. Exēplū. xix.

Abbas paulus ſimplex habebat
hanc grām ꝙ ingredientes eccle-
ſiam ſenes aſpiceret. ⁊ ex ip̄ſa fa-
cie cogitationes vniuſcuiuſꝗ̄ ſiue male

eſſent ſiue bone ſentiret. Cum ergo veniſ-
ſent ad eccleſiam ⁊ ingrederētur ſenes vi-
dit eos clara facie ⁊ leto aīo ingredi ⁊ an-
gelos eorum cum gaudio pariter cū ip̄ſis.
Unum autē vidit nigrum ⁊ nebuloſum ha
bentem corpus ⁊ demones hic atꝗ̄ inde
trahentes eum ad ſe miſſo freno in nari-
bus ⁊ angelum eius de longe ſequentem
triſtem. Beatus igitur paulus cepit flere
amariſſime ⁊ pectus ſuum funderet ſedēs
ante eccleſiam iſtam propter eum quem
talem viderat. Omnes ſenes alij vidētes
eum ſic flentem ceperunt rogare eum vt
ſi quid vidiſſet illis manifeſtaret: aut cum
eis ingrederetur in congregationem. Ille
autē noluit ingredi ſed ſemper flebat pro
pter eum quem ſic viderat. Poſt paululū
autem cum ſolita congregatione diſcede
rent iterum omnium vultus circumſpicie-
bat ſi tales egrederentur quales ingreſſi
ſunt, ⁊ vidit illum quem antea viderat ni-
grum ⁊ nebuloſum egreſſum de eccleſia
clara facie ⁊ candido corpore: ⁊ demones
de longe ſequentes eum. Sanctum auteʒ
angelum eius prope eum hilarem ⁊ gau-
dentem ſuper eum nimium. Tunc paulus
exurgens cum gaudio vociferabatur be-
nedicens deum ac dicens. ꝗ̄ta miſericor-
dia dei ⁊ bonitas dei: ꝗ̄ta miſeratio eius
eſt. Et aſcendit in locum altiorem ⁊ ma-
gna voce dicebat. Venite ⁊ videte opera
dei: venite ⁊ videte: quoniam omnes ho-
mines vult ſaluos fieri ⁊ ad agnitionem
veritatis venire: venite adoremus eum di
centes qꝛ tu ſolus potes peccata tollere.
Cum autem omnes conueniſſent expoſuit
eis paulus quem vidiſſet anteꝗ̄ ingrede
retur eccleſiam, ⁊ quem poſtea expecta-
bat illum fratrem: quem cum vidiſſet in-
terrogauit vt ei manifeſtaret cogitationes
ſuas: vel quemadmodum iſtam commu-
tationem deus illi donaret. Ille autem
coram omnibus cepit referre dicēs. Ego
homo peccator ſum: ⁊ in multis tempori-
bus ſemper fornicationē geſſi. Ingreſſus
autē nunc eccleſiā dei audiui verba Eſaie
prophete. Magis autem dei per ipſum lo
quentis. Mundi eſtote ⁊ tollite malitias
de aīabus veſtris ante cõſpectū oculorum

meoꝛum. Diſcite bene facere: querite iudiciũ: ⁊ ſi fuerint pctã veſtra tanq̃ coccinũ velut nix dealbabunť: ⁊ ſi volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis. Ego autem miſer ⁊ foꝛnicatoꝛ cõpũctus in hoc ſermone ingreſſus intra pectus meũ dixi ad deum. O dñe tu es q̃ veniſti ſaluare peccatoꝛes. Hoc ergo qḋ nũc per ꝓphetã ꝓmiſiſti opere cõplere in me miſero pctõꝛe ecce ammõ cõfiteoꝛ tibi ex toto coꝛde meo ꝙ vlterius hoc malũ nõ faciã: ſed renuntio oĩ iuſtitie: ⁊ ammõ ſeruiã tibi in conſcientia munda. Ab hac ergo die ab hac hoꝛa dñe ſuſcipe me penitentẽ ⁊ oꝛantẽ ad te: renũciantem oĩbus pctĩs meis. Juraui enim ⁊ ſtatui apud me ſeruare oẽs iuſtificatiões tuas. Et ſub hac ſpõſione egreſſus ſuz de eccleſia ſtatuens apud me nihil de pꝛioꝛibus pctĩs vlterius facere. Tũc oẽs ſenes exclamauerunt ad dñz vna voce dicẽtes. Quã magnificata ſunt opera tua dñe: omnia in ſapientia feciſti. Hoc in vitaſpa.

¶ Filia quedã intoxicauit pr̃em ⁊ matrẽ.

¶ Exemplum.xx.

Legitur ꝙ quidã miles habuit filiam pulcherrimã: ⁊ peccauit cũ ea: qḋ quidẽ ſcelus mater eiꝰ per ſigna euidentia ſciuit ⁊ perpendit ſed parcens cõfuſioni ꝓpꝛie filie noluit pꝛopalare: puella aũt peccatum ſuũ cognitũz matri ſue, de conſilio cuiuſdam antique vetule veneno matrem ſuam interfecit. Pater aũt aduertens tm̃ ſcelus hoꝛrens filiam oĩno dimiſit: tũc ipſe eodem mõ veneno ab ea interemptus eſt: parentibus eiꝰ ſic occiſis illa in deſperationem cadens donec a quodã audiuit p̃dicare ꝙ oĩa pctã q̃tũcunq̃ enoꝛmia in cõſpectu diuine mĩe nihil eſſent qñ ea homo cũ cõtritione cõfiteret̃ ⁊ doleret. Jpſa aũt ad eũ accedens cã confeſſionis pꝛe deſperatione nõ valebat pctã eius cõfiteri: ⁊ facta ſibi ab eo conſolatione cũ maxima lachꝛymarum effuſione pctã ſua veraciter eſt ꝯfeſſa iudicans ſe oĩ pena ⁊ cõfuſiõe dignam. Facta aũt confeſſione ⁊ iniuncta ei penitentia ſalutari ipſa cũ ancilla ſua intrauit eccľiam ⁊ pꝛoſternẽs ſe in oꝛõne fleuit intim̃ amare cũ lachꝛymis, ⁊ doloꝛe ꝙ ſtatim moꝛtua eſt inuenta. Cũ aũt cõfeſſoꝛ eius in pꝛedicatione vt pꝛo ea dñm rogarent pplm ammoneret audiuit dicentez ſibi ꝙ ipſe ⁊ ppľs potius eius oꝛõnibus indigerent ita ꝙ intellexit eã per lachꝛymarum inundationẽ iterum eſſe baptiſatã ⁊ ad paradiſũ euolaſſe ſine omni purgatorij pena. Hoc pe. de amo. lib. ij.

¶ Quidam peccauit cum ſoꝛoꝛe ⁊ occidit patrem ⁊ fratrem.

¶ Exemplum.xxj.

Juuenis quidã cognouit ſoꝛoꝛẽ ſuã ⁊ frater ſuus ſuperuenit ⁊ coꝛrexit eum quem mox occidit: ⁊ pater ſuus noluit eum occidere: ſed exheredatus ꝓſcriptus eſt a ciuitate q̃ poſtmodũ occulte ciuitatem de ſero intrauit ⁊ patrez pꝛopꝛium occidit ⁊ aufugit q̃ poſtea in q̃dragesima audiuit pꝛedicare illud Ezec. xviij. Jn quacũq̃ hoꝛa p̃ctõꝛ ingemuerit ꝓ peccatis ſuis oĩm iniquitatũ eiꝰ amplius nõ recoꝛdaboꝛ: ⁊ ſic cõpunctus peruenit ad ſacerdotẽ di. Meliꝰ eſt ꝙ hic ꝯfundar q̃ in extremo iudicio ⁊ confeſſus eſt oĩa peccata ſua ⁊ ſacerdos iuſſit euz accedere ad altare in quo fuit imago ṽginis hñs ieſum crucifixum in ſinu ſuo: q̃ ꝓſtratus añ imaginem ṽginis gľioſe ⁊ añ imaginẽ crucifixi deuote inuocauit beatã ṽginẽ vt pꝛo eo intercederet. Et cuz hoc ſepius reiteraret cõuertit ſe ad imaginem crucifixi di. O ieſu ꝓpter vulnera ⁊ ſanguinẽ tuũ ignoſce mihi ꝙ effudi ſanguinẽ fratris ⁊ patris mei quos occidi. Et ſic ſepiꝰ reiterãdo ⁊ amare flendo ruptum eſt coꝛ eiꝰ ⁊ ſic obijt pꝛoſtratus añ altare. Poſtmodũ ſacerdos ad eccľiam reuerſus dixit. Surge: ⁊ ſic inuenit eum defunctũ. Et ſequenti die petijt cõem oꝛõnem pꝛo eo fieri ab omni pplõ. Tunc colũba alba circũuolans in conſpectu ppľi per eccleſiã cedulam vnã gerens in roſtro ſuo quã permiſit cadere añ ſacerdotem. Et ſacerdos legit cedulã in q̃ erat ſcriptum ꝙ aĩa illius hoĩs ab angelis deducta fuit in celum añq̃ caloꝛ naturalis receſſit a coꝛpoꝛe: ⁊ in inferioꝛi clauſula litere erat ſcriptũ. pꝛedica infinitã miam dei oĩbus pctõꝛibꝰ ⁊ peccatricibꝰ: q꞉ q̃cũq̃ vere contereť ⁊ pctã ſua pure cõfiteť illiꝰ deus miſerebitur. vñ etiã Ber. Maioꝛ eſt pietas q̃ totius mundi iniquitas. vñ ẽt Sre. Quicunq̃ ex coꝛde dolet ſe commiſiſſe culpam cito pctõꝛũ ſuoꝛum obtinebit veniam.

¶ Quidam negauit ter xpm ⁊ tradidit ſe diabolo.

¶ Exemplum.xxij.

Legitur in vita ſancti Baſilij ꝙ quidam ſeruẽs cuidã nobili viro eiꝰ filiam adamauit inhoneſte. Quã donis ⁊ blanditijs non p̃ualens decipere quadam nocte in cimiterio iudeoꝝ diabolũz inuocauit ⁊ ei ſecreta ſua reuelauit. cui diabolus. Si vis tuã voluntatẽ cõpleã tu manu tua mihi ſcribe chiꝛographuz quo teipſum mihi vouendo xpm abneges: et oẽm ſuã perfectionẽ. Quo facto diabolus coꝛ puelle ad amoꝛẽ illius totaliter cõcuſſit: ita vt pauimento pꝛoſtrata clamaret di. Pater miſerere mei: q̃m nimis crucioꝛ amoꝛe cuiuſdam ſcutiferi: ſꝫ pr̃ euigilans clamauit di. Heu: heu q̃d contigit filie mee quaz xpo vero ſpõſo copulare conabar: ⁊ ſic ſaluare. Sed multo plus illa inſaniebat di. Or niſi quod peto compleueris citius moriar. Super quo habito conſilio cũ amicis copulauit filiam ſcutifero. Et q꞉ ſe et ſua dedicauerat diabolo: iõ nec miſſa nec cetera dei bñficia aduertit: nec curauit: neq̃ ſigno ſancte crucis munire ſe poterat: nec videre. Quod illa aduertens fuit perterrita: licet negaret: ſed vtruz eſſet illa ſemel traxit illũ ad eccľam vt oĩa ꝓbaret. Vñ ille videns ſe depꝛehenſum eo ꝙ latere non poſſet cãm totã narrauit vxoꝛi ſue: tũc illa ingemiſcens rñdit. Cõfide: nec de mĩa dei deſperes: q꞉ ipſe põt te adhuc facere de iniuſto iuſtum ⁊ ſic traxit illũ ad. b. Baſiliũ cui deuote oĩa cõfeſſus eſt ⁊ ab eo abſolutus. Vñ diabolus agitatus nitebať ẽt viſibiliter eũ rapere de manu. b. Baſilij dicẽ. Tu mihi pꝛeiudicas: nã ego nõ iui ad eũ: ſed ipſe venit ad me xpm denegando: ⁊ ſic ipſum mihi deuouit. Tũc Baſilius illũ domi incluſit: ⁊ ſigno crucis muniuit. vbi per xl. dies hoꝛribiles inſidias demonuz paſſꝰ eſt pñiam ſuã cõplens inuocando virtutẽ ſanguinis xpi. Tandẽ die quadrageſima ſubito in manu Baſilij ap̃paruit cedula obligationis diaboli: per qḋ illũ recõſiliatũ ad ſe reduxit: ſed eius penitentia ſuſcepit.



¶ Quidam ſe diabolo tradidit vt ipſum ditaret.

¶ Exemplum.xxiij.

Juuenis quidã deuenit ad paupertatem ⁊ poſtmodum ſubdidit ſe diabolo ſponte vt ipm ecõuerſo ditaret. Quem accipiẽs diabolus baptiſauit eum dicẽs. Ego baptiſo te ĩ nomine luciferi ⁊ omnium demonũ ꝙ ſis cũ coꝛpoꝛe ⁊ anima noſter. Tandẽ dedit ei multas diuitias ⁊ dixit. Ex quo noſter es debes poꝛtare ſignũ noſtrum. ſ. ſuperbiã in veſtibus ⁊ in inceſſu ſic ⁊ ĩ mẽbris. Qui cũ ĩ illo ſtatu fuiſſet annos aliquos contigit eum intrare eccleſiam ⁊ audire pꝛedicationem de mĩa dei: ⁊ cõtritus remanſit in eccleſia ⁊ ꝓcidẽs ſup terram ⁊ iacens oꝛabat vt ſibi dñs redderet gr̃am ⁊ vellet totum coꝛrigere qḋ fecerat. Dñs videns eius humilitatẽ ⁊ vocem lachꝛymoſam: ⁊ ꝙ vellet coꝛrigere totũz ⁊ vitam emẽdare: dixit ei dñs de altari. Surge ⁊ remittuntur tibi pctã tua: vade ⁊ amplius noli peccare. Qui ſurgẽs pꝛe nimia contritione factus fuit totus canus ꝙ eũz vix familia ſua cognouit. Qui tm̃ poſtmodum ſe affligit pñia ꝙ vitã eternam mercatus eſt. Jſtam pñiam dñs oſtendet vſq̃ in diem iudicij: ſed in iudicio oſtẽdet iuſtitiam bonis ⁊ malis.

¶ Peccatoꝛi cuidam dictũ eſt añ moꝛtem mundaberis.

¶ Exemplũ.xxiiij.

Quidã hõ magnis pctĩs fuit plenus. Qui vna die ſtãs ⁊ cõſiderãs ſe immundũ pctõꝛẽ eſſe dixit. O miſericoꝛs deꝰ tu es ille q̃ aĩaz meã creaſti ad imaginẽ tuã: ⁊ mihi eãdẽ dediſti pulchꝛã ⁊ clarã: ſed ego eã inquinaui multis turpitudinibus ⁊ peccatis. rogo ergo dñe vt me mundes ꝓpter magnam mĩam tuam. Et cũ ſic ſtaret ⁊ oꝛaret cũ deuotione audiuit vocem ſibi dicentẽ: ante moꝛtem tuam mundaberis. q̃ ſtatim poſt hoc ab inimicis ſuis capiebatur ⁊ ad moꝛtem vulnerabatur: et quicquid fecerunt

ſibi mori nõ poterat vocatus eſt ſacerdos ⁊ puer cõfeſſus eſt: ⁊ ſic mũdatus ⁊ cõmunicatus cum ſacramento eucharistie tradidit ſpiritum.

Latro eſt ſubleuatus ſed eremita damnatus. Exemplum.xxv.

Uit quidã latro qui dum fugaret ab aduerſarijs ſuis vidẽs qd non poſſet euadere poſuit ſe in crucez di. Bene mortẽ merui: quia deũ offendi: ro go vt deũ de me vindicetis. Ecce membra mea in quibus chriſtũ in ſuis perſecutus ſum. Et ſic occiderũt eum. Quidã autem Eremita erat prope qui multis annis penitentiam egerat cui reuelatũ eſt ꝙ angeli cũ laudibus animã illius latronis in celum deportarẽt. Qui nec deo egit gratias de ſalute proximi: ſed indignatus apud ſe dixit. Poſtꝗ̃ me expoſuero oibus flagitijs ſimul potero penitere in fine: ⁊ ſic fiet mihi ſicut latroni. Et cũ ad ſeculũ rediſſet trãſiẽs per aquã ⁊ cadẽs de ponte ſubmergitur: ⁊ a demonibus ad infernũ deducitur.

Mulier quedã negauit fidem ⁊ occidit puerum ⁊ tradidit ſe diabolo.

Exemplum.xxvj.

Ulier quedã que habuit virũ valde cõtrarium ſibi: ſi veniebat de miſſa: de foro: de taberna ſemper percutiebat eã. Illa vidẽs ſe in arcto poſitam cõſuluit vnam vetulã vt faceret ꝙ vir ſuus diligeret eã. Illa promiſit: ⁊ duxit eã ad horreum ⁊ vocauit diabolũ: qui ſtatim affuit. Cui vetula. Iſta femina vult vobis ſeruire ita ꝙ faciatis ꝙ vir eius diligat eã. Ille dixit ſe libẽter facturũ: ſed opꝫ puerũ vnicũ quem haberet occideret prius. Qđ cum feciſſet redijt ad eũ. At ille. Unũ adhuc facietis: ſꝫ ꝙ abnegabitis fidẽ ⁊ oĩm ſanctorũ auxiliũ. Que dixit. Et ego abnego ⁊ cõmitto me vobis cũ anima ⁊ corpore. Cui illa. Modo ſecura ite ad domum. Que rediẽs leta vir veniẽs de taberna cepit eã percutere: ⁊ ſi ante fuit malꝰ poſtea fuit peſſimus. Que vidẽs ſe confuſam fugam iniijt. Que dũ eſſet ad vnũ miliare de domo ſua occurrit ei diabolꝰ in ſpecie viri ſui et ſimili habitu et equo. Cui dixit. Et quo tu vadis miſera? At illa reſpõdit. Ad vos fugio. Cui diabolus. Redeas cito domum promitto tibi ꝙ vlterius nolo te moleſtare. Et ſic aſcẽdit ad eum ſuper equũ: ⁊ credebat eum virũ ſuum eſſe. Qui cũ veniſſet ante domum euanuit: ſtatim vir veniens cepit percutere illã. Cui illa. Hodie cum aufugiſſem a vobis: ⁊ vos me de campo reduxiſtis: hec nõ ꝑmiſiſtis mihi. Ille audiẽs ꝙ fugiſſet ab eo dixit. Hoc nõ erit tibi gratie ⁊ cepit eã a primo percutere ꝙ fere exalauerat ſpiritũ. Que cũ iaceret ſemiuiua in vulneribꝰ dixit. Adducite mihi confeſſorẽ. Cui vir. Modo vult me cõfundere ꝙ dicatur: ego occidi eã. Et prohibuit ꝙ nullus iret ad ſacerdotẽ pro cõfeſſione. Illa non ceſſabat clamare adducite mihi confeſſorẽ. Tandẽ vnus de familia cauteuit ⁊ vocauit ſacerdotẽ cum corpore chriſti ⁊ erat in nocte. Qui cũ veniſſet ante domum vir ſeruauit omnia: ⁊ nõ permiſit ſacerdotẽ ingredi. Qui dum ſtaret ante domum clamauit ad eum illa dicẽs. Dñe ſaltẽ per parietẽ audite me. Et cepit clamare dicens. Domine fateor ꝙ puerũ meum occidi ⁊ diabolo me cõmiſi cum anima ⁊ corpore ⁊ fidẽ chriſti abnegaui: ⁊ cũ magna contritione emiſit ſpiritũ. Et ſtatim iſte pius pater pepercit omnibus peccatis ſuis ⁊ gratiam ſuã ei reddidit ⁊ animã eius per ſanctos angelos in celum deportari fecit. Hoc vidit vir ⁊ ſacerdos ⁊ omnes qui aderant. Et ideo ad iſtum patrem miſericordie oculos cordis leuare debemus.

Uirgo quedã recidiuauit ⁊ Eremita eã reduxit. Exemplum.xxvij.

Beatus Greg. ſcribit ꝙ quidã pater ſanctꝰ Eremita in Egypto decoſ‍uerat ſtrẽnue in caſtitate: in ꝓpria corporis caſtigatione: ⁊ aliorũ cõuerſione. Accidit autem vt virginẽ quandã gentilẽ ab errore ſuis exhortationibus cõuerteret ⁊ in ſacro fonte ablueret atꝙ a peccatorũ ſordibus emundaret. Poſtꝗ̃ autem eſſet mundata, ei cellam ante ſuam conſtruxit in qua eam ſub firma cuſtodia collocauit quam etiam in omnibus diſciplinis regularibus erudiuit: que intantum profecit ꝙ quotidie cãtus angelicos audiuit. Et dũ horas pſalleret cum ea ipſi angeli horas



dulciter decantabant inſuꝑ dñs Jeſus eaꝫ ſepe viſitabat ⁊ ſua pietate eam frequenter confortabat: qđ ẽt pater eius ſpũalis: quaſi frequenter ſuis auribꝰ audiuit. Accidit aũt vt in ſomnis videret pr̃ ſuꝰ ꝙ q̃dã draco cellam virginis intraret ⁊ columbaꝫ albam degluriret quã tertia die euomit. Ipſe vero apud ſemetipſum interpretatus eſt ſic: q2 draco eſt rex iniquus. columba eccleſia q̃ tribus annis perſecutionem patietur: poſtea ꝟo ad fidẽ eccleſie ipſe rex cõuertet: ⁊ ipſam exaltabit. Et q2 diabolꝰ aduerſator bonorũ: operũ ſuggeſſit cuidã viro vt ad cellã ꝟginis intraret: ⁊ eã ſepiꝰ viſitaret. Quo facto, viro placuit ꝟgo: ⁊ incepit eã ſolicitare ad pctm̃: cũꝗ illa animũ immutaret: auertit oculos ne videret celũ aĩm ad pctm̃ inclinauit: ⁊ cuꝫ viro de cella exiuit. Qui cũ eã defloraſſet: ⁊ per dies aliquot ſecum morata fuiſſet ab ea receſſit: et eam ſolã dereliq̃t. Pr̃ ꝟo eius ſpũalis qui ei victũ quotidie miniſtrabat expectabat per triduũ qñ ſigno ſolito victuꝫ poſceret. Cũꝗ per triduum eiꝰ ſignũ audiret, cogitabat ꝙ cũ angelis tripudiaret ſicut ante facere conſueuerat. Cũ aũt morã faceret: iuit ad cellaꝫ ⁊ eã vacuã inuenit: vñ triſtis abſceſſit, ⁊ abundanter lachrymas quotidie ꝑ ea fundebat. Cũꝗ ipſa ſe videret: penitus derelictã nec aliq̃d haberet vnde viueret, facta eſt publica meretrix: ⁊ propter eius pulchritudinẽ multi veniebãt ad eam libidinis cã ſatiande. Dictus ꝟo pater duobus annis eã cũ multis lachrymis diligenter querebat. Tertio aũt venit ad eum quidam ſanctus pater gr̃a viſitandi. Cũꝗ dolorẽ cordis ſui ei indicaſſet: dixit ei ſenior. Eſt quedã mulier in tali ciuitate nomine maria manens in ꝓſtibulo. et cũ hoc ꝟbũ audiuit magis doluit ꝗ̃ priꝰ: volens tñ eã potius reducere ꝗ̃ ibi dãnabiliter viuere: cogitabat apud ſe ꝙ ſi ad eaꝫ in habitu religioſo veniret ꝙ eum fugeret. Murato igit̃ habitu ſe induit veſtibꝰ bonis valde: ⁊ equũ aſcendens venit ad ciuitatẽ ⁊ veniens ad domũ queſiuit ſi talis mulier ibi maneret: ⁊ dicente ſibi eius ꝓduiſſe que ꝙ ſic. rñdit ꝙ illa nocte vellet ibi manere ſiue pernoctare: ⁊ protulit aureos denarios ⁊ fecit fieri cõuiuium. Que ſpernẽs eius caniciem faciem ſuã ab eo auertit: ſꝫ dicente ſibi eius puella. Quid vis de facie ſua rugoſa: hꝫ eñ aureis marſupiũ plenum. venientibus ad menſam ipſe comedebat panem cuꝫ dolore ⁊ gemitu. Peruenientibus aũt ad lectum ⁊ cũ ſtaret añ lectũ ſenior dixit. O dña noſtis me? Que ait. Nõ. At ille. Ego ſum pater q̃ vos ad deũ ꝯuerti ⁊ omni diſciplina regulari informaui. Quo audito reſoluebat̃ in lachrymis veniam poſtulauit, ⁊ dixit. Poſſum ne poſt tot peccata miam inuenire? Rñdit pr̃. ſis ſecura filia: ſi redire volueris oſtendẽs te penitentem recipiet ad veniã. Illa igit̃ veniens ad medium ciuitatis ignem copioſum fieri iuſſit: ⁊ oĩa que male lucrata fuerat in ignem proiecit dicẽs. Uidete omnes amatores mei q̃ a vobis lucrata ſum ignis conſumit. Ueniens aũt cũ ſancto patre ad eremum fecit ei cellã retro ſuã ⁊ in magna abſtinentia per ſeptem annos vixit. In ſeptimo ꝟo anno gr̃am primam rehabuit: ⁊ tunc in pace quieuit.

Meretrix quam paſuncius pro penitẽtia per triennium incluſit.

Exemplũ.xxviij.

Uit quedã meretrix ĩ ciuitate quadam propter quam multi erãt depauperati. Audiẽs aũt abbas paſuncius mala que per eam fiebant aſſumpto ſibi habitu ſeculari ad eam eſt profectus ⁊ dato ei ſolido pro ſcorti ꝓcio petijt locum ſecretum ⁊ obſcurum ne ab aliquo videri poſſet ⁊ peccatum ſuum ſine verecundia ꝑpetraret. Et cũ duxiſſet eũ ad plura loca ⁊ ipſe ſemper diceret ꝙ videri timeret duxit eum in obſcuriſſimum locum dicens quod nullus poſſet eum videre niſi deus ⁊ diabolus. De quibus verbis ei facto ſermone ⁊ oſtẽſo qualiter deberet aſpectum dei formidare ⁊ conuertit eam: et ad penitentiam mox induxit. Que cõuocans mox oẽs ſocios ſuos amatores fecit omnia que lucrata fuerat comburi coram eis in medio vrbis que valebãt bene. xl. marcas auri. Dixitꝗ quod magis volebat hec comburi quam in futuro iudicio ipſamet combureretur ab eiſdeꝫ. Quo facto ſecuta

eſt abbatē in deſertũ qui eam in paruã cellulam incluſit in qua feneſtrã paruam dabatur ei ſingulis diebus panis ⁊ aqua. In eadē aũt cella iuxta ſe oia neceſſaria faciebat que pre peccatorum eius pudore non audebat nomē dei nominare: nec manus vel oculos ad celũ leuare: ſed verſa ad orientē dicebat. Qui plaſmaſti me miſerere mei ſicut eũ abbas iuſſerat. Poſt annos autem tres cõpaſſus ei dictus abbas q̄ſiuit a beato Ant. ſi eſſet adhuc tēpus emittēdi eã et idem petiit dimiſſum: qui fecit pro ea fratres orare. Tũc paulus maior diſcipulus beati Ant. poſitus in extaſi vidit lectũ precioſiſſimum in celo a tribus precioſiſſimis puellis preparatũ: ⁊ cum quereret ſi eſſet beati Ant. reſpõſum eſt ei ꝙ non: ſed thaydis ſponſe chriſti: ⁊ cũ eſſet excluſa ait q̄ in toto triēnio habuit ſemper peccata ante oculos quaſi quandã ſarcinã: flens cõtinue largiter ſuper eã: ⁊ tunc didicerũt ſancti patres ꝙ nõ propter penitentiã quã ſuſtinuerat: ſed propter peccatorũ memoriã ⁊ verecundiam ei peccata fuerũt dimiſſa. Et trãſactis quindecim diebus requieuit in pace. Hoc in vitaſpatrum.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Monachus quidã negauit chriſtũ propter filiam ſacerdotis idolorũ: quomodo deus ſibi induſit. Hoc quere in diſcipulo de tempore ſermo. ij. N.

¶ Item quidã qui. xi. an. ſeruiuit diabolo ⁊ poſtmodũ per tres annos deo ſeruiuit: ⁊ ſic ſaluatus eſt. ſermo. cxxij. y.

¶ Miles qui peccauit cum propria filia et ep̄s iniunxit ſibi ſeptennem penitentiã: et poſtea niſi vnũ Pater noſter. ſer. xiiij. F.

¶ Item mulier que cõcepit a proprio filio: ⁊ poſtmodũ oſtēdit ſe in camiſia domino pape Innocentio. ſermo. xliij. Q.

¶ Item virgo lapſa in peccatũ fleuit ante altare, ⁊ chriſtus induſit ſibi dicens ei. Adhuc ſemel paratus eſſem mori pro ſalute tua. ſermo. cij. Q.

¶ Item miles captus ab inimicis: quãdo decollari debuit dixit. Animam meã filio virginis commendo: ⁊ ſic ſaluatus eſt. ſermo. lxxxix. T.

¶ Item qui dixit in agone. Deus tu ſcis voluntatem meam. ſermo. cxxxiij.

¶ Miſericordie opera ad proximos.

¶ Sacerdos ⁊ famulus qui valde abominabantur leproſos.

¶ Exemplum. xxix.

Cantor Pariſienſis ponit exēplum de ſacerdote leproſorũ qui fecerat murũ inter ſe ⁊ leproſos: ⁊ per foramen confeſſionē eorum audiebat ⁊ corpus domini porrigebat: qui diuino iudicio factus eſt leproſus ex media parte: remanente ſana illa parte quam vertebat ad eos.

¶ Item quidam ſeruus abominabatur adeo leproſos: vt nec elemoſynaʒ vellet eis deferre: ⁊ factus eſt leproſus.

¶ Martinus monachus qui portauit chriſtum in forma leproſi in pallio.

¶ Exemplum. xxx.

Monachus quidã Martin⁹ nomine vite valde venerabilis fuit q̄ ex monaſterio viſitationis gratia ad aliud monaſterium tendebat: cui ſpiritualis pater preerat. Pergēs itaqꝫ leproſum quē denſis vulneribus elephantinus morbus per membra fedauerat inuenit in via: volētem ad ſuum hoſpitium redire: ⁊ pre laſſitudine non valentē. Ipſe vero in itinere ſe habere phibebat hoſpitiũ: quo idē Martinus ire feſtinabat. Vir aũt dei eius laſſitudini miſertus: palliuʒ quo veſtiebat in terram protinus proiecit ⁊ expãdit: ac deinde ſuper leproſum poſuit: ⁊ ſuo pallio eũ vndiqꝫ conſtrictũ ſuper humeruʒ leuauit: ſecumqꝫ reuertens detulit. Cũqꝫ iam monaſterij foribus appropinquaret: pater eiuſdem monaſterij magnis vocibus clamare cepit. Currite ianuas monaſterij aperite: q̄ frater Martinus venit portans ſecũ dominum. Statim vero vt ad aditum monaſterij peruenit: qui leproſus eſſe videbatur de collo eius exiliens in eadem ſpecie apparuit qua recognoſci ab hominib⁹ ſolet redemptor humani generis: ⁊ ad celuʒ ipſo reſpiciente rediit: eiqꝫ aſcēdens dixit. Martine tu me non erubuiſti ſuper terrã: ego te non erubeſcam in celis. Qui ſanct⁹ vir mox vt eſt monaſterium ingreſſus: ei pater dixit. Frater Martine vbi eſt quem portabas? Reſpõdit. Ego ſi ſciuiſſem quis fuiſſet: pedes illius tenuiſſem. Tunc idem Martinus narrauit: quia cum eum portaſſet: pondus minime ſenſiſſet.

¶ Mulier valde nobilis dilexit leproſos.

¶ Exemplum. xxxj.

Quedam nobilis domina valde cõpatiebatur infirmis maxime tamen leproſis. Vir autem eius nobilis ⁊ potens intantũ abhominabat̄ leproſos ꝙ eos videre non poterat. Quadã autem die cum leproſus ante ianuam clamaret: q̄ſiuit domina ſi vellet bibere vel comedere. Cui ille. Ecce hic crucior vehementiſſimo ardore non manducabo neqꝫ bibam niſi me tuleris in domum tuã. Cui illa. Nũquid noſti q̄tum dominus meus abhorret leproſos: ſed ipſe cito venire debet de venatione: ſi te inueniret forſitan te ⁊ me interficeret. Illo gemente ⁊ plorante domina non poterat lachrymas eius ſuſtinere: ſed proprijs brachijs ipſum in domũ ſuam portauit. Cumqꝫ rogaret vt comederet, nullo modo voluit: niſi prius in propriam cameram ⁊ in proprium lectum domina deferret: ibi enim deſiderabat quieſcere anteqꝫ comederet. Dum ergo illa gemitum eius ferre non poſſet: in lecto ſuo eum quieſcere fecit puluinar ſuum capiti eius ſupponens: ⁊ coopertorio griſeo corpus eius cooperiens. Et ecce vir de venatione rediens dixit mulieri. Aperi mihi cameram illam vt dormiam et requieſcam. Cũqꝫ illa aliquantulum tardaret timens de morte leproſi ⁊ ſua: dominus cum magna indignatione cameram intrauit: ⁊ ſatis cito poſt reuerſus: ait. Modo inquit bene feciſti quod lectum meum optime preparaſti: ſed miror vbi tales ſpecies aromaticas reperiſti: quibus tota iſta reſperſa eſt odore ſuauitatis: quia mihi viſum eſt quod fuerim in paradiſo. Quo audito mulier que non niſi mortem expectabat ingreſſa cameram ita inuenit: ſed leproſum minime reperit: que pre admonitione ⁊ miraculi magnitudine omnia per ordinem marito narrauit. At ille valde compunctus: qui prius leo fuerat manſueſcere cepit ſicut agnus: et poſtea leproſos ſemper dilexit. Hec Arnoldus in narratorio.

¶ Epiſcopus in forma crucifixi inuentus eſt in lecto.

¶ Exemplum. xxxij.

Legitur ꝙ cum quedam mulier nobilis conſueta eſſet recipere pauperes ⁊ ſeruire eis manib⁹ proprijs ⁊ abluere pedes eorum inuito marito ſuo: cũ ſemel inueniſſet pauperem ante ianuam miſerabilem vt videbatur afflictum ⁊ vlceroſum: introduxit eum in domũ ſuã viro eius abſente: ⁊ cum peteret balneum parauit illi: qui cum diceret poſt balneum quod non poſſet quieſcere niſi in molli lecto: poſuit eum in camera ſua. Cum autem vir eius veniret ex improuiſo ⁊ cameram ſubito intraſſet: et in lecto vxoris inueniens predictum infirmum quem cum crederet adulterum ⁊ vellet eum ex impetu ire ſue occidere: ſuper lectum eius apparuit ei dominus in eadem forma qua pendebat in cruce dicens. Quid me perſequeris qui hec pro te paſſus ſum: et hec vulnera et mortem propter tuam ſalutem pertuli? Cum autem perterritus et proſtratus in celũ oculos erigeret ⁊ oraret: poſtea nihil inuenit. ⁊ ſic conuerſus ad dominũ: bonus hoſpes ⁊ pius pater pauperũ factus eſt: ⁊ queſiuit ab vxore que ei omnia narrauit. Hec Petrus de amore. lib. ij.

¶ Chriſtus oſtendit Jordano corrigiam quam pauperi dedit.

¶ Exemplum. xxxiij.

Semel contigit quod cũ ipſe frater Jordanus ordinis p̄dicatorum doctor theologie ſtudio Pariſius operam daret: et ſue conſuetudinis eſſet quaſi omni nocte ſurgere ad matutinas: quadam nocte ſolenni ſubito ſurrexit: cum iam ad matutinas crederet eſſe pulſatum: vnde ſolam cappam ſuper camiſiam induens et cingulo ſe precingens feſtinanter ad eccleſiam properauit. Cui illico pauper occurrit

eleemoſynam petēs q̄ nihil inueniens qđ daret pauperi corrigiā dedit. Cū aūt ad eccleſiam veniens eā clauſam inueniſſet: q̄ pulſatū vt crediderat nōdū erat: tādiu permanſit ān fores eccleſie donec miniſtri ſurgerent ⁊ eccl'iam aperirent. quā cū intraſſet ⁊ ān crucifixum oraret ip̄m deuote ⁊ frequenter reſpiciens vidit eum corrigia ip̄ȝ cinctum quam ān modicū pauperi amore crucifixi dederat.

¶ Chriſtus indutus fuerat collobio qđ monachus pauperi dedit.

¶ Exemplū. xxxiiij.

Quidam monachus duo hñs collobia: vnū quotidianum: ⁊ aliud in ſolennitatibꝰ: venit pauper egenus tempore quodā petens ab eo indumentum. Ille ꝟo negauit dicens ſe ſuperfluam veſtē nō hr̄e. Paup autem cū fletu vociferando dicebat. Miſerere mei. Monachꝰ ꝟo ad p̄ces pauperis intrans in cellā ſuā exuit ſe quotidiano collobio: ⁊ dedit pauperi: ſibi aūt retinuit melius. Poſtea ꝟo compunctus dixit paupi redde mihi collobiū ꝙ dedi tibi ⁊ accipe meliꝰ hoc accipiēs ille paup induit ſe illo ⁊ abijt in ciuitatē ⁊ vēdidit illō meretrici. Illa ꝟo induens ſe illo veniebat ſemel ⁊ bis vbi erat monachus ille. Cū aūt monachus vidit veſtimentū ſuū recognouit ꝙ hoc eēt quo vtebat ſolennitatibus contriſtatus valde intrans in cellā dixit. Uere deo nō placuit ꝙ feci: nec meā recepit deuotionem: q̄ſi in tales manus venit palliū meū: quo ego feſtiuis diebꝰ vtebar: nunc ꝟo meretrix vtitur eo. ⁊ pre triſtitia magna non comedit illo die. Nocte ꝟo cum dormiret vidit ieſum xp̄m indutam veſte ſua quā pauperi dederat: ⁊ introeuntē in cellā ſuā dicētemqȝ ſibi. Frater: frater: q̄ vt aſpexit vidit lucem magnā dixitqȝ ei. Quis es domine? Qui rñdens ait. Aſpice in me. Et cū aſpiceret dixit ei. Cognoſcis hoc? Qui rñdit. Etiā dñe collobiū meū eſt. At ille. Ego ſū ieſus. Iam nō triſteris ſed gaude ⁊ letare ⁊ grãs age deo. Ex quo eni dediſti pauperi: iſtud mihi dediſti. Et letatus eſt monachus de benignitate dñi noſtri ieſu xp̄i: q̄ non permiſit eū torqueri pluribꝰ tentatiōibus: ſed certificauit euȝ de verbo quod in euangelio dixerat. Quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis.

¶ Miles quidā obijt in terra ſancta: ⁊ ſic euolauit ad deum.

¶ Exemplum. xxxv

Dicitur ꝙ q̄dā miles inſiſtendo operibus pietatis cū oīa q̄ haberet in vſus pauperum expendiſſet: crucem tranſmarinam accipens: peregrinis pauperibꝰ manu ꝓpria miniſtrabat. Cūqȝ tranſfretaſſet: viſitauit oīa loca ſancta deuote ſequens veſtigia ſui ſaluatoris. Cūqȝ ad montem oliueti a quo dñs ad celum aſcendit aduenīſſet: eleuatis oculis ⁊ manibus in celuȝ ait. Dñe inquantū potui tua veſtigia ſum ſecutus. mō ſicut auis volare ad te nequeo: q̄ alas nō habeo: nec ſcalam a te aſcendendi. Rogo te toto corde vt in pace ſuſcipias ſpm̄ meum: me poſt te trahendo. Quo dicto ſtatim ſpiritus eius ad deum euolauit.

¶ Diues q̄dam tempore famis paſcebat quatuor milia pauperum.

¶ Exemplum. xxxvj.

Legit in geſtis francoruȝ. lib. ij. ca. xxiiij. cū fames valida burgundiā oppreſſiſſet: ⁊ cum erhicus Romanorum diſpēſator eſſet in burgundia agēs rempublicam romanoruȝ tempore Theodoſij imperatoris: tunc congregauit apud ligones quatuor milia hominum pauperꝫ ⁊ amplius qui non poterant habere vñ ſibi tempore famis prouiderent ⁊ pauit eos ibi q̄diu maluȝ ip̄s durauit: quo ceſſante fecit eos cum vehiculis ad loca ſua deportari. Cū autem hoc factum fuiſſet audiuit vocem de celo dicentē ſibi: et hic: tibi ⁊ ſemini tuo panis non deficiet in eternum: quia me famis tēpore in pauperibꝰ meis perfeciſti.

¶ Mulier quedam pauit fratres ordinis predicatorum.

¶ Exemplum. xxxvij.

Quedam mulier in francia deo deuota fratres recipiebat libēter: lȝ viro eius admodum diſpliceret. cū igit recepiſſet magr̄m Iordanū cū ſocijs ſuis: ⁊ iam eſſent in prādio contigit ſuperuenire maritū: ⁊ diſſimulato dolore poſuit ſe ad menſam: vbi aūt inuenit bonū vinū illud fratribꝰ propinaſſet: magis dolēs clamauit nūcio. Uade cito ⁊ porta de vino meliori qđ eſt in vegete tali. Hoc autē ironice dixit q̄ illud erat corruptū: vt perturbaret vxorē. Iuit nūcius: attulit ⁊ ꝓpinauit: quo guſtato inuentū eſt vinū in ſumma excellentia bonū. Ille ergo in famulū turbatus rabida voce dixit. Quare nō aportaſti de illo dolio quod dixerā tibi? rñdit ſe pro certo protuliſſe. ſcđo remittitur: ⁊ idē inuenit tunc cum furia ſurgēs ipſemet hauſit: ⁊ guſtauit: ⁊ optimū inuenit: ⁊ ex corrupto vino in bonum cōuerſo. Dñs ipſe in melius cōuerſus factus eſt amator fratrū ⁊ vxorē iuuans ad eleemoſynas dandas.

¶ Duo religioſi impetrauerūt gratiā inueni qui eos pauit. ¶ Exemplū. xxxviij.

Duo fratres hyſpani qui pariſiꝰ in theologia ſtuduerūt cum ad ſuā redirēt prouinciā ad terrā pictauice deuenerūt. Cūqȝ a mane vſqȝ ad ſextā horam fuiſſent afflicti ⁊ feſſi eſurire ceperunt. Erat autē prope villa parua in qua pauci hoīes pauperes morabant. Frater aūt qui amplius erat feſſus volebat vt ibi cibū quererēt oſtiatim: alius aūt qui magis eſuriebat monebat vt ad meliorē ⁊ ad magis diſtantē villā irent ne ſi minus comederēt poſt deficerēt in via. Tūc qui laſſus erat valde volēs aliū cōſolari ait. Nōne frater deus potēs eſt in villa pauper cula ſufficiēs nobis preſtare conuiuiū: cui ait. Scio inquit ꝙ pōt: ſed non conſueuit: tūc alius ait. Noli timere chariſſime: q̄ in hac villa modica dñs nobis neceſſaria miniſtrabit. Cūqȝ ſic loquerēt ecce caſtellana ſancti Maxentij diues ⁊ nobilis dña cū filio ſuo: ⁊ multa familia ſuperuenit q̄ videns fratres admodū feſſos affectuoſiſſime p̄cepit filio ſuo di. Fili deſcēde ⁊ amore dei ⁊ mei frēs iſtos paſce. Qui ad mandatū eius ſtatim deſcēdens paſtilla optima piſcibꝰ bonis farcita q̄ ſue matri erant parata accepit vinū caſeum ⁊ oua panem quoqȝ recentē ⁊ alios piſces obtulit fratribus abundāter: frequēter inuitāſ: ⁊ oblata cum gaudio ſuſciperēt: q̄ pauperes dei erant ⁊ multū laborare debebāt: ⁊ in alijs locis vix aliqua inuenirēt. Poſtqȝ aūt mirabili affectu cuȝ multis iuuenibꝰ deuotis miniſtrauerat eis: maior frater ait minori. Oremus dñm vt iuuenē iſtū qui nobis tā deuote ſeruiuit ipſum cuſtodiat: ⁊ ad vitam bonā perducat. Flexis ergo genibꝰ dicto hymno Ueni creator ſpūs: cū Pater noſter ⁊ oratione vale dicētes iuueni: ⁊ eū ſepius dño cōmendātes abierūt: aliquāto aūt trāſacto tempore alter eorū de hyſpania veniēs ad capitulū generale: ⁊ in conuētu fratrū pictauen̄. dictū iuuenē iam factum fratrē inuenit: ſtupēſqȝ ait priori: vnde eſt iuuenis iſte? Cūqȝ illum filiū caſtellane audiſſet: vocauit illū ⁊ ait. Reduc frater ad memoriā qualiter ad preceptū matris duos fratres qui de pariſiꝰ veniebāt in tali loco pauiſti. Bene inq̄t recolo ⁊ deo gratias ago: q̄ orationibꝰ eorum dñs ad iſtum ordinē me adduxit: ⁊ frater ad eū. Ego inquit ſum vnus ex illis qui frequenter tibi orauimus vitam bonā ⁊ exitū beatum. Ecce bonam vitā in te video. Conare chariſſime vt perſeueres: ⁊ ſic certe peruenies ad finem bonum.

¶ Infidelitas mundi ⁊ etiam conſanguineorum. ¶ Exemplum. xxxix.

Legitur in hiſtorijs britonū ꝙ ante tempus incarnationis dñice fuit in britania maiori quidā rex Keyr nomine qui habuit tres filias: ⁊ cū quereret a maiore ſi multū diligeret eū: dixit ꝙ ita ſuper omnia: quā rex maritauit ⁊ maximam partē regni ſibi dedit poſt mortē poſſidendā. Hoc idem dixit ad ſecundā: et illi fecit ſicut priori. tertia aūt minor dixit ei. Pater q̄tum habes tantū vales: ⁊ ego te tantū diligo q̄tum vales, ⁊ nō plus. Pater aūt indignatꝰ minus eā dilexit q̄ȝ alias: ⁊ minus de ea curauit: iurāſ ꝙ nihil ei daret de terra ſua. quā rex huius terre que modo francia dicitur propter mores ⁊ pulchritudinē ſuam accepit in vxorem: cū autem hoſtes in dictū Keyr irruerēt terram ſuam dereliquit duabus filiabus ſuis prioribus ⁊ viris earum qui promiſerunt ei qđ honorifice eū tractarēt: voluntatē ſuā ſu

per omnia facientes. cum aũt terra ſua ſe ſpoliaſſet: poſtmodũ eiectus a prioribus filiabus a tertia ⁊ viro ſuo honorifice receptus eſt: ⁊ per eorum adiutoriũ ad hereditatem ſuã rediJt: ⁊ aliJs exheredatis eã minori dereliquit. Prima filia eſt amor et fiducia quã homo habet in mundanis rebus. Scđa eſt amor ⁊ ſpes quã hꝫ homo in amicis carnalibus. Tertia eſt amor et ſpes quã habet in miſericordie operibꝰ.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Duo mercatores dixerũt ꝙ ſine mendacio nõ poſſent vendere. Hec quere in diſcipulo de tempore. ſer. cxxxiij. Q.

¶ Item elizabeth ſeruiuit quatuor diebꝰ leproſo horribili: ⁊ xp̃s quinta die apparuit ei dicẽs quia mihi ſeruiuiſti: habebis mecũ gaudia celi. ſer. lxvij. D.

¶ Item ruſticus in curia ſolitaria ſuſcepit xp̃m in ſpecie peregrini. ſer. lxxix. T.

¶ Exemplum. xl.

¶ Itẽ duo fratres vnus religioſus multum: ⁊ alter ſeruiebat infirmis: ⁊ precellebat alium.

¶ In diſcipu. de tẽpore. ſer. cxxviij. O.

¶ Miſſa.

¶ Sacerdos quidã celebrauit miſſam in hieruſalem et reductus eſt ab angelo in patriam ſuam. ¶ Exemplũ. xlj.

Sacerdos quidã de dacia nomine Andreas peregrinando cũ aliJs ꝑuenerat in vigilia paſche ad ſepulchrum xp̃i. ſummo mane i die paſche ſocij ſui recedere voluerũt quibꝰ ſacerdos dixit. Sanctiſſimꝰ eſt dies paſche ⁊ locus dñice reſurrectiõis: audite prius miſſam ⁊ eucharistiam ſumite poſtea recedamꝰ. Adeuntibus omnibꝰ ⁊ recedẽtibus: ſacerdos manſit in vrbe: ⁊ dicta miſſa factoqꝫ prãdio ſolus cepit ire: ⁊ ſequi ꝓcedentes: quẽ vt attigit quidã in equo ſedẽs: q̃d eſt ait ꝙ ſolus ꝓperas peregrinus: ⁊ ille factũ narrãs hac inquit de cã a ſociJs ſolꝰ ſum relictus. tũc ille. Aſcende inq̃t retro me. Et ſic reſidẽs obdormiuit. circa veſperã vero cũ euigilaſſet ⁊ circũſpiceret vbi eẽt: dixit ei ductor ſuus. potes cognoſcere locũ iſtum? Et ille pre timore maximo vix rñdere valẽs. Videtur mihi inquit dñe ꝙ eccleſia hec q̃ ante nos eſt: eccleſia mea eſt: ⁊ domus hec prima in qua manſi. cui ductor eiꝰ. Recte tibi videt: xp̃m glorifica: cuiꝰ ſacramẽta veneratus es: ⁊ quorũ cauſa peregrinas terras ⁊ ſolitudinẽ nõ horruiſti. Et hec dicẽs cito diſparuit. Sacerdos aũt de via rediẽs omnibus ſociJs ſuis narrauit magnalia dei: q̃d ſecũ factum eſſet per regreſſum ſociorum poſtmodũ comprobauit. Hec Suilli.

¶ Virgo quedã vidit corpus ſacerdotis clarum in miſſa. ¶ Exemplũ. xlij.

In brabãtia villa bãdeñ. manebat virgo religioſa: in cuiꝰ preſentia ſacerdos quidã de villagio qui dũ in quadã villa celebraret miſſam: vidit corpus ſacerdotis ⁊ ſacras veſtes quibꝰ indutus erat miro decore decorari. Cũqꝫ hoſtiam exaltaret: vidit duos angelos mire pulchritudinis hincinde aſſiſtere: et brachia eius ſuſtẽtare. ⁊ cũ hoſtiã deponeret: manicas vtriuſqꝫ manus ne q̃d eas tãgeret valde decenter eas conſtringere. qui etiã eleuatis manibus ⁊ inclinato capite cũ ſumma reuerentia depoſitã adorauerunt. Circa horã ſacramẽti facta eſt ipa in exceſſu mentis ⁊ vidit corpus ſacerdotis tam clarũ ⁊ tam perſpicuũ: vt quaſi phialam criſtalinã corpus dñi videretur. Miſſa cõpleta dum ſacerdos veſtimẽta deponeret: illa reuerſa eſt ad ſe: et vidit corpus ſacerdotis paulatim inſpirari: vt in formã priſtinã rediret. Et illa puella ob hoc habuit illã gratiam vt videat quis digne vel indigne communicet: et in quadã die paſche in quadã eccleſia tamen decem vidit communicare digne. Nomen huius virginis eſt Oda.

¶ Sacerdos quidã celebrauit ꝑ captiuo: ⁊ vincula ſoluebantur. ¶ Exemplũ. xliij.

In prelio quo occiſus eſt rex Elgõmus quidã iuuenis de militia eiꝰ vulneratus per diẽ ⁊ noctem inter cadauera occiſorum iacens recuperato ſpiritu ſe eleuans de terra ⁊ ligans vulnera ſua ꝓut poterat abiJt: ⁊ querẽs aliquos de amicis ab hoſtibꝰ ſuis eſt captus ⁊ ductus eſt ad ducẽ exercitus: queſitus quis eſſet: rñdit ſe ruſticum eſſe propter victum militibus afferendũ in exercitũ veniſſe: timebat eñi ſe militem fateri: qui ſuſcipiẽs eũ curauit vulnera eius: ⁊ dũ cepit ſanari iuſſit eũ ligari: ne de nocte fugeret: mox aũt recedẽtibꝰ qui ligauerũt: vincula ſoluta ſunt. nã frater eius q̃ abbas fuit audito ꝙ occiſus eſſet: venit querere corpus eius: ⁊ inueniens aliũ ſimilem ei ad monaſterium ſuũ ducens eũ ſepeliuit: ⁊ pro abſolutiõe eius miſſas frequẽter celebrauit: qui ꝓdictus miles ex hoc amplius ligari nõ poterat. Dum aũt comes miraretur quare ligari nõ poſſet: querẽs ſi forte caracteres haberet ꝓpter quos ligari nõ poſſet reſpondit. nihil taliũ artium noui: ſed fratrẽ ſacerdotem habeo ⁊ ſcio q: me mortuum putãs pro me miſſas celebrat. tandẽ comes conſiderans eum nõ ruſticũ eſſe ſecreto vocans eũ ⁊ promittens nihil ei facturũ rogauit vt ei genus ſuũ diceret. ⁊ ille certificatus de vita ſe miniſtrum regis aſſeruit: cui comes ait. Dignus morte es: ſed q: nullus de meis occubuit: te non occidã. Et ſtatim eũ alteri vendidit. Qui dũ multa genera vinculorum adhibuiſſet: nec ligari poſſet: donauit ei facultatem redimẽdi ſe ſi poſſet. Qui dato iureiurando ꝙ redimeret ſe: vel rediret: liberatus eſt. ⁊ reuerſus eſt ad patriam dño ſuo pretiũ redẽptionis remittẽs. Tandẽ fratri ſuo que circa eũ fiebant narrauit dicens ꝙ maxime hora tertia qñ miſſe celebrari ſolebãt: vincula ſua ſoluebãtur. Hec Arnoldus in narratorio ſuo.



¶ Miſſa ſuſtentauit hominẽ in rupe per annum. ¶ Exemplum. xliiij.

Quidam homo cũ in quadam rupe argentũ foderet: ſubito rupes cecidit et funditus cunctos extinxit. Unus aũt eorũ ſubtus in quodã ſinu ipſiꝰ rupis mortẽ euaſit: inde tñ exire non valuit. Vxor aũt illius eũ defunctũ eſtimãs omni die pro ipſo miſſam celebrari faciebat: ⁊ panem vnũ ⁊ vrceum vini cũ candela quotidie offerebat. Cui diabolus inuidens per tres dies continuos eidẽ in forma humana apparuit. ⁊ quo tenderet requiſiuit. Cui cũ illa ſui itineris cauſam exponebat: ille aiebat. Non fruſtra vexaris q: iam miſſa celebrata eſt: ⁊ ſic illa tribus diebus pro eo miſſam pretermiſit: nec ipſam celebrari fecit. Quidam aũt poſt hoc in predicta rupe argentũ fodiens vocem quandã audiuit de ſubter dicentẽ plane percutias: q: capiti meo eminet magnus lapis. Cum ille tremeret ⁊ ad hãc vocem audiendã plurimos aduocaſſet: iterum fodit ⁊ ſimilẽ vocem audiuit. tunc oẽs ꝓpius accedẽtes dixerunt. Quis es tu: qui reſpondẽs dixit. Plane fodiatis: q: maximus lapis continuo ſuꝑ me cadit. Qui a latere fodientes: ⁊ vſqꝫ ad eũ peruenientes eũ ſanum ⁊ incolumem extraxerũt. Et ſciſcitãtes quomodo ibi tandiu vixiſſet: dixit ꝙ qualibet die panis vnus, et vini vrceus cũ candela accẽſa exceptis tñ tribus diebus oblatus ſibi fuit. Qđ vxor eiꝰ audiens ⁊ vehemẽter exultans agnouit qđ de oblatione ſua fuerat ſuſtẽtatus, ⁊ diabolus eam decepit nec illis tribus diebus miſſam cantari fecit.

¶ Miſſa ſuſtentauit hominem in periculo maris.

¶ Exemplum. xlv.

Gregorius refert quod dum quidã nauta naufragiũ perpeſſus fuiſſet et quidam ſacerdos hoſtiam pro eo obtuliſſet ipſe tandem de mari ſanus exiuit. Cum autem interrogaretur qualiter euaſiſſet. dixit ꝙ dum in medio maris exiſteret: ⁊ iam pene fatigatus deficeret quidã ad eũ venit ⁊ panem quendam ſibi obtulit quem cum comediſſet. ille ſtatim confortatus vires recepit: ⁊ quadam naui inde tranſeunti receptus fuit. Inuentũqꝫ eſt ꝙ illa hora panem habuit qua pro eo ſacerdos hoſtiam immolauit.

¶ Quidam equitauit ad campum quando pulſabatur ad miſſam.

¶ Exemplum. xlvj.

Ciues quidam fuit talis cõſuetudinis quando debebat ire ad miſſaꝫ ibat de aſcẽſo equo ad ſua allodia vel annonas in campo vel in ſua molẽdina ſed cũ per vxorẽ que deuota erat admoneretur ꝙ iſta nõ faceret: ſed iret ad miſſam ſacris diebꝰ: ⁊ ad eccleſiã vt aliquid boni audiret in ꝑdicatiõe: rñdit. Ego ſcio qu. d

facere debeo melius ꝙ̃ tui predicatores. Tandẽ cum quadam vice dũ ad miſſam pulſaretur aſcenſo equo equitaret ad cãpum occurrit ei diabolus dicẽs. Deſcẽde de equo ⁊ audi miſſam meã: ⁊ ducto eo ad vnã foſſam que ibi fuit. precipitauit cũ et deſcendit cũ eo ad infernum auditurus miſſam inferni. ve nobis qui mori nõ poſſumus.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Duo ſutores quorũ vnus quotidie audiuit miſſam ⁊ ſemper abundabat ⁊ alter raro audiuit et ſemper pauper fuit. Hoc quere in diſcipulo de tẽpore. ſer. cvij. H.

¶ Item mulier que voluit ſeipſam ſuſpendere ⁊ quãdo audiuit pulſare ad eleuationem corporis xp̄i: tũc flexis genibus orauit in domo ſua: ⁊ ſic liberata eſt. quere ſer. xiiij. H.

¶ Item nobilis quidã docuit filium ſuũ quotidie audire miſſaꝫ. hoc quere in diſci. de ſanctis ſermo. xlviij. in fine.

¶ Mors malorum.

¶ Diues quidã in agone clamauit. Deus adiuua me.

¶ Exemplum. xlvij.

Quidam ſenex dũ veniſſet ad ciuitatem quandã ad videndũ quedam vaſa que fecerat ⁊ ſederet ad ianuam cuiuſdã diuitis laborantis in extremis vidit equites cum equis nigris horribiles habẽtes in manibus baculos igneos. Relictis aũt equis ante ianuam intrauerũt domum. Ecce infirmus vidẽs cepit clamare dicens. Dñe adiuua me. Illi aũt accedentes ⁊ ridẽtes dixerunt ei. Nunc primo memor es dei quando obſcuratus eſt ſol. qui ſole lucente oblitus fuiſti eius. Nunc aũt non eſt hora ſpei aut cõſolationis. Et hoc dicentes rapuerũt animam eius ipſe quidem miſer nõ ſeruauit morẽ eccleſie: quia preſbyter in principio. Deus in adiutorium meum intende: ſed in fine voluit primo querere ⁊ non potuit.

¶ Flagitioſus quidã homo in extremis petiuit inducias. ¶ Exemplum. xlviij.

Quidam vir nobilis, noĩe Chryſorius valde idoneus ſed tot⁹ plenus vitijs ſuperbia tumidus carnis ſue voluptatibus deditus in acquirẽdis reb⁹ auarus. Qui cũ ſic perſeueraret ⁊ cum tot malis deus finẽ facere voluiſſet: corpis lãgore ꝑcuſſus ẽ. Qui ad extrema veniẽs ea hora qua iã de corpore erat exiturus apertis oculis vidit tetros ⁊ nigerrimos ſpiritus corã ſe aſſiſtere ⁊ vehemẽter innitere vt ad infernorũ clauſtra eum traherent cepit timere paleſcere ⁊ ſudare magniſq; vocibus inducias poſtulare: filiũ ſuum noĩe Maximũ turbatis clamoribus vocare dicẽs. Curre tibi cũ nunq̃ꝫ male feci: in tua fide me ſuſcipe mor turbatus maximus affuit: lugẽs ⁊ perſtrepẽs familia conuenit: eos aũt quos ille inſiſtens vehemẽter cernebat: ipſi malignos ſpiritus cernere nõ poterũt: ſed eorũ preſentiam in cõfeſſione pallore ⁊ timore ei⁹ qui trahebatur videbãt. Pauore autem eorũ quos videbat huc illucq; vertebatur in lectulo quo ſe verteret ſemper aderant oculis ſuis. Cũq; ſic inuaſus a demonib⁹ ⁊ ſe poſſe euadere deſperaret cepit magnis vocibus clamare inducias vſq; mane. ſed cũ hoc clamaret ipſe in ſuis vocibus de habitaculo ſue carnis euulſus eſt de quo nimirum conſtat: q: pro nobis nõ pro ſe iſta viderit vt eius viſio nobis proficiat. Hoc exemplũ legit̃ in omelia beati Gregorij.

¶ Criminoſus quidã noluit cõfiteri niſi in extremis. ¶ Exemplum. xlix.

Erat quidã perpetrator multorum ſcelerum. ⁊ de his nunq̃ꝫ confitebatur cogitans: mora ſufficiẽs eſt dũ mori volo adhuc confitebor. Dum hic infirmatus eſſet: venit ad eũ religioſus dicens: vt doleret de peccatis ⁊ confiteretur. Cui infirmus. Juſtus dñs ⁊ iuſtitias dilexit. Ecce dum confiteri potui cõtempſi miſericordie diuine terminũ imponens vt dũ in infirmitate premor confitebor: nũc diabolus ex dei permiſſione ſtat mihi ſuper pectus ⁊ dum aliq̃d cogito dicere ꝑtinẽs ad ſalutem: ſtatim ſtringit collum meum non permittens me loqui mea ſalute neceſſaria: q: peccaui in ſpiritum ſanctum: ⁊ hoc loquens expirauit et ſepultus eſt in inferno.

¶ Eremita quidã vidit diuitem mori in palatio, ⁊ pauperem in cimiterio.

¶ Exemplum. l.

Legitur in vitaſpatrũ quod quidam eremita orauit vt videret exitũ anime de corpore: ⁊ dũ intrauit ciuitatẽ vendere ſportulas ecce oẽs ad vnam domum concurrebant. Qui dum quereret cauſam: dictum eſt ei ꝙ quidam homo diues morti appropinquaret. Unde intrauit et ipſe domum illam vidit ergo eremita demones circũſtantes lectum infirmi vt corui cadauer: horrorem ei incutiendo et vnus illorum librum maximũ tenebat ⁊ legebat geſta diuitis. Uidit etiã duos angelos ſtantes librum pulchrum reuoluentes: ſed nihil inuenientes triſtes abierunt infirm⁹ hec videns ſe huc illuc girans dixit. Domine miſerere mei. Et demon. Nũc primo memor es dei tarde cantas. Et hoc dicẽs animam eius extrahens cum gaudio demonum ad inferos properauit. Hoc viſo eremita cum fletu ibat ad eccleſiam et iacebat in cimiterio languidus quidam omni humano ſolatio deſtitutus. Et motus pietate circa ipſum ſedit: ⁊ cepit infirmus debilitari, ita vt vix intelligeret eum eremitã dicentem. Hic vre hic ſeca domine. Et vidit celum ſuper eum aperiri ⁊ angelos cum magno gaudio deſcendere ad infirmum ⁊ dixit Michael. Ueni ſponſa chriſti accipe coronam. Cui anima. vbi eſt dominus deus meus dulcedo mea ⁊ ſpes mea. Et ecce rex celi cum choris angelorum et ſanctorum venit et dixit. Ueni de libano ſponſa mea veni coronaberis. Et anima congaudens omnibus membris mundiſſima eſt egreſſa de corpore quã accipientes angeli detulerunt in celum ⁊ in choro martyrum eum locauerunt.

¶ Memoriam mortis, ⁊ etiã inferni quotidie habere eſt vtile.

¶ Exemplum. lj.

Quidã miles de quo legitur quod iuxta lectum ſuũ fecit duas imagines in pariete ex vtraq; parte lecti magiſtraliter in duab⁹ zonis ⁊ qñ vertebat ſe ad dextrũ lat⁹ trahebatur zona ⁊ ex hoc mouebatur imago et clamabat mors, quando aũt vertebat ſe ad ſiniſtrũ latus tunc imago illa dicebat infernus, et hoc fecerat vt mortem et infernũ ſemper in memoria haberet.

¶ Nobilis quidã vidit cadauer patris ſui ⁊ ſic mundũ deſeruit. ¶ Exemplũ. lij.

Dux quidã burgundie dum corpus patris ſui vellet transferre: aperto ſepulchro groſſum bufonẽ vidit ſuper faciẽ patris ſui et comedentem linguam eius: qui prudenter in ſe rediens exclamauit corã militibus. o falſa mundi gloria ſubluſiſti patri meo nõ ſubludo filio vbi ſunt pater diuitie ⁊ delitie q̃s habuiſti: vbi ſunt morſelli pretioſorum ciborum modo a bufonibus comederis turpiter ⁊ vermes te deuorant ſicut tu deuoraſti pauperes et relictis omnibus clauſtrum intrauit.

¶ Conſuetudo eſt mori iuuenes ⁊ ſenes.

¶ Exemplum. liij.

Quidam vnicus filius magni dñi habitum religionis aſſumpſit vñ pater iratus dixit abbati qđ monaſterium incenderet niſi filium ſuũ redderet. At illi timentes furorẽ tyranni nonitio dixerũt. Ecce niſi redeas ad ſeculũ ad patrem tuũ omnia bona noſtra deſtruet ⁊ monaſterium incendet. At ille nolite timere. Concedite mihi vt ego vadam illi obuiam. Et viſo filio habitu vili crinibus detruncatis vix eũ agnouit et pre dolore fere corruit in terrã ⁊ dixit filio ſuo. Quid feciſti nobis ſic: redeas ad ſeculum et totam terram tue voluntati exponam. Cui filius. Pater quedã conſuetudo eſt in terra tua valde periculoſa propter quã compulſus exiui inde. Cui pater. Oẽs cõſuetudines tuo arbitrio relinquo vt facias quicquid vis. Dic mihi que eſt cõſuetudo propter quã exiuiſti. q: omnino volo eã remouere. At ille: hoc eſt ꝙ ita cito et qñq; citius morit̃ iuuenis ſicut ⁊ ſenex niſi hanc

Exempla de .M.

remoueris nunꝗ̄ redibo. Nã qũo ꝓmit=
tis me futurũ heredẽ cũ nõ ſum certus ꝙ
plus viuere debeam ꝗ̄ tu: qꝛ ita cito mori
tur filius ſicut pater ⁊ ecõuerſo. Quo audi
to ait pater. Fili qũo hanc cõſuetudinem
quã deus introduxit poſſem auertere: et
cõpunctus aſſumpſit habitũ cum filio.
¶ Quidã audiuit legere. Vixit adam nõ
gentis. xxx. annis ⁊ mortuus eſt.

¶ Exemplum. liiij.

MAgnus literatus: qui dum ſemel
audiret legi in eccleſia. Vixit adã
nongẽtis triginta annis ⁊ mortu⁹
eſt: ⁊ cum ſcripturis que ſequũtur de mor
te illorũ qui tantum vixerũt ſtupefactus
perterritus ⁊ compunctus ait. Deus me⁹
oẽs moriuntur etiã illi qui tantũ vixerunt
quid faciemus, ⁊ nos etiã moriemur. Hac
ergo ſancta doctrina ⁊ vtili cogitatione
compũctus ordinẽ predicatoꝝ intrauit cu
ius vita ꝗ̄ ſctã doctrina ꝗ̄ vtilis ⁊ ꝗ̄ cla=
ra fuit: notum eſt toti ordini ⁊ eccleſia dei.
¶ Quidam vidit ſepelire defunctũ ⁊ com
punctus eſt.

¶ Exemplum. lv.

FUit quidam frater florentie nobi=
lis gñe ſed nobilior morib⁹ in ora
tione deuotus, predicatione gra=
tioſus qui ſue cõuerſationis retulit cauſã
hanc fuiſſe. Dum ſtuderet bononie conti
git eum cuidã funeri intereſſe ⁊ dum cor=
pus traheretur de feretro vt in tumulum
poneretur vidẽs caput dependi: ⁊ ꝙ quaſi
res inanimata ⁊ vilis ⁊ fetida ſub terra ci
litio abſcondebatur: compũctus ⁊ inſpira
tus a deo mortis memoriã ⁊ timorẽ acce=
pit. vnde ordinẽ predicatorũ ingreſſus eſt
⁊ vitã ſanctam cõſummauit in eo.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Filius comitis quidã vidit cadauer pa
tris ſui: ⁊ ſic cõpunctus deſeruit mundum.
Hoc quere. ſer. cxxxvj. M.
¶ Item filius comitis qui ſtudens pari=
ſius fuit in agone ⁊ nimium occupauit ſe
cum paterna hereditate ⁊ ſic dannatus
eſt. quere ſer. cxxiij. A.
¶ Item filius comitis quidã dixit in ago
ne. O quid eſt mũdus iam em̃ poſſem mul
tos hoſpitari: ⁊ neſcio vbi iſta nocte perno
ctabo. quere ſer. cxv.
¶ Item rex Francie qui cũ oĩbus diuitijs
ſuis nec inducias vnius hore in agone ob
tinere potuit. quere ſer. cxviij. R.
¶ Item quidã dixit in agone nõ ſunt tot
calami in tecto horrei, quot diaboli circa
me ſunt. hoc quere ſer. cxv. I.
¶ Item quidam deſperauit in agone ⁊ re
putabatur ab hominibus quaſi ſanctus,
quere ſer. cxxxiiij. T.
¶ Item quidã valde fleuit in extremis et
pñiam egit ſed ſolũmodo ex timore mor=
tis ⁊ pene inferni: ⁊ non ex amore dei. que
re ſer. clvj. B.
¶ Item foſſor quidam cadauer percuſſit
plenum vermibus ⁊ capita retraxerunt:
⁊ ille compunctus vitam emendauit. que
re ſermo. cvj. M.
¶ Item eremita ſenex qui didiſcit mori in
eremo, ⁊ q̃d ſit bene mori. quere ſ. cxv. M.

¶ Mors bonorum.

¶ Angeli duxerũt animã ſine dolore.

¶ Exemplum. lvj.

LEgitur em̃ in vitaſpatrũ ꝙ cũ q̃dã
pater deſideraret videre qũo aĩa
iuſti de corpe egrederet̃ trãſiens
per quandã villã vidit quendã peregrinũ
ſolũ in platea iacẽtem ⁊ in extremis labo
rãtem cui angeli michael ⁊ gabriel vnus
ad dexterã alius ad ſiniſtrã aſſiſtẽtes ro
gabãt aĩam de precepto dñi a corpe egre=
di que timẽs nõ libenter corpus dimitte=
bat. Et dixit gabriel ad michaelẽ. Sume
aĩam vt egrediatur. Rñdit Miſſi ſumus
vt ſine dolore ⁊ violentia eijciatur: ⁊ cum
clamaret ad dñm miſit deus citaredã da
uid cũ cãtorib⁹ hierl'm quoꝝ cantus au=
diens aĩa exiẽs inter man⁹ angeloꝝ cum
gaudio in celũ deducta eſt. Et de hoc etiã
Ber. pulchre loquit̃ in contẽplationib⁹ di.
Diligũt ſuos cõciues ſuperne ꝑtãtes: ⁊ his
qui hereditatẽ capiũt ſalutis ſolicitudinẽ
gerunt gaudenter confortant: inſtruũt:
protegunt: hoibus miniſtrant aduentum
noſtrũ qm̃ de nobis expectant eorum rui
nam reſtaurari diligenter querunt ⁊ au=
diunt libenter bona de nobis ſolicite di=
ſcurrunt medij inter nos ⁊ deũ: nr̃os gemi
tus fideliter ad eũ portãtes ⁊ ſocij noſtri



eſſe non dedignãtur qꝛ iam ſunt noſtri fa
cti cuſtodes.
¶ Frater quidã digito indicauit xp̃m eſſe
preſentẽ in agone. ¶ Exemplũ. lvij.

ERat quidã frater ordinis p̃dicato
rum in burgenſi flãdrie domo gra
uiter infirmatus cũ letiſſimo vul=
tu appropiquare videret̃ morti. quidã fra=
ter cũ lachrymis eũ flagitauit vt ſi q̃d cõ
ſolationis interi⁹ accepiſſet a dño ſibi di=
cere dignaret̃. Cui ille ſilere nõ valens pre
gaudio inquit. Vere accepi qꝛ dñs Jeſus
xp̃s ſe morti mee pñaliter adeſſe promi=
ſit. cui frater ego per eundẽ dñm te conte=
ſtor vt mihi digito vel nutibus innuas cũ
eum videris preſentẽ. Cui ille inquit. Fa=
ciam libenter ſiquidẽ permiſerit de⁹. Die
poſtmodũ tertia morbo ingraueſcẽte ta=
bula percuſſa eſt ⁊ fratres in infirmariam
currebant. Preſtolantibus ergo ⁊ orõnti=
bus fratrib⁹ frater moriẽs digitũ cũ manu
ad certũ locũ extendit. Et circũfuſis ocu=
lis cũ cantu letiſſimo dicere cepit. In gali
lea Jeſuz videbitis ſicut dixit vobis. Quo
finito mox expirauit. Hoc in vitaſpatrum.
¶ Quidã dixit moriar fideliter: amicabili
ter fiducialiter ⁊ letãter. Exemplum. lviij.

FRater cõradus quõdam prior cõ=
ſtãtie in theutonia in infirmitate
grauiſſima mire patiẽtie fuit iſtõ
de canticis ſubridẽdo ⁊ cũ pondere ⁊ cũ de
uotionis dulcedine ſepe reuoluens. dilect⁹
meus mihi ⁊ ego illi. donec aſpiret dies et
inclinent̃ vmbre. Item. xv. dieb⁹ ante mor=
tem ſuã dixit fratrib⁹ ſuis. De hac infirmi
tate ſcitote ꝙ in feſto dñe nr̃e Marie vir=
ginis moriar. qđ ⁊ factũ eſt qꝛ in primis ve
ſperis natiuitatis Marie virginis deceſſit
⁊ in die ſepultus fuit. Vltimã miſſam dixe
rat de btã virgine: ⁊ vltimã predicationẽ
de eadẽ fecerat. hic congregatis fratribus
anne ipſum cum cito mori deberet dixit.
Scitote fratres mei ꝙ ego moriar. fideli=
ter amicabiliter fiducialiter ⁊ letanter. qđ
expoſuit ſic fideliter qꝛ in fide Jeſu xp̃i et
ſacramentoꝝ eccleſie amicabiliter: qꝛ ex
quo intraui ordinem ſpero ꝙ in dilectio=
ne dei perſeueraui: ⁊ precipue ſemper face
re ſtudui ꝙ ſibi magis placere putaui: fi=
ducialiter qꝛ ſcio ꝙ ad dñm vado. letãter:
qꝛ de exilio ad patriã: de merore ad gau
dium tranſeo ſempiternum. Hoc quere in
vitaſpatrum.
¶ Mori debem⁹ in timore dei. Exẽplũ. lix.

LEgitur in vitaſpatrũ de quodam
ſancto patre q̃ cum videret̃ valde
timere de morte queſierunt ab eo
fratres quare timeret. Et ipſe reſpõdit in
hunc modũ. Fratres ſeruaui mãdata dei
iuxta poſſe meum: ſed homo ſum ⁊ neſcio
vtrũ placuerint opa mea deo: ⁊ ideo non
ſum ſecurus, donec veniam ad eum.

¶ Virgo ſimplex vidit xp̃m ⁊ ſanctos in
extremis.

¶ Exemplum. lx.

IN dioceſi treuerenſi monaſte
rium quoddã ſitum eſt ſancti=
monialium in quo ex quadã
conſuetudine nulla recipitur
puella niſi ſit ſeptem annorũ
vel infra. Ad conſeruationẽ em̃ ſimplici=
tas q̃ totũ corpus lucidũ facit hmõi conſti
tutio ſiue conſuetudo inoleuit. Erat autẽ
in eo de cenobio valde recens virgo que=
dam adulta: ſed in reb⁹ humanis vel mũ
danis tam infantula vt vix diſcernere poſ
ſet inter pecudẽ ⁊ hominem ſecularem eo
ꝙ huiuſmodi formarũ ante conuerſionẽ
nullam habuiſſet notitiã. Die igitur qua=
dam dum murũ pomerij capra aſcendit:
quam illa vidẽs ⁊ quidnam eſſet prorſus
ignorauit. Ait cuidam ſorori iuxta aſtan=
ti. Quid hoc eſſet? Illa cognoſcens ei⁹ ſim
plicitatem iocularíter reſpõdit: mulier eſt
ſecularis. ⁊ addidit qñ mulieres ſeculares
ſeneſcunt cornua ⁊ barbas emittunt: illa
vero ſic eſſe putans aliquid didiciſſe gra=
tulabatur. Cũq; ꝑ hmõi exempla ſimplici
tatis ſepius ſoroꝝ maturitatẽ temperaſſet
grauiſſimã incurrit egritudinẽ. Que cũ
ſic iaceret vt vix loq̃ poſſet: viſitante ſe in=
firmaria primo v̄bo deinde ſigno vt citi⁹
recederet indicauit. illa neutrũ intelligen
te dum ſtupida ſtaret panniculum capi=
tis ſuis cõplicãs cõtra pectus ſtãtis proie
cit. Que mox ac ſi lapide ꝑcuſſa fuiſſet in

terram corruit: in qua diu ſine ſenſu tpe aliquod iacuiſſet erecta ꝑ feneſtrã infirmantis vicinam proſpexit. Et ecce in cimiterio multitudo ſtabat dextrarioꝝ ſellas deauratas frenaq; antea habentiũ. cũ ipſa hora virgo agonizaret ſororibꝰ propius accedentibus clara voce clamare cepit. date locũ date locum ſinite dños iſtos accedere. Viderat em̃ cellã repletã perſonis miri decoris atq; ſplẽdoris quarũ veſtimẽta deaurata videbantur. Sic obdormiuit in domino.

¶ Frater qui euolauit ſicut ſagitta in celum. ¶ Exemplum. lxj.

Monachus quidã ordinis predicatoruz alteri monacho ſibi familiari poſt mortẽ apparẽs in gloria multa cũ de ſtatu ſuo requireret̃ reſpondit. Nunq̃ ſagitta de arcu emiſſa tancito volare potuit ad locũ deſtinatum: q̃ cito aĩa mea de corpore egreſſa fuit ante deũ. Nec mirũ annis em̃ quinquaginta xp̃o in ordine ſeruierat ad inſtar ſagitte multos vulnerans ſalubriter exẽplo recte ⁊ bone conuerſationis.

¶ Martyr chriſti ꝓpter thurribuluz occiſus eſt. ¶ Exemplum. lxij.

Vir quidã in lombardia erat mire ſimplicitatis: ⁊ circa ſanctoꝝ loca maxime deuotus: qui cũ ꝑ nimiã ſimplicitatẽ pro fatuo haberetur ⁊ in oculis dei eſſet prudẽtiſſimus, quicq̃d de ſuis laboribus vltra neceſſitatem nature ei reſeruare poterat illud viſitãdo infirmos et limina ſcĩ iacobi in cõpoſtella; aut btõꝝ apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli fideliter expẽdebat. Tpe quo potuit hoim pecora pauit ⁊ cũ pre ſenectute ad hoc minus ſufficeret oſtiatim mẽdicãdo de eleemoſynis victitabat non recedebat de eccleſia dũ diuina in ea agerẽtur vñ ab oĩbus amabat̃. Qui cũ frequẽtiꝰ cõuerſaret in quadã ecclia ⁊ eiuſdẽ ecclie thuribulũ argẽteũ negligentius pẽdere cõſpiceret timẽs tã de dãno ecclie q̃ ſue ↄ̃ſcie ait ſacerdoti. Nõ ſecure h̃ pẽdet tale thuribulũ argẽteũ: dicẽte illo q᷑ multis ãnis ſine ꝑiculo illic pepẽdiſſet. Rñdit ille. Hoc ſepe vna die euenit qđ mille annis non cõtingit. qđ plura? Inſtinctu diaboli thuribulũ ſubtrahit̃: non tñ predicto viro furtũ imponit̃. Quod cũ fur dño permittẽte ⁊ ſeruo ſuo occaſionẽ martyrii preparãte vendere non poſſet nec audiret ſciens fur p̃dictũ virũ hoĩem eſſe ſimpliciſſimũ ⁊ eccleſie illius notiſſimũ cũ ſecrete adijt ⁊ q᷑ ipſe idẽ rapuiſſet vas pciũ preſtito ſibi iuramento ne ſe ꝓderet cõfeſſus eſt. Cui ille rñdit. Da mihi thuribulum ⁊ ego illud nullo ſciẽte bñ reſtituã: ⁊ ſi neceſſe fuerit etiã corpus meũ ⁊ aĩam meã pro te pono. His auditis fur thuribulũ ei tradidit qđ ille feno inuolutũ ſacculo ſuo immiſit. Qui plus ſolito eccleſiã prefatã frequentabat vt thuribulũ caute ⁊ ſine nota in locũ ſuũ ponere poſſet. Die vero quadam nimia tempeſtatũ violẽtia a foribus eccleſie. q̃ tunc clauſa fuerat depulſus: domũ vicinã intrauit ⁊ oblitus de ſacco inuẽtum eſt thuribulũ in ſacco ſuo. requiſitus de ſacco cuius eſſet cũ mẽtiri nollet rñdit. Saccus eſt meꝰ ſed qđ in veſtigiũ eſt ego thuribulũ nõ ſum furatus: nõ tñ furẽ prodam. ⁊ recitauit eis ꝑ ordinẽ qualr̃ adſe deuenerit; ⁊ q̃d furi ꝓmiſerit. dicentibus illis. Lex eſt lombardie vt vel furẽ ꝓdas vel furis penã ſubeas. Rñdit in manibꝰ veſtris ſum: qđ iuſtũ eſt de me facite. Quem cum iudex inducere non poſſet vt furẽ publicaret: capitali ſup eũ data ſententia ãte fores maioris eccleſie tanq̃ ſacrilegus eſt decollatus. Cuius corpus in eodẽ loco eſt ſepultũ: ⁊ deuote perſone ante horã matutinarũ cãtus angelicos ibidẽ audierũt ⁊ cereos ardentes viderunt inſuper: ⁊ ſuauiſſimi odoris fragrantiã ſenſerũt. Et epũs cũ ceteris ſuper tumulũ hoĩs dei baſilicã fabricari fecit. ⁊ fiunt ibi miracula vſq; in hodiernũ diem ad laudẽ nominis ieſu xp̃i. Hec Ceſarius.

¶ Sanctus pater vidit in agone prophetas apoſtolos ⁊ xp̃m. ¶ Exemplum. lxiij.

Quidaz ſanctus pater in hora obitus ſui aſpicientibꝰ diſcipulis ſubito cepit hilareſcere ⁊ pulcher cãdidus apparere in leta verba prorũpere. Querentibus illis cui loqueret̃ reſpondit. Nonne videtis ſctõs patriarchas. Iterum illo loquente ⁊ eis interrogãtibus rñdit.



Nonne videtis ſanctos prophetas? Tertio dixit. ecce veniũt ſancti apoſtoli. Quarto dixit. Quia veniunt ſancti angeli. Vltimo dixit. Surgite q᷑ ieſus venit. Et inter hec verba migrauit ad dñm.

¶ Mulier que vidit xp̃m in agone. ¶ Exemplum. lxiiij.

Refert etiam beatus gregorius de tharſilla amita ſua q̃ diu ad diem veniſſet extremũ reſpiciens ſurſuz vidit ieſum venientẽ: ⁊ cũ magna animaduerſione cepit circũſtantibus clamare et dixit. Recedite recedite: q᷑ ieſus venit. Cũq; in eum tenderet quẽ videbat: ſancta illa anima a carne ſoluta eſt: tantaq; ſubito fragrantia miri odoris ſubſecuta eſt: vt ipſa ſuauitas cunctis oſtenderet illic actorem ſuauitatis aduenisse.

Mors omniũ eſt amariſſima. ¶ Exemplum. lxv.

Quidam frater ordinis predicatorum cellam fratris alteriꝰ venetijs intrauerat de nocte ⁊ ex improuiſo eo legẽte. Frater ſuſcepit aliũ fratrẽ ſuperuenientẽ credens eũ veniſſe in ſero ⁊ cũ eſſe viuum: tñ mortuus erat in conuẽtu q̃ multũ diſtabat a conuẽtu venetorũ tunc mortuus dixit. Ego non ſum viuus ſed mõ ſum mortuus. vñ ſcribas diẽ ⁊ horã ⁊ ita inuenies. Dixit viuus. Dic mihi: eſt ita vt dicit Ariſtote. Mors eſt vltimũ terribilium. Rñdit mortuus. dicã tibi q̃d mihi accidit qñ moriebar ⁊ tunc poteris iudicare q̃ mors eſt terribilior res mundi. qñ appropinquabã ad punctũ mortis ⁊ feci tractũ tunc perdidi ſenſus oẽs ſcꝫ viſum auditũ ⁊c. ⁊ tũc intellectus meus fuit totus ſubtilatꝰ: ⁊ oĩa bona ⁊ mala que vnq̃ fecerã fuerunt mihi preſentata ante oculos mentis mee clariſſime: ⁊ tunc cepi in meipſo cogitare ſuper his ⁊ multũ dubitabã ⁊ timebam de ſalute mea. Interim venerunt angeli ex vna parte demones ex alia: ⁊ quilibet volebat accipere aĩam meã: ⁊ ſic ſtando in illo puncto quo aĩa receſſit: viſum eſt mihi q̃ ego eſſem ſubito raptus in loco tenebroſo: ita q̃ ego dixi heu mihi q᷑ dãnatus ſum. Et ſtando ſic modicũ ego vidi quandam claritatez in qua ego cognoui q̃ anima erat ſeparata ⁊ ſtabat ſuper cadauer: ita q̃ nõ erat in inferno. Vnde hoc eſt certiſſimum qđ mors eſt terribiliſſima res mũdi. Poſtea viuus interrogauit de fide reſpondit quod nullus ſaluatur niſi in fide ieſu xp̃i.

¶ In agone videt homo oĩa opera ſua bona ⁊ mala. ¶ Exemplum. lxvj.

Quidam rex bonus quendã militem in armis habuit probatũ ſed in moribus: ⁊ in vita perniciosum ⁊ reprobum: qui frequẽter admonitus in ſanitate contemnebat ſe corrigere. Cum autem repentina ⁊ improuiſa infirmitate corriperetur. a rege viſitabatur ⁊ ad penitendũ ⁊ confitendum inducitur: iſte ait. Adiudicatus ſum morti. ⁊ angeli cum preſentes eſſent dixerunt. Videamus ſi aliquod ius habeamus in eo. Et vnus extraxit librũ de ſinu ſpecioſiſſimũ paruulum valde literis aureis ⁊ fulgentibus conſcriptũ ⁊ qui ante literas neſciebam omnĩa legebã ⁊ queſiui ⁊ vidi ſcripta aliqua bona ⁊ licet parua q̃ feceram in iuuentute, anteq̃ mortaliter peccaſſem: ſed cũ miro modo exultarẽ in viſiõe horũ ecce duo maximi ⁊ teterrimi demones intrauerũt: vnus portabat vnum librum maximũ ſcriptum minimis literis in quo ſcripta vidi peccata mea ⁊ flagitia. Et dixerunt demones angelis q̃ ſtabant ibi. Quid hic ſtatis cũ in eo nullum ius habeatis: cũ iam liber veſter videat̃ ei multis annis nil valere: ⁊ noſter ꝑualeat. Tũc angeli reſponderũt. ⁊ iterũ dicebãt. Recedamus ⁊ ſibi adiudicatũ dimittamꝰ. Qđ fecerunt ſic ſuffocãtes eũ demones ⁊ aĩam eius rapuerũt ⁊ eam ad infernũ deportauerunt. Hec in vitaſpatrũ.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Quidã in agone ad iudicãdũ raptꝰ eſt ⁊ xp̃s diſtrictã rationem exigit ab eo. Hoc quere in diſcipulo de tpe. ſer. ix. p.

¶ Quidam dixit in agone nõ ſunt tot calami in tecto horrei quot diaboli circa me ſunt. ſer. xcv. I.

¶ Mulier.

¶ Regina quedam equitauit Ariſto.

¶ Exemplum. lxvij.

Mulier aſtuta ē͞t decepit ſapientiſſimos docentes alios vt dicit magiſter Jacobus de vitria. Nam Ariſtot. cū doceret Alexandrū vt ſe cōtineret ab acceſſu frequenti vxoris ſue que erat pulchra valde ne animū ſuū a cōi prouidentia impediret: ⁊ Alexan. ei acquieſceret. Hoc aduertens regina ⁊ dolens cepit Ari. trahere ad amorē ſuū: q͞ꝛ multotiens ſola trāſibat cum pedibus nudis ⁊ diſſoluto crine vt eū alliceret: q̄ tandē allectus cepit eam ſolicitare carnaliter ⁊ ait. Hoc oīno nō faciaꝫ niſi videro ſigna amoris ne me tentes ergo veni ad meā camerā reptando manibus ⁊ pedibus ſicut equus me portando tunc ſcio ꝙ non illudes mihi. Cui cōditioni cū conſenſiſſet illa intimauit hoc Alexādro. Qui expectans apprehendit eū reginam portantē. Quē cū vellet occidere ait Ariſtoteles ſic ſe excuſando. Si ſic accidit ſeni ſapientiſſimo vt a muliere deciperet̃: potes videre ꝙ bene docuerā te q̄d accidere pōt tibi iuueni. Quod audiēs rex ei pepercit: ⁊ in doctrina eius profecit.

¶ In promptuario ſupra. L.

¶ Filius regis qui in decem annis ſolem videre nō debuit ⁊ poſtmodum mulieres pre ceteris creaturis concupiuit. Hoc quere ante ſer. xxiiij.

¶ Itē iuuenis monachus nutritus in eremo q̄ poſtulabat anſeres. ſ. mulieres pre ceteris creaturis quas in mundo vidit. Hoc quere ante ſer. xxiiij. de. L.

¶ Mundus.

¶ Mundus apparuit in pulcherrima ſpē ante: retro ꝟo turpiſſima erat.

¶ Exemplum. lxviij.

Erat q̄daꝫ nobilis in auſtria totus mundo deditus quadā nocte ſolus aī caſtrorū ſuorū in virgultum pulchrū floribus vt melius de mūdi pompa poſſet cogitare deſcendit. Quedā igit̃ dn̄a ſuper humanā extiſtimationē formata et ornata ſe ei p̄ſētauit dicēs. Ecce aſſum quam tāto amore hactenus dilexiſti ad me accedas. Ille ꝟo gaudens valde ipſam diligēti⁹ ꝓſperit ſe beatū reputans ꝙ aſpectu ⁊ affectu talis dn̄e perfrui dignus fuit. Et illa. Sicut me aī bn̄ vidiſti ita me retro intuearis. Uidit itaq͞ꝫ in dorſo eā plenā vermib⁹ putredine immūdicia: ⁊ fetore: ita ꝙ horror iſtorū oēm gl'iam prius viſam ſuperabat. Ad quē nobilis ſtupore raptus: nimia territus eſt. Ad quē illa. Ego ſum gloria mundi: ⁊ tales ſunt fructus mei. Ad verba hec imago diſparuit: ⁊ nobilis emendatus rediit ⁊ mundo renunciauit. ⁊ deo viuenti ſeruiens.

¶ Miles quidam petiuit a rege ſanitatem corporis.

¶ Exemplum. lxix.

Rex q̄dā habuit ꝓpoſitū q̄ multū ei fideliter ſeruiuit. Cū infirmat⁹ viſitaret̃ a rege ⁊ diceret ei rex ſi q̄d vellet: ille ait. Uolo vt me deliberetis ab hac infirmitate q̄ me multum affligit. Rn̄dente rege ꝙ libenter faceret ſi poſſet: ſubiunxit ille: ⁊ ego promitto illi q̄ me pōt liberare ꝙ ſi hoc fecerit ammodo ſeruiam ei nō homini. Hoc in lib. de donis.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Quidā vidit duos cū lancea per longū volentes intrare eccleſiam. quere ſer. cxij.

¶ Item quidā hauſit aquam in vas pertuſum. ⁊ q̄daꝫ ſecauit ligna ſuper ſarcinā quere ſer. cxiij. T.

¶ Itē filius comitis qui vidit cadauer patris: ⁊ ſic mūdū deſeruit. q̄re ſer. cxxxvj.

¶ Murmuratio.

¶ Quidam plagatus fuit ꝓpter murmur q̄d habuit contra deum.

¶ Exemplum. lxx.

Modo de venia ſpero qꝛ ſigna iob in cor=
pore meo video. Sicqꝫ in multa cordis cō
tritione atqꝫ in gratiarū actione morbo in
ualeſcente ſpm̄ reddidit. Hec Ceſarius.

¶ Exemplum. xiiij.

¶ Mulier quedā habuit bonā ancillam ⁊
poſtmodū petiuit ab epo aliā que fuit liti
gioſa iſta plus placuit ſibi ꝓpter meritū
patientie. Require in diſcipu. de tempore
ſermo. xlvij. E.

¶ Exemplum. xv.

¶ Item virgo caſta multa bona opa fecit
⁊ angelus dixit ei. ꝓpter impatientiā tuā
dannaberis que poſtmodū patiens facta
eſt vbi ſupra. cliij. T.

¶ Impatientia.

¶ Domina iracunda quedā habuit ancil
lam probā cui xp̄s predicauit.

¶ Exemplum. xvj.

Domina quedā frequēter audiuit
ſermones ⁊ qñ ad domū rediit de
eccleſia; tunc frequēter fuit impa=
tientiſſima cū ancilla ſua q̄ erat ſatis de=
uota ⁊ litigabat cū ea ⁊ maledixit ei etiā
ꝓ re minima ⁊ qñqꝫ ſine omni cauſa. Et an
cilla vna vice petiuit dn̄m vt permitteret
eam trāſire ad eccleſiā ⁊ audire verbū dei
qꝛ famoſus predicator habebat illa die p̄=
dicare: ⁊ dn̄a irato aīo dixit. Maneas in
domo. Et cū manſiſſet in domo ⁊ magnū
affectum ad verbū dei habuiſſet in coqui
na orauit dicens. dn̄e ieſu xp̄e doce me fa=
cere voluntatē tuā: ⁊ ſtatim xp̄s apparuit
ei di. Quid cupis rn̄dit. Libenter audire
verbū dei. ⁊ xp̄s incepit predicare ei dicēs.
Serua hec tria ⁊ ſaluaberis: in maledictio
nibus tace in tribulationibꝰ ⁊ aduerſitati=
bus ſis patiens noli reddere malū ꝓ ma=
lo ſed bonū pro malo. rn̄dit ipſa. Libēter
faciā. Et ſic xp̄s euanuit. Et dum dn̄a ite=
rum de eccl'ia rediit ſtatim ei maledixit: ⁊
ancilla tacuit cui nec vnū verbū ei re=
ſpondit. Tunc dn̄a amplꝰ mota cepit per
cutere: ancilla dixit ad ſeipſam. In paſſio=
nibus ſis patiens. dn̄a dixit. Quid loque=
ris? Ancilla rn̄dit. Melius ſeruaui ſermo=
nem hodiernū factū mihi qꝫ vos plures
ſermōes quos ꝑ annū audiuiſtis nec vos
in aliquo emēdatis. Et ancilla indicauit
dn̄e ſue oīa ſibi facta ⁊ quō xp̄s ei predica
uit: quē ſermonē ipſa vſqꝫ in finē vite ſue
vult diligenter obſeruare ⁊ ſe ſm̄ illā do=
ctrinā regere. Quo audito dn̄a in ſeipſam
reuerſa poſtmodū ſemꝑ patiēs eſt effecta.

¶ Litigioſus miſere obiit. Exemplū. xvij.

Quidā i iuuētute fuit litigioſus ⁊ fu
ribundus: vt nec parentes ꝓprios
ſuſtineret quieſcere: ſed cū oībꝰ in
domo ⁊ extra domū diſcordabat. Qui gra
uiter infirmatꝰ eſt: ⁊ in agone mortis po=
ſitus ſumptis eccleſiaſticis ſacris indigne
ſubito inter manus aſtātium clamās hor=
ribiliter dixit. Surgite oēs arma accipite
⁊ iuuate me qꝛ oēs quos turbaui opponūt
ſe mihi: ⁊ conātur me occidere. Nec mora
euerſis terribiliter oculis clamādo miſera
biliter expirauit. Hec Suil.

¶ Ruſtici litigioſi.

¶ Exemplum. xviij.

Ue generationes ruſticoꝝ morta
les inimicitias adinuicem exerce
bant: ⁊ habebāt duo capita duos
ſcꝫ ruſticos nimis elatos qui ſemper no=
ua bella ſuſcitabāt nullā pacem fieri per
mittentes. Diuino ergo nutu factū eſt vt
ambo vna die morerent. Et qđ vna erāt
parochia ſicut placuit dn̄o ꝑ illos diſſen
ſionis malū oſtendere voluit ⁊ q̄te pe=
ſubijciantur autores diſcordie. Mira reſ
inaudita cunctis q̄ aderant videntibꝰ cor
pora eorum dorſa vertūt ⁊ inuicē in ſepul
chro capitibus calcibus ipſiſqꝫ dorſis tam



impetuoſe collidentibus vt caballos indo
mitos eſtimares: mox vnum extrahen=
tes remotius in alio tumulo ſepelierūt: ⁊
facta eſt rixa eorū mortuoꝝ cauſa pacis ⁊
cōcordie viuorū. Hec Ceſarius.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Archidiaconi aurelian. diſpenſator ex
magna impatiētia cōmendauit ſe demoni
bus: ⁊ eadem die miſerabiliter obiit. hoc
quere in diſcipulo de tp̄e ſer. xxx. F.
¶ Item quidā ex ſua impatiētia dixit ad
famulū ſuū veni diabole extrahe mihi cal
ceos. ſer. xxiij. S.
¶ Item infirmꝰ quidā dixit in infirmitate
ſua ex magna impatiētia: o deus tu priua
ſti me corpore ⁊ ego priuabo te anima ſer
mo. cxxxiij. V.
¶ Itē mulier quedā retrorſum ſaltauit
de pelui dicēs ex impatiētia mō ſalto de
poteſtate dei in poteſtatem diaboli. ſer=
mo. cxxxvj. H.
¶ Item mulier quedā ꝓpter iracūdiā ſuā
dannata eſt. xcv. N.

Parentes.

¶ Pater ⁊ filius maledixerūt ſibi mutuo
in inferno.

¶ Exemplum. xix.

Uuit quidā ſanctus vir q̄ deſide=
rabat videre penas dānatorum ⁊
gloriā beatoꝝ q̄ ductus ad infer=
num ab angelo inter alias multas penas
vidit patrē rixari cū filio ſuo. atqꝫ hec ſibi
dicebat pater filio. Maledicta ſit hora in
qua genui te quicq̄d ꝓ te feci totū ſit ma=
ledictū qꝛ ꝓpter te factus ſum vſurariꝰ vt
in ſeculo abūdantius remaneres ⁊ multa
alia dicebat maledicēdo filio. filiꝰ ecōuer=
ſo dixit. Maledicta ſit hora in qua me ge=
nuiſti: qꝛ nō docuiſti me precepta facere pe
nitentiam nec alia bona immo docebas
me ſupbire in veſtibꝰ ⁊ in moribꝰ ⁊ falſas
venditiōes ⁊ opationes ⁊ ſic de aliis: ⁊ nō
me correxiſti de malis factis meis: ideo dā
natus ſum in inferno: tūc ait ille ſctūs an
gelo q̄ eū duxit. Malū eſt videre ⁊ audire.
Tunc accepit eū angelꝰ ⁊ duxit eū in para
diſum vbi vidit patrē ⁊ filiū cōgaudētes ⁊
dicebat filius patri. Pater benedicaris a
deo: qꝛ tu feciſti me literas addiſcere: tu
me ad predicationē ⁊ ad eccleſiā ſepiꝰ in=
uitaſti ⁊ me correxiſti cū exceſſu in aliquo
⁊ inſuper multa bona et ſalubria me do=
cuiſti ſcꝫ precepta dei deū timere ⁊ ipſum
ſuper oīa diligere ⁊ differentiā inter vir=
tutes ⁊ vitia ⁊ premiū virtutū ⁊ penā vitio=
rum ꝓpter q̄ ſaluaui aīam meā. Et his ſi=
milia dicebat pater econuerſo filio ⁊ mul=
tis benedictionibus benedixit filiū.

¶ Deus p̄ponēdus eſt oībꝰ cōſanguineis.

D ¶ Exemplum. xx.

Um quidā amore propinquorum
detentus per hec a ſequela domi
ni eſſet impeditus quadā vice vo
lens apponere remediū conuocauit eos
ad conuiuiū ⁊ inter epulas rogauit vnum
ex illis quē magis ſibi fidelem credebat
pre ceteris vt ſi eum diligeret digitū ſuum
minimū in ignē pro eo mitteret: ſed ille pe
nam timens hoc facere renuit nec fidem
quā ſimulauerat ei exhibuit ⁊ deinde cete
ris oibus per ordinem vniuerſaliter requi
ſitis idē qđ in primo etiā reperit in aliis.
Tunc propoſitū ſuū aperiens oibus di=
xit q̄ ſolūmodo ob amorem eorum ſeque
la xp̄i retardatus eſſet: ſed qꝛ fidē in eis nō
inuenit amplius retardari nollet: ⁊ qꝛ ipſi
minimū membrū corporis noluerunt pro
eo ad horā exponere igni tranſitorio nec
ipſe totū corpus ⁊ aīam ꝓ eis vellet igni
perpetuo exponere. Et valedicēs illis oīa
bona ſua dedit paupibus: ⁊ quibꝰ tenebat
oīa reſtituit ⁊ amplꝰ fideliter deo ſeruiuit.

¶ Mater quedā pompoſe ornauit filiā.

¶ Exemplum. xxj.

Pater ⁊ mater habuerunt filiam
que exēplo matris deuote deo
ſeruiuit ⁊ in virginitate propo=
ſuit manere. Pater iuſſit matrē
vt ornaret filiā ſm̄ curſum mū=
di q̄ timens maritū filiam veſtiuit pōpo=
ſe. Tunc angelꝰ ex iuſſu dei apparuit ma=
tri dicens ei. Cur plus timuiſti virum qꝫ
deum ornando filiam abſtraxiſti eam a
xp̄o ⁊ apportaſti eam in mundo ideo infra
quatuor hebdomadas morieris ⁊ damna
beris niſi infra illud tempus vere penitue
ris ⁊ inſuper infra illud tp̄s oēs pueri tui
morient ⁊ i penā manꝰ tue quibꝰ crines fi=

lle tue adoraſti hodie incipiẽs areſcere ꝙ totum ſic factũ eſt: ſȝ ipſa verã pñiam non egit ⁊ ſic ipſa ⁊ pueri mortui ſunt vt dictuȝ eſt ab angelo.

¶ In diſcipulo de tẽpore.

¶ Pater qdam dixit ad filium vt digituȝ poneret ad ignẽ donec vnum Aue maria oraret. ſer. xxvj.

¶ Item qdam habuit duos filios ⁊ vnus eremita factus eſt: ⁊ alter cũ patre vſurario eſt dãnatus ꝓpter tres iniuſtas. xxiiij.

¶ Itẽ miles qdam venit ad ſcalã in inferno ꝓpter iniuſtas res ⁊ fuit decimus in ordine de iſta progenie. xxv. M.

¶ Itẽ pater dedit malũ exemplũ filio nec eum correxit qualiter poſtea momorderũt ſe in inferno. xxiiij. P.

¶ Itẽ filius qdam ſub patibulo patri amputauit naſum. xvj. F.

¶ Paſſio xp̄i.

¶ Quidam orauit. Ieſu nazarene rex iudeorum miſerere mei.

¶ Exemplum. xxij.

Quidam erat aſſuetus quotiens lectum intrabat: ⁊ quotiẽs de eo ſurgebat deprecabat̃ vt ille q̃ eſt rex iudeorum. i. cõfitentiũ daret ei vt de hoc ſeculo migraret cũ vera ꝯfeſſione ſuoꝝ peccatorum ⁊ dicebat illũ titulũ. Ieſu nazarene rex iudeoꝝ miſerere mei. Et crucem imprimendo cũ pollice ſuꝑ caput ſuũ ⁊ ſuꝑ faciem ⁊ pectus. Et totiẽs predicta ꝟba dicebat cõcludẽs ſemꝑ in fine. In noĩe p̃ris et filij ⁊ ſpũſſancti. Cũ aũt deo ꝑmittente ſubitanea morte p̄occupatus eſſet ⁊ demones vellent euȝ rapere vir lucidus eos ab eo fugauit. Et cũ duceret eũ per medias tenebras ſubito diſparuit ⁊ vbi ſignum ſancte crucis imprimere cõſueuerat ſplendor nimius egrediebat̃ q̃ eum in medijs tenebris illuminabat. Cuȝ autem demones de abyſſo deſcenderẽt eũ rapere volẽtes ſplẽdor ille ita eos terrebat ꝙ nõ audebãt ei manus imponere. Tũc predictus vir lucidus ſubito a longe cõparuit ⁊ accedẽs dixit ei ꝙ ſummus iudex lȝ eſſet cõdemnatꝰ ſm̃ exigentiã pctõrum ſuoꝝ: tñ ꝓpter deuotionem quã habuerat circa eius paſſionem ⁊ nomen eiꝰ ⁊ triũphalis tituli inuocationem ⁊ crucis impreſſionem parcebat ei volens vt rediret ad vitã priſtinã ⁊ peccata ſua confiteret̃ ⁊ vitã in melius emendaret. Quod factũ eſt ⁊ laudabiliter poſtmodum vixit ⁊ in dño quieuit.

¶ Quidã honorauit quinqȝ vulnera xp̄i.

¶ Exemplum. xxiij.

Quidam hõ multũ dilexit deũ dicẽs cũ beato Ber. O bone Ieſu qũo te inuenio cũ gaudio: q̄r mater tua beata ꝟgo maria vix te inuenit cuȝ triſtitia ⁊ dolore. Ut ergo dñm inuenire poſſet ſalubriter ob reuerentiaȝ quinqȝ vulneruȝ xp̄i quotidie dixit quinqȝ Pater noſter: ⁊ tot Aue maria. Et huic apparuit dñs ⁊ dedit ei de ſingulis. ſ. vulneribus miraȝ dulcedinẽ itaꝙ oia gaudia mũdi deſpexit ⁊ deo ſeruire cepit ⁊ poſt mortem eum cum gaudio inuenit.

¶ Honorauit qdam valde paſſionẽ xp̄i.

¶ Exemplũ. xxiiij.

Frater theutonicus magna fame a pueritia conſueuerat habere paſſionem xp̄i: ⁊ vulnera eiꝰ in magna reuerentia amore ⁊ ſingulis diebus dicebat ad illa quinqȝ vulnera. Adoramus te xp̄e ⁊ bñdicimus tibi: q̄r per ſanctã crucẽ tuã redemiſti mundum addendo quinqȝ venias ⁊ dicẽdo tot Pater noſter: rogãs xp̄ȝ vt daret ſibi timorem ſuũ pariter ⁊ amorẽ. Huic aũt ſicut ipſe poſtea narrauit viſibiliter apparuit xp̄s dans de ſingulis vulneribꝰ ſibi bibere miram dulcedinem. Qua ꝑcepta mundi dulcedo ⁊ cõſolatio in amaritudinẽ eſt illi cõuerſa. Hec in vita ſp̄a.

¶ Frater qdam in paraſceue ſenſit oẽs pũcturas paſſionis xp̄i.

¶ Exemplum. xxv.

De quodã fratre iuuene theutonico honeſto admodum deuoto narrauit ſancte memorie magiſter Iordanus ordinis predicatorũ ꝙ xp̄s dñs in die cene ip̄m cõicauit: ⁊ in die paraſceues paſſionẽ totã in corpore ſuo ſenſit. Erat qȝ mirũ ꝙ dicebatur illi vt ſe p̄pararet ad illam paſſionẽ ⁊ neminẽ inferẽtẽ videbat ſȝ tñ ſingulas puncturas ſentiebat. Hec in vita ſ.



¶ Paſſio xp̄i incitat ad virtutes.

¶ Exemplum. xxvj.

Qui deuote meditatur paſſioneȝ xp̄i vix ãt nũqȝ poterit a diabolo ſuperari. Uñ qdam bonꝰ hõ ponens ſe in loco ſecreto recolebat ſicut ſciebat ⁊ poterat q̃mõ xp̄s natꝰ fuit. i mũdo ꝯuerſatꝰ ⁊ multa turpia ⁊ opprobria ꝓ nobis paſſꝰ ⁊ tãdem mortẽ eiꝰ ⁊ alia hmõi dicebat ꝙ ſibi ꝓfecerat plꝰ ad bonũ ꝙ̃ totuȝ ꝙ alꝰ faciebat. Uñ Bo. Si vis hõ vt de virtute in ꝟtutẽ: de grã i grãm: de bono in meliꝰ ꝓficias: quotidie nullo fatigatus impedimento ꝯ̃ta potes deuotione percurras: ⁊ mediteris dñi paſſionem.

¶ Lachryme paſſionis xp̄i ſunt xp̄o dulciſſime.

¶ Exemplum. xxvij.

Uirgo quedã ad paſſionẽ xp̄i habuit ſp̄alem grãm ⁊ deuotionem que ſtans añ imaginem beate Marie ꝟginis habuit Ieſum xp̄m crucifixum in ſinu. Et ipſa ꝟgo deuota in extaſim rapta deuote fleuit: ⁊ vidit puerum Ieſum q̃ lachrymas illius ꝟginis recepit in manus ſuas ⁊ perũxit ſe cum ipſis pectus ſuũ ⁊ mater ꝟgo Maria queſiuit Ieſu puero ſuo vtrũ iſte lachryme amoris ſue paſſiõis ſȝ lachryme Magdalene fuerunt lachryme cõtritionis ⁊ amaritudinis pro peccatis ſuis proprijs.

¶ Uirgo quedam vidit Ieſum cruentatũ in manibus.

¶ Exemplum. xxviij.

Uirgo quedaȝ religioſa lȝ adhuc in ſeculari habitu poſita eſſet: cuidam religioſo ⁊ deuoto viro retulit ꝙ ſaluatoreȝ in cruce pẽdentem cũ cruentatis manibus ſolebat videre ⁊ ex hmõi viſione intm̃ ꝓfecit vt de dñi paſſione loq̃ vel cogitare nõ potuit ſine lachrymis: ſine deuotione: aut ſingulari contritione.

¶ Chriſtus intinxit panẽ vulneri.

¶ Exemplum. xxix.

Miles qdam ordinis ciſterciẽſis intrauit religionẽ ⁊ poſtmoduȝ de exitu ordinis cogitauit. Et ipſi ſemiuigilanti xp̄s apparuit in forma perſonatiſſimi viri ⁊ queſiuit qd mali haberet: rñdit ille dolorem cordis habeo ⁊ defectũ debilitatis in mẽbris ſuſtineo. Cui xp̄s groſſum panẽ ordeaceum offerens dixit. Surge ⁊ comede panem iſtũ. Quẽ ille turbatus intuitꝰ eſt. Qũo inq̃t panẽ iſtũ groſſum comedã q̃ panem ſimilagineum monaſterij mãducare nõ poſſum. Tũc dñs Ieſus erecto latere vulneri pectoris ſanguine ⁊ ſanie profluenti ordeaceũ panẽ admouit ⁊ tali profluuio madefactũ comedere langueſcentẽ. Mox ille cũ horrore membroꝝ deſiliens. Heu inquit dñe qũo talem pollutũ panem comedam q̃ mundum panẽ recuſabã? Et dñs ait. opȝ vt guſtu tentes: ſaltẽ quomõ ſapiat panis iſte. Cũqȝ ille deffugium non haberet ⁊ ſuſceptũ panẽ tremebũdus ſumeret ⁊ vix labijs attigiſſet ſenſit in pane ſuꝑ oẽm ſuauitatis dulcorẽ admirabilem. Quẽ hianti qdẽ ore contrectãs totũ ſubito cũ mira auiditate comedit. Nec mora dño diſparente tẽtatus ille ad ſe reuerſus eſt: ⁊ qd vidiſſet ſenſiſſetqȝ ſincero corde retractans ab oĩ dolore mentis ⁊ carnis tẽtatione conualuit ⁊ in magna tranquillitate ſpiritus vſqȝ in finẽ permãſit. Hec Ceſa.

¶ Martyr habuit ſignũ crucis in corde.

¶ Exemplum. xxx.

Quidaȝ ſanctus cũ duceretur ad martyriũ interrogatꝰ a tyranno quare xp̄iani cum hylaritate ad martyriũ accederent? Rñdit. Q: ſignaculum crucis impreſſum eſt in cordibus eorum: ⁊ ideo non eſt miruȝ ſi cum gaudio xp̄m crucifixuȝ imitabantur? Reſpondit tyrannus. Quod ore dicis probabo. Et fecit ſanctum ſecari ⁊ cor eius inſcindi in quo vt ſanctus predixit impreſſionem crucis inuenit. Et viſo miraculo tyrãnus factus eſt xp̄ianus.

¶ Conuerſus habuit paſſionem xp̄i pro lectione menſe.

¶ Exemplũ. xxxj.

Q Uidam conuerſus quadam die re-
quiſitus a priore ſuo quid in mẽſa
cogitaret eo ꝙ lectionẽ mẽſe non
intelligeret reſpõdit. Ego lectionẽ optimã
habeo in menſa quãdo mãducare incipio
cogito qualiter pro me filius dei ſit ab an
gelo nũciatus: ⁊ in vtero virginis de ſpũ
ſancto cõceptus mẽteq̃ pertractãs ſic pri
mum foliũ voluo, deinde quõ angelis cõ-
cinentibꝰ ſit natus, ⁊ pãnis inuolutus, ⁊ in
preſepio reclinatus: ⁊ ecce perlectũ eſt ſecũ
dum folium. In hunc modũ percurro cir-
cunciſionem aduentũ magorum oblatio
nem: in templo, baptiſmũ: ieiuniũ: paſſio-
nem: reſurrectionẽ: aſcenſionẽ: ſpiritusſan-
cti miſſionem: tandẽq̃ extremum iudiciũ.
Et talis inquit eſt lectio mea quotidiana:
cuius finis eſt prandij.

¶ De tribus literis: ſcilicet nigra, rubea, et
candida. ¶ Exemplum. xxxij.

D Uo germani vnus clericus ⁊ alter
laicus fuerunt in quodã cenobio.
Cum aũt clericus tempus legẽdo
⁊ ſcribẽdo deduceret: quadã die clericꝰ fra-
trem ſuũ interrogauit: ſcz laicũ. Quõ con-
ſumis tempus tuũ? Qui reſpõdit. Tres li-
teras didici, quas quotidie in corde meo
reuoluo: quarũ prima eſt nigra. ſecũda ru-
bea. tertia vero cãdida. Qui cum inquire-
ret illarum literarũ nomina, reſpõdit. Pri-
ma eſt peccatorũ meorũ recordatio: que
tanq̃ nigra, ⁊ grauis ſarcina me torquẽt ⁊
cruciant. Secũda eſt recordatio roſei ſan
guinis redẽptoris mei quẽ in cruce pro me
miſero peccatore de quinq̃ riuulis ſui cor
poris fudit tam miſericorditer ⁊ abunde.
Tertia eſt deſideriũ celeſtium gaudiorũ, ⁊
eorum quẽ ſequũtur in albis agnũ quo-
cũq̃ ierit. His auditis frater literatus eru-
buit: ſumens exemplũ de tribus literis fra
tris omnem ſuam ſcientiã, quaſi nihil re-
putans ingemuit: ⁊ magis decetero vitã
ſuam in deuotione perfecit.

¶ Abbatiſſa quedam fecit ſibi paſſionem
chriſti legi in agone. ¶ Exemplum. xxxiij.

F Uit quedã abbatiſſa amatrix ⁊ re
paratrix diſcipline regularis totiꝰ
⁊ norma iuſtitie que cũ moritura
eſſet paſſionẽ domini corã ſe legi faciebat.
Cũq̃ ventũ fuiſſet ad illũ totũ. In manus
tu. cõ. ſpiri. me. ilico expirauit. Que cũ poſt
mortẽ eius cuidã ſctimoniali apparuiſſet:
⁊ illa de ſtatu eius ſciſcitaret ait: ſtatim in
ipſa hora qñ anima mea de corpore egreſ-
ſa eſt, euolauit ad celũ. Alijq̃ ſorori ſtanti
in oratiõe apparẽs in ſphera: ⁊ ſciſcitãti de
ſtatu ſuo ait canẽdo verſiculũ illũ dauiti-
cum. Sicut audiuimus ita vidimꝰ in ciui
tate dñi virtutũ. Nihil aliud loquẽs ocu-
lis ſororis ſubtracta eſt. Hec Ceſar.

¶ Clerico crimino ſo chriſtus obiecit paſ-
ſionem ſuam. ¶ Exemplum. xxxiiij.

P Aſſio chriſti a pctĩs reuocat. Un-
de quidã clericus vitijs carnis ſu-
peratus contẽdebat agere penitẽ-
tiã cui chriſtus crucifixus apparuit ſua vul
nera oſtendẽdo dicens. O nequiſſime: cur
non attendis que pro te paſſus ſum? Cur
preponis tui capitis ornamẽta coronatio-
ni mee: tua mutatoria veſtium mee nudi-
tati: tuas cantilenas meis ſuſpirijs ⁊ plã-
ctibus? Cur tuã burſam ⁊ zonam meo la-
teri lãceato: tuas chirothecas ⁊ aurea cal
caria clauis manuũ ⁊ pedum meorũ tuos
cachinos, ⁊ riſus fletibꝰ meis? Neceſſe eſt
enĩ vt deditus delicijs, cõtẽnẽdo mea vul-
nera: ⁊ tandẽ morte eterna vulnereris.

¶ Juueni oſtendit chriſtus manus ⁊ la-
tus. ¶ Exemplum. xxxv.

I Uuenis quidã religioſus mala in-
tẽtione intrauit rubetũ vbi erãt in
fames mulieres cui occurrit diabo
lus dicẽs quo vellet ire. Qui dicit ſibi ſuã
intentionẽ. Cui diabolus. Uade ante me:
quia bene tibi ſoluam tuo tẽpore. Qui cũ
intraſſet vlterius: occurrit ſibi chriſtꝰ in ha
bitu cuiuſdã monachi: ⁊ quo tẽderet requi
ſiuit: appellãs eũ filiũ: ⁊ dixit iuuenis. Uos
nõ eſtis pater meus. Cui monachus. Cer-
te tu es filius meus. Reſpõdit cũ indigna-
tione ꝙ non eſſet filius eius. Cui monachꝰ
aperta cappa oſtendit enim manus ⁊ la-
tus que ambe erant cruentate: ſicut apud
crucifixum ſolet depingi. Credis ergo ꝙ
ſum pater tuus? Qui exclamauit dicens.
Dominus meus ⁊ deus meus. Tunc dixit
ei chriſtus. vade confiteri: quia ille qui tibi
occurrebat ante rubetũ eſt diabolus: ⁊ ex-
pectat te



pectat te quo tibi frangat collũ tuum. qui
dum exiſſet de ſylua cũ ꝓpoſito cõfitendi
diabolus eum nõ cognouit. Et ille inter-
rogauit diabolũ dicens. quẽ tu expectas.
Cui diabolus. Certe tu nõ es. Iſte erat to
tus noſter. ⁊ mihi data fuit ptãs ſuper eũ
vt ipſum occiderem: tu vero alter es. Qui
intelligẽs dei miam circa ſe factam intrãs
clauſtrum confeſſus eſt: ⁊ ſic in bono vitã
finiuit.

¶ Apoſtata xp̃s per oſtenſionem vulnerũ
reuocauit.

¶ Exemplum. xxxvj.

I Uuenis q̃dam religionẽ in-
trans q̃ in ſeculo fuerat deli
cate nutritus: ⁊ ideo vitam
auſteram ſue religionis vix
ſuſtinere poterat. Panis enĩ
erat niger ⁊ durus ⁊ vinum
acre ⁊ difficilia ⁊ grauia videbãt ſibi oĩa q̃
fuerunt ordinis: ⁊ ideo petiuit a ſuo p̃lato
licentiam recedendi dicens ſe nõ poſſe pa-
ti ordinẽ cui dixit prelatus q̃ erat vir diſcre
tus. Frater vos nõ poteſtis recedere quia
profeſſus eſtis in religione iſta: ſed habere
confidentiam ⁊ fiduciã in deo: ⁊ rogate eũ
vt poſſitis cum alijs ſuſtinere q: fortaſſis
diaboli tentatio eſt. Ille acquieuit breui tẽ
pore: ⁊ iterum tentatus eſt. Et mutato ha
bitu iuit ad ſeculũ. Cui eunti ſuam viam
apparuit xp̃s in ſpẽ cuiuſdã iuuenis: ⁊ ſe-
quebatur eũ per viã eandẽ. Ille aũt feſti-
nabat quaſi deſperatus neſciens quo de-
beret ire. xp̃s aũt ſequẽs eũ clamabat ex-
pecta me. Ille autem currebat tũc domi-
nus vocauit eũ noĩe proprio dicẽs ei tali-
ter. Frater expecta me: ⁊ ibo tecum. Tunc
iratus ille q: vocabatur frater ⁊ verecun-
dabatur ſimul admiratus q̃s ei dixiſſet no
men ſuum: ⁊ ꝙ erat monachus: fortius ce-
pit currere: ⁊ xp̃s altius cepit clamare. Tã
dem tedio victus expectauit eum. Et cum
xp̃s queſiuiſſet ab eo quo iret: rñdit. Quid
ad te? Ego vado iam viam meam vbi ha-
beo facere ſicut ⁊ tu. Tandem precibus
victus dixit ei ꝙ religionem ſuam dimiſe-
rat ⁊ ibat ad ſeculum. Tunc xp̃s eleuans
veſtem ⁊ brachium: latus diſcooperuit: et
vidit ex vulnere lateris xp̃i ſanguinem ef
fluere ⁊ dixit. Reuertere in locum tuum: et
qñ inuenies panem nimis durũ, ⁊ alia tibi
grauia. intellige in latus illõ: ⁊ erit tibi to
tũ ſuaue. Tunc ille rediit ⁊ poſtea ſancte
vixit. vñ Gre. Si paſſio xp̃i ad memoriam
reducitur: nihil eſt quod non equo animo
tolerctur.

¶ Paſſio xp̃i liberat a tentatione carnis.

¶ Exemplum. xxxvij.

E Rat quidam religioſus vir
qui frequenter grauiter tẽ
tabatur de peccato carnis
tandem videns ſe nõ poſſe
durare. venit ad imaginẽ
crucifixi ad quã ſepe vene-
rat rogans xp̃m vt eũ vel-
let ab hac tentatione liberare ⁊ dixit cruci
fixo ꝙ niſi cito liberaret eũ: dimiſſis veſti-
bus religioſis iret ad ſeculum ⁊ ſuã concu
piſcentiã ſatiaret ſicut alij miſeri q̃ ſunt i ſe
culo. Poſtq̃ hoc dixerat nocte ſequẽti gra
uiſſime tentatus eſt: ⁊ tñ mane cũ fletu fle
xis genibus dicebat. Ecce veſtes tue: quia
pro nullo precio in eis peccatũ cõmitterẽ:
ſed poſtq̃ tu non vis me iuuare: exuo me.
Tunc exuit ſe vſq̃ ad vltimam veſtem et
totum poſuit ad pedes crucifixi. Tunc cru
cifixus vocans eum nomine proprio dixit
ei. Frater reſpice veſtes tuas: q: ante quã
ꝓpter hanc tentationẽ te exire permitterẽ
potius iterum deſcẽderẽ ſi neceſſe eſſet: et
pro te liberando mortẽ iterũ ſuſtinerem:
tunc frater reſpondens dixit ei. Dñe poſt
q̃ tu me vis iuuare ⁊ ego prius permitte-
rem me ſuſpendi q̃ te peccando mortali-
ter offenderem ſcienter. Et ita tũc a tenta
tione liberatus eſt ꝙ nunq̃ poſtmodum
ſenſit in carne talem grauẽ tentationem ⁊
concupiſcentiã. Ex hoc apparet q̃tum eſt
beneficium dñice paſſionis: quo a morte ꝑ
petua liberati ſumus: ⁊ adhuc quotidie a
peccato ⁊ tentatione liberamur. Greg. Ni
hil adeo reſiſtit iaculo diabolice ſuggeſtio
nis quã frequens meditatio dominice paſ
ſionis.

¶ Clericus lubricus poſt oſtenſionẽ vulne
rum religionem intrauit.

¶ Exemplũ. xxxviij.

Fuit quidã clericus lubricus ⁊ immũde vite qui quotidie proponebat cõuertare ſe ⁊ agere penitẽtiã: ⁊ tũc ſemper differebat ⁊ tardabat: cui apparuit dñs in forma in qua crucifixus fuit in viſione oſtẽdens ei vulnera ⁊ ſanguinẽ dicẽs. Uide quid pro peccatis tuis paſſus fui in corpore meo: te et alios peccatores ad vocandũ: monendũ: ⁊ a peccatis ſoluendũ reuertere ad me ⁊ ego ſuſcipiam te. Propter quam viſionem motus intrauit religionem: ⁊ ſancte vixit.

¶ Paſſio chriſti liberauit puellam a tentatione carnis. ¶ Exemplum.xxxix.

Puella quedã nobilis in amore cuiuſdã iuuenis p multos annos intro demonũ ſtimulabatur inſultũ: ⁊ tandẽ a deo grauiter tentata eſt: vt ſomnum ⁊ etiã cibi perderet appetitũ. Accidit nocte quadã vt tanto demonũ ageret impulſu: vt ſuperueniẽte aurora ſurgere cogitaret: ⁊ clam adire iuuenẽ qui in vicino morabat᷑. Nec mora vt oculos aperuit vidit chriſtũ quaſi plagis recẽtibus crucifixum leni ſermone ſibi dicentẽ voce paterna. Me diligas: quia ſum formoſus: bonꝰ: dulcis: ⁊ generoſus. Hec vt dixit repẽte diſparuit: ⁊ puellam in omni pace ⁊ gaudio: ⁊ gratiarum actione ab omni tentatione liberam dereliquit. Hec Guillielmus.

¶ Sanctimonialis inuenit chriſtum crucifixum in ianuis. ¶ Exemplum.xl.

Quedam puella ſanctimonialis virgo a quodã clerico verbis luxurioſis ſtimulata intantũ ſuccenſa eſt: qđ promitteret ſibi qđ dicto cõpletorio veniret ad locũ condictũ (erat enim cuſtos eccleſie.) Dicto cõpletorio cum conuẽtus aſcẽdiſſet dormitoriũ: ⁊ illa exire vellet de oratorio: in ipſo oſtio chriſtũ cum manibus in cruce expanſis ſtare conſpexit. Cui cũ egreſſus nõ pateret per oſtiũ quod petebat: ad oſtiũ qđ erat in oppoſito cucurrit. ita ſuccenſa fuerat in amore clerici: vt pene nihil aduerteret quid circa ſe diuinitus ageretur. Quid plura? Omnes ianuas adiit: crucifixum in omnibus inuenit. Tunc primũ ad ſe reuerſa ⁊ tertia dixit. Forte voluntas dei eſt vt nuſq̃ vadã: ſolita fuerat eadem virgo ſingulis diebus ſpecialẽ quandã orationẽ dicere de paſſione chriſti quam dñs in tanto periculo remunerauit viſione tã vtili. Que tremens ante imaginẽ beate dei genitricis ſe proſtrauit: de peccato ſuo veniã poſtulans. A qua cũ imago faciẽ verteret: et illa obnoxius ſupplicaret propius accedẽs imago manu maxillã eius percuſſit dicẽs. Quo vis ire fatua? vade in dormitorium tuũ: tam fortis erat alapa vt in terrã ruẽs ſic iaceret vſq̃ ad tẽpus matutinale. Cũq̃ ſigna in dormitorio pulſarẽt: ⁊ illa in oratorio non pulſaret: putãtes eam eſſe in oratione vel preſſam ſopore intrãtes eccleſiã ⁊ multo defectu eam reperiẽtes. poſtq̃ refocillata loqui potuit: omnia q̃ circa ſe geſta ſunt ad honorẽ dei ⁊ beate virginis cõſororibus ſuis recitauit: licet grauis eſſet alapa: prorſus tamen a tẽtatione per illã fuit liberata. Hec Ceſarius.

¶ Quidam mutilauerunt imaginem crucifixi. ¶ Exemplum.xlij.

Quodam tpe inter duas cognationes militum graues inimicitie orte ſunt vt ſeinuicem caperent ⁊ occiderent. Die igitur quodã plures vnius partis cũ veniſſent in eccleſiã cuiuſdã ville aduerſe parti per quandã vetulã proditi ſunt. Dederat enim eis ſignũ di. Quando intrauerit nolam trahã. Quod cum feciſſet eccleſiam cũ multitudine amatorũ ingreſſi ſuper omnes irruerũt. Quo viſo illis arreptis ſacris imaginibꝰ gladijs oppoſuerũt imperantes ſibi illarũ beneficio parci deberẽ. Percuſſores vero nullũ ſacro loco exhibẽtes honorẽ: nullãq̃ ſacris imaginibꝰ reuerentiã: ita hoſtiũ cruorẽ ſitiebãt: vt primo imagines oppoſitas mutilarẽt: ipſiq̃ crucifixo brachia p̄ſcinderẽt: ⁊ octo milites in eccleſia trucidarẽt. Quod ſacrilegiũ ſatis dure vindicatũ eſt. Nã in breui tẽpore a occiſorũ cõſanguineis accedentiũ numeroſa multitudo ſic gladio deleta eſt vt vix duo ſupereſſent. Uetula vero que illos prodiderat tempore meſſis nimio aeris calore ſuffocata eſt. Hec Ceſarius.

¶ Baliſtarius quidã vulnerauit imaginẽ chriſti. ¶ Exemplum.xliij.

Tempore diſcordie iter ottonẽ philippũq̃ prouincialis in quoddam oratoriũ ſatis curioſe ſe ad cõuerſationẽ tranſtulit. Quo cognito quidã potens ex parte aduerſa ad expugnandũ illud arietes machinaſq̃ applicuit. Illi qui deintus erãt imaginẽ crucifixi lineã contra hoſtes in quandã feneſtrã poſuerunt: ſperãtes q̃ ob illius venerationẽ loco parcerent: quidã vero de baliſtarijs de cruce non curãs: imo locãti illã indignatus telũ miſit ⁊ ſacrã imaginẽ in brachio profunde vulnerauit mox mirũ in modum antiqua renouant᷑ miracula: ⁊ ad inſtar vene humane ſanguis de loco vulneris cepit ſtillare: adhuc em̃ vulnus ſanguis ⁊ ſtigmata illic oſtendũtur. Timore igitur tãti miraculi predictus vir qui in exercitu eccleſiam inuaſerat cruce ſignatus eſt: ⁊ penitẽtiam egit. Semel enim adhuc mortalis in terris crucifixus atq̃ lãceatus eſt: ⁊ tamẽ quotidie a malis ſedẽs ad dexterã patris ſe crucifigi per prophetã conquerit᷑ di. Et me crucifigitis. Hec Ceſarius.

¶ Quidam propter camiſiam vulnerauit crucifixum.

¶ Exemplum.xliiij.

Cum eodẽ tẽpore otto contra philippũ aſcẽderet cũ exercitu ſatellitibus eius quandã eccleſiã intrãtibus vnus ex illis crucifixũ in eminẽti loco poſitũ recenti linea ⁊ cuz multo ſtudio tectũ vidit ⁊ cõcupiuit quẽ cum manu attingere non potuit lãcea niſus eſt extrahere: ⁊ qr firmiter imagini annexa fuit in diuerſis locis illã pupugit: dñs Jeſus chriſtus vere vt ſibi factũ oſtẽderet quid eius imagini iniurie vel cõtẽptus irrogat᷑: egit ſua potẽtia vt de ſingulis pũctionibꝰ ſanguis emanaret. Semel ei adhuc in terris mortalis crucifixus atq̃ lãceatus eſt: ⁊ tamen ſedens ad dexterã patris quotidie a malis hominibus crucifigitur ⁊ dehoneſtatur. vnde apoſtolus. Rurſum crucifigẽtes filium dei. Hec Guillielmus in libr. de apibus.

¶ Judei vulnerauerunt imaginem Jeſu chriſti.

¶ Exemplum.xlv.

Apud Siriã in ciuitate Berith quidam chriſtianus ſub annua penſione hoſpitiũ habẽs imaginem crucifixi iuxta lectũ in pariete affixerat: et ibi orationes ſuas cõtinue faciebat. Poſt annũ vero aliam domũ locauit ⁊ imaginẽ ex obliuione dereliquit. Quidã autẽ Judeus predictã domum cõduxit ⁊ die quadam aliũ Judeũ de ſuis tribulibus ad cõuiuiũ inuitauit. Inter epulas aũt ille qui inuitatus fuerat caſu circũſpiciens imaginem chriſti infixã parieti contuetur: et in illum qui ſe inuitauerat: ita fremẽs eſt effectus cur imaginez Jeſu nazareni tenere auderet cõminatur. Ille autem qui dictã imaginẽ adhuc non vidiſſet iuramẽtis q̄bus poterat affirmabat ⁊ illã de qua dicebat imaginẽ penitus ignorabat. Tũc ille placatũ ſe ſimulans valefecit: ⁊ ad principes ſue gentis abiens illud qđ viderat reſerauit. Judei ergo congregati ad domuz eius venerunt: ⁊ viſa imagine illũ cõtumelijs diris afficiunt: ⁊ extra ſynagogã ſemiuiuum proijciũt. Imaginẽ vero pedibꝰ cõculcantes cuncta opprobria dominice paſſionis renouauerũt. Cum vero latus lancea perforaſſent protinus ſanguis ⁊ aqua vbertim exiuit: ⁊ ſuppoſitũ vas impleuit. Stupefacti Judei ſanguinem illum ad ſynagogam detulerunt et omnes infirmi ex ipſo inuncti protinus ſanati ſunt. Tũc Judei epiſcopo omnia narrãtes per ordinem baptiſmũ ⁊ fidẽ chriſti vnanimiter ſuſceperunt. Epiſcopus autẽ ſanguinẽ in ampullis criſtallinis et vitreis conſeruauit. Chriſtianum etiam ad ſe accerſiri fecit et quis tam pulchram compoſuerat imaginem inquiſiuit. At ille dixit. Nicodemus eam compoſuit. Qui moriens eam dedit Gamalieli Gamaliel: Thadeo. Thadeus Jacob Jacobus: Symoni ille dereliquit in Hieruſalem vſq̃ ad excidium vrbis. Tunc omnes Judei ſynagogas in eccleſias conſecrauerunt propter iſtud miraculum. Unde et Rome conſecrata eſt eccleſia in honore ſaluatoris vbi ampulla cũ illo ſanguine reſeruatur. Hec Hugo de ſancto victore.

¶ Iudeus quidam imaginem xp̄i in gutture percuſſit.

¶ Exemplū.xlv.

Apud Conſtātinopolim iudeus q̄dam eccleſiaꝫ ſophie intrauit ⁊ quādā imaginē xp̄i ibidē conſpexit: q̄ ſe ſolum conſiderans gladiū arripuit: ⁊ mox ī gutture effigiē xp̄i percuſſit ſtatimq̧ inde ſanguis exiuit: ⁊ iudei faciē ⁊ totū caput aſperſit. q̄ grauiter territus imaginē accepit: eāq̧ in puteum ꝓijciens aufugit. quidā aūt xp̄ianus eideꝫ obuiauit ſibiq̧ dixit. Un̄ venis iudee? aliquē hoīeꝫ occidiſti. Et ille falſuꝫ dicis. Cui rurſus vere homicidiū perpetraſti: ⁊ ideo ſanguine aſperſus es. cui iudeꝰ. Uere deus xp̄ianoruꝫ verus deus eſt: ⁊ fides eius firma per oīa cōprobat̄: nequaq̄ eñ percuſſi hoīem ſed imaginē ⁊ continuo ſanguis de ipſius gutture emanauit. Duxit aūt iudeus illū hoīem ad puteuꝫ: ⁊ inde ſanctā imaginem extraxerūt. Plaga aūt in gutture imaginis xp̄i vt fertur adhuc cernitur: ⁊ iudeus cōtinuo bonus xp̄ianus efficitur.

¶ Iudei in paraſceue ceream imaginem xp̄i vulnerauerunt.

¶ Exemplum.xlvj.

Cum iudei in quadā ciuitate feciſſent in paraſceue imaginem chriſti ceream ⁊ eam clauis cruci affixiſſent ac lācea perforaſſent: apparens beata ꝟgo conquerēs xp̄ianis de hoc quare ſuſtinerent adhuc in illa vrbe iudei filium ipſius crucifigerēt. xp̄iani autē domos iudeoꝝ penetrātes ⁊ eos capientes inuenerūt imaginē ⁊ eiꝰ vulnera cruētata: quo viſo miraculo multi iudei ſunt ad fidem cōuerſi.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Eremita cui apparuit xp̄s Ieſus hn̄s cruceꝫ aureā ſuper ſcapulas ſuas. hoc q̄re in diſci. de tēpore. ſer. xlviij. M.

Itē latro q̄dā vnū pr̄ nr̄ dixit an̄ crucifixū ⁊ ſic occiſus eſt ⁊ ad celum euolauit. ſerm̄. xlix. R. Item q̄dā in agone adaptauit peccata membroꝝ ſuorum ad paſſionem xp̄i. ſer. xlviij. L. Item monachus quidam per tranſeundo crucifixum quē ſuſtinuiſti q̄n̄ anima tua egreſſa eſt de corpore tuo. ſer. xlix. Y. Item iuuenis quidam primitus nō habuit dulcedineꝫ in paſſione xp̄i ⁊ ſemel amplexatus eſt eum xp̄s: tunc poſtmoduꝫ ſenſit miram dulcedinē in memoria paſſionis xp̄i. ibidem ſer. xlix. Z.

Item quidam de nocte ſemper ſurrexit. O dn̄e ieſu xp̄e nullus iam tibi cōpatitur. ſer. xlv. M. Iteꝫ quidā dānari debuit ſꝫ paſſionem xp̄i dilexit: iō reuixit ⁊ penituit. hoc quere ibidem ſer. xlv. M. Item mulier quedam paſſionē xp̄i diligens obijt in partu in die paraſceues ⁊ ſtatiꝫ euolauit ad celū poſt egreſſionem aīe a corpore. ſer. lxj. C. Item nouitius q̄dam voluit exire ordineꝫ minorum ⁊ redire ad ſeculum ⁊ xp̄s apparuit ei ⁊ oſtendit ei vulnera, ⁊ q̄uo illi vulnerant xp̄m qui habēt voluntateꝫ malam peccandi. H.

¶ Pauperes.

¶ Arſenius gaudebat ꝙ eleemoſynaꝫ recipiebat.

¶ Exemplum.xlvij.

Beatus arſenius q̄ cū magnꝰ fuiſſet in curia imperiali factus eſt religioſus, et adeo pauper ꝙ oporteret eū q̄rere eleemoſynā glorians in domino dixit. Gratias ago tibi dn̄e ieſu xp̄e: qꝛ ad hoc deueni vt eleemoſynam in tuo nomine quſiui. O q̄ntum modo gloriat̄ in celis diuitijs celeſtibus ad quas per paupertates deuenit. hoc in vitaſpa.

¶ Diogenes doliū habuit pro domo ſua.

¶ Exemplum.xlviij.

Diogenes relictis omnibꝰ panē habuit pro cellario clauē pro ſuſtentatione corporis ⁊ membroꝝ ſenilium, a quoꝫ petens ⁊ accipiens cibū. Cūq̧ ſic torqueretur in dolio gloriabat̄ ſe mū hr̄e volubilē ⁊ ſe cū tꝑibus cōmutāt̄: frigore eñ ſe ꝟtebat ad meridiē eſtate ad ſeptemtrionē, ⁊ vbicūq̧ ſe ſol ꝟteret, diogenes ſilr̄ vertebat̄. Cū ſolū ſibi reſeruaſſet vas ligneum ad bibendum vidit puerū concaua manu bibentem. Qui ſtatim eliſit vas ſuum dicens. Neſciebam ego quod natura poculū habebat. Narrat etiam de eo valerius ꝙ cum quadā die ſederet ad ſolē. Alexāder magnus veniens ad videndum eū hortatus eſt vt ab eo peteret q̄cquid vellet: mox inq̄t. A te nihil peto, niſi ſoli mihi non obſtes: vnde merito dixit. Seneca ꝙ potentior fuit Alexādro omnia poſſidente: quia plus erat quod ille nollet accipere, q̄ȝ quod ille poſſet conferre.

¶ In morte diuites abijciūtur, ⁊ pauperes exaltantur.

¶ Exemplum. xlix.

Diuites inane gloriātes ſunt ſimiles accipitri qui multū in vita ſua extollitur ⁊ palpatur ⁊ honorifice ſuper manū portatur ⁊ ſuper perticā eleuatur: ſed mortuus in lutū proijcitur ⁊ in ſterquiliniū canibus ⁊ auibus ad deuorandum. Ecōtra galline ⁊ anſeres in vita ſua vilipendūtur ⁊ victū ſuū in vita vndiq̧ cū labore magno acquirūt repellunt̄ ⁊ percutiuntur: ſed in fine multa cura preparant̄ ⁊ honorifice ad mēſam regis deportantur: ſic etiā eſt de diuitibꝰ ⁊ glorioſis huius ſeculi: nam in preſenti bene paſcunt̄ coluntur ⁊ honorant̄: ſed in fine in ſterquiliniū eorum corpora proijciuntur ⁊ anime eorū demonibus deuorande tradūtur. De quibus legitur. Deuorabūt autem eos aues morſu amariſſimo. Ecōtra pauperes abiecti in fine ad menſam ſummi regis honorifice deportantur.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Petrus thelonearius qui primo parcus fuit, ⁊ poſtmodū fecit ſeipſum vendere et precium dare in eleemoſynas pauperuꝫ. hoc quere in diſcipulo de tꝑe ſer. lxxxj.

¶ Pax.

¶ Uirgo pacifica ſtatim poſt obitum celum intrauit.

¶ Exemplum.l.

Quedam nobilis puella pacem habuit cum deo: licet ſibi a peccatis venialibus non poſſet cauere: tamen deum poſt baptiſmū mortalibus peccatis nunq̄ȝ offendit ⁊ pacem cum hominibus habebat. Nullum turbauit: nullum leſit: nullum moleſtauit. Et propter hanc pacem quam firmiter in ſe tenuit quo ad deū: ⁊ quo ad ſe: ⁊ quo ad proximos: deus ſibi hanc gratiā fecit ꝙ angeli eius animā cum dulciſſimo gaudio cunctis audientibus ad gaudia eterna ⁊ pacem eternā deduxerunt. Qui ergo vult ſaluari pacē quā nobis chriſtus reliquit pro teſtamento ſeruare debet. Un̄ xp̄s Io. xiiij. Pacē meā do vobis: pacem meam relinquo vobis ⁊c.

¶ Item duabus nuribus que ſimul habitabāt in domo in bona pace ⁊ ſimiles fuerūt ſctō Machario. hoc quere ante. M. xj.

¶ Duo erant fratres in eremo quos diabolus nitebatur ad diſcordiam prouocare.

¶ Exemplum.lj.

Erant duo fratres ſecundū carnem germani: verūtamen vterq̧ in ſpiritali propoſito monachi exiſtētes. Inſidiabat̄ aūt eis malignus ſpūs vt quocūq̧ modo ſepararet eos ab inuicē. Quadam aūt die ad veſperū ſcḋm conſuetudinē ille iunior frater accēdens lucernā poſuit ſuper candelabrū. Faciente autem malitia demonum ruit candelabrū et extincta eſt lucerna: per hanc occaſionē inſidiabat̄ eis diabolus vt eos in litē accēderet. ſurgenſq̧ ſenior frater cepit percutere cū furore fratrē ſuum. Ille vero proſtratꝰ in terram deprecabat̄ fratrem ſuum di. Magnanimus eſto dn̄e ⁊ ego rurſus incendam lucernā: ergo qꝛ non reſpōdit ei turbulentū verbum malignus ſpūs cōfuſus ſtatim receſſit ab eis ⁊ pergens eadem nocte nūciauit principi demonioꝝ dicens. Qm̄ ꝓpter humilitatē illius monachi qui proſtratus in terrā veniā poſtulabat a fratre ſuo non preualui in eis: videnſq̧ deus humilitatē ⁊ voluntatē huius monachi effudit ſuper eum gratiam ſuam: ⁊ ego ſentio me valde torqueri atq̧ cruciari quoniā nō preualui ſeparari eos ab inuicem. hec ergo omnia verba audiēs idolorum ſacerdos qui ibi cōmonebat compūctum eſt cor eius in timore ⁊ amore dn̄i noſtri Ieſu chriſti cōſiderans etiā q̄ȝ magna ſeductio ⁊ perditio animarū eſt cultus idolorum. relinquens omnia ſtatim ⁊ feſtinanter ad ſanctos patres ad monaſterium perrexit et retulit eis hec omnia que per malitiam demones inter ſe loquebantur. Cumq̧ monitis ſecularibꝰ inſtruxiſſent, eum ſancti patres de doctrina domini ſaluatoris baptiſatus

eſt ⁊ ſancti ꝓpoſiti monachoꝝ vitam arripuit ⁊ adiuuante ⁊ cooperāte gratia dñi factus eſt probatiſſimus monachus tm̄qꝫ vulneratus eſt ⁊ tenuit humilitatis virtutem vt oēs humilitatē eius mirarentur. Dicebat em̄ ꝙ oēm virtutē aduerſarioꝝ noſtroꝝ demonū humilitatis ſoluit intentio. deniqꝫ ⁊ dñs noſter Jeſus xp̄s per humilitatē triūphauit: diabolū ⁊ oēm eiꝰ virtutē contriuit. Addebat etiā dicens qꝛ frequēter audiſſet demones inter ſe loquētes: qꝛ qñ ad iracūdiā accēdimus corda hoim ſi quid ſuſtinuerint patienter iniuriarū conuitia ⁊ cōuerſi magis rogauerint ea que ad pacē ſunt dicētes quia ego peccaui ſtatim ſentimus oēm noſtrā virtutem marceſcere: qꝛ approximat eis gratia diuine potētie. Hoc in vitaſpatrum.

¶ Diabolus fregit baculum peregrino in dorſo vt diſcordarent. ¶ Exemplū. lij.

Duo ciues colonienſes diuites ⁊ honeſti et ſpeciales adinuicē amici: ad ſanctū Jacobū ſimul profecti ſunt. Die quadam cū ſoli equitarēt: ⁊ ceteris fratribꝰ precedētibus diabolus amicitie ⁊ cōcordie eorum inuidens in ingreſſu cuiuſdā nemoris baculum in dorſo vnius illoꝝ pendentē ſatiſqꝫ fortē in duas ꝑtes cōfregit. Qui cū neminem adeſſe cōſpiceret: turbatus clamauit ad ſociū. Eya frater quare fregiſti baculū meum. Illo negante etiā cum iuramēto. ita in eum exarſit: vt manꝰ ab eius colluſione cohiberet. Tandē gratia dei ⁊ meritis beati Jacobi apoſtoli ad mentē reductus apud ſocium vnicū dilectū penitentiā fecit. Hec Ceſa.

¶ In promptuario ſupra.

¶ Ruſtici q̄ ſimul ſepeliebant in vno ſepulchro qualiter capita ⁊ dorſa ꝑcuſſerūt adinuicē. quere añ. P. xviij. ¶ Itē homo litigioſus qui parentes turbauit: ꝓximos ꝓuocauit: qualiter obijt miſer ⁊ īfeliciter. hoc patet añ. p. xvij. ¶ Itē vetula quedā voluit facere diſcordiā inter virū ⁊ vxorē qui multis annis ſimul in pace vixerunt. hoc patet añ. M. xvij. ¶ Itē diabolꝰ promiſit antique vetule duos calceos vt faceret diſcordiā inter virū ⁊ vxorē. hoc quere ante de tēpore. ſer. xcvj. R.

¶ Peccare. ¶ In peccatis perſeuerantes continue ſunt ante portam inferni.

¶ Exemplum. liij.

Quidā ſolēnis ꝑdicator reprehēdit in ſermone illos qui ꝑſeuerant in peccatis: et dixit qḋ peccatū vocat in ſcriptura porta inferni: et produxit tale exemplū. Si q̄s hodie veniēs ad monaſteriū iſtud videret vnū ſcholarē ſedētē in porta ſimiliter, cras: ſilr̄ multis diebꝰ: nōne de facili cogitaret: iſte ſcholaris itrabit ordinē: quō ergo nō eſt credibile ꝙ illi tandē intrabūt in infernū qui tā diu ſedēt ī porta inferni. i. in peccatis? Unde etiā Augu. in quodā ſer. Peccare eſt humanū: ꝑmanere aūt in peccatis eſt diabolicum.

¶ Diabolus tentauit ep̄m per ſpēm mulieris. ¶ Exemplum. liiij.

Gregorius in dialo. li. iij. c. vij. di. Ut qui corpus ſuū continentie dedicās ⁊ habitare cū feminis nō preſumāt. Andreas inquit fundane ciuitatis cū ſancte viueret quādā ſanctimonialē: de cuiꝰ ſicut de ſua cōtinētia confidebat ſecū habitare ꝑmiſit: ex qua re ſic eū diabolꝰ tentabat vt illā mulierē libēter inſpiceret: ⁊ etiā turpia cogitaret. Tūc q̄dā iudeus romā ꝑgēs nocte ꝑoccupatꝰ ad tēplū appollinis ſe cōuertit: ⁊ loci ſacrilegiū ꝑtimeſcēs q̄uis fidē crucis nō haberet: pre timore tñ ſe ſignauit. Nocte aūt media vigilans vidit turbā demonum: ⁊ pre ceteris quaſi principē ſedentē. Ubi cū ſinguli ſua facta referrēt: vnus ꝓrūpens in mediū dixitqꝫ andreā ep̄m per ſanctimonialē que cū illo habitabat: ad magnā carnis tentationē monuiſſet. Et cū diabolꝰ libēter audiret quaſi grādē lucrū de tali viri perditione ꝑſumeret: ſubiūxit qꝛ etiā ad hoc venitque ſero ſanctimonialē in ſcapulas iocādo ꝑcuſſit. Tūc diabolꝰ exhortatꝰ eſt eū ꝑficere qḋ cepiſſet. Juſſit etiā inquiri q̄s eſſetqꝫ in illo tēplo latere ꝑſumpſiſſet. Ad quem demones pergētes ⁊ ſubtilius intuentes cruce ſignatū inuenientes. dixerūt. Ue vae. Uas vacuū eſt: ſed ſignatū: ſtatim demonum turba confuſa diſparuit. Et iudeus ad ep̄m pergēs eiqꝫ rei ſeriē ſicut audierat referens ep̄m a tentatiōe diaboli liberauit: ⁊ ipſe iudeus etiā inſtructus in fide ab illo ſe baptizari fecit.

¶ Inter homines exiſtentes nō clare vident peccata ſua. ¶ Exemplū. lv.

Tres hoies ſtudioſe ac diligentes facti ſunt monachi quorum vnus elegit litigātes ad pacē reducere: ſcḋs infirmis miniſtrare: tertius in ſolitudine quieſcere. Primꝰ victus venit ad ſcḋz quē inuenit animo deficientē qꝛ nō potuit infirmis ſatiſfacere: nec ipſe primus litigātes pacificare potuit. Hi duo ſimul venerunt ad tertiū narrātes ei tribulationes ſuas rogauerūt eum vt eis diceret q̄d ipſe ꝑfeciſſet qui paululū reticens miſit aquā in peluim ⁊ turbulēta erat. poſt modicum dixit. Attēdite q̄ limpida modo facta eſt aqua. Cūqꝫ intēderēt in aquā vultus ſuos viderūt quaſi in ſpeculo. ſic inquit q̄ in medio hominū morantur nō vident peccata ſua: ſed cū quieuerint maxime in ſolitudine, Facile tūc ea poſſunt conſpicere.

¶ In diſcipulo de tēpore.

¶ Diabolus quidam. xl. annis tentauit monachū de lapſu carnis: ⁊ poſtmodum finaliter duxit cum in peccatum luxurie. hoc quere ſer. xl. E.

¶ Item quidā vidit duos cū lancea per longū volētes intrare eccleſiam: ⁊ quidā hauſit aquā in vas ꝑtuſum et q̄dā ſecuit ligna ⁊ appoſuit ſuꝑ ſarcinā. ſer. cxiij. T.

¶ Itē qui habent malā volūtatē peccādi ieſum crucifigūt. hoc patet infra. xxxij. U.

¶ Pena inferni.

¶ Dānati habent ignē infra ⁊ ſupra ſe inquantū diſtat celū a terra. ¶ Exēplū. lvj.

Macharius per eremū tranſiens inuenit caput cuiuſdā defuncti. Adiuratū eſt ab eo cuius eſſet: locutum eſt ꝙ eſſet caput gentilis. Requiſitū de pena: r̄ndit ꝙ q̄tum diſtat celū a terra tantū habent dānati gentiles de igne ſuper capita ⁊ tantū ſub pedibꝰ ſuis. Et infra paganos ſunt iudei qui habēt maiorē cognitionem de deo ⁊ de fide. Et infirmi ſunt mali xp̄iani qui in peccatis mortalibus vixerunt ⁊ ſcienter offenderunt nō ex infirmitate humana aut ignorātia: qꝛ habent pleniorē cognitionē fidei q̄ pagani ⁊ iudei ⁊ ſunt maioris dignitatis ⁊ ſic peccant ſcienter ex certa malitia. Unde xp̄s in euangelio dixit. Seruus voluntatem dñi ſciens ⁊ nō faciens vapulabit plagis multis. Unde etiā dicit in decre. Fidelis malus peior eſt infideli ⁊ grauius peccat ⁊ grauior pena ſibi debetur.

¶ Ebrioſus quidam vidit in extremis infernum apertum. ¶ Exemplū. lvij.

Quidā intrauit religionē et factus eſt religioſus ſolo noīe ſed moribus totus peruerſus q̄ corrigebatur ſed nō emendabat ſe. Sed quia faber erat optimus ꝓpter neceſſitatē officij tolerabatur. Hic in feſtiuis diebꝰ cū alij irent ad eccleſiam remanebat in cella ſua vacans illecebris ⁊ ebrietatibus. Et factum eſt vt nollet intrare eccleſiam volūtarius intrauit ianuam inferni inuitus. Subita em̄ infirmitate correptus vocauit fratres dicens cū merore. Sicut beatus Stephanus vidit celos apertos: ita et ego video infernū ⁊ iudam ⁊ cayphan in medio eiꝰ pylatū ⁊ alios crucifixores dñi ⁊ mihi miſero nō longe ab eis locum paratū. Cūqꝫ fratres ꝓcurarent eū ad penitentiā dicebat ſe nō poſſe penitere: qꝛ cōtra eū datū eſſet iudiciū. Et ſic miſer mortuus eſt: et longe ab alijs ſepultus: ⁊ nullū ſuffragiū impertitum eſt eidem.

¶ Quidam vidit penas dānatorum.

¶ Exemplum. lviij.

Quidam frater ciſterſienſis ordinis cum ageret in extremis vidit beatum benedictum ſe a corpore educentem ⁊ oſtēdit ei manſiones multas electorum ⁊ ſupplicia dānatorum vbi inter alia vidit deportari magnum principem ardentem et in cathedra ignea reſidentem: ⁊ ante eū mulieres pulchre erant ⁊ faſces igneas in os eius trudētes ⁊ vſqꝫ ad virilia ardebant: et flagellis eum cedebant hic fuerat princeps potens et luxurioſus. Poſtmodum alios vidit alium quem demones excoriabant et cum ſale confricabant et aſperabant et ſuper cratem igneam concremabāt. hic fuerat crudelis damnator ⁊ ſubditorum oppreſſor ⁊ extractor pauperū. Poſtmodū vidit aliū

equum igneū equitantē ⁊ ſcutum igneum
habentē ⁊ portabat captam igneā et poſt
caudam equi habitū monachi trahebat.
hic fuerat raptor ⁊ captā cuidā vidue rece-
pit:⁊ infirmus habitum monachi recepit
nō ex charitate nec ex volūtate manēdi in
ordine ſi conualeſcerēt ſed ex inductiōe
amicorū ſuorum. ergo habitū monachi
poſt ſe habebat. Alios etiā vidit plures
diuerſas penas ſuſtinere ſcdm ſimilitudi-
nem peccatorū. vnde Salo. Per que pec-
cat homo: per hec ⁊ punietur.

¶ Mulier quedā vidit penas mariti ſui:⁊
aliorum damnatorū. ¶ Exemplū. lix.

Miles quidā potēs nimis deditus
torneamētis mortuus eſt miſera
biliter ſicut vixit. Reliquit autem
vxorē deuotam valde ſanctā: que marito
mortuo (vt ipſamet fratri Alberto magi-
ſtro ordinis predicatorū narrauit) dixit ꝙ
rapta eſt quendā exceſſum mētis. et vidit
circa animā mariti ſui demōes in magna
multitudine congregatos. Dixitq; vnus
eminētior ceteris ad cōſortes. Ponite ca-
ligas in pedibꝰ eius quarū ſpicula pene-
trent a plāta pedis vſq; ad cerebrū. Hic
induite eū lorica cuius ſpicula ante retro
penetrent totū corpus. Hic galeam capiti
eius imponite: cuiꝰ ſimiliter ſpicula deſcē-
dendo trāſeant vſq; a plantas. Hic ſcutū
collo eius iniicite: cuius pondere membra
eius conquaſſent̄. Hec oīa cum iuſſu prin-
cipis demonū in animā miſeram cōpleren
tur. Dixit iterato demonibus. Cōſuetudo
iſtius erat vt poſt torneamentū balneis
frueretur: et poſt balneū deponeretur in
lectū: et iuxta eū puella tenerior cuiꝰ am-
plexibus ⁊ coitu fruebatur his omnibus
aptate ſimilia. Nec mora flāmis balneali-
bus illius animā cruciatā in lectū candētē
ferreum poſuerūt:⁊ iuxta eū bufonē cum
terribilibꝰ oculis ad magnitudinem lecti
eius: cuiꝰ amplexu ⁊ toto cōtractu vel ocu-
lis adeo exuſtus eſt: vt magis eū bufonis
horribiles aſpectus illius ꝙ̄ armorū pre-
dictorum terribiliū balnei vt lecti vexatio
cruciaret. Heu ꝙ̄ digna pena talium. Illa
aūt beata mulier q̄ hec diſpēſante deo de
anima mariti ſui vidit omnibꝰ diebꝰ vite
ſue recordatiōe viſionis adeo afflicta fuit
vt nullus poſſet ambigere qui eam antea
cognouiſſet: quin q̄n illa ſupra modū (qꝺ
credi pōt) in commodo vexaret̄. Hoc Guil.
in lib. de apibus.

¶ Quidā vidit dominum ſuum duci ad
diuerſas penas. ¶ Exemplum. lx.

Quidā nobilis erat oppreſſor pau-
perū:⁊ mūdi amator. hic cū quie-
ſceret in lecto: camerarius eius in
lecto iacēs ante camerā rapitur in viſiōe
ante thronū dei ⁊ ibi accuſabat̄ dn̄s eius
de omnibꝰ que geſſerat pro quibꝰ accepit
ſniam dānatiōis:⁊ cū magno tripudio du
ctus eſt ante luciferū. cui lucifer. Adduci-
te eū ad me: vt dem oſculū fideli ſeruitori
meo. Cum aūt adductus fuiſſet: dixit. Nō
ſit tibi pax in ſecula ſeculorū. Et ait. Ipſe
cōſueuit balneari: ducite eū ad balneum.
Cūq; ductus fuiſſet ad balneū infernale ⁊
vnguibꝰ diabolorū penitus laniaret̄: ali-
qui ignē ſuper eum fuderūt eductus de
balneo poſitꝰ eſt in lecto infernali. de quo
Eſaias. Subtus te ſternet̄ tinea:⁊ operi-
mentū tuū erunt vermes. Et dixit lucifer.
Date eī poſt balneū de calice ire dei. Et
ꝓpinatus eſt ei ignis ⁊ ſulphur q̄ eſt pars
calicis eorū. Qui dum clamaret ſuff. dixit
lucifer. audire ꝯſueuit dulces ſimphonias
ſurgāt ſimphoniaci. Et ecce duo demōes
cū tubis igneis ignē ſic ⁊ in eū ſufflauerūt
ita vt de oculis a naribꝰ ⁊ de ore flamma
ignis exiret. lucifer ait. adducite eū ad me.
Et adducto dixit. Cātaſtis cātatiōes: can
ta mihi vnam. Et ille dixit. Quid cātabo
niſi maledicta dies in qua natus ſum: ⁊ di
xit ei lucifer. cāta meliorem. At ille. Quid
cantabo niſi maledicta ſit mater q̄ genuit
me. Cāta adhuc meliorem. Et miſer dixit.
Quid cantabo niſi quod ipſe deus ſit ma
ledictus qui me naſci permiſit. Hec eſt (ait
lucifer) qꝺ volui. Ducite ergo eū in ſedem
quam meruit. Qui proiectus eſt ad vnum
puteum et factus eſt talis ſtrepitus ac ſi
totus mundus caderet. Ad quem ſtrepi-
tum euigilans camerarius cucurrit ad ca-
meram: et dominum mortuum inuenit.
Narrata itaq; viſione ordinem intrauit.
Hec viridarius.



¶ Miles quidam poſitus eſt in cathedra
ignea ⁊ datꝰ eſt ei potus infernalis.
¶ Exemplum. lxi.

Quidā deuotus vidit in viſu quen-
dam virū honoratū ⁊ ſecularem
qui multū excelſerat in gloria ſe-
culari ſeu i mūdi glīa: ingula: luxuria:⁊
in cātibꝰ varijs ⁊ ſolatijs: ad īfernū duci.
⁊ ecce princeps demonū ſurgēs de cathe-
dra ſua occurrit ei: et collocauit eū in ca-
thedra di. ſede hic ꝓ honore quē habuiſti
in alio ſclo. erat aūt cathedra tota ignea
oblatus eſt aūt in vaſe potus amariſſi-
mus: fetidus:⁊ immūdus. ⁊ coactꝰ eſt bi-
bere. ita dicētibus. Bibe hoc loco potū
delectabilium quos bibiſti in alio ſeculo.
Aſtiterunt aūt demones cū tubis ſufflan
tibus in aures eius. Et exibat per aures
⁊ oculos ⁊ nares ⁊ ceteros meatus flāma
ignea. Et hec inquiunt. Habeas nūc tibi ꝓ
cantibus ⁊ cātilenis vanis quas audiſti.
Poſuerūt ⁊ ſerpētes circa collū ⁊ brachia
dicētes. Et propter amplexus mulierum
hoc habeas.

¶ Nero balneatus eſt apud inferos.
¶ Exemplum. lxij.

Quidā vidit Neronē balneantem
apud inferos ⁊ miniſtros inferni
aurum feruens infundētes ſuper
ipſum. Et cū videret chorū aduocatorum
ad ſe venientiū. Huc inquit venale genꝰ
hoīm venite: o aduocati amici mei accedi
te et in hoc vaſe balneamini mecū: adhuc
eīm ſupeſt locꝰ i eo vaſe quē vobis ſeruaui.

¶ Nobilis quidā vitulū vidue abſtulit: ⁊
vinū ſub balneo ꝓpinauit. ¶ Exēplū. lxiij.

Quedā obſeſſa cū die quadam quē-
dam nobilē potentē ac diuitem vi-
rū vidiſſet demon ex obſeſſa mul-
tis ꝑſentibus cōtra eū clamare cepit. Ui-
tulum illū quē tali vidue abſtuliſti: flāmis
infernalibus a nobis liquatum guttatim
mittemus in oculos tuos: ⁊ per omne cor-
pus tuū fundemus ⁊ ſtilabimus pingue-
dinem eius. Uinū vero qꝺ ſub bambo tuo
in hac villa vendit̄: feruens in os tuū fun-
demus. Quibus verbis miles perterritus
tabernam amouit: ⁊ vitulum reſtituit.

¶ Filij militis nolebant pelles ⁊ partem
agri reſtituere. ¶ Exemplum. lxiiij.

Ciuis quidā tempore quodā ante
diem vadens ad palatiū occurrit
ei quidā in dextrario nigerrimo:
de cuius naribus flāma procedebat: nūc
viam rectā tenebat: nūc exorbitans in cā-
pum diſcurrebat. hec videns ciuis primo
valde territus: poſtea cōfortatus cruce ſe
ſignauit cōtra diabolū: dextrā cōtra ho-
minē armans gladio. Qui cū appropin-
quaſſet cognouit eū fuiſſe quendā militē
nuper defunctū: qui videbatur circū ami-
ctus pellibus ouinis mollē terre geſtans
in humeris. Quem ciuis interrogās vnde
veniret ait. Ego in maximis penis ſum
pelles iſtas cuidā vidue abſtuli quas nūc
ardēter ſentio. Similiter mihi partē agri
iniuſte vſurpaui: cuiꝰ pondere modo pre-
mor ſi aūt filij mei iſta reſtituerēt: penas
meas mlt̄ū alleuiarēt:⁊ ſic euanuit. Cūq;
filijs hoc recitaſſet: maluerūt illū eternali
ter in penis manere: ꝙ̄ eis dimiſſa reſti-
tuere: hec Ceſarius.

¶ Quidam vidit penas inferni:⁊ hic egit
duram penitentiam. ¶ Exemplū. lxv.

Cum quidā paterfamilias ad deū
migraſſet ⁊ tota familia pernoctā
do corpus cuſtodiret ex diuina
miſericordia reuixit. qui vadēs ad eccle-
ſiam et reddens deo immenſas gratias:
quicquid habebat deo ⁊ pauperibꝰ erroga
bat. Fugiens ad eremū iuxta fluuium
cellā fecit:⁊ ingrediens fluuium veſtimēta
ſinebat cōgellari ad carnē ⁊ poſtea ad bal
neum calidiſſimū intrabat. ⁊ hoc ſuſtine-
bat ſucceſſiue ꝙ̄tū poterat: cōtinuās vſq;
ad mortē ⁊ cū de his ab aſpicētibꝰ argue
retur: dicebat. Si vidiſſetis que ego vidi:
ampliora vel eadē mecū faceritis. ⁊ refere
bat terribilia de penis inferni dicēs ꝙ in
exitu anime a corpore ſuo vir lucidus du-
xerat eū contra ortū ſolis ad vallem in-
finite magnitudinis vbi erāt duo ſtagna:
vnū erat plenū vermibꝰ ⁊ flammis feruē-
tibus ⁊ aliud gelu ⁊ ingēti grādine ⁊ erāt
plena animabus: que cū vix poſſent ſuſti-
nere ignis vehementiam tranſibant ad
gelu ⁊ ecōuerſo ad ignē. Poſt ea duxit eū
ad tenebras dēſiſſimas ⁊ vidit ibi globos

igneos de baratro aſcendẽtiũ:⁊ inde ꝓce-
dentiũ hoīm ignitoꝝ ad fauillarũ modũ ⁊
ſenſit inde exaltare fetorẽ intolerabilẽ: et
audiuit fletum ⁊ eiulatũ intolerabilẽ ac in-
cõparabilẽ:⁊ teterrimos demões forcipes
ignitos tenẽtes:⁊ tenere cupiẽtes ⁊ ꝓijce-
re in fornacẽ:ſed apparuit ei tenebris vir
ſplendidꝰ quaſi ſtella inhibẽs demonibꝰ
ne eũ tangerẽt qꝛ iudex ꝓceperat eũ redi-
re ad corpus ſuũ:vt ageret pniam. Et ſic
ſuper humanam eſtimationem paterfa-
milias ſe affligens: poſtmodum in pace
quieuit.

¶ Uiſio diaboli eſt horribiliſſima.

¶ Exemplum.lxvj.

Abbas ſctẽ Agathe cũ quodã mo-
nacho ſuo ⁊ quodã cõuerſo venit
ad coloniã ad quandã obeſſam.
Et cũ abbas demonẽ de ꝗbuſdã iterrogaſ-
ſet: demõ rñdit ei. Poſt hec abbas dixit ei.
Adiuro te ꝑ eũ quẽ hodie in miſſa tracta-
ui:vt rñdeas mihi. Et ſtatim demõ rñdit
ei de queſitis. Poſt hoc demõ adiuratus
ab abbate vt exiret:demon rñdit ei. Quo
ibo. Reſpondente abbate.os meũ aperui
vt ingrediaris. Ait demõ. Non poſſum qꝛ
hodie altiſſimꝰ intrauit. Tũc abbas. Aſcẽ-
de ſuꝑ hos duos digitos:pollicẽ ⁊ indicẽ eis
indicãs ⁊ offerẽs. Et rñdit. Non valeo: qꝛ
cũ iſtis hodie altiſſimũ tractaſti. Inſiſten-
te ei vt exiret:ait. Nondũ vult altiſſimus:
adhuc duobꝰ annis ero in ea ⁊ tunc libera-
bitur:qõ poſtea ita factũ eſt. Rogatus er-
go abbas a monacho ⁊ cõuerſo vt preci-
piat demoni quatenꝰ in ſua forma natura-
li ſe eis oſtẽderet: extremuit prĩo abbas:
poſtea acquieuit ei dicẽs. Precipio tibi in
virtute ieſu xp̄i vt in ſpẽ tua naturali no-
bis appareas. Reſpondit demon. Nõ vul-
tis credere niſi me videatis. Et abbate di-
cente nõ:cepit miſer loculus eius turgeſce-
re ⁊ ad inſtar turris aſcendere:ita vt ocu-
li eius ſcintillarẽt ad modũ fornacis can-
denter fumigãtis. quibus viſis ceciderũt
territi monachus ⁊ conuerſus in extaſim
poſiti. Abbas etiã cecidiſſet ſi nõ precepiſ-
ſet diabolo vt priſtinã formã acciperet:qõ
⁊ fecit. Et dixit diabolꝰ. Nunquid ita ſtul-
te precepiſti:pro certo ſcias ꝙ ſi hodie di-
uinis nõ cõmunicaſſes:nullus veſtrũ vlli
hoīm retuliſſet quo vobis ingeſſiſſem pu-
tas vt homo poſſet me videre ⁊ viuere:ne-
quaꝗ. Tandem illi refocillati ſunt aqua
frigida tanꝗ ſeminiui.

¶ Religioſus quidã potius voluit ignem
intrare ꝗ demonẽ videre.

¶ Exemplum.lxvij.

Religioſus quidã ad extrema ve-
niens deductꝰ horribiliter clama-
uit. Maledicta hora in qua reli-
gioſus factus ſum: ⁊ ſiluit. Et poſtea pau-
lulũ facie ſerena ſubridẽs ait. Non immo
benedicta hora in qua intraui ordinẽ: be-
nedicta mater xp̄i quã ſemꝑ dilexi:⁊ iteꝝ
tacuit. Fratres autẽ ꝗ in circuitu erãt au-
dientes:cũ lachrymis orabãt ꝓ eo: poſt
duas autẽ horas dixit fratri ꝗ aſtabat ei.
Uoca fratres meos:qꝛ exaudiuit dñs orõ-
nem ipſoꝝ:quibꝰ ingreſſus ait. Uos de pri-
mo verbo qõ audiuiſtis turbati fuiſtis:ſꝫ
hec eſt cauſa verbi. Apparuerũt mihi de-
mones terribiles ⁊ parati ad recipiendũ ani-
mã meã:⁊ pre timore extra me raptus ma-
ledixi horã diei mei:⁊ dico vobis ſi hic fa-
ctus fuiſſet ignis vnꝰ de ere mixto cũ ſul-
phur ꝗ duraret ab hoc loco vſqꝫ ad diem
mundi ⁊ darẽt mihi optio vtrũ ꝑ mediũ
illũ ignẽ vellẽ trãſire aut iterũ demones
in ſimili forma videre eligerẽ potiꝰ ꝑ ignẽ
tranſire. Poſtmodũ venit illa regina celi
mater mĩe ⁊ fugauit demones ⁊ ea viſa cõ-
cepi ſpem ⁊ ꝓ gaudio riſi:⁊ horã qua intra-
ui ⁊ ipſam que me liberauit benedixi. Et
his dictis feliciter poſtmodum obijt.

¶ Miles quidã in equo igneo punitus eſt
cum falcone.

¶ Exemplum. lxviij.

Homo quidã ſanctus ⁊ deuotus vi-
dit quẽdam militem ardentẽ in in-
ferno ⁊ videbat euꝫ ſedere in equo
igneo ⁊ tenere falconẽ in manu: ⁊ querẽti
quid hoc eſſet reſpondit ꝙ ille equus erat
diabolus qui currebat cum eo ꝑ ignẽ pro-
pter gloriam quã habebat in mũdo eque-
tando:⁊ cũ falcone cum quo libenter ſe oc-
cupabat ⁊ falco quẽ ĩ manu tenebat erat
alter diabolus qui comedebat manus bra-
chia ⁊ carnes ipſius:⁊ tm̃ dolorẽ faciebat



ac ſi cor eius de ventre extrahere vellet:vi-
dit etiam alios qui fuerunt luſores in hoc
mũdo qui cogebantur ludere cũ demoni-
bus ad aleam ⁊ ſcachos.

¶ Nobilis Adam precogitauit penã in-
ferni:⁊ rigorẽ ordinis patiẽter ſuſtinuit.

¶ Exemplum.lxix.

Iuuenis quidam nobilis diues et
delicatus ordinẽ fratrũ ꝓdicatorũ
intrauit:ꝗ cũ ab amicis carnalibꝰ
duceretur ad exitũ dicẽdo nõ poteris au-
ſteritatem ordinis tenere qꝛ delicate ni-
mis es nutritus:reſpondit ꝓpter hoc in-
traui ordinẽ:qꝛ ſciebã me delicatũ ⁊ nihil
aſperũ me pati ⁊ ſuſtinere poſſe cogitaui
ꝙ nimis eſſet intolerabilis illa acerbiſſima
pena inferni:⁊ ideo elegi magis hanc pe-
nam ſuſtinere ꝗ illam ſcꝫ inferni.

¶ Iuuenis quidam cogitauit ſi illa pul-
chra membra debent eſſe pabulũ inferni.

¶ Exemplum.lxx.

Cum magiſter Iordanus perſua-
deret cuidam iuueni nobili ⁊ pul-
cherrimo ingreſſum ordinis ꝓdi-
catorũ:⁊ illũ minus ad hoc inueniret prõ-
ptum:dicit ei in fine verborũ. Rogo te vt
ſtatim hoc facias amore dei:aut manꝰ re-
ſpicias ⁊ alia pulchra mẽbra tua recogi-
tans ꝗtũ dãnum erit ꝙ iſta pulchra mẽ-
bra erunt pabulũ eterni ignis. Quod ille
faciens ex hoc dicitꝰ motꝰ poſtea ad ordi-
nis ingreſſum ſeipſum ꝓpter deũ cõtẽnẽs.

¶ Quidã cogitauit ſe poſt centum milia
annorũ vt damnati liberarentur.

¶ Exempla.lxxj.

Quidam multũ ſecularis ⁊ mul-
tum delicatus cũ quadã die co-
gitaret intra ſe ſi poſt mille an-
nos anime dãnatorum de pe-
na liberarẽtur. Rñdebat ei co-
gitatio ꝙ nõ ſi poſt centũ milia annorum:
nõ ſi poſt tot annos quot ſunt gutte aque
maris. Et ita talia cogitãdo plurimũ tur-
babatur:⁊ perterritꝰ cepit perpendere ꝗ
miſeri ⁊ obtenebrati ſunt huiꝰ mũdi ama-
tores ꝗ pro modico tp̄e quo victuri ſunt ⁊
pro tranſitorijs gaudijs ⁊ voluptate car-
nis incurrunt penas eternas. vñ etiã Gre-
go. Nemo põt hic gaudere cũ hoc ſeculo:
⁊ illic regnare cũ deo. Item preſentia gau-
dia ſequũtur perpetua lamenta.

¶ Si in lecto molli quis continue iacere
deberet tediũ haberet. Exemplũ.lxxij.

Hulco Marſilenſis ep̄s refert de ſe
ipſo. Dum eſſet mũdi amator ⁊ de-
ditus vanitatibus mundi cepi ſe-
mel cogitare de eternitate pene inferni: ⁊
dixi in corde meo ſi preponerẽt tibi iacere
ſemꝑ in lecto molli ⁊ delicato: ita ꝙ nulla
occaſione inde recederes hoc vix ſuſtinere
poſſes:quõ ergo poſſes iacere ⁊ ardere in
illa pena eterna ⁊ intollerabili inferni ſi cõ-
tingat te illuc immergi:hac occaſione re-
liqui oĩa:⁊ factus ſum monachus.

¶ Monialis quidã occultauit pctm̃ in cõ-
feſſione ⁊ dãnata eſt. ¶ Exemplum. lxxiij.

Due moniales reputabãt mul-
tum religioſe:in quodã mona-
ſterio accidit ꝙ vna mortua
eſt:⁊ alia ſoror ꝗ erat magna
amica ſua feruenter orabat ꝓ
ea. Et ſemel in eccleſia de nocte dum illa
ſoror viua oraret audiuit illam ſororẽ mor-
tuam cantãtem illud reſponſoriũ mortuo-
rum. Peccantẽ me quotidie ⁊ nõ me peni-
tentem timor mortis cõturbat me:qꝛ in in-
ferno nulla eſt redẽptio. ⁊ nõ plus dicebat
de reſponſorio. Illa viuens interrogauit.
Nõne es tu talis ſoror? Reſpõdit illa ſum.
⁊ illa. Quare non comples cantãdo rñſo-
riũ totũ? Dixit mortua ſi beata virgo Ma-
ria ⁊ oẽs ſancti rogarẽt pro me nunꝗ poſ-
ſet plus verificari de me. miſerere mei deꝰ
⁊ ſalua me:qõ eſt finis rñſorij:qꝛ ego ſum
damnata. Heu quõ eſt hoc dicit viua: cum
eras ita bona religioſa. Reſpondit. Ego
dum eſſem in ſeculo feci vnũ pctm̃ verecũ-
dum qõ propter verecũdiam nunꝗ cõfeſ-
ſa ſum:⁊ ideo alia bona nihil mihi value-
runt ad vitã eternã: ergo ammodo non
ores pro me:qꝛ inuanũ eſt. ¶ Diabolꝰ di-
cit ꝙ anima comitis guillielmi eſſet in tali
pena ꝙ ſi maximꝰ mons illuc mitterẽt: li-
queſceret in ictu oculi. Hoc ꝗre ſer. cxxxv.

¶ Item miles qui rapuit vidue vaccam
dicens:ſi ego non facerem alius faceret:
punitꝰ eſt in inferno inceſſanter. Hoc que-
re ſer. xcix. F.

¶ Itē miles q̄dā apparuit filie ſue cū crucibulo in q̊ erat ſulphur. F. xcix. P.

¶ Itē Udo q̄ frequēter inebriabat̄ qualē lectū qualē potū ꝛ qualē balneū ſibi in inferno inuenit preparatū ſer. lxij. y.

¶ Item quidā vidit vicinū ſuū ꝛ vxorem alterius viri puniri in inferno ꝓpter adulteria ſua. ſer. lxxxv. Q.

¶ Item ſacerdos quidā vidit matrē ſuam in ſporta ignea: quomodo ſerpētes ignei circundederunt collum ipſius ꝛ cathenas igneas habuit in manibꝰ ꝛ pedibus. Hoc quere ſer. lxxxij. J.

¶ Item mulier que non plene confeſſa eſt quō viſa eſt habere ſerpentes in capite ꝛ collo: ꝛ bufones ſup mām̄illas. Hoc quere ſermo. cxxv. C.

¶ Item frater ordinis predicatorū q̄ dixit ad magiſtrū Pariſienſem ꝙ de ſero cogitaret de lecto inferni: de quo Eſaias dixit. Subter te ſternetur tinea. Hoc quere ſermo. cj. H.

¶ Item quidā vidit diabolū ꝛ dixit ꝙ potius v llet clibanū ardentem intrare: ꝙ̄ iterū diabolū videre. Hoc quere ſer. cxxv. R.

¶ Item quidā combuſſit digitos propter concupiſcētiam mulieris. ſer. cxxv. O.

¶ Pena purgatorij.

¶ De acerbitate pene purgatorij.

¶ Exemplum. lxxiiij.

Legitur de acerbitate pene purgatorij. Ponatur ꝙ oēs carbones totius mūdi in vnū cumulum eſſent congregati ꝛ oēs arderēt: ꝛ ſi q̄s hoīm in medio cumuli ſtaret: nō tantā penā ſuſtineret ſicut aīa ardēs in purgatorio ſuſtinet. vñ in decre. dicit̄. Igni purgatorij nulla pena tpalis cōparabilis eſt. diſtinc. xxv. Qui i aliud. vñ etiā Aug. Fratres charisſimi ille ignis purgatoriꝰ ꝛ ſi nō ſit eternus durior tñ eſt ꝙ̄ quicq̄d in hoc ſeculo penarum poſſet cogitari ſentiri vel videri.

¶ Sacerdos quidā dixit: ſi lacus eſſet totus igneus ꝛc.

¶ Exemplum. lxxv.

Sacerdos q̄ reputabat̄ quaſi ſctūs cū adhuc viuēs miro modo ſe affligeret in pnīa cuidā querēti cur ſe ita affligeret. rñdit ꝙ ſi lacus quidam magnus q̄ erat ꝓpe eſſet totus igneus vellet potius eſſe in eo vſq3 ad diē iudicij: vt poſſet euadere ignē inferni ꝛ penas purgatorij: hoc idē orabat Augu. dicens. Domine hic vre: hic ſeca vt ieternū parcas.

¶ Quidā vidit purgatoriū: ꝛ hic afflixit ſe.

¶ Exemplum. lxxvj.

Quidā pctōr veniens ad virum dei quendā in deſerto petijt ab eo penitentiā ſed breuē: dicēs ꝙ nō poſſet longā pniam facere vel cogitare de ea. Cum nō poſſet vir ſctūs eum ad aliud inducere: dixit famulo ſuo: vade ad vallem illā vicinā ꝛ duces eū tecum ꝛ trades eum illi quē inueneris: vt faciat eū facere pniā3 breuē: recede ab eo: q̄d cū feciſſet ꝛ elongaſſet ſe paululū: audiuit clamorē miſerabilē quaſi verberantiū duriſſime. Et poſt modicū tp̄s quaſi exanimis relictꝰ: reductus eſt ad virū dei. Quē cū iuſſiſſet recedere di. ꝙ egiſſet pniam: noluit recedere: ſed oībus diebus vite ſue remāſit cū eo in mirabili timore perdurās ꝛ vltra modum in pnīa ſe affligēs. Cū autē diceret̄ ei interdum vt ſibi pceret: ipſe recordatꝰ illiꝰ verberationis nihil reputās quicq̄d faciebat in cōpatione ad illā dicit. Maiora vidi: at idē narrauit quidā magr̄ in theologia Anglicus natiōe dicēs vidiſſe quendā q̄ dicebatur fuiſſe i purgatorio ſcti patricij q̄ de nullo q̄d in mūdo videbat poterat gaudere amara videbātur ſibi oīa delectabilia mūdi inter hoīes viuēs quaſi mortuꝰ apparebat. De eodē etiā narrat magr̄ Jacobus ep̄s tuſculanus di. ꝙ quedā mulier reuocata de purgatorio ad cōplendā pnīam in pñti ſeculo intm̄ affligebat ſe ꝙ habitabat in ſepulchris: ꝛ niui: glacie: ꝛ igni ſe inuoluebat. Patet ergo ꝙ minime timetur ignis purgatorij a quibuſdā: vel qꝛ nō vident eius cōcuſſiones in ſcripturis: vel qꝛ non credunt quod de eo audiunt: vel quia nō experti ſunt aliquid de eo.

¶ Candelabrū cupreū liquefactū eſt.

¶ Exemplum. lxxvij.

Quidam abbas decedens rogauit monachos ſuos ꝛ cōſuluit vt nepotem ſuum facerent abbatem. Quod cū fctm̄ fuiſſet ꝛ iuiſſet abbas ſolꝰ ad fontē q̄ erat in orto: audiuit vocē emiſſam de fonte cū gemitu mirabili. Cum autem admiraſſet abbas vehementē vt diceret q̄s eſſet dixit ꝙ eſſet aīa auūculi ſui q̄ ineſtimabilr̄ ibi vreret̄ ꝓpter hoc ꝙ carnaliter motus rogauerat in morte vt eū abbatem facerent. Cum autē diceret nepos cuiuſmodi ardorē poſſe ſibi ſuſtinere (quia fons erat temperatꝰ) dixit vox rogādo eū vt afferret candelabrū cupreū q̄d erat retro altare: ꝛ ꝓijceret in fontē illū q̄d cū feciſſet ita liquefactū eſt ſicut cera in igne: ꝛ ſicut butyrū in olla bulliēti. Quo viſo renūtiauit abbatie nec vltra vocē audiuit. Nūquid ergo punitus eſt ille abbas: oſtenſus ad vtilitatē viuentiū.

¶ Reſtitutus vite fecit ſibi veſtes cōgelari. Exē. lxxviij.

Quidā reſtitutus vite territꝰ penis quas viderat fugit ad eremū ꝛ fecit cellā iuxta fluuiū: ꝛ in veſtibus ſe balneauit: ꝛ egrediēs ſinebat veſtimēta cōgelari ad carnē ꝛ poſtea balneū calidiſſimum intrabat: ꝛ hec ſucceſſiue ſuſtinebat q̄tum poterat vſq3 ad mortē. Et cū de his a videntibꝰ argueret̄ dicebat. Si vidiſſetis q̄ ego vidi: eadē vel ampliora illis faceretis. Greg. Sancti penā tpalem lucrum putant qꝛ per hanc ſe eternā euadere non ignorāt. hoc Beda in geſtis angelorū.

¶ Quidā petiuit angelos in agone vt tardarent vt hic puniretur.

¶ Exemplum. lxxix.

Abbas quidam ſiſon vir perfectiſſimus q̄ cum moreret̄ cōuenerūt multi p̄res ꝛ fratres: ꝛ ſubito fctā eſt facies eiꝰ quaſi quoddā fulgur radiās ꝛ dixit. Conſolamini fratres: ecce abrahā venit poſt hoc chorꝰ ꝓphetarū: ꝛ poſt hoc ſcti apl̄i ꝛ angeli. Cūq3 loqui videret̄. ꝛ q̄ſrerent q̄d diceret: rñdit. venerūt ſcti angeli tollere aīam meā: ꝛ ſupplico vt ꝓpter penitentiā agendā paululū ſuſtineāt. Cūq3 dicerent abbati. Tu non indiges pnīa. ait. Fratres in veritate dico vobis: qꝛ nec pnīe ꝑncipiū feciſſe me memini: ꝛ cognouerunt: qꝛ perfectus eſſet in timore dñi. Nec dubium ꝙ hmōi timor fecerat eū ita parua de ſe ſenſiſſe. hec in vitaſpa.

¶ Infirmus quidā elegit tribus diebus puniri in purgatorio.

¶ Exemplum. lxxx.



Erat vir fidelis ꝛ bonꝰ ſicut p̄dictꝰ magiſter alber. frater ordinis p̄dicatorū ſibi ab his q̄ rem familiariter nouerāt traditū referebat q̄ poſt diuinam pnīam quā ſanus fecerat incidit in languorē grauiſſimū in quo ꝑ annū cū patientia ꝑdurauit. Et poſtmodū tedio victus cū lachrymis dñm vt tāto languori finē dato mortē imponeret: nec mora miſſꝰ ad eū angelus dñi dixit ad eū. exaudiuit dñs precē tuā: ſed elige tibi ꝙ vis aut tribus diebꝰ pena purgatorij torqueberis ſi nunc decedis: aut ſi adhuc in lāguore iſto ꝑ annū manere volueris ſine vllo purgatorio ad ſupos euolabis. tunc ille penā p̄ſentē recolēs: nec futurā aduertēs: rñdit. Mori plus eligo: ꝛ non tm̄ tribꝰ diebus: ſed q̄tum dño placuerit in purgatorio tribulari. Fiat inquit angelꝰ tibi ſm̄ verbum tuū. Nec mora languēs morte ſolutꝰ eſt ꝛ aīa eius in purgatoriū delata. Uno ergo exacto die venit angelus ad locū purgatorij vbi aīa torquebatur ꝛ dixit. Quid nunc agis o aīa q̄ ꝓ labore viuꝰ anni tribꝰ diebꝰ elegiſti in purgatorio detineri? Cui autē ait. Seductor es nō angelus q̄ me in penis multorū annorū curriculis per trium dierū ſpacio fefelliſti. Sed angelꝰ nō mora inquit: ſed ineſtimabili tortura decepta es: qꝛ nō niſi vnū diē de tribꝰ diebꝰ in purgatorio ꝑegiſti: ſed ſi adhuc retractare volueris ꝙ elegiſti dñs miſerebit̄ vt ad corpus tuū ꝙ nondū ſepultū eſt reuertaris: ꝛ per annū vnum languorē quē exptus es patiaris. Cui aīa. Non ꝑ annū inquit tm̄: ſed vſq3 i finē mūdi languore ēt detinear artiori. Hoc dicto aīa reportat̄ ad corpus: ꝛ per annū vnū languore detēta: multos quibus hec retulit ad pnīam animauit: ēt poſt vnū annum iterato defunctus trāſijt ad ſuperna. Hec Guil.

¶ Quidā cum dentrice fecit ſibi membra fricari pro purgatorio.

¶ Exemplum. lxxxj.

Alius quidam in theonia multis rapinis ꝛ cedibus prouinciam depredauit qui captus ꝛ ad decollandum expoſitus petiuit a iudice ꝛ obtinuit tempus prolixius penitendi. Et mox

aſtanti iuueni conſobrino ait. Si ꝟe amicus es eo operator eſto mihi miſero in ſalute: affer obſecro inſtrm̄ ferreũ q̄ dētrix dicitur cũ quo parant femine linuʒ ſuũ: q̄ vt factum eſt dixit iuueni. Succide mihi manus vlnas ⁊ brachia vſq̄ ad humeros: pedes vero ⁊ tibias ⁊ crura vſq̄ ad nates: poſtea genitalia: aures: oculos: naſum labia ⁊ caput ad vltimuʒ amputabis. Iuuene ergo ſic vt cũ dolore rogat⁹ fuerat exequenti: penitens ipſe vnũquodq̄ mēbrum añq̄ truncaretur inſtri ferrei dentibus per inſtructiones multiplices ⁊ validas diuti⁹ affligebat di. hanc penā hic ꝑ parte viliſſima mēbra ꝑcipite q̄bus actu nephario ſcelera perpetraui ⁊ creatorem meum offendi. Extremo igit̃ poſt oēm penā trũco corporis cũ capite ſuo ſup ſtipitez ſolo hylari vultu dixit. O vtinā tormentũ illud q̄d reſpectu ſcelerũ eoꝝ paruũ ſuſtinui reiterare ſemel iteꝝ atq̄ tertio valerē ſi liceret miſerrimo ⁊ in eo diutius cruciari. Et hec dicens cum lachrymis orauit populũ circunſtantem ſe quatenus ſibi miſerrimo eleemoſynis pauperũ ⁊ orationibus ſubuenirent. His dictis extendit caput ⁊ mox a iuuene decollatur.

¶ Virgo quedā pro comite aſſumpſit ſibi dimidiam partē purgatorij.

¶ Exemplum.lxxxij.

Ludouicus comes de los nobiliſſimus inter theuthonicos erat vir ſagax ingenio: et in armis exercitatus ⁊ ſtrēnuus. Hic virginem nomine xp̄inā miro complectabatur affectu. Qui cum in extremis ageret: xp̄inam ad ſe vocari fecit: ⁊ ſedentibus oībus ſecũ in cōclaui remanere. nec mora comes ꝟtute qua potuit erexit ſe: et ſupplex añ pedes xp̄ine toto corpore proſtratus, ⁊ oīa pctā ſua cũ maximis lachrymis recitauit: ⁊ hoc nō pro indulgētia quā dare nō potuit: ſed vt magis ad orandum pro ſe tali miraculo moneretur hoc fecit. Mortuus ergo comes eidē xp̄ine manifeſte apparuit acerbiſſimis penis ſe puniri i purgatorio oñdit cui pia ꝟgo nō modicũ miſerta rñdit. Age nũc, ⁊ vide hinc et ꝑm diuinā miām penā ꝑ pctis exolue: ego ꝟo in meo pectore exactura ſupplicia dimidiā purgatorij tui partē accipio. His ita geſtis viuens xp̄ina multo poſt tēpore certis penis ꝑm q̄ aīa comitis alternis doloribus torquebat̃ flāmis vaporib⁹: interdũ ꝟo frigoribus algoribus cepit cruciari. Loca ꝟo in q̄bus comes peccare vel inſanijs falſis gaudere ſolebat lachrymis irremediabilibus irrigabat. Longo poſt tempore ante mortem ſuā idē comes apparuit ei ⁊ gratias agens illi ea contēplate ad ſuperna tranſiuit. Hoc Guil. in lib. de apibus.

¶ Quidam elegit ſibi duo milia annorũ in purgatorio.

¶ Exemplum.lxxxiij.

Iuuenis quidam habebat cognatũ ep̄m factus monachus ordinis ciſtercien. poſtea ordinē deſerens factus eſt ſocius predonũ: q̄ in obſidione cuiuſdam caſtri telo percuſſus deprecatus a ſocijs ⁊ deſperatus de vita vocauit ſacerdotem. Difficile tñ ad hoc inductus. Qui confitebat̃ oīa ſacerdoti cũ magna contritione vt ſepe ꝑpter lachrymas ⁊ gemitus in voce deficeret dicens ſe fuiſſe violatorē vxoris ⁊ filiaꝝ ei⁹ q̄ nemini pepercerant oculi eius in occiſione: incendijs: ⁊ rapinis: in oī maleficio excedentē oīm hoīm maliciam. Sacerdos ſtultus rñdit. Maior eſt iniquitas tua q̄ vt veniā merearis. Rñdit ille. Dñe in quacũq̄ hora pctōr ingemuerit ſaluus erit. rogo vt iniungatis mihi penitentiā. Rñdit ſacerdos q̄d tibi iniungam q: hō perdit⁹ es. Rñdit ille. Ex quo nō ſũ dignus a vobis pniam recipere: iō mihi ipſi eligo duo milia annoꝝ eſſe in purgatorio vt poſt illos inueniā miām coram deo. ⁊ cũ ſacerdos nollet ei dare viaticũ rogauit ſacerdotē vt ſtatũ ſuũ deſcriptũ deferret ep̄o cognato ſuo. Quod illo defuncto ſacerdos fecit. ep̄s ꝟo multũ dolēs de morte ei⁹ quē tenerrime dilexit: conſtituit orōnes fieri pro eo per totā ſuā dioceſim ⁊ ipſe vel alius pro eo ſingulis dieb⁹ hoſtiaʒ ſalutarē immolauit. Anno cōpleto cũ ep̄s miſſam celebraret pro eo ecce apparuit defunctus ep̄o palidus: exilis: macilentus in veſte palida: vultu habituq̄ ſtatuʒ ſuũ ſatis declarās. Qui interrogatus q̄uo ſe haberet rñdit. In penis ſuʒ ⁊ de penis venio: ſed gratias ago tibi q: per orōnes ⁊ eleemoſynas tuas a te pro me iſtitutas ann⁹ iſte abſtulit mihi penas mille annorũ q̄s habere debuerā i purgatorio ⁊ ſi vno anno adhuc impenderis mihi ex toto liberabor. Ep̄s letus gratias egit deo. Et ſimiles orōnes ⁊ eleemoſynas in ſequenti anno ꝑ ipſo inſtituiſſet ⁊ rogaſſet fieri: ecce in fine anni cũ idem ep̄s diceret miſſam ꝑ ipo affuit ille in cuculla niuea: facie ſerena dicēs ſibi oīa optata ſuccedere dicens. Iam per tuam ſollicitudinem ereptus ſum a pena: vt ingrediar gaudium dñi remuneret tibi deus charitatē tuā. ⁊ ecce iſti duo anni reputati ſunt mihi pro duob⁹ milibus annorum. Hec Ceſa.

¶ Alia quedā fuit deputata ad purgatorium vſq̄ ad nouiſſimum diem.

¶ Exemplũ.lxxxiiij.

Quidam religioſus q̄ reputabat̃ magne vite mortuus eſt, ⁊ poſt mortē cuidam ſocio ſuo apparuit. Et cuʒ quereret ab eo de ſtatu ſuo dixit. Ego ſuʒ deputatus in penas purgatorij vſq̄ in diē iudicij niſi ſuffragijs bonorum hoīm iuuabor: ⁊ cum ſocius eius ab eo quereret cāam rñdit. Oīa peccata mea cōfeſſus ſum. ſʒ q: negligenter explicabaʒ: ⁊ remiſſe ⁊ negligenter pniam ⁊ ſatiſfactionē compleui: iō deputatus ſum ad purgatorium vſq̄ ad iudicium extremum.

¶ Peccator contritus fuit deputatus ad purgatorium vſq̄ ad finem mundi.

¶ Exemplũ.lxxxv.

Item q̄daʒ in ſceleribus vixit per totam vitam ſuaʒ in ſuperbia: in chorizādo: in luxuria: in gula: in ira: in blaſphemia: ⁊ in fine cōtritus ē. Et poſtmoduʒ raptus ad iudicium ⁊ ſententiatus eſt a deo ad purgatoriuʒ vſq̄ in finem mundi: niſi ſubueniat̃ ſibi per ſuffragia. Vñ ēt Richardus de ſancto victore. Alique xp̄ianorũ anime vſq̄ i finem mundi ad ignē purgatorij ex dei iuſticia ſunt deputate.

¶ Propter accidiā fuit q̄dam deputatus xl. annis ad purgatorium.

Exempla de. P.

¶ Exemplum.lxxxvj.

Item q̄dā ꝑpter accidiaʒ dānari debuit: ⁊ Maria ſubuenit ſibi ⁊ ecōuerſo reuixit: ⁊ confeſſus eſt. Tandeʒ ſibi impoſitũ fuit pro pnia a deo vt .xl. annis in purgatorio puniretur.

¶ Albertus magnus elegit ſibi .x. dies in purgatorio.

¶ Exemplum.lxxxvij.

Albertus magn⁹ doctor ſacre theologie elegit ſibi .x. dies in purgatorio eſſe: ⁊ poſtmodũ apparuit cuidam deuote dicens. Stulte egi eligendo mihi .x. dies eſſe in purgatorio. ideo quia i grauiſſimis penis ſum. vñ ēt Aug. Neſcit q̄d petit qui purgatorium petit: dico vero grauius eſſe i purgatorio q̄ diu poſſit oculos claudi ⁊ aperiri q̄ illa pena quam ſan. Laurentius ~~inſtitit~~ in craticula.

¶ Frater quidā fuit .x. diebus in purgatorio: quia fratres non ſtatim ſoluerant ſibi ſuffragia.

¶ Exemplũ.lxxxviij.

Quidaʒ religioſus deuotus hic poſt .x. dies ſue defunctiōis cuidam fratri orāti apparuit. Et cũ q̄reret frater q̄uo ſibi eſſet. rñ. Bñ: q: purgatus ſum modo ad xp̄m vado. Frater aũt territ⁹ ait. Et q̄uo tm̄ in purgatorio fuiſti. at ille. Hoc fecit negligētia fratrũ: ſi eīn ſtatiʒ ſoluiſſent, infra diem tertiũ euolaſſem ad celum.

¶ Pena monialis que fregit ſilentium in choro.

¶ Exemplum.lxxxix.

Puella q̄dam religioſa ordinis ciſtercieñ. in aduentu ipſi⁹ ſaluatoris eſt mortua. Defuncta ꝟo clara die chorũ intrauit ante altare inclinans ⁊ ſic locũ vbi ſolita erat ſtare receſſit. Quā collateralis eius videns ⁊ mortuam ſciēs valde territa eſt. Requiſita vero ab abbatiſſa vnde ſic concuteretur: reſpō. ſic ⁊ ſic. Gertrudis ad commemorationē btē Marie virgis in terraʒ ſe iuxta me proſtrauit: ⁊ finita collecta abijt. Abbatiſſa timens illuſiones diabolicas: ait puelle. Si denuo venerit ad te dic ei benedicite. Et ſi dixerit tibi dominus: interroga eam vnde veniat. Sequenti igitur die iterum venit,

Et ſalutata cũ iterũ reſpõdiſſet dñs puella: ait. Unde venis. Et illa. Ad ſatiſfactionẽ huc veni: qꝛ libẽter tecũ in choꝛo ſuſurrauí: ſemiplena verba proferẽs idcirco in eodẽ loco iuſſa ſum ſatiſfacere vbi me cõtigit peccare: ⁊ niſi tibi de eodẽ vitio caueas eandẽ penã moꝛiẽs ſuſtinebis: ⁊ hoc quarta vice factũ eſt. Ecce tale purgatoꝛiũ huius virginis. Ut aũt noueris non eſſe curandum quacũqꝫ moꝛte iuſtus moꝛiatꝛ: pſbyter qui in pꝛedicto monaſterio deo ſoꝛoꝛibus eiuſdẽ couẽtus ſeruiebat vir bonꝰ ⁊ ſctũs cũ in extremis laboꝛaret factus eſt freneticꝰ: ita vt multas euomeret blaſphemias. quo defuncto dñs volẽs merita eiꝰ oſtẽdere ĩfirmi cũ ſuper tũbã eiꝰ doꝛmiũt: eius meritis ſani ſurgũt. Hec Ceſa.

¶ Monachus quidam intrauit purgatoꝛium: ⁊ quando vidit fratres ridere increpauit eos.

¶ Exemplum. xc.

Quidã monachus q̃ intrauerat purgatoꝛiũ et plagas habebat quas ibi receperat de verberibus quaſi ſemper recẽtes in omni vita ſua durã egit penitentiã hic qñ videbat aliquẽ iuuenẽ monachũ immoderate ridẽtem: vel alias leuiter vagantẽ exclamauit dicẽs. O ſi ſcires q̃ꝫ acerba pena debetur tibi pro leuitatibus iſtis: tu foꝛtaſſis moꝛes tuos leues coꝛrigeres.

¶ Item quidam habuit purgatoꝛiũ in loco balnei ſui.

¶ Exemplum. xcj.

Cum quidaꝫ ſacerdos coloñ. vꝛbis in loco vbi calide aque euapoꝛãt ſe pro neceſſitate coꝛpoꝛis quadã die lauaret quendã virũ incognitũ qui de pedibꝰ eius traheret calciamẽta ⁊ veſtes eius ſuſciperet ad ſeruiendũ paratũ inuenit. Cũqꝫ hoc ſepiꝰ ibidẽ faceret ſacerdos quadã die duas ſecũ oblationũ coꝛonas ſumẽs ne ingratus tali officio ſeu ſeruitio appareret p̃dicto viro obtulit dicẽs ⁊ rogãs vt pro bñdictione munus charitatis reciperet. Cui ille merẽs rñdit. Panis ille ſanctꝰ eſt: nec eũ mãducare audeo: ego eñi quondã huiꝰ loci dñs fui pro culpis meis huic pene deputatꝰ ſum: ſed queſo hũc panem cũ oꝛationibꝰ tuis pro me offer: ⁊ ſi rediẽs me nõ inueneris liberatũ me ſcias. Quo dicto diſparuit: qꝛ nõ fuit homo ſed ſpũs. Sacerdos vero per totã hebdomadã pro eo ſalutarẽ hoſtiam offerẽs oꝛationes cũ lachꝛymis fudit: ⁊ poſtea reuerſus ipſum in balneo non inuenit.

¶ Anima cuiuſdã impoſita fuit in purgatoꝛio vt foꝛet vſqꝫ coꝛpus eius ſepeliretur.

¶ Exemplum. xcij.

Quidã monachus decedẽs petijt inſtãter abbatẽ ſolitã decedẽtiũ ſibi imperuret abſolutionẽ. Cũ aũt abbas abſens in loco vicino nõ poſſet haberi in pꝛomptu ante aduentũ eius migrauit. Cum aũt veniſſet ⁊ dictũ ei fuiſſet q̃ inſtãter monachus ille petiuiſſet eũ pro abſolutione habẽda ſumere nondũ ſepulto ipſe ante altare decũbens ⁊ cogitãs de p̃dictis vidit ſubito ante ſe defũctũ vt ſibi videbatꝛ dicentẽ. Benedicite ⁊ petentẽ debitũ abſolutionis. Cum aũt abbas ſtupens reſumpſiſſet ſpm̃ dixit. Misereatꝛ tui ⁊c. Quo facto petijt monachus penitẽtiã. Abbas aũt neſciẽs cuiuſmodi penitẽtia iniungenda eſſet defuncto dixit q̃ pro penitẽtia ſtaret in purgatoꝛio quouſqꝫ coꝛpus eius ſepultum eſſet. Quo audito defunctꝰ exclamauit ita hoꝛribiliter q̃d vox eius audita eſt per totã abbatiã dicẽs. O ſine mĩa pꝛecepiſti me tantũ moꝛari in purgatoꝛio.

¶ Paſcaſius fuit iuẽtus in purgatoꝛio: tñ choꝛuſcat miraculis. ¶ Exemplũ. xciij.

Paſcaſius aplice ſedis diaconꝰ cuiꝰ libri rectiſſime de ſpũſãcto ſcripti huc ſupſunt vir mire ſctitatis: cultoꝛ pauperũ cõtẽptoꝛ ſui in cõtẽtione eaqꝫ fuit inter Symachũ ⁊ Laurẽ. in ſua mẽte ipm̃ Lau. epoꝛum iudicio refutatũ ad põtificatus oꝛdinẽ elegit in ſua ſentẽtia contrarius ipſi aſſiſtẽdo vſqꝫ ad diẽ exitus ſui perſeuerãs. Cũqꝫ defunctus eſſet quidam demoniacus dalmaticaꝫ feretro ſuo ſuppoſitã tangẽs curatꝰ eſt. Cũ aũt poſt multum tpis germanus capuanus eps pro medicina coꝛpoꝛis in angularibꝰ thermis lauari iuſſus fuiſſet ingreſſus paſcaſiũ ſtantẽ in maximis caloꝛibus inuenit. Cũqꝫ requiritus de tãto viro quid ibi faceret q̃reret: rñdit q̃ pro nullo alio: niſi qꝛ in partẽ Laurẽtij cõtra Symachũ ſenſiſſet q̃ſo intercede pro me: ⁊ tunc te exauditum ſcias ſi rediens hic me non inueneris: oꝛauit rediẽs non inuenit. Qui ergo ignoꝛanter peccans per eleemoſynas obtinuit veniã: tũc cum per ſe operari nõ poſſet. hec Gre. in lib. iiij. dialo.

¶ De ſuffragijs animarũ.

¶ Una die. xv. milia animarũ ſunt a purgatoꝛio liberate.

¶ Exemplũ. xciiij.

Pꝛioꝛ q̃dam de oꝛdine pꝛedicatoꝛũ cũ in die animarũ deberet p̃dicare de aĩabus: qꝛ magnus ⁊ deuotus pꝛedicatoꝛ erat nocte illa tarde doꝛmitum iuit forte cogitauerat de pꝛedicatiõe fienda ⁊ vidit vnũ fratrẽ moꝛtuũ ſibi apparentẽ: cui dixit. Nonne tu es frater ille q̃ eſt moꝛtuus? Rñdit ille. Ita ego ſum. Et quid habes agere? Rñdit. Ego venio ad vos: quia debetis hodie p̃dicare de moꝛtuis: ad hoc inducatis pplm̃ q̃ hodie deuotius ſe habeat ad defunctos: qꝛ deꝰ hodie magnam mĩam eſt facturus ꝓpter ſuffragia hodierna. Exibũt eñi hodie de purgatoꝛio. xv. milia animarum ⁊ hãc viſionẽ pꝛioꝛ in publico coꝛam omni populo enarrauit.

¶ Anime petierunt ſuffragia a quadã virgine.

¶ Exemplum. xcv.

Uirgo quedã deuota cũ ſemel oꝛaret vidit infinitã multitudinẽ manuum directaꝝ ad eã cõiunctaruꝫ adinuicem admodũ depꝛecantiũ. Sequẽti die cũ ipſa tranſiret per cemiteriũ vidit eaſdẽ manus ab imo aſcendere: quaſi vellent eã detinere. Ad quã viſionẽ perterrita fugit ad eccleſiã rogans dñm vt intimaret ſibi q̃d hoc vellet eſſe. Tũc dictũ eſt ei q̃ erant anime in purgatoꝛio exiſtentes q̃ oꝛationes ꝑpetebant in q̃bus multum recipiebant beneficium.

¶ Anima quedã per ſeptem dies caruit viſione dei. ¶ Exemplũ. xcvj.

Iuuenis quidã monachus Guil. nomine defunctus q̃ purus venit ad oꝛdinẽm. Cõpleto itaqꝫ anno ꝓbationis ſequenti die cepit infirmari: ⁊c poſt paucos dies defunctus eſt. Qui ſtatim cuidam monacho apparens dixit ſe eſſe in penis. de quo v̾bo cũ ille territus fieret ⁊ diceret: ſi tu es in penis q̃ nunq̃ꝫ peccaſti q̃d erit de me pctõꝛe? Sed conſolans eum defunctus ait. Noli flere: qꝛ nullã aliã penã patioꝛ niſi qꝛ nondũ vidi deũ ipſam dilationem glĩe penã reputans: nec immerito: qꝛ ſpes q̃ differtꝛ affligit aĩaꝫ: ⁊ adiecit. O q̃ꝫ pꝛeclaꝝ erit q̃ ſtatim veniet añ deũ: et petiuit ſibi oꝛones fieri a ꝯuentu ⁊ collectam de. ſ. Michaele archangelo. mane igitur viſionẽ recitauit abbati Ipe de eodeꝫ archangelo celebꝛauit pſalmũ in ca. Quẽadmodũ deſiderat ſeruus ad fontes aquarum per ſeptẽ dies iniungẽs. Poſtmoduꝫ pꝛioꝛe in choꝛo modicũ doꝛmiente eundeꝫ Guilhelmũ ſub pallio beate Marie virginis ſtare vidit leta voce dicẽtẽ. Ergo amodo liberatus ſum. Poſt hoc p̃dicto monacho apparens teſtatus eſt tm̃ ſeptẽ diebus ſe fuiſſe in purgatoꝛio. i. carentia viſionis diuine. Multa illi de ſtatu quoꝛũdam monachoꝛum ⁊ amicoꝛũ reuelans.

¶ Mulier q̃dam fleuit ſuper filiuꝫ defunctum inconſolabiliter.

Exemplum. xcvij.

Mulier q̃dam filium pꝛimogenitũ habuit bone indolis: inſignem ⁊ pꝛecipuũ decoꝛe. Quo moꝛtuo incõſolabiliter doluit ⁊ fleuit amare: ⁊ ei apparuerunt in via quadã multi pueri vt viſum eſt ei cum ingenti gaudio gaudẽtes. Cũqꝫ memoꝛ filij ſui cũ inter illos nõ eſſe videretur ⁊ fleret ecce poſt alios filium lento gradu ſubſequentẽ agnouit: cui mater cũ graui clamoꝛe dixit. ⁊ q̃d eſt fili q̃ ſolus ⁊ nõ cum alijs gradieris ꝛ retardas? Cui ille in toga laterali magnuꝫ aque pondus oſtendẽs. Ecce inquit mater lachꝛyme q̃s pro me inaniter effudiſti: quarum pondere ab alioꝛum pꝛoſecutione retardoꝛ. Ad deum ergo lachꝛymas commutabis ⁊ in p̃ſentia coꝛpoꝛis chꝛiſti eleemoſynas pauperum pro me coꝛ pium ⁊ deuotum effundas ⁊ tunc liberaboꝛ a pena qua crucioꝛ.

¶ Mater quedam in quinqꝫ annis liberauit filium ſuum a purgatoꝛio.

¶ Exemplum. xcviij.

T T

IUuenis quidā diſſolutus leui langnore decubuit. Rogatu ergo matris lābertus preſbyter leproſorū vir pius ⁊ zelator maxim⁹ animarū venit ad iuuenē eum ad confeſſionē pctõꝝ et ad penitentiā ſedule inuitauit: qui mox in multa cõtritione cõfeſſus eſt ⁊ non multū poſt hoc mortuus eſt mater pro eo continuauit ieiunia vſqꝫ ad quinqꝫ annos irremediabilib⁹ lachrymis protelauit. Ergo vt ipſum tp̄s expletū eſt die quadã dñica dictus Lāber. preſbyter mortuus eſt ⁊ ſepultus. Sequēti aūt quinta feria p̄dictus iuuenis manifeſte apparuit ſue matri di. Ecce nūc mater chariſſima adiutorio tuo ad requiem tranſibo a grauiſſimis penis quas pertuli pro peccatis ⁊ ibit mecū dñs Lāber. preſbyter qui me ad cõfeſſionē et ad cognitionē pctõꝝ meorū ſalubriter prouocauit ꝑ quo ⁊ alijs multis quos ad penitentiā ſalutis adduxit in multa mercede cumulabitur premiorum.

¶ Filij debent ſubuenire animabus parentum. ¶ Exemplum. xcix.

REtulit quidā ſacerdos de ſeipſo dicens. Quod ſi quādoqꝫ pro anima patris ſui orare diſtuliſſet alias impeditus ipſe pater ſibi apparebit in ſomnis manibus oſtenſis plagis plurib⁹ vulneratus ⁊ quare filius patrem nõ iuuaret ſeueriter arguebat.

¶ Uxor quedam liberauit animam mariti ſui de purgatorio. ¶ Exemplum. c.

MAritus cuiuſdā mulieris defunct⁹ eſt qui ſatis ſecularis fuit ⁊ malā vitam duxit. Attamē in extremis vere cõtritus eſt: fideliter animā ſuā vxori ſue cõmendauit. Juxta cuius ſepulchruꝫ vxor ipſius domiciliū ſibi fieri fecit in quo ſe includēs eleemoſynis: ieiunijs: orationibus: die noctuqꝫ deum pro anima viri ſui placare ſtuduit. annis vero ſeptē cõpletis illi apparens in veſte ſemiclara grās egit di. Reddat tibi dñs mercedē: qꝛ propter tuos labores erut⁹ ſum de penis maximis purgatorij ꝙ ſi ſeptē alijs annis continuaueris ex toto liberabor. Quod cū illa feciſſet iterū ei facie iocūda apparens: ait. Gratias ago deo ⁊ tibi: qꝛ hodie liberatus ſum ⁊ ad celos vado.

¶ Quidam aſſumpſit pro ſocio ſuo penitentiam. ¶ Exemplum. ci.

ERant duo ſocij fideles. Cūqꝫ alter grauiter peccaſſet ſocius ſuus iuit cum eo Romā ⁊ data eſt ei triēnis penitētia qua aſſumpta incurrit grauē infirmitatē. Et cum eſſet deſolatus grauiter eo ꝙ non impleuiſſet penitentiā promiſit ei ſocius vt faceret eam pro eo. Cum autē ipſo mortuo eā perageret in fine primi anni apparuit ei defunct⁹ in tertia parte corporis albiſſimus ⁊ in duab⁹ niger admodū picis. In fine vero ſecūdi anni apparuit ei in duabus partib⁹ albiſſimus. In fine vero tertij anni apparuit ei totus albus gratias ei referēs de ſua liberatione.

¶ Filius quidā ſeptēnem penitentiā egit pro matre. ¶ Exemplum. cij.

QUedam mulier per incantationes aduocauit diabolū: petens vt ditaret eā. cui diabolus. Si tria feceris ſcꝫ in eccleſia orantes impedias ⁊ pauperes in die hoſpitio recipias ⁊ nocte expellas ⁊ bonos viros in domo tua peccare facias: ⁊ cum illa promiſiſſet diues facta eſt. Statim autem ſimulās implebat ſolicite quod diabolo promiſerat. Tādē infirmata eſt: ⁊ cū eam ipſius filius qui bon⁹ iuuenis erat ad penitētiā hortaret̄ illa narrās ei que diabolo ꝓmiſerat penitentiā renuebat. Tandē ad filij verba cõpuncta cepit flere petēs vt ſubito pro ſacerdote mitteretur. Sed anteqꝫ ſacerdos venit diabolus vetulā iugulauit: filius pro matre que ab ea audierat cõfeſſus eſt ⁊ penitentiā ſeptēnem pro ea aſſumpſit. Penitētia peracta mater ei apparēs dixit. Dum me diabol⁹ ſtrāgulaſſet ad iudiciū deducta ſum ⁊ me pro ſceleribus ⁊ maxime pro hypocriſi accuſabat: ſed cõpunctio quā habui ⁊ voluntas me cauendi liberauit me a dānatione ſed a penis in quibus fui poſita per tuam penitētiam ſum liberata: ⁊ hodie tibi gratias reddēs ibo ad gloriam eternam.

¶ Qui aſſumpſit partē penitētie alterius quō punitus eſt. ¶ Exēplū. ciij.

MOnachus quidā multis pctõꝝ nexib⁹ irretitus magnā ſibi iniūctam penitentiā a quodā fratre ſibi familiari petijt partē penitētie pro eo implere. Quod deuote ſuſcipiēs precepit iſtū pro parte illa fore ſecurū qui ſic obligatus de penitētia non multū poſt mortuus eſt. Cū autē fuerat bone vite inter fratres poſtmodū apparuit cuidā monacho: ⁊ requiſitus quomodo ſe haberet: reſpõdit male ⁊ dure: ⁊ hoc ſolūmodo propter tuam penitentiā quam pro te ſuſcepi. Nā liber a proprijs meriticulis tuis innodaui. Uade itaqꝫ ⁊ deprecare cõuentū vt ſuffragia q̄ pro te promiſi perſoluāt. Quod cum factū fuiſſet ille rurſum eidē monacho apparēs indicauit fratrū ſe orationibus liberatum ad gloriam ⁊ laudem ſaluatoris.

¶ Sumptio euchariſtie delet purgatoriū. ¶ Exemplum. ciiij.

SAcramentū euchariſtie penas purgatorij minuit. Unde legitur quod duo religioſi ſe mutuo diligētes: alter eorum ſine viatico deceſſit: pro quo orans poſt matutinas vidit circa corporis chriſti cuſtodiā volitatam vmbrā paruam quam virtute ſacramēti illius adiurādo cõſtrinxit q̄d ibi ſtaret: reſpõdit. Ego ſum anima ſocij tui ⁊ meum affectū ad hoc ſacramentū ſumendū ſic oſtendo quo tamē in morte carui. Cui ille. Ergo optimū eſt hoc ſacramēto muniri decedentē. Reſpondit anima. Nequaqꝫ tibi explicare valeo digne communicantibus quante pene remittuntur.

¶ Quidam per tres miſſas fuit liberatus a purgatorio. ¶ Exemplum. cv.

ADoleſcens quidā in clareualle receptus in cõuerſum factū eſt opilio ouium. Qui oues paſcens in agro apparuit ei conſobrinus ſuus nuper defunctus. Quem interrogās vnde veniret: reſpõdit ei. Mortuus ſum ⁊ penis maximis torqueor. Et conuerſus. Poteris ne iuuari? Et ille. Si potero habere tres miſſas in ordine tuo mox liberabor. Mox conuerſus ad monaſteriū feſtinans quid viderit ⁊ audierit priori indicauit. Cui prior gratāter reſpondit. Ego vnam celebrabo alias duobus ſacerdotibus iniungā. Dictis autem miſſis iterum ille apparens cõuerſo: gratias egit dicens. Beneficio miſſarū ſaluatus ſum. Nec mirari debes ſi tantum valet dominici corporis immolatio: cum quibuſdam animabus ad liberationem proſit breuis verborū abſolutio. Hec Ceſarius.

¶ Sacerdos quidā quotidie celebrauit pro defunctis. ¶ Exemplum. cvj.

QUidam epiſcopus ſuſpēdit quēdam ſacerdotē pro eo ꝙ qualibet die celebraret pro defunctis miſſam. Cum aūt in quodam feſto eundo ad matutinas tranſiret epiſcopus per cimiteriū viſum ſibi eſt ꝙ mortui inſurgerēt contra illum ſub forma officij quod quiſqꝫ viuens habuerat: comminātes ⁊ dicentes. Ecce epiſcop⁹ qui nobis abſtulit ſacerdotem noſtrum: nec ipſe pro nobis celebrat: ſed niſi ipſe emendauerit morieī. Ad quod ille territus poſtmodum ſacerdotem abſoluit ⁊ miſſas pro defunctis celebrauit ſepius.

¶ Dux quidam fecit multa ſuffragia fieri pro animabus.

¶ Exemplum. cvij.

DUx magnus ⁊ glorioſus ad predicationem cuiuſdam fratris predicatorū correptus: cepit ablata reſtituere eleemoſynas magnas dare: capellanos ſtatuere qui pro cruciatis in purgatorio miſſas celebrarent. Que ſui miniſtrales nobiles videntes ipſum contempſerunt: ⁊ moti inuidia coniurantes abierunt quendam regem hoſtem eius dicentes. Nunc tempus aduenit vt de noſtro conſilio et adiutorio de hoſte veſtro duce triumphetis: ipſe enim ſolum falſis clericorum fabulis deditus ſua expendit cuꝫ eis: nulli ſuorum nobilium impendit honorem. Exhylaratus rex ſtatim mandat duci bellum die tali. Territus itaqꝫ dux miniſtrales ſuos alloquitur: qui vno animo auxilium ei negauerunt: dicentes. Uocate clericos quibus ſolum credidiſtis. Dux igitur in domino confiſus cum paucis in caſtro ſe forti concluſit de celo expectans auxilium. Igitur ſolus conſpiciens contra viam hoſtium vidit innumerabilem exercitum albatorum in equis

albis ⁊ clipeis aureis: rubea cruce ſignatꝫ ſibi aduenientẽ. Exiẽs ad eos curuatis genibus eos recepit. Et vnus ex illis leuauit eum dicens. Ne timeas fideliſſime princeps aſſunt tibi adiutorio quos de purgatorio liberaſti. Aderunt ⁊ plures ꝙ interim vſqꝫ ad predictũ diẽ liberabunt moxqꝫ viſio diſparuit. Inſtante ergo die rex cũ multitudine armatorũ fidenter mori ad caſtrũ venerunt. Cui obuiã exijt dux in dño cõfidẽs ⁊ ſtatim facta eſt cum eo tanta multitudo celeſtis exercitus ꝙ turba regis nulla videbatur. Igitur rex cũ ſuis proiectis armis reddiderunt ſe veniam deprecantes. Dux aũt pijſſimus erat parcẽs eis: ⁊ ſtatim diſparuit exercitus diuinus. Quod videntes hoſtes glorificabant deum cum illis.

¶ Hugo quõ diſciplinatꝰ eſt poſt mortẽ.

¶ Exemplum .cviij.

Hugo de ſancto victore ad extrema veniens a quodaꝫ canonico ſui ordinis ꝙ eum in vita valde dilexerat adiuratus eſt ꝙ ei poſt obitũ ſuuꝫ appareret. Et libenter inqt ſi hoc deus ꝑmiſerit. Et ſic Hugo defunctus eſt nec multo poſt redijt ad ſocium. Tũc ille quõ tibi inquit dilectiſſime eſt? At ille. Bñ nunc eſt mihi: ſed oportuit accipere poſt cõpletoriũ diſciplinas vix vnus demonũ in inferno remanſit ꝙ non mihi ictũ validũ dederit ad purgatorium tranſeundi. Hec Guil.

¶ Joannes euangeliſta liberauit animã a purgatorio.

¶ Exemplum .cix.

Sacerdos ꝗdam ad ordinẽ ſe tranſtulit regularem. Hic .b. Joã. apoſtolum ⁊ euangeliſtam feruenter dilexit. Poſt mortẽ illius canonico ſuo in viſione viſuꝫ eſt ꝙ idẽ .b. Joã. euãgeliſta acceſſit ad glorioſam ꝟginẽ Mariam rogãs eã ſuppliciter di. Ecce aĩa amici noſtri torquetur in penis purgatorij venias obſecro ⁊ libera eam. nec mora beata ꝟgo ⁊ .b. Jo. ad purgatorium deſcendẽtes aĩam liberauerunt ⁊ añ conſpectum dñi noſtri ieſu chriſti perduxerunt.

¶ Petrus apoſtolus liberauit animaꝫ de purgatorio.

¶ Eexmplum .cx.

Mulier quedã valde dilexit .b. Petrũ apoſtolum ꝙ ẽt in vita ſua ſatis mundana fuit. Poſt obitum eius vna perſona deuote fideliter orauit ꝓ ea. Cui apparuit .b. Petrus dicens eã eſſe in calore ignis propter complacentiam ⁊ varietatem veſtiũ. ſcðo dixit eã eſſe in fame ⁊ ſiti ꝓpter delitias corporis: ⁊ ciborum. Tertio dixit eſſe in maximo frigore: q: filios ⁊ familiam ſuã nõ bene rexit ⁊ adiecit. Ego impetraui ei in extremis veram cõtritionẽ ⁊ peccatoꝝ indulgentiã propter ſeruitia mihi exhibita. ⁊ ego iuuabo eam vt in breui tẽpore liberet a penis purgatorij. Ergo dicitur Job .v. ad aliquẽ ſanctorum conuertere.

¶ Undecim milia ꝟginum liberauerunt animam de purgatorio.

¶ Exemplum .cxj.

Erat quedam puella que graui infirmitate fuit detenta: et ſic eſt defuncta. Cũqꝫ ab hora diei tertia vſque ad veſperas mortua iacuiſſet reuixit ſubito ⁊ erexit ſe conuerſataqꝫ oĩbus ꝙ pñtes erãt dixit. ꝟginalẽ illũ exercitũ .xj. milium ꝟginum viuẽs quotidie ſuꝫ venerata eaꝝ precibus: nũc a purgatorio liberata: ⁊ ob hoc ad vitã redire cõpulſa ſum oĩbꝰ earũ memoriam digne hñtibus ſuffragia ipſaꝝ nunciarem dũmodo de vita tales exeant ꝗbus ſuffragia valere pñt. In huius teſtimonium reddo ſpm̃ iterato: nec mora ſicut dixit fecit. Hec Guil.

¶ In diſcipulo de tẽpore.

¶ Anima potius vellet hic centum annis cum corpore durã penitentiam agere quã in purgatorio per vnũ diem ardere. hoc quere ſer. cxl. R.

¶ Itẽ religioſus apparuit aduocato ⁊ dixit ſe eẽ in maximis penis. Nã ſi oĩa ligna mundi arderent nihil eſſet reſpectu ignis purgatorij. ibidem ſer. cxxviij. M.

¶ Iteꝫ puer .ix. annorum ꝙ accõmodauit denarios a familia: quomõ in purgatorio punitus eſt. Hoc quere ſer. ciiij. I.

¶ Itẽ ꝙ elegit duos dies eẽ in purgatorio potiꝰ ꝙ̃ hic infirmari ꝑ bieniũ. ſ. cxxxiiij. x.

Exempla de .P.

¶ Item nobilis quidã manſit fabro debitor ⁊ apparuit famulo ſuo deuoto habẽs babata ignita in manibus ⁊ pedibus. ſermo. clx. I.

¶ Item ſacerdos quidã dixit ſi lacꝰ eſſet plenus igne: tunc vellet in eo eſſe vſqꝫ ad finẽ mũdi vt eſſet certus vt nõ intraret purgatorium nec infernũ. quere ſer. clj. L.

¶ Item quidã vidit penas purgatorij: ⁊ poſtmodũ nunqꝫ riſit. ſer. clij. U.

¶ Itẽ mulier reuocata de purgatorio quomodo hic penitẽtiã egit in nuce: in glacie: in igne ⁊ dixit nihil eſſe reſpectu pene purgatorij. ſermo. clij. U.

¶ Itẽ frater ꝗdã vinũ nõ limphauit: ⁊ ꝓpterea punitꝰ eſt in purgatorio. ſer. clx. D.

¶ Item ſoror Coſme ⁊ Damiani que audiuit chorizãtes cantare cum quadã lenitate ⁊ dulcedine ꝓpterea per .xv. dies fuit deputata ad purgatoriũ. ſer. xxxvij. U.

¶ Item frater quidã per .vij. dies fuit punitus in purgatorio propter verba ſolatioſa ⁊ recreationis. ſer. clx. E.

¶ Item frater quidã cõpaſſus conſanguineis ſuis in agone: ⁊ propterea punitꝰ eſt in purgatorio. quere ſer. clx. E.

¶ Itẽ quidã prouincialis liberauit fratrẽ cardinalẽ ꝑ vnã miſſam. quere ſer. clvj. F.

¶ Item nobilis quidã miſit filiũ ſuuꝫ ad papã cognatũ ſuum: ⁊ .xxx. anñ. debuiſſet eſſe in purgatorio ⁊ papa per vnã miſſaꝫ liberauit eum. ſermo. clx. L.

¶ Item quidã frater celebrãdo pro fratre defuncto dixit. Si ſoldano tãdiu ſeruiuiſſem ⁊c. ⁊ ſic liberauit per vnam miſſam fratrem qui .xv. annis debuit eſſe in purgatorio. ſermo. clv. R.

¶ Item de duobus fratribꝰ quorũ vnus immediate celebrauit vnã miſſam poſt obitũ illius: ⁊ ipſe apparuit ſibi dicẽs ſe quaſi per .xx. annos arſiſſe. quere ſer. clix. C.

¶ Itẽ anima quedã apparuit ⁊ dixit ſe deputatã ad purgatoriũ vſqꝫ ad diẽ iudicij niſi iuuaretur per ſuffragia viuorũ. ſer. clx.

¶ Item qui equũ auunculi non vendidit quõ diaboli rapiebant eum. ſer. clx. P.

¶ Item qui recepit veſtem a peregrino ⁊ non orauit pro anima eius qualiter punitus eſt. ſermo. clx. Q.

¶ Item miles quidã viſus eſt in purgatorio: ſed ⁊ habuit auem in manu eum corrodentẽ: q: venationi nimium deditus erat. ſermo. xxij. Z.

¶ Item due anime quarum vna fuit leta altera vero triſtis. ſermo. clx. F.

¶ Item quidã orauit .xxxij. an. pro anima patris ⁊ nihil profuit illi: q: ipſe filꝰ ſemper fuit in peccato mortali. ſer. xcij. O.

¶ Item nobilis quidã fuit liberatus de purgatorio per tres miſſas. ſer. clvj. F.

¶ Penitentia.

¶ Penitentia ſancti Petri apoſtoli.

¶ Exemplum .cxij.

Clemens papa narrat in itinerario ꝙ ſctũs Pet. propter memoriã ſui pcti trine negationis cõſueuerat ſemper media nocte vel ante ſurgere quaſi in hora in qua peccauerat: ⁊ lachrymis miſerabiliter ſe perfundebat. ⁊ ſimiliter cuꝫ audiebat gallos cantare. Ita etiã debent vere penitentes facere.

¶ Quidam petiuit breuem penitentiam.

¶ Exemplum .cxiij.

Quidã petiuit a quodã viro dei dari ſibi penitentiã ſalutarẽ: ſed breuem. qui directus ad vallẽ vicinã qui a cuſtode vallis ductus eſt ⁊ raptus. Poſtea fleuit terribiliter: vnde ad virũ dei redijt quo ire precipit liber quo vellet: cui peccator. abſit domine. Nã a cuſtode vallis deductus penas inenarrabiles vidi vbi ſemimortuus hoc audiui ꝙ propter delicias vanitatũ quidam eorũ bulliente plũbo potantur: quidam mediũ ſecũtur: quidam cathenis igneis recluduntur.

¶ Quidã niſi vnum pater noſter volebat recipere pro penitẽtia. ¶ Exemplũ .cxiiij.

Peccator quidã magnus cũ pro peccatis ſuis nullam condignã vellet agere penitentiã vel ſuſcipere: ait confeſſor. Potes autem vnã orationẽ dñicam pro peccatis tuis ſingulis diebꝰ dicere? Reſpõdit poſſum ⁊ iniunxit ei vnũ pater noſter. Ita aũt ei eadem oratio incepit dulceſcere vt rediẽs amplius peteret quouſqꝫ ad condignã penitentiã perueniret.

¶ Deus ſemper paratus eſt recipere peccatorẽ ad penitentiã. ¶ Exemplũ .cxv.

SEnior quidã interrogatus a quodam militãte ſi deus reciperet penitentem eũ. Qui cum pluribꝰ edificaſſet ſermonibꝰ: poſtremo ait ad eum. Dic mihi dilectiſſie ſi chlamys tua ꝯſciſſa fuerit proijcis eã ſtatim abs te. Qui rñdit. Non: ſed reſartiens vtor ea: dixit ad eum ſenior. Si ergo tu parcis ꝓprio veſtimẽto. quare deus ſue imagini nõ indulgeret.

¶ Demones impediunt penitentes.

¶ Exemplum. cxvi.

ERat quidã miles ꝑpetrator multorũ ſcelerum. Hic ad inſtantiam ſue deuote vxoris acceſſit ad quẽdam epm ⁊ ſibi oĩa peccata ſua confeſſus eſt. Sed cũ daret ei eps penitentiã et ille nihil recipere vellet dicens qđ nec ieiunare: nec orare poſſet. iniunxit ei pro peccatis ſuis vt vna nocte clauſus in eccleſia teneret ſilentium: donec ipſe ad eũ cum ſigno crucis intraret. Qui aſſumpſit penitẽtiã: ⁊ facta ſuper eũ oratione: eps claudẽs eũ acceſſit. adeſt diabolus ⁊ ei tãq̃ mercator pãnos varijs coloribꝰ ad emendũ exhibet ⁊ gratis multa dare ꝓmittit ſi ei per nemus ſaluũ conductũ preberet. Ille tacuit. Poſtea formans ſe in ſpẽm cognati ſui eccleſiam intrauit: clamãs ꝙ inimicus talis venit. ⁊ domum cũ pueris accẽdit. Ille videns lucere ignem tñ tacuit. Itẽ in perſonam filij ſui iunioris ſe trãſformans. Eya (inquit) pater quid agit inimicus? en tota domus cõbuſta eſt: ⁊ famulia occiſa eſt: et inimicus hic ſtat: quẽ optime occidere poſſumus. Sed cũ ille iterũ taceret: dixit: et ſi me iuuare non vis: ego ipſe me vita mea priuabo: ⁊ exijt. Miles aũt ſtabat immobilis. poſtremo multitudo demonũ in ſpecie ferarũ irruentiũ grauiter eũ verberauerunt. Et ille cũ ſilentio ſtetit imperterritus. Mane veniens eps cum ſigno crucis deduxit eũ de eccleſia. Et dũ quereret vbi vxor eius ⁊ filij iacerẽt occiſi: dixit eps qđ oẽs bene valerẽt. Et miles ait. Ego audiui clamorẽ ⁊ ſtrepitũ armatorũ: ⁊ vidi ignẽ. Ecce filij eius veniebãt: ⁊ cognoſcẽs illuſionem demonum miles ait. Dñe rogo te da mihi penitentiam: qꝛ paratus ſum oĩa facere ne intrẽ in tentationẽ ⁊ manus demonum. Et ſuſcepta penitẽtia: factus eſt bonus homo ⁊ tandem quieuit in pace in domino.

¶ Quidã aſſumpſit penitentiã ſolũ timore mortis. ¶ Exemplum. cxvij.

CAnonicus quidã eccleſie pariſieñ. vir iuuenis delicatꝰ peccatis gule: luxurieqȝ laxãs habenas: multorũ etiam aliorũ peccatorũ immũdicijs inquinatus. Tandẽ tactus infirmitate timore mortis cõfeſſionẽ fecit. peccata deteſtatus eſt emẽdationẽ promiſit: viaticum accepit: inunctus eſt oleo: ⁊ ſic vitam finiuit. Cuius corpus (vtpote viri nobilis ⁊ diuitis) cũ magna pompa ſecularis glorie tumulatum eſt. Eratqȝ illa die ſerenitas magna vt etiã eius obſequijs aer famulari videret. dixerũtqȝ hoies adinuicẽ. Multa bona deus huic homini preſtitit: nihilqȝ ei defuit horũ que xp̃ianus dꝫ habere in morte dñicis ſacramẽtis munitus eſt: aer in eius morte ſerenatus eſt et cũ multa gloria ſepultꝰ eſt. Poſt paucos dies cuidam familiari ſuo ſe oſtẽdit dicens ſe dãnatum eſſe. Cũqȝ miraretur ille cõfeſſionem: ſacramẽti cõionem et inunctionẽ commemorans rñdit defunctus. Unũ bonum defuit mihi ſine quo nullũ bonum ꝙ memoratum eſt prodeſſe mihi potuit. Quid eſt hoc inquit? Rñdit. Uera cõtritio. Licet eñ promiſerim confeſſori amplius velle abſtinere a peccatis: et alia q̃ ſalutis ſunt tñ dixit mihi conſcientia: ꝙ ſi cõualueris obſeruare nõ poteris ꝙ promittis. Et qꝛ cor magis declinabat ad trãſgreſſionem q̃ ad voti obſeruationem propterea nullius peccati merui remiſſionem.

¶ Euchariſtia dat gratiam abſtinẽdi a peccatis. ¶ Exemplum. cxviij.

IN ciuitate remenſi miles quidã cõſobrinã ſuam cõcubinam habebat cui tñ conglutinatus fuit amore: vt nec admonitione nec excõmunicatiõe: nec aliqua humana verecũdia ab ea vellet ſeparari. Tandẽ tactus infirmitate: et timore mortis vocauit ſacerdotẽ: cui cum lachrymis confeſſus eſt. Quẽ cum ſacerdos moneret vt tam illicitam cõmixtionẽ abnegaret ⁊ illam ꝑſonam a ſe amoueret reſpon. Dñe non poſſum. Milite itaqȝ in ſua obſtinatione perſeuerante: ſacerdos receſſit cũ corpore dñi noſtri Jeſu xp̃i: qđ ſecum ad cõicandũ militem portauerat. Exeunti aũt de domo ſacerdoti occurrit beatus Bern. interrogans cũ quare infirmum non cõicaſſet cauſam intelligens ait ſacerdoti reuertere mecum ad infirmum. Cũqȝ reuerſi eſſent vir ſanctus militi iam morituro ea que ſalutis erant ſuaſit. Ille cũ (preter iam dictã) omnibus obedientiã ſponderet: ait vir ſanctus. Nũquid doles ꝙ nõ potes habere voluntatẽ reſiſtendi? At ille dixit. Domine valde doleo me de hoc nõ poſſe dolere. Quo audito abbas ait ſacerdoti vt corpus dñi daret infirmo. Mira res. ſtatim vt ſaluator intrauit ſalus facta eſt huic domui. Ab illa eñ hora perfecte odire cepit quam antea illicite amauerat. Ait autem. Gratias ago deo qui me liberauit: qꝛ modo diabolũ libentius viderem q̃ illam. Sicqȝ in bona confeſſione ⁊ vera cõtritione migrauit ad dominum. Hec Ceſa.

¶ Quidam noluit penitere dum potuit.

¶ Exemplum. cxix.

ERat quidã vſurarius quẽ frequenter monebat ſacerdos ad penitẽtiam. et ille dicebat ſemper. Bene adhuc faciam: qꝛ adhuc ſatis eſt de tẽpore. Factum eſt aũt vt infirmaretur: ⁊ cum idem diceret raptus eſt: ⁊ cũ rediret clamauit dicens. O penitentia vbi es decetero penitentiam agere nõ valeo iuſto dei iudicio: qꝛ dũ potui penitere nolui. Et hec dicens mortuus eſt.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Duo ſocij quorũ vnus in agone fleuit ⁊ penitentiã egit ⁊ cõicauit: ſed ſolũmodo ex timore mortis. hoc quere ſer. xlvj. B.

¶ Perſeuerantia.

¶ Chriſtus retinuit fratrẽ in ordine.

¶ Exemplum. cxx.

FRater quidã ordinis minorũ bonus ⁊ deuotus: paſſionatus fuit tentatione exeundi ad ſeculum. Cumqȝ ordinaſſet ſe ⁊ ad exitum intrauit chorũ et proſtrauit ſe ante altare vbi erat pixis cũ corpore dñi noſtri Jeſu xp̃i. Fecit reuerentiam ⁊ ſalutans beatã virginẽ Mariã ⁊ licentiando ſe a deo ⁊ matre eiꝰ benedicta. Cũqȝ ſic fuiſſet proſtratus: ecce apparuit pulcherrima virgo que accipiẽs pixidem aperuit illã: ⁊ mox pulcherrimus iuuenis egreſſus eſt de pixide: qui ſtabat ſuper altare. Tũc virgo illa dixit ad iuuenem. Dilecte fili mi: miſerere huic famulo meo. Cui iuuenis. Mater mea quid faciã ei? ipſe nõ vult manere mecum. Tunc iterum replicabat preces ad filiũ. At ille eleuata manu benedixit fratrem di. Ego eũ ſeruabo: ⁊ nunq̃ eũ derelinquã: his dictis iuuenis ille reuerſus eſt in pixidem: et diſparuit. His viſis frater cõfortatus ⁊ conſolatus eſt: ⁊ ceſſauit ab illo paſſio talis ⁊ factus eſt magis deuotus ⁊ perſeuerans. Hanc viſionem nunq̃ alicui reuelauit niſi in extremis ſuis.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Quadraginta viri propter fidem poſiti fuerunt in doliũ aque frigide: ⁊ vnus abnegauit fidem ⁊ paganus vidit angelum cũ corona econuerſo ad celũ volare. Hoc quere ſer. lxxiiij. M.

¶ Item iuuenis in eremo ad quẽ venit diabolus dicẽs patrem ſuũ eſſe mortuum. Et ſic exiuit eremum: ⁊ redijt ad ſeculum: et malo fine vitã finiuit. ſer. cxj. H.

¶ Precepta dei.

¶ Obliuio preceptorum dei.

¶ Exemplum. cxxij.

SAncti patres aliquãdo congregati prophetauerunt de vltima generatiõe: ex quibꝰ vnus precipuus nomine quirinus dixit. Nos quidẽ adhuc mandata dei impleuimus. Interrogauerunt eũ alij patres dicẽtes. Quid qui poſt nos facturi ſunt? At ille rñdẽs ait. Media forte cõplebunt precepta dei ⁊ incternum requirunt deũ. Dixerunt patres. Poſt hos qui venient quid facturi ſunt? reſpondens dixit. Homines generationis illius mãdatorum dei opera non habebunt: ⁊ precepta dei obliuiſcentur. Superabundabit autem tunc iniquitas et refrigeſcet charitas. Ueniet ideo ſuper eos magna tentatio: ⁊ qui inuenti fuerint in illa tentatio-

ne probati:⁊ nobis ⁊ patribꝰ noſtris meliores exiſtent:⁊ feliciores et probiores. Hoc in vitaſpatrum.

¶In diſcipulo de tẽpore.

¶Predeſtinatio.

¶Frater quidã (qui orauit ꝓ alio) fratre ⁊ vidit eũ de numero dãnandorum: et iſte frater multiplicauit bona opera ⁊ emẽdauit vitã:⁊ poſtea viſus eſt de numero ſaluandorum.hoc quere in diſcipulo de tpe. ſermo.lxxiiij.N.

¶Item lantgrauius qui multa mala cõmiſit.ſ.dicens.Si ſum predeſtinatus ⁊c.⁊ quomodo medicꝰ ſuus eũ reduxit ab illo errore.Hoc quere ſer.xciij.x.

¶Prelati.

¶Quidam electus fuit in epm:⁊ renuit.

¶Exemplum.cxxij.

Monachus quidã.clareualeñ.electꝰ eſt in epm quo renuente ſuſcipere:nec imperio abbatis ſui nec epi ſuſcepit ſʒ fortiter reſtitit.Nõ multo poſt defunctus eſt,⁊ cuidã familiari ſuo apparens,requiſitus de illa inobedientia ſi ei nocuiſſet:rñdit non.⁊ adiecit.Si epatum accepiſſem eternaliter dãnatus fuiſſem:⁊ ſubiunxit verbum terribile.Ad hoc inquit venit ſtatus eccleſie vt non ſit digna regi niſi a reprobis epis.hoc Arnoldus.

¶Epiſcopus malus quomodo iudicatus ⁊ punitus eſt. ¶Exemplũ.cxxiij.

Eſt ciuitas metropolis in ſaxonia meydeburg nõ cupata cui prefuit antiſtes q̃ veſanie deditus ⁊ ꝓuinciarum deuaſtator ⁊ ꝓprie eccleſie dilapidator exiſtẽs:⁊ rerũ temporaliũ inutilis diſtributor.Unde deus ops qui neminem perire deſiderat miſericorditer expectauit ſi aliqñ emendaret vitã ſuã.Sed ſegniter eo in malitia perſeuerante: mirabile verſa vice ipſe recepit iudiciũ peruerſe vite ſue non indignũ.Eſt etiã oppidũ a memorata ciuitate diſtãs:quaſi q̃tuor leucis iuxta deſcẽſum fluuij albie.Ad qḋ prefatus eps quadam die peruenit corpore quidem ſanus:ſed mente veſanus.In ipſa nãqꝫ nocte cũ decumberet lecto invltione diuina ſtrãgulatꝰ eſt a diabolo.mira res: ipſa itaqꝫ nocte cũ theſaurus maioris eccleſie in ſacrario decũberet in lecto:⁊ mẽbra ſopori dediſſet : vidit in ſomnis ante principale altare dñm ſedẽtem cũ beata virgine maria matre ſua et ſanctis aplis. affuit etiã ſepe dictus eps.Tandẽ ſubuenit ſanctus Mauricius eiuſdẽ eccleſie patronus quaſi vir ſtrẽnuus militari lorica indutus cauſa mouendi querimonias cõtra epm ſuũ qui reus erat petẽs ſibi dari aduocatũ.ſ.ſanctũ paulũ.Quo ſibi dato cõquerebatur de epo ꝙ eccleſia ſua ꝑ ipm rebus eſſet diſſipata ⁊ honore deſtituta.et paulus adiecit dicens.Oportet epm eſſe irreprehenſibilẽ.caſtũ non ꝓdigũ: ſobriũ modeſtũ ⁊c.que oĩa in eius epiſtola memorant̃.his auditis: petiuit etiã ſibi dari eps petrum ꝓ patrocinãte qui ſibi denegans dixit:cõtra paulum cõſodalem ſuũ ſibi nõ eſſe litigãdũ.quo denegãte petiuit beatã virginẽ mariam ꝓ ſe patrocinari:ſʒ ipſa quoqꝫ renuente petiuit per ſñiaʒ ſibi dari eã.Dixit ergo dñs ad beatã virginẽ mariam matrem ſuã.Mater promoueas verbũ tuũ.ait dña noſtra ad filiũ ſuũ.Obſecro te fili mi ne vrgeas me interpellare ꝓ eo.Atteſtor teipſum ꝙ multotiẽs interceſſione mea auerterim indignationẽ tuã ab eo:vt ſic aliqñ reſpiceret:ſʒ fruſtra laboraui.Iterato dñs ad matrẽ ſuã ait.Mater ego ſum miſericors ⁊ tu mater miſericordie miſerere indigẽti.Rñdit beata virgo maria verũ quidẽ eſt vt aſſeris:tu nõ ſolũ miſericors es ſed ⁊ iuſtus.Iſta paulo agẽte dixit dñs iuſtus iudex reddens vnicuiqꝫ iuxta opera ſua .ecce mauricꝰ dilecte mi eps tuus ſit in poteſtate tua ⁊ voluntate tua ſtatim arripiens eũ portauit in humeris ſuis ⁊ de pulpito in quo legit euãgeliũ precipitauit eũ ante altare ſancte crucis ⁊ cõfracte ſunt ceruices eius.Et ſtatim euigilans theſaurarius audiuit ſonitũ pulſantis ad fores eccleſie:cãpanarius q̃ iacebat in eccleſia ſurrexit ⁊ acceſſit ad eccl̃ie ianuam inquirẽs cãm ſonitus. Nuncius q̃dã aduenerat q̃ dixit ſe veniſſe de oppido ſupradicto ⁊ epm nunciauit defunctũ, hicqꝫ perpẽdi põt ꝙ eadẽ hora qñ ſanctꝰ mauricius eũ deiecit de pulpito fuiſſet defunctus.itaqꝫ nũcius ait vt cõpulſarentur



campane .his itaqꝫ dictis intellectis ille ſacriſta perrexit ad ſacrariũ intimãs theſaurario qḋ intellexerat ⁊ pulſabant̃ matutine poſtea pulſabant̃ campane ſicut moris eſt ad officiũ defuncti.hoc itaqꝫ facto occurrerũt plurimi ſciſcitãtes q̃ cauſa rei eſſet.Et cũ intellixiſſent mirabant̃ qḋ tam ſubitanea ⁊ improuiſa morte eps corum preuentus eſſet.Cũ aũt corpus de mane exanime deferret̃ inuentũ eſt collũ cõfractũ pelle integra ⁊ illeſa permanẽte. per iſtud exemplũ attendãt ⁊ caueãt oẽs eccleſiarũ prelati nec res que a fidelibus collate ſunt ⁊ ſanctis in eccleſiam vt deo ⁊ eius genitrici marie atqꝫ ipſis ſeruiatur tne mortaliter expendãt vel ꝯſanguineis tribuant vel alio mõ turpiter deuaſtent qꝛ ab eis vſqꝫ ad minimũ tota requiret̃ in diſtricto examine:⁊ dũ minus diſcrete expendant: eorum tpalia in vltimo pereant.

¶De Udone epiſcopo horribili.

¶Exemplum.cxxiiij.

Apud eandẽ ciuitatẽ meydeburgeñ.in ſaxonia contigit prodigiũ terribile nimis.Qḋ quẽadmoduʒ factũ ſit ſtylo veraci referã:vt innoteſcat omnibꝰ q̃ꝫ malũ ⁊ deteſtabile ſit in ſtatu prelationis turpiter viuere ⁊ patrimoniũ xp̃i male expendere ⁊ moniales deo dedicatas violare. In predicta igit̃ vrbe ſcholaris quidã Udo nõie liberalibꝰ literis inſidebat qui cũ eſſet duri ingenij et nihil omnino proficere poſſet q̃ꝫtũcunqꝫ a magiſtris ſuis verberibꝰ torqueretur. Quadã aũt vice poſt enormes plagas ſcholas exiens eccl̃iã ſancti mauricij intrauit ibiqꝫ cũ ingẽti deuotione proſternẽs ſe ⁊ regine celi clementiã ⁊ beati mauricij patrocinium ꝓ illuminatione ſui ingenij implorauit.hic in prece poſitus aliq̃ꝫtulũ obdormiuit cui ꝓtinus mater miſericordie apparẽs dixit.Audiui orationẽ tuam:⁊ ecce nõ ſolũ ſcientie munus tribuo:immo etiã poſt mortẽ archiepi qui nũc preeſt ad eccleſiam principis mei mauricij tue fidelitati cõmendaui.Quã ſi bene rexeris grãde premium conſequeris ſin aũt male in anima ⁊ corpore morieris.his dictis virgo maria diſparuit ⁊ iuuenis euigilãs more ſolito lectionẽ repetiuit.Cũqꝫ ad loquendum os appeririet:cepit diſputãdo omnes cõcludere ⁊ in omni ſcientia peritiſſimus apparere.Stupebant aũt oẽs qui cũ audierunt dicẽtes.Unde iſti tãta ſcientia eſt inſpirata nõne iſte eſt Udo q̃ heri macrabatur vt pecus et ecce hodie ꝓbatur eſſe phũs.Poſt bienniũ aũt archieps moriebatur ⁊ Udo a cũctis electus efficit̃ metropolitanus.cõfirmatus igit̃ ⁊ pallio decoratus aliquãdiu bene vixit. Et qꝛ honores mutant mores cepit proceſſu tp̃is cõſiliũ matris dei negligere et ꝓprie ſalutis immemor eſſe ⁊ volũtatibꝰ deſeruire ⁊ eccl̃ie facultates dilapidare.et nõ ſolũ feminas ſeculares ſed velatas violare.Inſuꝑ ꝙ deterius eſt abſqꝫ vllo timore ad oĩa flagitiorũ genera habenas laxare ſicqꝫ facta eſt vita eius omnibꝰ odioſa omnibuſqꝫ deteſtanda.Prochdolor cũ multorũ annorꝫ curricula memoratꝰ archieps aerem mũdumqꝫ totum ſuis ſceleribꝰ corrupiſſet.in quadã nocte quandã nigram abbatiſſam monialium de regali cenobio quod tunc. Hoſterholim nũc verovallis illorũ dicitur ordinis ciſtercieñ.ſecum in lecto haberet vocẽ audiuit in hec verba terribiliter intonantem.Fac finem ludo qꝛ luſiſti ſatis vdo.His auditis cachinis multis fictiliũ ſuſpicatur:et mane facto rurſum delitijs innoluitur factuſqꝫ durus vt lapis ad ꝓdigioſe vocis cõminationẽ minime compungitur. Sequẽti nocte vocẽ ſimilẽ audiens ⁊ paruipendẽs ſtultus ille vt ante in ſua malitia perdurauit. Nocte igitur tertia apud illã abbatiſſam accũbens cũ opꝰ nephandũ libidinoſe cõmotiõis exercuiſſet vox ſupradicta cauſa ingẽti fragore intonuit dicens.fac finem ludo ⁊c.Hac ergo audita vehementer ſtupefactus ingemuit aliquãtulum ſʒ nõ reſipuit.verũtamen dãnationi iam primus miſer ille coruinũ quidẽ cras ſepe cecinit ſʒ nequaq̃ꝫ ad lauachꝛũ penitentie ꝓperauit.mira dicturus ſum vera tñ: que ſi ſaxones apud quos geſta ſunt reticere vellent:elemẽta oĩa clamarent ſicut ſequẽtia manifeſtant. Poſt mẽſes ergo tres canonicus quidam metropolitane eccleſie Meydeburgenſis

Fredericus noīe multū venerabil' ⁊ maxi
me ſcītatis in quadā nocte in choro ſcti
mauricij exiſtens ⁊ orõni feruētius inſi-
ſtens deū pro ſancta vniuerſali eccleſia de
precabat̃ ⁊ maxime ꝓ ſua ſcꝫ pro metropo
litano vt cōditor eius iuſtus iudex. aut ci
tius morbidū caput vdonē archiepm̄ ꝑ in
teritū de medio tolleret: aut certe in me-
lius cōmutaret. verba pondus habuerunt
⁊ ecce protinus ſecuta eſt viſio nimis terri
bilis cunctis mortalibꝰ metuēda maxime
tñ eccleſiaꝝ rectoribꝰ q̄ gregē dñicum ſibi
cōmiſſum precedētes mal' exēplis inficien
tes precipitant̃ ſepiꝰ in infernū. vidit ita-
q; ꝙ ventus validus oēs eccl'ie lampades
pariter extinxit. Qui ꝓpt̃ hoc terrore ni-
mis correctꝰ loco adheſit ſteterūt com'e et
vox eſt faucibꝰ intercluſa. Tunc poſtmo-
dum venerunt duo iuuenes duos cereos
geſtātes ad altare procedētes hincinde iu
xta cornua altaris ſteterūt ac totā illā au
lam lumine repleuerunt. Poſt q̄s ingreſſi
ſunt alij duo quoꝝ vnus tapetia an̄ alta-
re decēter ſtrauit alter vō duas aureas ca
thedras deſuꝑ collocauit. poſt illos alter
quidā ſolus intrauit: q̄ velut pugil ſtren-
nuus incedebat euaginatū tenēs gladiū
⁊ ſtans in medio eccleſie valēter clama-
bat dicēs. O oēs ſcti quorū reliquie hic ha
bentur ſurgite venite ad iudiciū dei. his
auditis appruit maxima multitudo ⁊ pre-
fulgida vtriuſq; ſexus. Alij militari habi-
tu adornati. Alij etiā pontificibꝰ inſigniti
infulis. ⁊ hi oēs chorū intrauerūt ⁊ ſm or
dinē ad merita ſua hincinde ſe locauerūt.
tunc etiā apparuerūt duodecim viri glo-
rioſi in quoꝝ medio gradiebat̃ quidā ſole
ſplēdidior. regio diademate ⁊ ſceptro ad-
ornatꝰ: apl'i vō erāt ⁊ ieſus xp̄s rex celi et
terre. Quē mox vt viderunt deuote ado-
rauerūt ⁊ ſuꝑ cathedrā eū ſedere fecerūt
Affuit igit̃ regina celoꝝ luna ⁊ ſtellis luci-
dior quā clariſſima turba virginū ſeque-
batur. ſcti vō oēs dei m̃rem honorātes ge
niculariter ſuſceperunt. Cui xp̄s mox oc-
currēs: ⁊ manū eius apprehendens iuxta
ſe venerabiliter collocauit. ecce poſtremo
apparuit ſctūs mauricius dux glorioſus cū
ſua legione ſex milibꝰ ⁊ ſexcentis. lxvj. qui
vnanimiter ſe proſternētes adorauerunt
dñm ieſum xp̄m dicentes. O equiſſime iu-
dex ⁊ cōditor ſeculorū da iudiciū. his di-
ctis ſurgentes ſteterūt reuerēter poſtulā-
tes. Quibus dñs ait. ſcio q̄d queritis. ⁊ ad
iecit. Date vdonē archiepō. Cōtinuo qui-
dam ex aſtātibus abierūt ⁊ miſerūt vdo-
nē de latere abbatiſſe trahētes īmirabilr
adduxerūt: quē ſctūs mauricius ſeuerius
intuens dixit. Dñe mi equiſſime iudex iu-
dica iuſte. Ecce iſte vdo nō eſt eps̄ ſed lu-
pus nō paſtor ſed raptor mactator ⁊ deuo
rator gregis tui. Iſte eſt ēt cui dña noſtra
mr̃ tua ſniam donauit: cui hanc eccleſiam
ad honorē nois tui meiq; ac ſocioꝝ meoꝝ
factā cōmendauit predicēs ei. ſi bn̄ rexe-
ris: vitā perennē habebis: ſin autē male in
corꝑe ⁊ aīa morieris. Iſte inſuꝑ eſt q̄ ad-
monitus ſemel ⁊ iterū ⁊ tertio ſe corrigere
noluit: ⁊ nō ſolū hāc eccleſiā ſed ſe ⁊ aīas
ſibi cōmiſſas ꝓphanādo ad nihilū ſe redi
git: immo ſpōſas tuas ſꝑ turpit̃ ⁊ temere
violauit: ꝗ iudica iuſte iudex eq̄ſſime. his
auditis dñs preſides iudicio ſctōſq; reſpi-
ciēs dixit. q̄d vobis vr̄ de iſto? Pugil autē
ſupradictus voce magna clamauit dicēs.
Reus eſt mortis. iudex vō ⁊ oēs q̄ aderāt
in ſniam cōuenerūt ⁊ quale genus mortis
ille impius ſuſtinere deberet inter ſe tra
ctauerūt. tunc iudex ait. caput admittere
meruit: qui ſine capite viuēdo in ſordibus
cōputruit. Quo dicto pugil cōfeſtim vdo-
ni precepit vt ceruicē extēderet qđ cū vdo
feciſſet ⁊ pugil gladiū adictū leuaſſet qui
dam clamauit dicens. Contine manū tuā
donec ab eo reliquie auferātur. tunc q̄daꝫ
cū calice affuit corā vdone ſtans donec pu
gil miſerrimi hoīs collū cū pugno multis
vicibus valde percuſſiſſet. ⁊ ecce poſt quē
libet pulſum hoſtia polluta ꝑ os vdonis
exiens in calicem corruit: quē dñs reuerē
ter accipiens diligentiſſime lauit ſuꝑ alta
re in calicē ponens: ⁊ cū ſua turba decēter
inclinauit abijt ⁊ receſſit. Poſt hoc miſera
bilem vdonē pugil ſepe dictus aggrediēs
decollauit. ſicq; tota illa congregatio di-
ſparuit. canonicus autē ſupradictus q̄ vi-
dit homo iuſtus non in ſomnis ſed oculis
apertis ſtudēs ⁊ tremēs: lumēq; in ſcripta



reperiens oēs lampades eccleſie reaccen-
dit. Cumq; adhuc de facto dubiꝰ ⁊ anxius
miraretur: tandē reſumpta audacia ad lo
cum iudicij paululū ceſſit viditq; calicē cū
hoſtijs in altari: ⁊ caput a corꝑe longius
proiectum necnon pauimentum ſanguine
madefactū. Tunc cepit exclamare ⁊ dice-
re. O triſte ſpectaculū: o grāde miraculum
⁊ o vere tremēdū iudiciū: o q̄ꝫ horrendū eſt
incidere in manus dei viuentis: qr̄ q̄s diu
vt cōuertantur tolerat: nō cōuerſos duriꝰ
dānat. Poſt hoc oēs fores eccleſie obſer-
uauit: ⁊ nullū oīno ingredi permittēs do
nec ſole iam orto oēs potiores clericos ⁊
laycos cōuocauit. tunc ianuas reſerans ſe
uiſſimam dei vltionē ſcꝫ vdonē archiepm̄
in ſuo ſanguine tabefactū cū oībus oñdit:
⁊ cuncta q̄ viderat ꝑ ordinē enarrauit. eo-
dem vō die quidā ex eiꝰ capellanis bruno
noīe cū legationem ſibi cōmiſſam peregiſ-
ſet ꝑ metropolim cōtinuo famulis ante ſe
procedētibus ſtuduit remeare. Iterū gra
ui oppreſſus ſomno arborē quandā vm-
broſam vidēs de equo deſcendit: ⁊ frenum
fortiter alligās ad brachiū ibi paululū ob
dormiuit. Et ecce globꝰ immūdoꝝ ſpūum
cum tubis ⁊ tympanis gladijs ⁊ fuſtibus
cū lanceis ⁊ ſecuribꝰ ad eundē locū gradu
concito ꝓperabat. Cumq; oēs cōueniſſent:
vnꝰ ex eis coꝝ princeps eſſe videbat̃ ⁊ qui
erat ſtatura ꝓcerior ⁊ vultu terribilior ſo-
lium cōſtructes deſuꝑ poſuerūt. Nec mo
ra alter cuneꝰ eque grādis clamās cachi-
nans ⁊ tripudiās appruit. de q̄ quidā velo
ciores aq̄lis celi preceſſerāt: ⁊ fortiter cla-
mauerūt. date locū date locū: ecce p̄nceps
noſter vdo appropinquat. his dictis. ſatel
lites ſathane miſeram vdonis aīam in effi
gie corꝑali cathena ignita ad collū cōſtri-
cta: ad ſuum principē perduxerūt. Cui ſa-
tham protinꝰ aſſurrexit: ſalutans eum ver
bis pacificis in dolo: bene inquit veniſti o
p̄nceps autor ⁊ dilatator regni noſtri. Ec
ce parati ſumꝰ tibi ⁊ oībus amicis nr̄is fi-
delibus ꝓ meritis reddere talionē. Cum-
q; vdo obtumeſceret: ſatham aſſiſtens ait.
Fatigatus eſt iſte dilectus noſter huc ve
niendo: ⁊ ita placet nobis vt cōſoletur: da
te ergo ei manducare. illo renuente ⁊ ca-
put auertente miniſtri eius bufones ⁊
ſerpentes ei violēter impreſſerunt: ⁊ liquo
rem ſulphureū poſtmodū infuderunt ad-
huc illo nō loquēte: ſathā precepit dicēs.
Ad balneū principū talis princeps dedu-
catur: poſt illico reducetur ⁊ ecce nō ꝓcul
erat puteus cooꝑculū habens. Quo abla-
to flamma vorax vſq; ad celum erūpebat
que non ſolū arbores ⁊ montes lapideſq;
immo aquā iuxta manentem velut ſtipu
lam cōſumebat: in quaꝫ puteū illā infelicē
vdonis aīam precipitauerūt. ⁊ poſtmodū
extrahentes in modū ferri cādentis totā
igneam ſuo principi detulerunt. cui ſubri-
dens dixit. Nonne ſuaue balneū habuiſti
vt princeps noſter? Tunc vdo damnatū
ſe videns cepit blaſphemare ⁊ dicere. Ma
ledictus o ſatham tu ⁊ omnis familia tua:
omniſq; ſuggeſtio tua ⁊ omne imperium
tuum. Maledictus deus qui me creauit.
maledicta terra que me portauit. Maledi
cti parentes qui me genuerunt ⁊ maledi-
cta omnis creatura in celo ⁊ in terra. Tūc
omnes demones vna cū principe ſuo cepe
runt manibus plaudere ⁊ dicere. vere di-
gnus eſt iſte nobiſcum manere: qr̄ peropti
me ſcit noſtrum canticum ⁊ officiū. Mitta
tur ergo ad principalem ſcolam noſtrā dā
natorum vt videat audiat ⁊ addiſcat: ſen-
tiatq;: ⁊ ampliꝰ inde nō exeat in ſecula ſecu
lorum. Vix verba finierant ⁊ ecce vnanimi
ter in illam odioſam creaturā irruerūt eā-
q; impetuoſe tartareum illud baratrum
iactando immerſerunt: ac ſi celum ⁊ ter-
ra ⁊ omnes huius mundi montes adinui
cem quaterentur. Capellanus autem ſu-
pradictus hec videns et audiens timuit
vehementer. Tunc princeps tenebrarum
digito eum oſtendens dixit. Videte ne
effugiat clericus ille qui nos aſpicit qui
ſemper extitit malorum ſuorum coopera-
tor conſcius ⁊ defenſor: ergo ſicut fuit au-
tor culpe: ſic ſit particeps ⁊ vindicte: ideo-
q; in illum puteum ad ſuum demergatur
dominum. Quo dicto cum demones eum
rapere vellent et ipſe fugere conaretur:
repente a ſomno exiliens valde tremebū
dus ac ſtupens de viſione ſe euigilauit:
ſicq; eius equus territus tandiu hinc-

inde ſaltabat ⁊ curſitabat trahens miſeꝝ
hoiem donec a ſua iunctura eius brachia
penitꝰ diſſoluebātur Difficulter aūt equū
aſcēdens ꝑ metropolim venit: ⁊ mox vt do
minū ſuū mortuū eſſe cognouit viſionem
verificā: terrorē terrori: iudiciū iudicio: ꝓ=
digiū prodigio cumulauit; ⁊ oīa q̄ ſibi in
via acciderāt q̄ viderat ⁊ audierat enarra
uit ⁊ patefecit oñdēs ēt a ſua iunctura ſeu
cōpage brachiū depulſum ⁊ repētinā cani
ciem in augmētum veritatis. Ciues igitr̄
vidētes ⁊ audiētes hoc horribile inſolitū
dei iudiciū vehemēter timuerūt. Et cada
uer ipſius ꝓcul ab vrbe in paludē iactaue
runt: ꝙ beſtie infernales cū plauſibꝰ pro=
ximus exceperūt: ⁊ cruciales habitātes iu=
xta varijs terroribꝰ ⁊ iniurijs affecerūt. Tā
dem cōſilio inito illā glebā maledictā de
illa palude extrahētes in puluerē cōbuſſe
runt; ⁊ in albeā flumē ꝓiecerūt. mira res.
tunc oēs vt fertur piſces ſuū meatum re=
linquētes ad oceanū abierūt donec leta=
nijs ⁊ ieiunijs iam placatus dn̄s poſt decē
niū vix tādem redierūt. Huius horrēdi ꝓ=
digij memoriā ingerit oculis ſuꝑ pauimē=
tum marmoreū candidū ⁊ pollutū in de=
collatione Udonis cruor effuſus q̄ tam in
delebiliter adheret pauimēto vt de eſſen=
tia marmoris eſſe quodāmodo videatur.
Super locū autē illū vbi decollatio facta
eſt ſemꝑ ꝓſternūtur tapetia. ⁊ qn̄ ſuꝑ ele=
ctū epm̄ Te deū laudamus iuxta morem
canitr̄ tollunt ⁊ ibidē ad orōnē ꝓſternunt
vt epūs electꝰ vidēs hoc ſibi caueat ne forte
ſicut ille perijt ⁊ ipſe ꝑeat. A dn̄o factū eſt
illud ad terrorē epoꝝ vtiꝗ illiꝰ eccl̄ie ⁊ om
niū inutiliū ꝓlatoꝝ vt audiētes contremi=
ſcāt lege maieſtatis terribile iudiciū ⁊ ſeue=
riſſimā vltionē. Et ſic eſt finis terribilis
horribiliſꝗ miraculi ꝑ ade filiū: ſꝫ nō p̄mo
genitū. etiā dicitr̄ ꝙ in eadē dioceſi moder
nis tpibꝰ fuit epūs noīe Ludouicꝰ q̄ in qua
dam ciuitate ſue dioce. ⁊ ſui dn̄i choream
habuit cū mulieribꝰ ⁊ ꝟginibꝰ ⁊ cū ceteris
maſculini ſexꝰ; ⁊ ex ꝑmiſſione diuina ignis
vt videbatr̄ in inferiori parte pretorij vbi
chorea fuit exarſit ⁊ nemo inter tot hoies
obijt in illa chorea: excepto epō cū quadā
puella quā in ipſa chorea añduxit: ⁊ tn̄ ali
que perſone de feneſtris ceciderunt; nec tn̄
mortem incurrerunt.

Sanctus martinus accuſauit epm̄ ſuū.

Exemplū. cxxv.

Homo quidā fuerat turonis q̄ ꝯſue
uit ad matutinas maioris eccleſie
venire. quadā ꝟo die cum veniſſet
ante horā: inuenit portā apertā; ⁊ ponens
ſe retro colūnam quandā prope quā vidit
lucem magnā per totā eccleſiā; ⁊ iudicē ſe
dentē in throno ⁊ angelos eidem aſtātes.
Uenit autē btūs martinꝰ cum multitudi=
ne ſctōꝝ cepit accuſare grauiter archiepm̄
illū q̄ tunc locū ſuū tenebat. Citatus autē
archiepūs venit: ⁊ ſedit in cathedra ponti=
ficalibus indutꝰ. Iterū accuſatus a beato
martino. Cum autē neſciret q̄d rn̄deret:
ille q̄ cathedras ſuꝑboꝝ euertit indigna=
tus pede ꝑcuſſit cathedrā eiꝰ ⁊ eā cū pede
euertit; ⁊ ſic viſio diſparuit. Tunc ille bo=
nus homo accedēs ad domū archiepi ex=
citauit familiā ⁊ fecit videre quomodo ei
eſſet. Et intrātes ad eum inuenerūt eū ſu=
bitanea morte defunctum.

Canonicus quidā fuit accuſatꝰ a p̄rono ſue eccleſie.

Exemplum. cxxvj.

Udebatur cuidā canonico quadā
nocte ꝙ deus ſederet in iudicio ⁊
ante eū totus mūdus vocabatr̄ q̄li
bet receptꝰ ſm̄ merita ſua. vidit ēt ꝙ vnuſ
quiſꝗ adducebat ſecū aliquē ſctōꝝ cui plꝰ
ſeruierat vt eſſet apud xp̄m aduocatꝰ ſuus
iſte cogitabat ꝙ rogaret etiā ſctm̄ illū cu=
ius canonicꝰ fuerat ⁊ cui ſeruierat cantan=
do legēdo vt ſecū iret ad iudiciū añ xp̄m
vt intercederet ꝓ eo monēs eū de ſeruitio
ſuo. ille ſctūs rn̄dit. Libēter ibo tecū ⁊ aſſu
pſit aliū ſecū quaſi ꝓ teſte deuenerūt ſil
ad iudiciū. Cumꝗ veniſſent añ xp̄m dixit
ſctūs. Dn̄e conqueror tibi de iſto viliſſimo
lecactore: q̄. xx. an. ⁊ amplius comedit ⁊ bi=
bit prebendā in eccleſia mea et omne tp̄s
ſuū expendit viuēdo luxurioſe ⁊ turpiter
nec vna die finiuit horas ſuas ſicut debuit
vnde peto iudiciū fieri; de iſto lecatore.
Huius rei eſt teſtis iſte. xp̄s rn̄dit. Accipi=
te eum ligatis manibus ⁊ pedibus ⁊ ꝓiij
cite eū in infernum. Ille clericus euigilās
quaſi de graui ſomno putabat iam ſe eſſe



in inferno. Et dixit illi ſctō. Dn̄e habete pre
bendā veſtram qr̄ nunꝗ plus de ea come
dam. Et ꝯuerſus ex hoc religionē intra=
uit ⁊ ſaluauit aīam ſuā. Quidā iniuſte
epiſcopatū adeptus ſubitanee obijt.

Exemplum. cxxvij.

Archidiaconꝰ quidā ambiēs epa=
tū inſidiabatr̄ epō ſuo bono viro
quē occidere cogitabat. Et cū con
ſueuiſſet epūs frequēter venire ad matuti
nas: ⁊ preuenire alios ad ſalutādū btām
virginē Mariā: ⁊ intrare ꝑ quandā portā
archidiaconus collocauit ibi ſupra portā
lapidē ⁊ veniens epūs vt cōſueuerat ⁊ ape
riens portā lapide cadente excerebratur ⁊
moritur: archidiaconus cū multo labore
epātum obtinuit. Cūꝗ cōfirmatus eſſet ⁊
gaudiū ⁊ cōuiuium faceret quidā ꝓnceps
ſeruiens ad menſam corā ſe flexis genibꝰ
ſubito rapitur ante tribunal ſummi iudi=
cis: ⁊ vidit btāꝫ virginē immēſa ſctōꝝ mul
titudine ⁊ angelorū adducentē dictū epm̄
portātē cerebrū ſuū in manibꝰ ſuis ⁊ dixit
beata ꝟgo Maria. Fili mi chariſſime: ecce
oſtendo tibi recentem ſanguinē ⁊ cerebrū
huius dilecti militis mei quē crudelis pro
ditor volens obtinere dignitatē pontifica=
lē effudit; dn̄s. Rn̄dit. Quē mittā ⁊ q̄s ibit.
Tunc btā virgo ait. Ecce hic ſeruitor ſuus
cui dn̄s precepit ſub pena mortis vt cita=
ret dn̄m ſuū perēptorie: vt ſcꝫ cito veniat
coram deo de tam nephādo crimine rn̄ſu
rus. Qui ſtatim rediēs turbatꝰ ingemuit
⁊ infremuit: timuitꝗ ⁊ cultellū quē tene=
bat ad ſeruiendū eum de manu ꝓiecit et
amariſſime fleuit rogatꝰ ab oībus ⁊ etiaꝫ
epō cām pandit. Quo audito ſtatim epūs
ſubitanea morte percuſſus eſt ⁊ corā oībus
miſerabiliter eſt defunctus. Beneficia=
ti vix ſaluantur.

Exemplum. cxxviij.

Quidam clericus in multis eccleſijs
canonicus ⁊ decanus ad mortē in
firmatus a quodā viro ſctō viſita
tus dū admoneretr̄ de via ſalutis mox illiꝰ
camera obſcuratr̄ vocē terribilē inſonantē
audiuit. ſurge ſacrilege xp̄i depdator pau
perum ⁊ eoꝝ interfector iam veni ⁊ iudi=
cium tuum ſuſcipe. tunc corpus ſuum iam
mortuū vt carbo apparuit. Ideo vir dei
perterritus ad monaſteriū reuerſus ꝓpe=
rat ⁊ deū orabat cū lachrymis iudiciū illiꝰ
ſibi oſtendi. Cui ſibi orāti clericus ille dā=
natus apparuit cū duobus igneis eq̄s. ſ. añ
⁊ retro q̄ pedibus illiꝰ dorſum p̄mebāt et
dentibꝰ totū corpus dilaniabātr̄ quorū ho=
rore vir ſctūs corruit ⁊ vocē audiuit. Cur
vocaſti me dānatū nec mihi loqueris. tan
dem a viro dei requiſitꝰ rn̄dit. Ego ſum co
gnatus tuus decanꝰ ille dānatꝰ cuius cor
pus ideo cōculcatur: qr̄ ſicut ego paupes ⁊
ſubditos ſuppreſſi ⁊ contempſi ⁊ ſicut mei
amici ⁊ equi ⁊ multa familia mea ſubſtan
tias pauperū ⁊ patrimoniū xp̄i deuorauē=
runt ⁊ male expēdi ⁊ cōſumpſi in crapula
luxuria ſuꝑbia ⁊ ſic de alijs vitijs in quibꝰ
me exercui ita equi iſti me eternalr̄ dila=
niant ⁊ cōculcāt. Cui vir dei. Cū fueris vir
eccleſiaſticꝰ magnus in ſciētijs ⁊ diſcretꝰ
miror te eſſe dānatū. cur de hoc miraris et
nō potiꝰ ꝙ bn̄ficiati plures ſiīr mecū dānā
tur. ⁊ adiuratꝰ addidit ad eccleſiā xp̄i ⁊ ad
ſtabulū equoꝝ: ſtabulū reſtauratur ſollici
te eccleſia in ruina remanēte. attēde para=
menta ⁊ veſtes eccleſie ⁊ clericoꝝ ſuppelle
ctilia ⁊ particas horū eīm ꝑcioſitas ⁊ va=
lor ꝓ multitudine ignoratr̄. eccleſie vero vix
reꝑari p̄nt ꝓ vilitate ⁊ veſtutate. attēde eo
rum mēſas repletas ꝑtioſis ferculꝭ cū va=
ſis plurimis ⁊ ꝑcioſiſſimis auri ⁊ argēti. ec
cleſie ꝟo xp̄i ſacraria ⁊ calices vel de ere
vel cōtracti ſunt ⁊ tenues meretrices ⁊ ſer
uitores ditant ⁊ multiplicāt de bonis pau
perū: aues ⁊ canes venaticos fouent ⁊ ho
ſpitalitatem abhorrēt. Obliuiſcūtur diui
na officia ⁊ ſctām predicationē: qr̄ ſectantr̄
laſciuiā ⁊ hiſtriones cū cantilenis. vn̄ pre
cipitantur clerici ad dānationē. quo dicto
ſubito facto ſtrepitu terribili cum eiulatu
miſerabili flamma fetidiſſima equos cum
decano inde traxit.

Clericus blaſphemus qualr̄ eſt punitꝰ.

Exemplum. cxxix.

Damianus in burgundia quidā cle
ricus ſuperbꝰ ⁊ ambitioſus exn̄s
ſibi quandā patentem eccleſiā ſan
cti martini vſurpauit. Dum quadam die
in miſſa in fine euangelij diceretur. Qui
ſe humiliat exaltabitur deriſit. Miſer

ille clericus ait. Falſum eſt: q̄m ego ſi me meis hoſtibꝰ humiliaſſez tot hodie eccleſias ⁊ eccleſias nō haberem. ⁊ ecce cōtinue fulmen inſtar gladij in os eiꝰ intrauit per qd̄ blaſphemie verba euomuit ⁊ ſubito eum extinxit.

¶ Miles quidā dixit. oues noſtre ſunt opʒ eas tundere.

¶ Exemplūʒ. cxxx.

Miles qdā habuit parentes deuotos nō grauātes ſubditos vltra debitum. Defunctis ſuo parētibꝰ ipſe cepit militiā exercere ⁊ magnas expēſas facere in veſtibꝰ: in eqs: ⁊ torneamentis. Et cū redditus annuales nō ſufficerēt ſibi incepit valde aggrauare paupes ſubditos ſuos vltra debitū cēſum cū ſubſidijs ⁊ exactionibꝰ. Et cū aggrauaret̄ ab amicis ⁊ religioſis q̄re tm̄ ſpoliaret ſuos paupes: rn̄dit. Oues nr̄e ſunt: ⁊ iō debemus eas tōdere ⁊ eis vti. Tandē deꝰ volēs eū ab hoc errore reuocare miſit ad eū angelū q̄ rapto eo oſ̄dit ei pulchrū palatiū ī quo erāt hoīes veſtiti aureis veſtibꝰ ⁊ oīa gn̄a organorum ⁊ muſicoꝝ audiebant̄ in palatio iſto: q̄ vidēs ⁊ audiēs tm̄ gaudiū ⁊ tātā pl̄chritudinē volebat intrare: ⁊ repulſus eſt a cuſtode porte dicēte. Quomō vis intrare iſtud mundiſſimū palatiū cū habeas ſanguinolentā veſtē? Qui cū reſpexiſſet vidit ſe reſperſum ſanguine: cui āgelus. Iſte eſt ſanguis paupeꝝ quē tu violenter ⁊ ſine iure exactiones faciendo accepiſti. ſi igitur vis intrare illud palatiū reijcias a te iſtaʒ veſtem: q̄ ad ſe rediens ſubditis ſatiſfecit ⁊ vitā ſuā poſtmodū in bono finiuit. Legitur in dial̄. Ceſarij ꝙ in Uuormatia fuit quidam ep̄s noīe Leupoldus: ſolo qdeʒ noīe ep̄s. opere aūt tyrannus: hic cū eſſet vaniſſimus nihil habebat in ſe pietatis vel religionis. Dicebat aūt quodā tp̄e germanus ſuus vir nobilis. Dn̄e ep̄e multū ſcandalizatis laicos exemplo vr̄o. Anꝙ̄ eſſetis ep̄s deū aliquo mō timebatis: mō nihil de eo curatis. Cui ille dixit. Frater duo erāt vicini ex q̄bꝰ vnus exēplo alteriꝰ peccauit mortui ſunt ābo ⁊ deducti in infernū. Cū igit̄ eſſent in tormentis: vnus alteri dicebat. ve tibi: q̄ tuo exemplo ꝓuocatus ad peccādū merui locuʒ hūc. Cui alter. Bone vir ſiſtne ſimplʒ tibi ſedes mea: trade mihi tuam ⁊ tibi dabo meā. Sʒ dico vobis qn̄ venerimus ad inferos ſi videbit̄ vobis ſedes mea honorabilior q̄ꝫ vr̄a: aſcendite eā ⁊ ego recipiam vr̄am. At ille dixit. Mala conſolatio eſt hec. Iſte Leupoldus ita diabolicꝰ fuit vt tp̄e ſchiſmatis ꝙ erat inter duos reges ſcʒ Ottonē ⁊ Philippū: cū ſibi vſurpaſſet ep̄atum magūriū. eiuſdē philippi autoritate ⁊ multis intereſſet bellis ita vt nō parceret eccl̄ijs vel cimiterijs dixerunt ei milites ſui. Dn̄e nō lʒ nobis ſpoliare cimiteria. Ait illis. Si oſſa mortuoꝝ tollitis tūc prio cimiterium ſpoliatis. Uir iſte ſep̄ ⁊ valde cecidit vt dictū eſt. ſʒ neſcio vtrū ꝑ contritionem pctōꝝ ſuoꝝ ſurrexit: ſed hoc ſcio ꝙ in illa die q̄ hoīem depoſuit: multe diſſentionis ſeminariū fuit. Sil̄r legit̄ de abbate morbacenſi: q̄ ſil̄r cimiteria vt predictus ep̄s violauit. Cūq̄ ad extrema veniſſet capellanus eiꝰ ipm̄ rogauit ꝙ eum de ſtatu ſuo certificaret: qd̄ ⁊ fecit dicens ſe eſſe de numero ⁊ ordine dāͣtoꝝ ꝓpter irruptionē cimiterioꝝ. Legit̄ ꝙ cōuerſus qdā valde religioſus ⁊ contēplatiuus. raptus ad iudiciū vidit duos viros magnos: vnꝰ erat comes: alter erat magnus prelatus valde accuſati corā dn̄o. Circa q̄s lʒ multū videretur dn̄s iratus: tn̄ ad p̄ces aliquoꝝ de illa curia diſtulit ſniam dicens illi cōuerſo ꝙ ꝑ abbatē ſuū faceret illos moneri de correctione. qd̄ ⁊ factū eſt. Comes ergo ſe corrigens timore viſionis: ⁊ in bona pn̄ia moriens: p̄latus aūt paruipēdēs viſionē ⁊ monitionē nec ſe corrigēs i lecto ſuo ſubitanea morte mortuus eſt. Legit̄ in diſci. de tem. ꝙ erāt duo fratres in monaſterio vno. vnꝰ erat gratioſus abbati ⁊ ceteris fratribus: alter aūt nō gratioſus abbati ⁊ ceteris fratribus: q̄cq̄d deliq̄t immediate ab abbate punitum fuit: ſʒ alteri frequēter pepercit ipſe abbas in ſuis negligētijs: q̄ gratioſus erat omnibꝰ. Contigit aūt ꝙ illi ambo morerent̄. Apparuit auteʒ ille q̄ gratioſus abbati fuit dicens ſe eſſe in magnis penis. ⁊ abbas: vbi eſt tunc ille infelix qui plures negligentias q̄ꝫ tu cōmiſit? ⁊ ille. O pater ipſe non eſt infelix nec miſer: q̄ iam eſt in clara viſione dei: q̄ q̄cq̄d hic cū negligētia deliquit immediate hic punitū fuit ⁊ ſatiſfecit: ſed mihi pater ſepius pepciſti ī meis negligentijs: eo ꝙ gratioſus fui tibi ⁊ ceteris fratribus. ergo iaʒ grauiter torqueor in purgatorio ſʒ pr̄ ſancte ora deū pro me: ⁊ recōmenda me ceteris fratribus meis in tuis miſſis ⁊ orōnibus q̄ valde affligor in purgatorio.

¶ Proſperitas.

¶ Mercator q̄dam iactauit anulū ī mare ⁊ in piſce reinuenit.

¶ Exemplum. cxxxi.

Erant q̄daʒ mercatores in mari ſeu naui ſimul ⁊ mutuo loquebant̄ de infortunijs ſuis: tūc vnus dixit. nūq̄ꝫ aliquod infortuniū habui ⁊ accepit anulum de manu ſua ꝓpria: ⁊ ꝓiecit in mare. ⁊ dixit. Si perdā anuluʒ iſtū tunc poſſum dicere ꝙ ēt habui aliqd̄ infortuniū: ⁊ cū applicuiſſet ad ciuitatē ipe emit vnū magnū piſcem quē ſecū apportauit ad hoſpitium ⁊ qn̄ aperuit ventrē piſcis inuenit anuluʒ ſuum in iſto piſce: ⁊ gloriando dixit. Ego ſum hō fortunatus: ⁊ cū ſederet in cena ⁊ cepiſſet primum morſelluʒ de piſce ſtatim obijt ſubitanee. vn̄ Sre. Continuus ſucceſſus tēporaliū eterne reprobationis eſt inditium.

¶ Uir ⁊ vxor q̄ in. xxxij. an. non habuerunt aliquod infortunium.

¶ Exemplum. cxxxij.

Duo famuli xp̄i venerūt ad quoddā hoſpitiū rogātes hoſpitari ꝓpter deum ⁊ mulier renuit q̄ꝫuis eſſent multum diuites: ⁊ ſic illis loquentibꝰ gallina deſuper cecidit ⁊ mortua eſt. Tunc talis mulier clamare ⁊ flere cepit. Et interrogantes diſcipuli xp̄i cur ſic clamaret ⁊ fleret. rn̄dit ꝙ in. xxxij. an. nunq̄ꝫ aliqd̄ infortunium nobis accidit. ⁊ famuli dei dixerunt. Magnū malū tibi ⁊ viro tuo imminet. Et recedentibus illis in breui oīa abſorta ſūt aqua fetida in quo loco viſa eſt. Legitur ī vita. ſ. Ambroſij: ꝙ quodā tēpore cū. b. Ambroſius romā ꝑgeret ī q̄dā villa tuſcie apd̄ quēdā hoīeʒ locupletē hoſpitatꝰ fuit. ⁊ cernēs ibi oīa eſſe repleta domū ⁊ curiā cū iumentis ⁊ pecoribꝰ cū famulis ⁊ famulabꝰ: ſūc illū hoīem ſuꝑ ſtatu ſuo ſolicite req̄ſiuit. cui ille. O dn̄e ſtatus meus ſemꝑ felix extitit ⁊ gl̄oſus diuitijs abūdo familiā pluriimā habeo: ⁊ oīa ſꝑ ad nutū meū habui: nū q̄ꝫ mihi aliqd̄ aduerſum accidit: vel qd̄ me cōtriſtaret euenit. hoc audiēs. b. Amb. vehementer obſtupuit ⁊ his q̄ ſecū ī comitatu ſuo erāt dixit. Surgite h̄ q̄ꝫtocīꝰ fugiamus: q̄ dn̄s nō eſt in loco iſto feſtinate filij: nec fugiendo morā facite ne nos h̄ diuina vltio ꝯprehendat: ⁊ in pctis eoꝝ pariter ⁊ nos inuoluat. Cū ergo fugerēt ⁊ aliquātulū ꝓceſſiſſent ſubito terra ſe aperuit ⁊ hoīem illū cū vniuerſis q̄ ad eū pertinebant ita abſorbuit vt nullū tm̄ veſtigiū remaneret. Quod cernēs. b. Ambr. dixit. Ecce fratres q̄ꝫ miſericorditer deus parcit cū aduerſa tribuit: ⁊ q̄ꝫ ſeuere iraſcit̄ qn̄ ſemꝑ ꝓſpera elargit̄. In eodē aūt loco fouea ꝓfundiſſima remanſiſſe dr̄: q̄ vſq̄ hodie ī huius rei teſtimoniū adhuc ibidē inuenit̄. Ecce dilecti amici q̄ꝫ horrēda pena ⁊ ruina nō eſt. ꝯdicamus ſignis xp̄i: ⁊ ſi corruimus reſurgamus ne nr̄a ruina ſit vt ruina fulguris qd̄ fulgur ſuꝑ cadēs: quodā impetu nū q̄ꝫ reſurgit. ¶ Aliud exēplū in diſci. de tē. de tēpeſtate. Legit̄ ꝙ erāt tres iuuenes ſimul iacentes in lecto vno: ⁊ qn̄ de nocte venit tēpeſtas medius iuuenis ſurrexit de lecto ⁊ orauit: ⁊ alij duo eū traxerūt ⁊ deriſerunt: ⁊ dn̄s ꝑmittit ꝙ tonitru alios duos occidit: ⁊ tertiꝰ ſolꝰ illeſus ꝑmāſit. Aliō exēplū in diſ. de tēp. de muſcis. Legit̄ ꝯtigiſſe in Anglia ꝙ pulcherrima blada creuerūt. ecce appropinquāte tp̄e meſſiū venit qd̄dā genus muſcaꝝ ī maxia multitudine q̄ illa blada intm̄ cōſumpſerūt ꝙ vix iter quinq̄ miliaria vnū q̄rtale bladoꝝ inueniretur. hoīes ſuo illius patrie q̄ſdā de illis muſcis ceperūt ⁊ diligēter inſpiciētes inuenerunt eas literas depictas in alis hn̄tes. in vna ala ſcribebatur: ira: in alia dei: vt manifeſtum eſſet ꝙ ꝓpter meritū ⁊ vindictā dei hoc eſſet factū. Itē legit̄ in ſpeculo exemplorum. ꝙ erāt duo religioſi quoꝝ vnus quādoq̄ petebat pluuiā: quādoq̄ ſerinitatem: qn̄q̄ frigus: qn̄q̄ calorē: ſm̄ ꝙ indicabat terris ſibi commiſſis expediens eē. Alter vero nihil petebat in ſpeciali: ſed totū committebat diuine prouidentie. Cum

autẽ veniſſet meſſis terre illius qui in ſpeciali petebat oẽs terre illiꝰ fuerũt ſteriles: ſed terre alterius erãt copioſiſſime abundantes. Et tunc cognitũ eſt ꝙ iſte qui cõmittebat ſe diuine prouidẽtie erat diſcretior ⁊ melius fecit. Legit̃ tale exẽplũ in vitaſpatrũ ꝙ erat quidã ſolitarius in eremo bonus ⁊ deuotus cui miniſtrauit vir q̄dã ſecularis ꝓpter deũ portãdo cibaria. Erat autẽ in eadẽ ciuitate vnus diues ⁊ impiꝰ. Cõtigit ergo vt moreret̃ ille diues qui habuit ſemꝑ fortunã magnã in oĩ vita ſua: ſimiliter ⁊ in morte: q̄ ducebãt eum cũ magno honore ad ſepulchrum tota ciuitas ⁊ ep̄s ⁊ totus clerus cũ lãpadibus ⁊ cãdelis: egreſſus eſt aũt ille ciuis qui miniſtrauit illi ſolitario prout cõſuetꝰ erat portãs panes: ⁊ inuenit eũ deuoratũ a beſtijs: ⁊ cecidit in faciẽ in conſpectu dñi di. Non ſurgã hic donec mihi notificabit̃ a dño que ſint hec ſua iudicia: q̄ ille diues ⁊ impius talẽ apparatũ habuit in ſepultura ſua: hic vero qui ſeruiuit deo die noctuq; iã deuoratus eſt a beſtijs. Et ecce angelꝰ dñi venit ⁊ dixit ei. Ille impiꝰ habuit paruũ bonũ in hoc ſeculo: ⁊ de hoc recepit hic mercedẽ: vt in alio ſeculo nullã inueniat requiẽ. Iſte aũt ſolitarius qui homo erat ornatus ad oẽm virtutẽ habebat vero ipſe modicũ aliquid culpe: ⁊ recepit hic illud vt illuc veniat purus corã deo: ⁊ ita cõſolatꝰ in his verbis abijt glorificãs deũ ſuper iudicia eius: q̄ vera ſunt. Legitur in vitaſp. Fuerũt duo ſcʒ vir ⁊ mulier in matrimonio ſimul cõſtituti ⁊ vir erat ſctẽ vite: ſed infortunatus in hoc mũdo intãtũ: vt etiã in morte dũ deberet ſepeliri tãta fuit pluuie inũdatio: ꝙ vix potuit multis diebꝰ ſepeliri. Huiꝰ vero econtrario mulier peſſime vite: ſed fortunatiſſima: q̄ nunq̄ corpori eiꝰ morbꝰ accidebat: nec dolorẽ aliquẽ ſenſit in quocũq; mẽbro corporis: ſed a iuuẽtute vſq; ad vltimũ diẽ integrũ ſanũq; corpꝰ ſuũ poſſedit. Factuʒ eſt ꝙ poſt mortẽ vtriuſq; filia quã inſimul habebãt cogitare cepit cuius vitã imitari vellet. Cũ ergo inclinaret̃ aliq̃ntulũ carne ſuggerẽte ad imitandũ vitã matris facta eſt i extaſi: ⁊ oſtẽſus eſt ei locꝰ amenißimꝰ in quo cũ vidiſſet patrẽ inter alios bonos occurẽtẽ ruit in amplexus patris rogans vt eã ſecũ retineret. At ille. Nõ potes modo hic manere: ſʒ ſi vitã duxeris ſicut ego duxi tandẽ ad locũ hunc peruenies: ⁊ eris ſemꝑ mecũ. Mox aũt auulſa eſt ab eo ⁊ ducta eſt ad locũ quendã: vbi deorſum aſpiciẽs vidit matrẽ in horribili tormẽto: q̄ reſpiciẽs ſurſum ⁊ vidẽs filiã cepit clamare di. Uide filia q̄ patior ꝓpter immũdã vitã meã. Heu mihi filia mea quaſi deliramẽta videbant̃ mihi vniuerſa que de ſobrietate erãt: opera eñi fornicationis ⁊ adulterij nihilo habui: ſed ebrietatẽ ⁊ crapulã ſectata ſum: ⁊ ecce ꝓpter paruã libidinẽ eternã recipio cremationẽ. Et ecce ꝓpter delicias exiguas: eternas ſuſtineo penas: ⁊ ecce ꝓpter momẽtaneũ gaudiũ qđ habui in ſeculo: iã eterna tormẽta ⁊ lamẽta exulo. Ad hec aũt verba illa cõmota ad ſe redijt: ⁊ recogitãs ſuꝑ his q̄ viderat in patre ⁊ matre deliberauit ſe q̄ vitã patris: illuc duci timẽs vbi videat matrẽ: ⁊ fctã eſt poſtmodũ mulier ſctã. Itẽ legit̃ in diſci. de tꝑe ꝙ ſoror ſcti damiani apparuit poſt obitũ ſibi: ⁊ dixit ſe eſſe in maximis penis: ⁊ ipſe. ſ. dami. q̄ſiuit ob quã cãʒ eſſet in tãtis penis cũ tñ ſctẽ vite fuiſſet: rñdit hãc eſſe cãm ꝙ ſemel ſtetiſſet in camera ſua: ⁊ audiſſet in platea cantus chorizãtiũ cũ aliquali dulcedine: ⁊ de hoc in pñti vita nõ egiſſet pñiam: ergo ob hãc cãm per. xv. dies debere in purgatorio puniri. Aliud exemplũ de plaga choree. Legitur ꝙ in quadã villa Coloñ. dioc. erexerũt arietẽ veſtitũ ſericis: vt qui melius chorizaret haberet illũ. Qđ audiẽs ſacerdos illius loci prohibuit publice in ambone ⁊ cõminatus eſt eis plagã dei ſi non deſiſterent. Sʒ obſtinati: ꝓpter hoc nõ omiſerũt: ideo cum chorizarẽt in die feſto: ecce ſubito fulgur ⁊ tonitrua ⁊ grando de celo venerũt ⁊ cõminuerunt oẽs ſegetes ⁊ fructus arborũ ⁊ vinearũ illius ville: cũ tamen priꝰ eſſet aeris ſerenitas ⁊ tota ꝓuincia ex qua populus ad illã choreã conuenerat plagata fuit eadẽ plaga in ſegetibus ⁊ fructibꝰ terre. Aliud exemplũ de plaga chorizantiũ circa eccleſiã ⁊ cimiteriũ alios impediẽtes volentes ſeruire deo. Legitur exemplũ illud ꝙ in Saxonia quidã preſbyter in eccleſia ſancti magni celebrans diuinũ officiũ audiuit puellas ⁊ maſculos chorizantes ipm ⁊ ceteros impedientes in orõnibꝰ ſuis. Et eis maledicens imprecatus eſt: vt ſic chorizantes: ⁊ cantantes permanerẽt. Et factũ eſt ꝙ ſic per integrũ annũ permanſerunt non mãducãtes nec bibẽtes: ſed quotidie chorizãtes ⁊ cãtãtes primũ vſq; ad genua deinde vſq; ad femora demerſi ſunt in terram. Et oẽs illuc veniẽtes viderũt plagã mirabilem dei: nec q̄ſq; poterat eis ſubuenire: nec liberare ab hac plaga donec ſan. Hilbertus pro tunc Coloñ. ep̄s illuc venit. Qui videns plagã dei ꝯpaſſus eſt eis indixitq; ꝑplo ieiuniũ ⁊ cõem orõnẽ pro eis fieri: ⁊ ſic abſoluit ⁊ liberauit eos. Et q̄dã ex eis cito obierunt: q̄dã autẽ diu ſuperuiuentes penã ſuã cũ tremore oſtenderunt vſq; ad mortem ſuam.

¶ Pulchritudo.

¶ Mulier q̄dam pulchra petiuit a xp̄o deformitatem.

¶ Exemplũ. cxxxiij.

IN partibus Sueuie q̄s alemania cõtinet: ſicut a fratre ordinis predicatoꝝ vualterio audiui: mulier deuotiſſima erat nobilis ⁊ pulchra eẽt ſʒ carnẽ iter oẽs feminas pãthera reputata. ad hãc autẽ videndũ cũ multi ꝓceres ⁊ nobiles et potentes ꝯuenirent: ⁊ illa ꝑ viſitatiõe huiuſmodi grauius turbaret̃. ſ. curioſe videntibus occaſio ſcãdali ꝓberet̃: ⁊ oratoriũ ſuũ ſola ſemel intrans fuſis ad deũ lachrymis dixit. Uides mihi xp̄e ieſu ex carne mea q̄ induiſti me periculũ imminere. Lʒ eñi fortiter aĩm meũ fixeris: vt nullius ꝓrſus vanitate ꝯmonear: tñ nõ modicuʒ ptimeſco dare me poſſe cãm debilibꝰ: vt in tẽtatiõe concupiſcentie aliquatenus agitent̃. Rogo te miſericordiſſime pr̃ ⁊ dñe vt ſpẽm meã in tantã feditatẽ cõmutes vt ſit carnis deformitas in horrore potior q̄ pulchritudo fuerat in honore. Hoc dicto lepra ſtatiʒ immundiſſima cõtabuit vultũ eiꝰ erupuerũt puſtule: ⁊ oculi tumuerũt: os ⁊ labia cõputruerunt: naſus q̄ʒ gibboſus ⁊ cũ oĩ deformitate ꝯtritus: alienã penitus faciẽ demõſtrauit. Nec mora egrediente illa occurrit maritus vixq; eã per habitũ cognoſcẽs q̄rit ſi ipſa. At illa. Ego ſum. Mox ille totꝰ inhorruit: ⁊ vt vidit familiã oẽs ſimul cõuenerunt in planctũ: mirãtes precipue q̄d tã ſubito ſue dñe ꝯtigiſſet. Turbatis ergo parentibꝰ illius notis oĩbus ⁊ amicis conſulitur phiſicus rñdit. Incurabilẽ leprã nihil aliud adeſſe conſilij niſi ꝙ extra habitationem oĩm collocetur qđ ⁊ factũ eſt. Et audiuit frater ordinis predicatorũ q̄ eiꝰ cõfeſſionem audire cõſueuit: venit ad illam mire gaudentẽ inueniẽs: q̄rit cãm inopinati ⁊ ſubiti morbi. Cui oĩa illa ꝑ ordinẽ enarrauit. Frater iſte turbatus ⁊ miratus: non modicum eã increpauit dicens. O miſera ⁊ ſtultiſſima mulierũ q̄ in cõtumeliam viri tui ⁊ periculum ipſius opꝰ dei in te precũ inſtantiã deſtruxiſti: ⁊ parẽtes tuos ⁊ amicos q̄ deuʒ laudauerunt: ⁊ venerati ſunt in te ad blaſphemandũ nũc per tale infortunium coegiſti age nũc chariſſima pñiam: aſſiſte precibus: ⁊ ad cõtrariuʒ rei geſte diuinam mĩam interpelles. Hoc dicto receſſit frater: Illa aũt totaliter reſoluta in lachrymas orauit ad dñm di. O dñe pr̃ ⁊ dñator vite mee vt liberiori mente ⁊ puriori ſpũ tibi ſeruirẽ hoc flagellũ lepre a tua pietate fideliter precibus expectiui: ſed q̄ audio a patre meo ſpũali cui me tota deuotiõe cõmiſi ꝯ ſalutem meam ⁊ te oĩm dñm petiuiſſe: rogo te per tuã benigniſſimã charitatem vt me tuũ plaſma reſtituas: ſʒ quod tue placuerit optime voluntati. Mira res vix verba cõpleuit: ⁊ in tanta claritate cutis ⁊ elegantia forme ſubito ſit facie reſtituta: vt nec in ea vnius ruge veſtigiũ: vel tenuiſſima ſaltẽ macula remaneret. Quo viſo gaudet miles: ⁊ vxorẽ reputat ſibi quaſi redditã rediuiuã: ⁊ exultat familia ⁊ fama rei geſte diffundit̃: ⁊ letant̃ inimici: applaudit ⁊ pĩa: xp̄i pietas in ore oĩm collaudatur. Et vir dictus miles anno dimidio ſuperuixit. Tũc inclita mulier non immemor bonitatis xp̄i cum vnica filia eius quam habebat: ⁊ poſſeſſionibꝰ eius vniuerſis ad monaſteriũ ſororꝝ ordinis predicatorum tranſijt: qđ dicit̃ Lebental: et in eo autore deo religioſiſſime conuerſabat̃. Hec Huil.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Juuenis quidam pulcher leſit ſe in facie: quod vna mulier concupiuit eum illicite. hoc quere in diſcipulo de tempore ſermo. xxiij. O.

¶ Item virgo quedā fecit ſe includi: quia quidam iuuenis concupiuit eam propter ſuā pulchritudinē. hoc q̄re in ſer. xxiij. N.

¶ Capitulum de litera. R.

¶ Res iniuſte acquiſite.

¶ Mulier quedam fuit enutrita cum iniuſtis rebus: ⁊ ſic damnata eſt.

¶ Exemplum. j.

Mulier deuota de anima mr̄is ſue defuncte ſolicitabatur in ſpū ſuo vtrū eſſet de dānandis vel ſaluādis. Attamē propter elemoſynas ⁊ honeſtam famā ⁊ vitam quam inter mūdanos duxit ipſā quoqꝫ munda vixerat ſperabat qui quidē poſſet ſaluare eam: ſed tamen per ignē purgatorij ſup hoc tamē dubioſa fuit: q: iudicia dei abyſſus multa: rogauit dominū vt eam certā reddere dignaretur. Cūqꝫ in hoc lachrymas funderet, accidit die quadā vt ad miſſaȝ in eccleſia: iuxta altare quaſi ad pedes domini cum maria ſederet: ⁊ horrore concuſſa ipſa videret prope ſpiritū tenebroſuȝ aſtare que ſigno crucis mox ſignata audacter quid eſſet interrogauit. Et ſpiritus. Ego ſum inq̄t mater tua. Cui illa. Quomo inquit eſt tibi mater mea? Tunc illa. Male inquit. nihil me iuuare potuerūt tue preces: quia eternaliter damnata ſuȝ. Mox filia eiulatu ⁊ gemitu. Heu inquit mater. Que eſt cauſa dānationis tue? Cui illa enutrita quideȝ fui ⁊ vixi in his que per iniuſta mercimonia ⁊ vſuras acquiſita fuerūt ⁊ conſciētia mihi male ablata reſtituere non curaui: nec aduertere volui quid cōtra deū in meo hoſpitio ⁊ meis ſubditis agere̅t: ſed mortuoſas mūdi vias ingreſſa ſpꝛeui arguentē ſuper his malis meis: nec in nullo me emēdaui ⁊ penitui: ⁊ ſic obij. Hec dicēs mater repēte diſparuit: ⁊ ſic filia amplius pro anima matris nunq̄ꝫ orauit. vnde etiam Aug. Si ſcirem patrē meum in inferno: non plus orarem pro eo q̄ꝫ pro diabolo. Hec Guil.

¶ Quidam ſex denarios non ſoluit: quomodo punitus eſt. ¶ Exemplum. ij.

Quidam tenebat cuidā vidue ſex nūmos: ⁊ ipſa ſemper admonuit euȝ vt ſibi pſolueret ⁊ ipſe ſic obijt nō ſolutis. Et apparuit cuidā deuote pſone ⁊ ſupplicauit vt iſti denarij perſoluere̅tur: et adiecit quot paſſus illa vidua ad me veniēs fecit: tot ego grauiſſimos ictus in purgatorio ſuſtineo: ⁊ adhuc oportet me ſuſtinere q̄ꝫdiu denarij non ſunt ſoluti.

¶ Uſurarius quidā in extremis confeſſus eſt ⁊ vſuras reſtituit. ¶ Exemplū. iij.

Uſurarius quidā incidit in magnā infirmitatē: et admonitus eſt per amicos ⁊ vxorē vt confiteret̄ ⁊ cōicaret. Quibus ille. Quid mihi de cōfeſſione ex quo tādiu diſtuli? Cui amici. Semp debetis cōfiteri: forte deꝰ dabit vobis gratiam ſuā. Tandē vocatus eſt cōfeſſor: cui dixit vſurariꝰ. Dn̄e libēter cōfiterer: ſed nimis inuolutus ſum pctis ⁊ vſuris ⁊ neſcio quō euadere poſſum. Cui confeſſor. Nolite deſperare: tantūmodo confiteamini: q: confeſſio tante virtutis eſt qꝺ oia pctā in cōfeſſione dimittunt̄: tūc ille cepit cōfiteri: ⁊ dn̄s dedit ei tantā gratiā ⁊ cōtritionē qꝺ vix loqui poterat pre fletu: ⁊ ſtatim poſt cōfeſſionē oēs vſuras reſtituit iuxta conſiliū ſui cōfeſſoris: ⁊ pro ſuis peccatis ſatiſfecit.

¶ Uſurarius quidam cōmiſit omnes res ſuas abbati. ¶ Exemplum. iiij.

Fuit quidā vſurarius diues qui diuerſarū eccleſiarū theſauros loco pignoris tenebat cuius cor cū eſſet irreplebile auaritie percuſſus eſt perēptoria infirmitate. tunc pꝛimū ad ſe reuerſus licet ſero cōſiderare cepit pōdus vſure tormēta gehēne difficultatē penitētie. Et vocans ad ſe quēdā abbatē nigri ordinis ſibi familiarē dixit ei. Dn̄e grauiter infirmor: non poſſum aliq̄d de rebꝰ meis ordinare neqꝫ vſuras reſtituere ſi volueris de anima mea reddere rationē pctōꝝ meorū mihi promittere abſolutionē: oia bona mea tam mobilia q̄ꝫ immobilia poteſtati veſtre ſubijciaȝ: vt de illis qꝫ viſum vobis fuerit faciatis. Cernēs abbas hoīem cōtritum ⁊ vere penitētem rn̄dit: ego deliberabo. Feſtinās itaqꝫ ad epm̄ iuit ⁊ verba vſurarij expoſuit. Rn̄dit eps. Bonū mihi videtur vt pro anima eius rn̄deas ⁊ ſubſtātiam recipias: ita dūtaxat vt eccleſie mee theſauros de iure ſibi debitos reſtituas. Mox abbas ad egrū rediēs rn̄dit. Ego deliberaui vt bona tua ſuſcipiam ⁊ pro pctis tuis rn̄deam. rn̄dit infirmus. Nunc cōſiliū meū eſt vt allatis curribꝰ oia mea afferas: me nouiſſime tollēs: nullūqꝫ patieris impedimētū in afferēdo: habebat eīm archas plenas auri ⁊ argēti: pignora etiā plurima in vaſis: libris ⁊ alijs ornamētis: frumētū oleum: vinū: ⁊ ſupellectilia multa pecora quoqꝫ infinita. Tūc abbas prius oibus p̄miſſis nouiſſime in geſtorio ponēs infirmū pparauit ad monaſteriū: ſed mox vt ille monaſteriū itrauit ſpm̄ exalauit. Abbas vero nō immemor ſpōſionis ſue: incōtinenti potuit oibus ⁊ ſingulis ſuperuenientibus vſuras reſtituit plurimas pauperibꝰ largiēs pro illiꝰ anima elemoſynas: reſiduū in vſus fratrū cōuertit. Et poſtmodū aīa ipſiꝰ erepta de ptāte demonū per angelos tāq̄ꝫ viri cōtriti ⁊ penitētia pn̄tata eſt dn̄o Jeſu xp̄o: q: gaudiū eſt angelis dei ſuper vno pctōre pn̄iaȝ agēte. hec gui. i li. de api.

¶ Diabolus poſſidet pecuniā vſurariam.

¶ Exemplum. v.

Uſurarius quidā poſuit pecuniā ſuā ad monaſteriū quoddā vt ibi ſeruaret̄ ſibi. Et cū quadā die quidā deuotus monachus Ualterius noīe iuxta ſcriniū quo pecunia ſeruabat̄ oraret videbat diabolū ſuperſedere. Territꝰ aūt ad horā: ſed ſigno crucis munitꝰ interrogauit. Quid hic ſedes: aut quid hic expectas nequiſſime diabole. At ille ait. Juſte hic ſedeo qꝺ meū eſt ſeruo: nec ſine mora monachus ad abbatē currēs quid viderat expoſuit. Abbas vero ſtatim pecuniam extra monaſteriū cum omni diligentia remiſit.

¶ Abbas remiſit pecuniam vſurariā ſuo monaſterio legatam. ¶ Exemplum. vj.

Uſurarius quidā legauit monaſterio magnā ſummā pecunie librarū forte mille ſexcētarūqꝫ ex qua pecunia multe poſſeſſiōes ſūt empte. Poſtmodū aliꝰ abbas q̄ fuit vir alte ꝯſcie eſt electus. Qui vt cōperit factū doluit: ⁊ vēditis oibꝰ atqꝫ pecudibꝰ rebuſqꝫ mobilibꝰ ⁊ immobilibus pecuniā miſit teſtamētarijs vt ſpoliatis ſingulis ſua redderēt. Nemine aūt aſſumere volēte reſtitutionis penā pecunia iterū ad monaſteriū eſt delata. Ipſis ergo abbas reportātibꝰ īdignat̄ iuſſitqꝫ eā iterato referri ⁊ in foro corā oibꝰ ciuibꝰ ab oī plebe deponi di. Pecuniā q̄ vult accipiat: nr̄am eſſe renuo, quā iniuſte acq̄ſitā nō dubito: qꝺ vt viderūt ciues edificati nō modicū in hoc facto cōi cōſilio p manꝰ virorū fideliū pecuniā ipſaȝ iniuriatis ſingulis reddiderūt. Mōaſterio aūt deꝰ nō multo poſt in decuplo plura reſtituit: ⁊ qꝺ ante tenuiſſimū ⁊ fere modicū fuiſſe pbat̄ nunc elegās ⁊ multis copijs eſt āpliatū. In hoc monaſterio mltos vidimꝰ ſctōs: ⁊ pleroſqꝫ in pphetie ſpū ⁊ miraclis clarere. hoc gui.

¶ Miles quidā abſtulit pelles ⁊ etiā partem agri. ¶ Exemplum. vij.

Miles q̄dā defunctꝰ Fredericꝰ noīe apparuit cuidā ciui dextrario nigerrimo de cuius naribꝰ fumꝰ ⁊ flāma pcedebat tectꝰ pellibꝰ ouinis ⁊ molleȝ terre geſtās in humeris. Cui ciuis. Eſtis vos dn̄s Fred. Rn̄dente ego ſum ſubiūxit. Unde venitis ⁊ q̄d ſignificāt iſta q̄ video. Ego inq̄t i magnis penis ſum pelles illas cuidā vidue abſtuli: quas mō ardētes ſentio ſilr partē cuiuſdā agri mihi vendicaui iniuſte cuiꝰ nūc pōdere p̄mor: ſȝ ſi filij mei iſta reſtituerēt penam meā multū alleuiarēt: ſicqꝫ euanuit. Audiētes filij verba patris ab illo maluerūt eum in penis eternis manere q̄ꝫ predicta reſtituere.

¶ Demones impediunt reſtitutionem rerum. ¶ Exemplum. viij.

Quidā demoniacꝰ ductꝰ erat ad quēdā ſctm̄ virū qui p̄cepit demoni vt exiret ⁊ nomē ſuū diceret. Jlle ait. Noſtra ſunt tres qui habitāt in hoīe iſto: et ego vocor claudēs cor ⁊ officiū meū eſt cor pctōris claudere qꝫ nō poſſit habere verā contritionē. ſi vero cōtritionē habuerit: tūc frater meꝰ q̄ hic morat̄ vocat̄ claudēs os, qui laborat ad hoc qꝫ hō non pōt cōfiteri pure: ſed ſi cōfitetur nō cōterit̄: tūc tertiꝰ frater meus qui hic morat̄ vocat̄ claudēs burſam ne ei pecunia deficiat, ⁊ in paupertate incidat qui laborat ad hoc vt nō ſatiſ-

faciat reſtituendo ablata ⁊ iniuſtē acq̄ſita. ⁊ ille plures nobis oībus acq̄rit: q̄ʒ licʒ hoīnes cōuertant q̄nq̄ʒ ⁊ confiteant̄: tñ raro vel nunq̄ʒ plenē oīa iniuſtē acquiſita reſtituunt: ⁊ ſic ſeipſos dānant: q̄ꝛ pctm̄ non dimittitur niſi ablatū reſtituatur.

¶ Diues quidam abſcondit theſaurum in muro.

¶ Exemplum. ix.

Diues infirmus nō potuit confiteri vnū peccatū. ſ. theſaurū abſconditum in muro: q̄ꝛ diabolus linguā eius tenuit. Tūc ſacerdos euchariſtiā apportauit di. Dñe ieſu xp̄e oſtende potentiam tuā in illo infirmo ⁊ ſtatim fugatus eſt diabolus: ⁊ infirmus deuote eſt confeſſus: ⁊ iuſſit effodere theſaurū ⁊ dare pauperibus pro anima ſua.

¶ Eleemoſyna de iniuſtis rebus deo non placet. ¶ Exemplum. x.

Diues q̄d ſub typo eleemoſyne pauperibus cōuiuiū fecit inter quos cū quidā obſeſſus eſſet: ⁊ ceteris māducantibus ipſe q̄dem ori applicaret: ſed eiſdem veſci nō poſſet. Dū q̄dam ex circūſtantibus hoc vidiſſent dixerūt: inique cur nō ſinis hoīem māducare. q̄bus ille rñdit. nolo vt peccet eo q̄ eleemoſyna iſta de rapina ſit. dicentib⁹ illis. Mentiris: q̄ꝛ is q̄ fecit eā hō bonus eſt. Rñdit: nequaq̄ʒ mentior vitulus iſte q̄ inter pauperes eſt diuiſus in quinta gñatione fuit ab illa vacca que per rapinā habebat̄ ⁊ ſatis mirati ſūt qui aderant. Hec Ceſarius.

¶ Quidam peregrinationes fecit cum iniuſtis rebus.

¶ Exemplū. xi.

Diues q̄dam hō iuit ad diuerſa loca ſanctorum ⁊ q̄cq̄d via expenderat totum per vſurā acq̄ſiuit. Tandē ꝓpter diuerſos labores infirmabatur vſq̄ʒ ad mortē. Populus em̄ planxit eū ⁊ oēs q̄ſi ſanctū eū credebāt: ⁊ ſic iacens per tres dies ſine loquela: quarta die oībus circunſtantib⁹ clamauit di. Nullus oret ꝓ me q̄ꝛ dānatus ſum ⁊ iudicatus: ⁊ q̄ſierūt de bonis operib⁹ ei⁹. Rñdit. Nihil mihi ꝓſunt peregrinationes mee ⁊ opera mea que in peccato mortali feci: q̄ꝛ de vſura ē illa pecunia quā debui alijs reſtituere. Ergo patet q̄ deus de male acquiſitis nō vult honorari.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Puer. ix. annorum qui a familia matris accōmodauit denarios q̄uo punitus eſt. ſer. ciiij. I.

¶ Item miles q̄dam rapuit vacaʒ vidue dicens. Si ego nō facerem tunc alius faceret. ſer. ciiij. F.

¶ Itē q̄dam nutriebat multas columbas ⁊ dixit. ſi ꝯ deū eſſet q̄ recederent: ⁊ ſic oēs receſſerunt. hoc q̄re ſer. lxxxij. C.

¶ Itē pater q̄dam habuit duos filios: et vnus factus eſt eremita ⁊ alter damnatus eſt cū patre ⁊ maledixerunt ſibi inuicē in inferno. ſer. xxxiij. R.

¶ Iteʒ puer q̄dam furatus eſt germano ſuo obolum: quomodo in puteuʒ ꝓiectus eſt. ſer. cxliij. C.

¶ Itē monachus q̄dam denariū pro naulo non ſoluit. ſer. cl. C.

¶ Itē famulus q̄dā furat⁹ eſt dño ſuo ficus ⁊ nō potuit euchariſtiam accipere de manu. b. Thome apoſtoli. ſer. xxiij. D.

¶ Item ruſticus qui furatus eſt palū q̄uo in agone manifeſtauit eū diabolus cū palo ignito. ſer. ciiij. H.

¶ Itē diues q̄dā ſepultus eſt in inferno: ⁊ arbor ꝓceſſit ab eo: ⁊ armis pependerunt heredes ipſius. quere ſer. cxiij. E.

¶ Itē miles q̄dā viſus eſt in ſcala in inferno ꝓpter iniuſtas res ⁊ fuit decimus in ordine de iſta ꝓgenie. ſerm̄. xv. M. ⁊. ciij. M.

¶ Itē pater q̄dam dixit ad filiū vt digitū teneret ad ignē donec diceret vnum Aue maria. ſer. xxvj. O.

¶ Itē ruffus diſcipulus bea. Cyrili dānatus eſt ꝓpter res cū ludo acquiſitas. ſer. xij. M. ¶ Religioſus.

¶ Religioſi crucifigūt ſe cū xp̄o.

¶ Exemplū. xij.

In quadā domo ordinis cuiuſdā cōuerſus q̄dā fuit bonus ⁊ diſciplinatus Rudolfus noīe cui diuinit⁹ multa reuelabant̄. Hic cū nocte q̄dā dictis matutinis an̄ lucē ſub diuo ſtaret ⁊ orones q̄ſdam diceret xp̄m in aere crucifixū pēdētē vidit: ⁊ circa eū. xv. hoīes ſingulos in ſingulis crucibus. Ex his. x. erant monachi ⁊ v. conuerſi: oēs enim bene noui: vtpote cōgregationis ſue ꝓfeſſi: ita aer fuit illuminatus ex chriſti preſentia vt ſingulos bene diſcerneret. Cūq̄ʒ ſtupefactus ſtaret ob tam mirabilem viſionem: dñs de cruce clamauit noſti Rudolfe qui ſunt hi quos vides circa me crucifixos? Reſpōdente conuerſo: noui dñe qui ſunt: ſed quid ſit quod video prorſus non intelligo: ſubiunxit dominus. Hi ſoli ex omni cōgregatione mecū crucifixi ſunt: mee paſſioni vitam ſuam conformantes.

¶ Religioſi debent eſſe contenti in cibo conuentus. ¶ Exemplum. xiij.

Religioſa quedā perſona que lautius ceteris in vino: piſcibus: ⁊ quādoq̄ʒ carnibus vixit: vidit in viſione fratres in refectorio arida cibaria ſumere. Tūc beata virgo Maria cum multo comitatu affuit: ⁊ cum aureo cocleari dedit ex electuario quod puelle tenebant ſingulis. Cumq̄ʒ veniſſet ad illam perſonam ſingularem nihil ei dedit dicens. Non habebis: quia ſingularis eſt iſta perſona: hec videns ſingularitatem depoſuit: ⁊ guſtauit quod omnem dulcedinem ſuperauit.

¶ Requies.

¶ Senex quidam. lxx. annis in eremo non habuit requiem.

¶ Exemplum. xiiij.

Frater quidā ſedens ſingularis tētabatur a diabolo per multas tētationes pergens ad abbatē theodorum dixit quia turbaretur. Senex autē dixit ei. Uade humilia mentē tuam: ⁊ ſubdere te: ⁊ habita cum alijs. Abijt auteʒ in montem ⁊ manſit cum alijs. Et reuerſus poſtea ad ſenem dixit. Nec cum alijs hominibus quietem inuenio ⁊ dixit ei ſenex. Si ſolitarius nō requieſcis: neq̄ʒ cū alijs concordas cur voluiſti te monachum facere? Nonne vt ſuſtineas tribulationes? Dic autem mihi quot annos habes in habitu iſto? Reſpōdit. Octo. ait ſenex. Crede mihi habeo in iſto habitu. lxx. an. nec vna die potui requieʒ inuenire: ⁊ tu in octo an. requiem habere vis.

¶ Ridere.

¶ Quidam nimis frequēter riſit: quomodo punitus eſt. ¶ Exemplum. xv.

In quodam monaſterio in quo ſanctus patricius fuit abbas legitur quēdā fuiſſe monachum cuius ſanctitati inuidebāt demones. Sed quia nemo ſine crimine eſt: hoc ſolum vitium habebat: quia nimis cito ⁊ ſine cauſa in riſum prorūpebat. Et q̄ꝛ ſecūdum dei iudicium cum culpa pena deleatur: huic pene debebatur: ideo permiſit deus vt ipſum dormientem demones aſportarēt: ⁊ per triduum detinuerūt eum. poſtea ad lectum ſuum grauiter vulneratum ⁊ flagellatum detulerūt: qui cōfeſſus fuit ſe horrenda: ſtupēda: ⁊ tremēda vidiſſe: qui poſtea ſuperuixit. xv. an. nec tamen eius vulnera poterāt aliquo medicamine curari: ſed ſemper recentia manebant et aperta: quarū quedam ad menſurā vnius digiti profunda erant. Huius Gilbertus (vt legitur) vulnera ſe ſepe tractaſſe dixit: ⁊ cum ſuis manib⁹ ſepeliſſe teſtatus eſt. Dictus autem vir qui hoc viderat quādo videbat aliquem leuiter ridentē vel incōpoſite ſe habentē: dicebat. O ſi ſcires q̄nta huic diſſolutioni pena debetur: diſſolutiones et mores incompoſitos forſitan emendares.

¶ Capitulum de litera. S. ¶ Sepultura.

¶ Epiſcopus qui propter pecuniam ſepeliuit hominem magnum quomodo punitus eſt. ¶ Exemplum. j.

Epiſcopus quidā accepto precio valeriū prauū hoīem in eccleſia ſepeliri permiſit. Eadē vero nocte qua ſepultus eſt. b. Fauſtinus martyr in cui⁹ eccleſia corp⁹ illius praui hominis fuit humatū: ſuo cuſtodi apparuit di. Uade ⁊ dic epō vt ꝓijciat hic has ferētes carnes quas hic poſuit: q̄d ſi nō fecerit die tertio morietur ipſe. Et ep̄s non curauit admonitionē illi⁹ die aūt tertio ep̄s eiuſdē ciuitatis cum veſpertina hora ſanus ⁊ incolumis ad lectū iuiſſet: ſubitanea ⁊ inopinata morte mortuus eſt. Hec Greg. in dialo. lib. iiij.

¶ Quidam de nocte tractus eſt de eccleſia. ¶ Exemplum. ij.

Quidā peruerſus homo ⁊ malitioſus ⁊ lubricus Ualētinus noīe cum corpus illius in eccleſia ſancti Sixti martyris ſepultū eſſet nocte media in eadem eccleſia facte ſunt voces ac ſi q̄s de ea violēter depelleret̄ atq̄ foras traheret̄. ad quas nimiū voces occurrerūt cuſtodes ⁊ viderūt quoſdā teterrimos ſpūs qui eūdem valētinū per pedes quadā ligatura ſtrinxerūt: ⁊ eū ab eccleſia clamantē ⁊ nimium vociferantē detrahebāt. Mane aūt facto aperientes ſepulchrū in quo idē valentinus poſit⁹ fuerat: corpus eius nō inuenerunt. cūq̄ extra eccleſiā quererēt: proiectū inuenerūt eū extra locū ſacrū: adhuc ligatū ſicut fuerat extra eccleſiā tractus. Hec Gre. iiij. li. dialogo.

¶ Uſurari⁹ in monaſterio ſepult⁹ inquietauit monachos. ¶ Exemplum. iij.

Uſurarius q̄dā in quodā clauſtro a monachis eſt ſepultus. Ipſe de nocte egrediēs ſepulchrū eiulando ⁊ clamādo diſcooperiebat domū: monachos mirabiliter inquietauit: baculo pcutiebat: ⁊ de mane inuētus eſt extra ciuitatē in campo. Iterū repoſitus eſt ſepulchro ſuo. Qđ cū pluries factū fuiſſet adiuratus eſt a quodā viro ſancto vt diceret quare ipe ⁊ monachi quietē non haberēt. ⁊ ille. De me deſparatū eſt q꞉ ſicut vſuris meis infeſtaui pauperes die ac nocte: ita modo amplius nō quieſcam vos aūt quieſcere nō poteritis niſi corpus meū de clauſtro deieceritis. qđ ⁊ factū eſt. ⁊ poſtea ab eo nō ſunt moleſtati.

¶ In diſcipulo de tēpore.

¶ Uſurarius quem aſinus portauit infra patibulum: ⁊ ibi ſepultus eſt in ſepulchro patrū ſuorū. quere ſer. cxiiij. B.

¶ Seruire deo.

¶ Seruus xpi tria debet habere.

¶ Exemplum. iiij.

Legitur in vita beati Frāciſci: qui cū ſemel oraret et a deo deuotis orationib⁹ deprecaret̄ vt ei reuelare dignaret̄ vt dignus ſeruus eſſe mereretur. Facta eſt ad eū vox de celo di. Qñ de me cogitas aut de me loq̄ris: aut ſermone aliq̄d operaris: tūc ſeruus meus eris. cum contraria operaris ſeruus alterius efficieris. vñ Aug. Nulli placere ſtudeas niſi ſoli deo in vita tua.

¶ In diſcipulo de tēpore.

¶ Seruiendū eſt deo ex charitate. Unde legitur exemplū ꝙ diabolus venit ad quēdā ſenē ⁊ iuuenē ſuū eſſe de numero dānatorū dixit: ipſe tñ iuuenis eque bñ ſeruire voluit deo ꝓpter ſuā infinitam bonitatē. ſer. clv. U. ¶ Societas.

¶ Clericus ꝓpter malam ſocietatem eſt ſuſpenſus. ¶ Exemplum. v.

Duo clerici inerūt ante tabernam quandā in quadā ciuitate in qua erāt cantus dulces ⁊ ſolatia magna ⁊ multa. Inuitati ſunt ab illis qui ibi erāt ad potū: dicit vnus. Non intrabo q꞉ dicit philoſophus. non eſt trāſeundū per viā gentis inique. Illo vero recedēte alter intrauit. Et cum alter eſſet ibi: ecce iudex querens illos qui erāt ibi: q꞉ fecerūt homicidium in alio loco: ⁊ tam cleric⁹ ⁊ q̄s illos ſuſpendit. Cum aūt clericus ſuſpenderet̄ dixit. Modo ſcio ſed tarde: fatuus eſt qui nō credit philoſopho de vitādo conſortio prauorum: ꝓpter conſortiū enim tale hec patior. ¶ Somnia.

Quidā attendēs ſomnia ꝗ ſomniauit eū longo tpe victurum. Cūq̄ multas pecunias pro longioris vite ſtipendijs collegiſſet ſubitó defunctus eſt: ⁊ omnia poſt ſe reliquit: ⁊ nihil ſecum niſi opera bona ſua vel mala portauit.

¶ Sortilegia.

¶ Quare plures mulieres dānantur q̄s viri. ¶ Exemplum. vij.

Legitur ꝙ quidā necromāticus cōuerſus ad fidē vna vice adiurauit demonē: vt ſibi indicaret an plures viri dānarentur: an plures mulieres. Rñdit demon ꝙ plures mulieres. ⁊ ille dixit. Quomodo potes hoc dicere cum ſint multi vſurarij. raptores: luſores adulteri bibuli ⁊ blaſphemi. Cui diabolus. immo ſic eſt vt dixi. ⁊ ille dic mihi cauſam quare plures mulieres dānantur, et noluit indicare ſibi: tūc coegit illū, ⁊ ille ait ꝓpter ſortilegia ⁊ diuinatiōes: q꞉ vt plurimū falſificant fidem ſuā catholicam cū carminib⁹ ⁊ diuinationib⁹: exemplo eue prime matris que plus credidit diabolo loquēti ex ſerpēte, q̄s ipſi deo: q̄ prohibuit eis comedere de ligno ſcientie boni ⁊ mali: ſʒ eua credidit diabolo dicenti. nequaq̄ morte moriemini: ſed eritis ſicut dij: ſcientes bonum ⁊ malum.

¶ Nobilem dixit diabolus moriturum in terra ſancta. ¶ Exemplum. viij.

Nobilis quidā vir ſtrenuus ⁊ prepotens inter ſuos nocte quadam per ſyluam terribilē trāſiens: audiuit vocē mulieris quaſi in vicino cātantis: ⁊ dixit ſuis. Eſt ne q̄s veſtrū qui mecū vadat mulierem illam cantātem videre? Omnib⁹ ergo diſſimulātibus ⁊ prohibētibus: ille perrexit ſolus: ⁊ inuenit ſtantē ſub arbore quaſi nigrā monialē extēſis in celū manibus: ⁊ cantātem. Quā interrogaſſet q̄d ageret: ait. Hic laudo deū meū. credens ergo ille aliquā ſanctam eſſe rogauit eā dicēs. Dic mihi obſecro quid futurum eſt mihi: ⁊ illa. Multa inquit mala feciſti et adhuc facies: deuictis inimicis tuis tranſmarinā crucem ſuſcipiēs tranſfretabis ⁊ in xpi ſeruitio morieris. Ad hec verba gauiſus ille receſſit, vt ei preditum eſt. Facta cede hominū inimicos deuicit. Qui cū preſtolaret̄ crucis cōſignationē vt trāſfretaret: incidit in acutiſſimā febrem. Rogātibus ergo ⁊ cōſulentibus phiſicis ⁊ amicis vt cōfiteretur peccata ⁊ peniteret: cōicaretq̄ eccleſiaſticis ſacramētis: q꞉ periculū imminere videret̄: noluit ille: nullo modo reputās ſe moriturū. Cūq̄ ſup hoc phiſici mirarentur: fratrem illius carnalē magne indolis clericū vocauerūt. Cui fratris periculū intimātes ſuper ſalutē anime eius admonendū inſtātius cōſulebāt. Mox ad fratrē ingreſſus clericus: arguit periculoſius infirmantē. ⁊ ille. Tu (inq̄t) vt alij ſtultus mihi aſta q꞉ optime ſcio quod modo nequaq̄ moriar. Cui clericus cum lachrymis dixit. Et vñ habes frater chariſſime? Et ille tandē. Sic dictū eſt mihi ꝙ crucē accepturus ſum: ⁊ in terra ſancta in xpi ſeruitio moriturus. ad hec verba frater eius factus dolore cordis intrinſecus: vere inq̄t chariſſime antiquus ille hoſtis diabolus: tuo nunc inſidiat̄ calcaneo: qui etiā mēdacio ſuo nūc te nitit̄ decipere moriturū. age ergo ſalutis tue cām: ⁊ penitere ⁊ impleas qđ rogo. Nec mora decūbens aduocari petijt preſbyterū: poſtulat veniā crimē confitet̄: ſtatuit teſtamētum: accepit corpus xpi: inungit̄ exhalat ſpiritū ⁊ ſic vt credimus ab inſidijs demonū liberatur. Nec diu poſtea defuncti frater clericus bonitatē xpi in mortuo recognoſcens predicatorum ordinē intrans multa in ſeculo dereliquit.

¶ Quidā demonibus preparauerūt menſam: vt ditarentur. ¶ Exemplū. ix.

Cum ſanctus germanus declinaſſet ad quoddā hoſpitiū: vidit poſt cenā menſam iterū preparari: et cū admiratus queſiuiſſet q̄bus talia prepararent. dixit ei hoſpita ſua ꝙ bonis rebus que de nocte incedebāt: vt ipſi de hoc ditarentur in rebus tpalibus. Uñ vir ſanctus de nocte vigilās cū demones in forma humana veniſſent ⁊ cū ad mēſam ſediſſent illis de domo in lectis ſuis quieſcētibus. vir ſctūs ſurrexit ⁊ demones non pmiſit abire de domo: ⁊ excitās illos in domo inquirēs ab eis ſi pſonas illas cognoſcerent. Qui cū dicerent ꝙ ſic vir ſanctus miſit illos ad domos vicinorū ſuorū vt videret̄ ſi eſſet ibi. ⁊ inuenerūt eos in domibus ſuis. Qđ cū viro ſancto retuliſſent coegit demones indicare ſeipſos: et confeſſi ſunt ſe eſſe demones: ⁊ ſic hoīes illudere.

¶ Mulier q̄dā in extremis dicit kuckuc.

¶ Exemplum. x.

Egrotauit q̄dā mulier vſq̄ ad mortē: ⁊ dixit ei filia ſua. Mater mitte ꝓ ſacerdote: vt confitearis peccata tua. cui mater. ad q̄d? ſi mō ſum infirma cras vel poſt cras ero ſana. Filia ꝟo vidēs eā deteriorari adduxit plures vicinos: vt eā ſil̄r admonerēt quib⁹ illa. Quid dicitis vel q̄d timetis? ego non moriar añ. xij. annos. audiui cuculū q̄ dixit mihi. Tandē in illo piculo obmutuit. et tūc miſit filia ſua ꝓ ſacerdote: q̄ venit ⁊ attulit qđ debuit. et ad eā veniēs querit ſi aliq̄d velit cōfiteri. Illa ſolū dicebat: kuckuc. Item ſacerdos offerēs ei corp⁹ dñi ⁊ querit iterū ſi credat

eſſe ſaluatorẽ. ⁊ illa rñdit. huc huc. et ſi reuertente ſacerdote: poſt paululũ obijt.

¶ Quidã putabat ſe adhuc. xxij. annis viuere. ¶ Exemplum. xj.

Conuerſus quidã religioſus cum auem que cuculus dr̃ a voce nomẽ habẽs crebrius audiret cantantẽ vices interruptionis numerauit: ⁊ xxij. inueniens eos ꝓ annis tot idẽ vite ſue cõputauit. Eya (inquit) certe. xxij. annis viuã: et ꝓpter quid me tanto tꝑe in ordine macerabo? redibo ad ſeculũ ⁊ gaudebo in ſeculo ⁊ ſeculi delitijs iplear: ⁊ xx. annis fruar, duobus vero annis qui ſupſunt penitebo. Sed dñs ieſus qui omne augurium odit. alter ꝗ̃ ille qui hoc ordinauit hoc diſpoſuit. Nam duos annos quos penitẽtie ordinauit eũ in hoc ſeculo viuere permiſit: ⁊ annos. xx. delitijs ordinatos iuſto ſuo iudicio ſubduxit: qꝛ poſt annos duos ille miſer obijt. ¶ In diſcipu. de tẽpore.

¶ Comes quidã iuit ad phitoniſſam: et interrogauit eam de duobus equis: quõ ipſa mentita eſt. hoc q̃re de tꝑe. ſer. xlj. I.

¶ Itẽ eremita quidã vidit diabolũ cuſtodire porcos in agro. hoc quere ſer. xlj. O.

¶ Spernẽs ꝓximos. ¶ In diſcip. de tꝑe.

¶ Sacerdos q̇ abhorruit leproſos intm̃ cõfeſſiones eorũ per murũ audiuit. ſilr̃ et quidam famulus abhominabat̃ leproſos intm̃ ꝙ noluit eis porrigere elemoſynã: et ambo iſti facti ſunt leproſi. hoc q̃re de tꝑe. ſer. lv. N. ¶ Itẽ aduocatus quidã in agone dixit ſe eſſe cattũ, et ſic obijt. quia paupes ſpreuit. F. lix. L. ¶ Supbia veſtiũ.

¶ Mulier quedã propter ſuperbiã veſtiũ perdidit ſenſus. ¶ Exemplum. xij.

Quedã mulier cõiunx cuiuſdã militis quadã nocte vidit ſe in ſomnis portare quoddã vexillũ qđ colore ſanguineo erat intinctũ. hoc aũt vidit cũ pregnãs eſſet. Euigilans autem a ſomno ſenſum perdidit cõtinue ⁊ aliena cepit loqui, viro ſuo valde mirãte. Et poſt paululum videbatur ſibi xp̃ianã fidem quã hactenus habuerat inter mãmillas ſuas eſſe ⁊ inde cõtinue exire. ſic diabolus eã ludificauit cuius animam venari cupiebat. Amici quoqꝫ eius cõtriſtati magno merore pro tãto infortunio qđ ei accidit: aſſumentes eã duxerunt ad loca ſanctorum ſi forte obtinerẽt ſibi ſanitatẽ. Pernoctauit in eccleſia ſancte trinitatis. Sʒ ſancta trinitas. ſ. vnus deus in tribus ꝑſonis noluit ei ſanitatẽ tribuere: qꝛ ſalutis eius donũ ſeruabat regine. ſ. genitrici dei marie. Poſt hoc facta eſt aqua bñdicta a pluribꝰ preſbyteris multis exorciſmis adiurata etiã multis bñdictionibꝰ roborata: in qua dũ veniſſet merſa ex infirmitate deterior facta eſt vt multomagis laboraret iſania capitis. peracto aũt anni circulo poſtꝗ̃ in infirmitatem inciderat, appropinquãte die feſto purificationis beate marie virginis ꝑducta eſt ad quandã eccleſiam in honore ipſius conditã. Ibi ergo dũ pernoctaret apparuit ei beata virgo maria: dicẽs ſibi ꝙ ꝓpter ſupfluũ ornatũ, ⁊ ꝓpter ſupbiam ſuã, ⁊ ꝓpter nimiã cõplacentiã quã habuit in veſtibꝰ, ⁊ pulchritudine corporis ſui ei hoc accidit ⁊ ſi ſe emẽdare vellet et amodo humilitati ſtudere eã vellet ſanare. Que ꝓmittens hec: ⁊ ſignãs eã beata virgo maria ſana ſurrexit: et iſtis ſuis charis intimauit: ⁊ poſtmodũ laudabiliter vixit.

¶ Mulier quedã circundata eſt demonibus ad modũ glirium. ¶ Exemplũ. xiij.

De quadam dñica cũ ſacerdos in eccleſia cuiꝰ erat plebanus circuiret et cũ aqua benedicta populũ aſpergeret ad oſtiũ eccleſie veniẽs matronã quandã cum põpa venientẽ ad ſimilitudinẽ pauonis varijs ornamẽtis pictam obuiã habuit: in cuiꝰ veſtimẽtorũ cauda quã trahebat poſt ſe longiſſimã multitudinẽ demonũ ſedere cõſpexit. Erãt enim parui vt glires, nigri vt ethiopes: ore cachinãtes: manibꝰ plaudẽtes: ⁊ ſicut piſces intra lagenã cõcluſi ſaltantes. Quos vt vidit plebanus vocauit populũ: demones ne fugerent adiurauit. Territa illa ſtetit vt viſionẽ populus videre mereret̃: qꝛ vir bonꝰ ⁊ iuſtus fuit in orationibꝰ obtinuit. Intelligens igit̃ mulier ob veſtimẽtorum ſuperbiã ſe ſic a demonibꝰ inhabitatam domũ redijt ⁊ veſtem mutauit: etiam ipſi ꝗ̃ ceteris feminis eadẽ viſio occaſio facta



eſt humilitatis. hec Ceſarius.

¶ Mulier ornata eſt rhete diaboli.

¶ Exemplum. xiiij.

Soror beati bernardi venit eũ viſitare in ornatu vano, ⁊ nimis ſuperfluo: ideo beatus Ber. ſororẽ ſuam eſſe negauit. Tũc illa cõpuncta ⁊ lachrymis perfuſa rñdit. ⁊ ſi peccatrix ſum: tamẽ xp̃s pro talibꝰ mori dignatus eſt. veniat ergo frater meus ſeruus ieſu xp̃i, ⁊ iubeat quicquid vult, parata ſum ei obedire. Et depoſito ornatu venit ad eã beatus Ber. ⁊ ait. Sufficit ei matrẽ xp̃i imitari. nã ſtultiſſimum eſt deũ tali ornatu ꝓuocare: qꝛ vanus ornatus nõ eſt aliud niſi rhete diaboli. ⁊ gladius igneus bis acutus occidẽs habentẽ in anima ſuperbiã ⁊ aſpicientem per luxuriã: de quibꝰ animabus redditura es rationẽ in die nouiſſimo, ⁊ erit anima tua ꝓ anima illius quẽ ſic occidiſti. ⁊ illa cõpuncta ex verbis beati Ber. poſtmodũ ſeculũ deſeruit: ⁊ cũ licentia mariti ſui religionem intrauit, ⁊ laudabiliter vixit.

¶ Multi demones viſi ſunt circa hominẽ peſſimum. ¶ Exemplum. xv.

Erat quidã preſciens diem mortis ſue predixit ceteris fratribus ſuis ipſum diẽ. Appropinquante autẽ hora mortis ſue intrauit quidã valde facinoroſus homo clauſtrũ: ⁊ ſtetit in ambitu clauſtri. Eadem hora congregati ſunt oẽs fratres: ⁊ preſtolabantur mortẽ fratris ſicut predixerat. Tũc dixit frater infirmus aſtantibus. In vanum expectatis anime exitũ qꝛ mori nõ poſſum ꝗ̃diu ille peſſimus malefactor p̃ſens eſt in clauſtro. Video enĩ tot demones circa ipm̃ ꝙ numerari nõ poſſunt, vnde anima mea timet egredi de corpore meo, niſi ipſe priꝰ eijciatur. Et mox illo eiecto frater obdormiuit in domino. Quod cum ille peccator ex fratrum relatiõe intellexiſſet: ſtatim compunctus ⁊ confeſſus ordinẽ intrauit ⁊ vitã ſanctam in dño conſummauit feliciter.

¶ Comitem quendam diabolus in equo eduxit. ¶ Exemplum. xvj.

Elinãdus refert qđ cũ petrus abbas cluniacẽ. quadã die ſolẽni et comes matiſcoñ. in ꝓprio palatio reſiderent cũ multis alijs repente homo ignotus inſidens equo per oſtium palatij ingreſſus cũctis videntibus ⁊ mirãtibus vſqꝫ ad ipſum comitẽ peruenit dicẽs ſe eũ velle alloqui imperãs ei vt ſurgeret ⁊ ſequeretur eũ. Qui nõ valens reſiſtere ſurrexit ⁊ ad oſtiũ palatij perrexit: vbi equũ paratũ inuenit quem iuſſus ſtatim aſcendit: vt frenũ ille accipiens qui ꝓpter eum venerat velociſſimo curſu per aera cũctis cernentibꝰ ferrẽ cepit. Ille aũt miſerabiliter clamans. Succurrite ciues ſuccurrite totã ciuitatem commouit. Omnes autem eum per aera currentem aſpexerũt ꝗ̃diu naturali acie oculorũ videre potuerunt: Sicqꝫ tandẽ ſubtractus viſibus hominũ factus eſt eternus ſocius demonum.

¶ Miles ne perderet famam audacie ſue noluit in agone mortis confiteri.

¶ Exemplum. xvij.

Miles quidã multum audax fuit ⁊ fideliter mundo ſeruiuit et ei placuit mũdus: ⁊ hic per. xl. annos in tota vita ſua deum nũꝗ̃ veraciter ⁊ ex corde inuocauit: nec aliquãdo confeſſus fuit Ultimo infirmabatur ad mortem et multi amici eius venerunt ad eũ rogantes vt confiteretur ⁊ deum aduocaret in ſuum adiutorẽ. Infirmus reſpondit. Hoc nõ faciam: vos ſcitis qꝛ mundus me diligit ꝓpter meã audaciam: ſi modo confiterer ⁊ deũ inuocarem: homines dicerẽt quod timore mortis hoc facerẽ, ⁊ ſic perderem honorem meũ. Nolo ergo confiteri vt nõ perdam honorem meum ⁊ laudem meam quã per. xliij. annos fideliter totis viribus cõſummaui. Poſt ſtatim mortuus eſt diaboli accipientes animam eius cum magno ſtrepitu et eiulatu perduxerũt ad infernũ profundũ.

¶ Quidam nobilis dixit. quis es tu, qui poſſis mihi reſiſtere.

¶ Exemplum. xviij.

Nobilis quidã ſuperbus erat ⁊ cũ hoc potens ⁊ ex ſuperbia ſua pauperes deſpexit intantũ ꝙ nec eis loqui nec ſalutare vellet. Quadã die cum eſſet in magno gaudio ⁊ multos nobiles inuitaſſet dixit ad ſuos hoſpites. Quis eſt

qui poſſit mihi reſiſtere? Reſpōdit ſibi quidam ſenex miles dicens. Ille qui humiles exaltat ⁊ ſuperbos humiliat ſcꝫ deus qui nos creauit ⁊ tibi omnia bona q̄ habes vel poſſides donauit. Nobilis dixit. Ea q̄ habeo ex iure hereditario poſſideo, ⁊ ea per memetipſum acquiſiui ⁊ augmētaui. Sed qꝛ ille miſer deo non dedit gloriā qui eſt dator ⁊ largitor omniū bonorum ſtatim permiſit eum deus mori ſubitanee coram omnibus hoſpitibus ſuis ⁊ diaboli animā ſuam rapuerunt, ⁊ tormentis infernalibꝰ deportauerunt.

¶ In diſcipulo de tpe.

¶ Comitiſſa quedā ſolū ꝓpter ornatū veſtium dānata eſt. hoc quere ſer. cxlj. J.

¶ Mulier quedā dixit. domine quid valet confeſſio dum retineo ſuperbum habituꝫ ⁊ non habeo propoſitū dimittendi. ſermo. clviij. H.

¶ Sacerdos quidā vidit matrē in ſporta ignea ⁊ ſerpētes circūcingebant caput et collū eius ⁊ cathenas habuit in brachijs ⁊ pedibus ſer. lxxxiij. H.

Quidā vidit diabolū eq̄tare in cauda mulieris: ⁊ cecidit in lutū. ſer. lxxxiij. H.

¶ Qui primitus vtebatur purpura a fulmine eſt percuſſus ⁊ ſic obijt. hoc quere ſermo. lxxxiij. B.

¶ Item virgo quedam habuit remorſum conſcientie ꝙ non debuit alium colorem portare q̄ ouis habuit quā veſtem recepit. ſer. lxxxiij.

¶ Item virginē diſſolutā voluit diabolus recipe propter choreā ⁊ etiā ꝓpter ornatū veſtiū. ſer. clxij. M.

¶ Item miles quidā diabolū ſecū in veſtitu ſupbo duxit ⁊ ſic ad tornamētū iuit hoc patet ante. F. xviij. A.

¶ Superbia ſpūalis.

¶ Elatio mentis oīa bona opera perdit.

¶ Exemplum. xix.

Senex quidā dixit quando cogitatio vane glorie vel ſuperbie te impugnat perſcrutare ſcipſum ſi omnia mandata dei ſeruas: ſi inimicos tuos diligis ſi gaudes in gloria inimici ⁊ cōtriſtaris in detectione eius ⁊ ſi nō habes hoc tunc ſeruus inutilis es: ⁊ omnibus hominibus plus peccas ⁊ neqꝫ de te aliquid grā de ſentias ſeu ſapias: ſed quicquid aliud feceris ſcias qḋ elata cogitatio omnia bona diſſoluit.

¶ Diabolus oſtēdit ſe fratri in forma btē virginis Marie. ¶ Exemplum. xx.

Quidam frater ordinis predicatorum ⁊ oratione et lachrymis quaſi ꝯtinuus, ſtudiū ⁊ ſcholas ⁊ ſermones dimiſerat, ⁊ totꝰ deuotioni intentus: cui diabolus in forma beate virginis frequenter apparens reuelabat ei multa, ⁊ eius ſtatū multum laudabat. Cum autem hec priori ſuo narraſſet fuit homo diſcretus, ⁊ literatus, iniunxit ei ꝙ ſi rediret ſpueret in faciē: qꝛ ſi inquit eſt beata virgo Maria humilis eſt, nō indignabit̄ ſed excuſatam habebit obedientiam tuam. Si vero diabolꝰ ſuperbus eſt ꝗ confuſus recedet: qḋ cum frater cōpleuiſſet, diabolus cōmotus, ⁊ indignatꝰ ait. Maledictus tu ⁊ qui docuit te iſta. et cōfuſus aufugit, ⁊ extunc nunq̄ apparuit.

¶ Virgo quedā propter complacentiam ſuipſius dānata eſt. ¶ Exemplum. xxj.

Quedam virgo a iuuētute ſeruiuit deo: quādam tn̄ ſupbiam ſpecialē in ſe habuit in cōplacentiā ſuipſiꝰ que venit ad extrema: ⁊ epūs loci illius perſonaliter eam viſitabat: ⁊ cū ſacramentis eam procurabat: ⁊ ꝓpter ſanctitatē vite ipſius dixit circumſtantibus. Merito iſta dies eſſet celebrāda in qua iſta virgo deuota ⁊ ſancta eſt moritura. Illa verba iſta audiuit, ⁊ valde ſibijpſi ꝯplacuit, ⁊ ſic obijt ⁊ infra ſpaciū. xxx. dierū apparuit ipſi epō dicens ſe eſſe dānatā ꝓpter ſuipſiꝰ cōplacentiam, ⁊ ſpecialem ſuperbiā quā in ſe habuit in extremis ſuis qn̄ illa verba audiuit. vnde Ber. Multo melius eſt eſſe peccatorem humilem, q̄ iuſtū arrogātē, qḋ a dn̄o aperte offendit̄: vbi phariſeus ⁊ publicanꝰ in exemplum ducūtur.

¶ In diſcipulo de tpe.

¶ Virgo quedā arctā vitam duxit ⁊ ſolūmodo ꝓpter ſpecialē ſupbiā dānata eſt: qꝛ ſpreuit ⁊ contēnebat alios ſer. cxxxvij. A.

¶ Item latro q̄ ex humilitate dixit ad eremitam vtinā eſſeꝫ talis qualis tu es: eremita ex elatione mētis reſpondit. hoc tu libenter deberes velle: ⁊ ſic damnatus eſt. hoc quere ſer. lxxij. x.



¶ Item incluſa quedā dixit ſe eſſe peſſimā ⁊ ab alijs noluit hoc audire. ſer. c. T.

¶ Item conuerſus quidā ſenſit mirā dulcedinē in ſacramēto euchariſtie ⁊ voluit alium fratrē oſculari vt etiā ſentiret illam ⁊ totum perdidit. ſer. lxxij. x.

¶ Item monachus in eremo ꝓpter elationem mentis deceptus eſt diabolo. ſermo. cvij. O.

¶ Item hypocrita eſt ſicut ſymea exēplū de ſutore ⁊ ſymea que ſibijpſi collū abſcindit. ſer. c. U.

¶ Capitulū de litera. T. Tempeſtas.

¶ Sacramētum euchariſtie fugat tempeſtatem demonū.

¶ Exemplum. j.

In aquilegia fuit quidā venerandus preſbiter florentinus nomine vir plenus fide. Quadam autē vice cū demones humani gn̄is hoſtes deo permittente aera cōcitauiſſent facta eſt nubium horribilis diſpō ⁊ tam vehemēs ⁊ valida elemētorū ventorūqꝫ colliſio vt inde gignerentur tonitrua terribiliter mugientia a quibus procedebāt fulgura indeqꝫ exibat vorax flāma qua non ſolū ſegetes oliueta vineas ⁊ edificationes predicte ciuitatis ſed etiā adiacētes regiones cōbuſſit immo lapides redigit in cineres. Lapides vero grandinis tam magni fuerūt vt ouorū excederent q̄titatē. Nonnulli ergo hāc inauditam tempeſtatē ⁊ corporū ſuperiorū videntes cōmotiones putabāt diē vltimum veniſſe ⁊ recedētes velut amētes ⁊ abſconderunt ſe in ſpelūcis a facie tempeſtatis. Tunc prefectus preſbiter corpus dn̄icū accepit ⁊ grādini ⁊ tempeſtati oppoſuit magnaqꝫ voce clamauit. O demones demones huius aure intētores ſuſtinete ⁊ videte ecce cōditor oīm ſeculorum adeſt iudex videt̄ redemptor noſter. Mira res: mox vt preſbiter illa verba clamauit: auditus eſt ab oibus rugitus ſtrepitus ⁊ vlulatus demonū fugientiū: ⁊ in aere vociferantium. Ue ve nobis. adeſt nunc filius virginis pereat q̄ eū adduxit: qꝛ viaꝫ nobis nocendi abſtulit. his dictis protinus illa malignātium turba oīno diſpuit ⁊ tanta ſerenitas in momēto ſequebat̄: ꝙ etiā nec veſtigiuꝫ nubecule in aere appareret.

¶ Tempeſtas maris exorta eſt ꝓpter peccata mali hois. ¶ Exemplū. ij.

Peregrini quidā cū quodā tpe trāſfretarent in ſuccurſum ſancte terre orta eſt eis in mari tempeſtas tam valida vt nauis ipſa opiretur fluctibꝰ ⁊ ſpes oīs nautarū deficeret. vidētes ante oculos mortē ceperūt ſinguli vnuſquiſqꝫ ſibi vicino de peccatis ſuis cōfiteri ⁊ cōfeſſionem facere: ⁊ merito. Nam ꝓpter vniꝰ hois pctā dn̄s eandē excitauerat tempeſtatē. Erat eīn in naui illa miſerrimꝰ et fetidiſſimus homo cuius pctā fuerunt tā grauia tam turpia tam horrēda: tam in q̄titate q̄ in qualitate vt nec ipſum mare pōdus illorū poſſet portare: cū natura eiꝰ cōſueuit abluere immūditias quaſlibet corporales quomodo equanimiter ſuſtinerēt tantas immūditias ſpūales creatori ſuo cōtrarias. Timens igit̄ homo ille pctōr vite ſue ſimul ⁊ anime: ⁊ propter ſe omnes alios periclitari conſiderans ſurrexit. Audite fratres audite ſi propter peccata tempeſtas hec orta eſt: ego ſum occaſio tanti periculi rogo vt audiatis confeſſionē meā. Tacentibus omnibus cepit voce valida tantū venenum peccatorum euomere vt aures humane etiā horrerēt audire. Mira clementia dei mox vt maſſam iniquitatis per confeſſionē eiecit, mare furens ſiluit. Et facta eſt tranſquillitas magna vt oēs mirarentur. Mira miranda ſuccedūt; ſtatim vt nauis ad littus puenit audita peccata deus de ſingulorum memoria deleuit. vnde permiſit vt q̄diu erant in naui confeſſa confundi in aſpectu illorum: ſed ne exeuntes forte eius peccata propalarēt vel ei improperarēt, induxit obliuionē. Bene retinuerūt ſe in mari fuiſſe periclitātes ⁊ hominem aliq̄d eſſe cōfeſſum. ſed q̄d dixerit prorſus ignorauerūt. hec. Ce.

¶ Miles prouincie Tolen̄. qui maledixit nubibus celi.

¶ Exemplum. iij.

QUidam miles prouincie Toleñ. cū videret in occidentali parte aereꝫ obſcurari quaſi tonitruū futurum ait. Ecce diabolus iterū vult venire: erant eñ tunc frequētia tonitrua. Vix ſermonē finierat: ⁊ ecce orta tonitrua filiū ſuū in ſinu matris ſeu nutricis percuſſerūt ipſa incolumi permanēte: ſed ⁊ in alijs edificijs ⁊ iumētis blaſphemus ille eſt flagellatꝰ: vt diſceret decetero non blaſphemare. Unde ſtultū eſt vt homo mortalis cinis ⁊ ꝓmis ponat in celum os ſuū. hec Ce.

¶ De magnitudine grandinū.

¶ Exemplum .iiij.

IN partibus prouincie apud lemouicas ipſe eſtatis priore fratrū predicatoꝝ eiuſdē ciuitatis narrante percepimus tante magnitudinis grandines cecidiſſe vt in vrbibus villis ⁊ caſtris tecta frangerent ⁊ demollirent vinee: fruges redigerētur in paleas: hoīes extra tecta, volucres in agris: ⁊ pecora necarētur. qualiter autē ſe immiſcuerit ſathanas breuiter audiamꝰ. Uinearū cuſtos ſub tugurio imminētibus tempeſtatibꝰ latitabat: ⁊ audiuit voces clamantiū in aerē. Caue caue. Et alius. Quid cauebo. Et primꝰ. Uineam petri richardi ne leſeris. Sopita ergo poſtmodū tempeſtate vinea petri richardi immunis reperta eſt a leſura. Erat autē petrꝰ richardi vſurarius peſſimus ⁊ obnoxius multis malis. Ex quo cōſiderādum eſt ꝙ in comitatu ſpirituū nephādorum amicos immo potius inimicos vt ſanius loquar demones habuiſſet qui ei bona ſua. ⁊ ſi non ad vite ſolatium tamen ad perpetue damnationis cumulū reſeruaſſent. hec Guil.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Quidā erexerūt arietem in chorea: ⁊ in illo anno tempeſtas deuaſtauit oēs ſegetes circūquaqꝫ. ſer. xxxvij. x.

¶ In anglia erāt quodā tpe ſegetes pulcherrime ⁊ quoddā genus muſcarū deuaſtauit oēs ſegetes: ⁊ in alijs erat ſcriptum ira dei. ſer. cviij.

¶ Item tempeſtas occidit duos iuuenes in lecto ⁊ iuuenis in medio illoꝝ manſit illeſus. ſer. viij. S.

¶ Duo fratres erant ⁊ vnus orauit pro pluuia ſepiꝰ ⁊ pluebat: ſed alius totū cōmiſit deo: ⁊ vberes fructus illo anno habuit: quere ſer. cviij. T.

¶ Itē ſalue regina vꝫ cōtra tempeſtatē vt ptꝫ infra in prōptuario de btā virgine. xc.

¶ Temporalia.

¶ Quidam congregauit multā pecuniam ⁊ ſtatim obijt.

¶ Exemplum .v.

DIues quidam totā ſpē habuit in diuitijs: ⁊ congregauit magnam ſummā pecunie ⁊ nullū heredē habuit. Uno die ſedebat ⁊ cogitabat ſe moriturū ⁊ nō poſſe tunc diuitijs ſuis vti ⁊ dixit. Anima mea habes multa bona: quicq̄d deſideras bene potes habere horrea mea plena ſunt frugibus ⁊ ciſte mee plene ſunt auro ⁊ argento: cellaria mea plena ſunt vino ergo aīa mea ſempleta ſis ⁊ non recedas. Statim audiuit vocē dicentē ſibi. Stulte hac nocte morte morieris ſubitanea: ⁊ que cōgregaſti cuius erunt, diaboli repetēt animam tuā a te ⁊ in infernū deducēt. Quod ⁊ factū eſt. Eadē eñ nocte moriebat̄ ſine contritione ⁊ ſine confeſſione ⁊ ſine ſatiſfactione. ¶ Quidā in extremis petiuit auxilium a diuitijs ſuis.

¶ Exemplū .vj.

DIues quidā cum in morte auxiliū implorasſet a diuitijs ſuis, et non poſſet ab eis habere reſponſum ait. O fallaces diuitie toto corde vos honoraui ⁊ amaui: ⁊ in tanta neceſſitate poſitus non aliqđ conſilium vel auxiliū a vobis poſſum hr̄e: parate eſtis me deſerere nec vultis me ſequi: ego premittā ⁊ relinquam vos. Et his dictis diſtribuit oīa bona ſua pauperibus.

¶ Homo nudus egreditur de hoc mūdo.

¶ Exemplum .vij.

ERat quidam princeps ſarracenorum cum mortē ſibi imminere conſpiceret pānū lineum de quo ſudari conſulendum erat erexit in ſignum, ⁊ fecit circūferri per preconem dicentem. Hec dicit dn̄s noſter princeps, Cum enim dn̄s eſſem. xj. regnorum: hoc ſolum de gloria mea, et diuitijs meis mecum auferam.

¶ Pauper mechanicus ſemper fuit letus.

¶ Exemplum .viij.

PAuper quidā laborauit manibus ⁊ vix ſufficientē victū acquirebat. Nocte ei qn̄qꝫ poſt cenā nihil remanebat: cum quaſi omni nocte cantabat, ⁊ letabat̄ cū vxore ⁊ poſtea ſecurus dormiebat. Uicinis autem de hoc mirātibus dixit vnus. Ego reddam eum talē ꝙ amplius cantare non curabit: tunc preſentibus aliquibꝰ proiecit ſaccum pecunie ante hoſtiuꝫ paupis. De mane dum pauper exiret ad querendū victum pecuniā inuenit: ⁊ reuerſus eſt domum ⁊ abſcondit eam. Ueniente autem nocte cepit anxius eſſe ⁊ cogitare ne argueretur de furto, vel ne latrones poſſent ſibi pecuniā furari: vel ſi de ea emeret poſſeſſiones, vel de ea negociaret̄ poſſent homines habere ſuſpitionē. Sic ergo cogitationibus occupatꝰ: nec cantabat nec gaudebat: ſed triſtis erat ⁊ cogitatiuus. Tūc vicini ceperūt ab eo querere cur ita triſtis eſſet. Et cū nollet veritatē fateri dixit dn̄s pecunie. Ego veritatē ſcio: tali die ⁊ loco meam pecuniā in domum tuā detuliſti pluribus nobis vidētibus. At ille timens et erubeſcens fatebat̄ ſe pecuniam inueniſſe ante domū ſuā: ⁊ ait. Maledicta ſit illa pecunia que me tm̄ affixit: ⁊ ꝙ poſtq̄ cam inueni gaudiū nō habui: ⁊ longe plus ſum triſtatus, ⁊ fatigatus aīo, q̄ fuerim corpe quotidie manibus proprijs laborādo: tolle pecuniam tuam bone vicine vt cantare ⁊ letari valeam vt prius.

¶ Eremita quidā plus dilexit cattam q̄ ſanctus Gre. papatum.

¶ Exemplum .ix.

Eremita quidā vir magne virtutis: qui omnia ꝓpter deum reliquerat ⁊ nihil preter vnam cattā poſſidebat orauit ad dominum vt ſibi oſtenderet cum quo future remunerationis manſionem ſperare deberet. Reſponſum eſt ei a dn̄o ꝙ cū beato Grego. papa. At ille ingemiſcens parum ſibi volūtariam paupertatē profuiſſe putabat: ſi cum eo manſionem reciperet qui tot diuitijs abūdaret. Alia nocte audiuit dn̄m dicentem ſibi. Cur audes paupertatē tuam gregorij diuitijs cōparere cū magis illam cattā eam quotidie palpādo diligere cōprobaris q̄ ille tantas diuitias.

¶ Deus non permittit ſuos fame mori.

¶ Exemplum .x.

BEatus maximus in tpe perſecutionis fidei cognoſcēs ꝙ pre ſenio non poſſet martyriū ſuſtinere ſyluas adijt. Cum erat fame ſiti ⁊ gelu afflictus ad terram corruit ſeminiuus. Sanctus aūt felix qui preſbyter fuerat ab eo ordinatus tormentis adiudicatus ⁊ vinculis ligatus teſtulis acutis nudus ſupponitur: ſꝫ media nocte ab angelo deducit̄ ſolutus ſanctūqꝫ maximū papam iuſſit eū querere in ſylua. Perrexit ergo felix quo neſciebat ſed deo volente cito reperit papam in terram proſtratum clauſis oculis ſtrictiſqꝫ dentibus iam pene mortuū. Anxiatus ergo cū nullum in promptu cibū haberet quē periclitanti adminiſtrare poſſet, de celo miſſum munus cōtemplatur. Ecce eñ de ſpina proxima pendentem vidit racemum pulcherrimum de quo in os eius expreſſit vinum de quo ſtatim fuit refocillatus. Quis hoc fecit niſi dominus Ieſus xp̄s qui curam gerit famulorum ſuorum, ⁊ nunq̄ permittit eos fame perire? Unde dicitur in p̄s. Iacta cogitatum tuum in domino: ⁊ ipſe te enutriet. Item in p̄s. Nunq̄ vidi iuſtū derelictum. ¶ Angelus ſeruiuit eremite infirmanti.

¶ Exemplum .xi.

EGrotauit ſenex quidā ſolitarium ⁊ quia neminem habebat qui ei miniſtraret ſeu obſequium faceret aut ſeruiret: nemo enim venit viſitare eum per .xx. dies: nullo veniente ad eū miſit deus angelum ſuum qui miniſtraret per ſeptem dies. Poſtea vero recordati ſunt aliqui fratres ipſius ⁊ ſenis: dixerunt adinuicem. Quia frater noſter non

comparet camus: ⁊ videamus ne forte infirmetur. Et cõſurgentes venerũt ad eũ. Et cum pulſarent ad oſtiũ ſpelunce eius diſcedit angelus ab eo. ſenex aũt clamabat dicens. Diſcedite a me fratres. Qui leuãtes oſtium cũ cardine flentes introierũt. Qui interrogantes eũ quare ſic clamaret dixit eis. quia. xxx. diebus laboraui in infirmitatibus ⁊ nemo me viſitauit: ⁊ ecce. vij. dies ſunt ex quo dñs angelũ ſuũ miſit q̃ miniſtraret mihi ſed cũ veniſtis ad oſtiũ angelus receſſit a me. Et hec dicens obdormiuit ⁊ pauſauit in dño. Hec in vitaſpa.

ℭ Quidã poſuit ſportam cũ denarijs añ ingreſſum eccleſie.

ℭ Exemplum. xij.

VEnit vir q̃dam magnus ignot⁹ portans ſecũ aurũ in ſichi ⁊ rogabat preſbiterũ vt erogaret pauperibus fratrib⁹. Dixit aũt ei preſbiter. Non opus habent fratres. Et cũ nimis vehemẽs eſſet: ⁊ ideo acq̃eſceret. poſuit ſportã cũ ſolidis in egreſſu eccleſie ⁊ dixit preſbyter. Qui opus hꝫ tollat. Et nemo tetigit: q̃dam aũt nec aſpexerunt. Et dixit ei ſenex. Suſcepit de⁹ oblationem tuã. vade ⁊ da illud pauperib⁹. Et valde edificatus diceſſit.

ℭ In diſcipulo de tempore.

ℭ Lapicida q̃dam fuit pauper ⁊ bonus: ſꝫ poſtq̃ fuit ditatus tunc totus tyrãnus factus eſt ⁊ oppreſſor pauperum. Hoc quere ſer. xciiij. F.

ℭ Diues q̃ erat parcus ⁊ tranſtulit ſe vltra aquã ad alia loca tẽpore famis ne audiret clamorem pauperũ qualiter ad dei iudicium citatus eſt: ⁊ ſic obijt ſubitanee. ſer. lxxxij. E.

ℭ Itẽ q̃dã abſcondit theſaurũ in muro et non potuit confiteri donec ſacerdos portauit corpus xp̃i: tunc diabolus aufugit. ſermo. cl. A.

ℭ Tempus.

ℭ Quomõ dãnati deflent amare tp̃s gratie cõſumptũ in preſenti vita. q̃re ſer. iij. T.

ℭ Tentatio.

ℭ Diabolus nõ poteſt nocere niſi inquantum deus ei permittit.

Exemplum. xiij.

IN villa quadã dioceſis coloniẽſ. cãpanarius q̃dam fuit habens votũ peregrinationis. Hic cũ quadã die duxiſſet eũ quedam femina ville ſue ꝙ mane pariter ituri eſſent. Illa cũ rogauit vt maturius pulſaret matutinas ꝓpter ſolis feruorẽ ⁊ ardorem ⁊ promiſit. Et eadẽ nocte diabolus ad lectum eius veniens tetigit eum: ⁊ ait. pulſa matutinas. Sicq̃ diſceſſit. Qui mox ſurgens ⁊ lumẽ ardens in eccleſia reſpiciẽs. Cũ aũt primũ gallicantũ eſſe deprehẽdiſſet: putans ꝙ a predicta femina eſſet excitatus de eccleſia exiuit volens illi dicere vt iret dormitum: quia nimis mane eſſet: eam minime inuenit: ſed bouẽ nigrum cõtra ſe aſtantẽ vidit. Qui emiſſa lingua hoiem tetigit: eũq̃ ſuper dorſum ſuum iactauit: ⁊ per aera cũ illo volitans ſupra pynnaculum turri caſtri q̃d eyſembur dicit̃ depoſuit. Cui cũ diceret: times ne aliq̃d mõ? Rñdit ille. Dei permiſſione huc ductus ſuꝫ nihil ꝯ me poteris niſi q̃tũ ille permiſerit. Ad quod diabolus. Fac mihi homagiũ et ego te deponam ⁊ dabo tibi diuitias multas: q̃d ſi non feceris: vel fame morieris in hoc loco vel precipitio interibis. Cui Campanarius ſpem habens in deũ dixit. Adiuro te per nomen dñi nr̃i Jeſu xp̃i ne me ledas: ⁊ vt me ſine periculo corporis mei deponas. Mox diabolus tollẽs eũ iuxta villã quandã Serine ſed demõ ſatis incõmode depoſuit. Cum aũt ante lucẽ diei eiuſdem ville hoies ad matutinas ſolennes cuꝫ faculis ꝑperantes cum in agro in magno defectu repperiſſent atq̃ refocillaſſent: auditis his q̃ ei ꝯtigerant ſatis mirati ſunt. Quarto vo die regreſſus eſt in domũ ſuã: ſic cũ tam domorũ q̃ locorũ atq̃ edificiorum qui ante nũq̃ viderant tam plene oibus expoſuit. vt de raptu eius nihil penitus dubitarent. Ecce habes ꝙ diabolus hoiem ledere ⁊ nocere nõ põt niſi q̃tũ permiſſum ſibi fuerit a deo. Hec Ceſa. *hoc patet ex* [illegible]

ℭ Quidam vidit diabolum cũ multis vaſculis.

ℭ Exemplum. xiiij.



ABbas Macharius dũ maneret ſolus in ſuperiori ſolitudine inferius aũt plena cẽt fratribus multis, ſero ꝑ viã aſpiciebat: vidit demonem venientem in figura hominis veſtitum tunica linea perforata: et ꝑ ſingula foramina vaſculum paruũ pendebat ⁊ dixit illi ſenex. Quo vadis maligne? Rñdit. Uado cõmouere fratres hos q̃ ſunt in inferius. Et dixit ſenex. Propter q̃d tot vaſcula tecum fers? Rñdit. Guſtũ fero fratribus: ⁊ ideo tanta fero vt ſi vnum nõ placuerit oſtendam aliud: ſi aũt illud diſplicuerit porrigo aliud, ⁊ fieri nõ põt niſi vnũ ex illis aliquod placeat. Et hec dicens diſceſſit: permanſit ſenex viaꝫ circunſpiciens vſq̃ dum rediret: ⁊ dum rediret dixit. Salueris. Rñdit. Quõ mihi illud vbũ dicis: q̃r omnes mihi contrarij facti ſunt: ⁊ nullus conſilijs meis acquieuit. Et dixit ſenex. Ergo nullum habes amicum. Rñdit. Unum habeo amicum iþe mihi conſenſit. Cumq̃ nomen ab ipſo quereret. Rñdit ꝙ Theopanſius dicitur. Diſcedẽte aũt diabolo abbas ille requiſiuit cellã Theopãſij ⁊ iuſſit eum confiteri omnes cogitatiões prauas quibus a demõe impugnabatur: ⁊ ita diſceſſit in propriam ſolitudinẽ. ⁊ iterũ viam circũſpiciens vidit demonẽ redeuntem et requiſiuit ab eo quõ fratres agerent: ⁊ ille dixit. Male: q̃m oẽs facti ſunt agreſtes: et q̃d omnib⁹ peius eſt, vnũ quem habui amicum obedientem mihi ⁊ ipſe neſcio quõ et vñ conuerſus eſt: ⁊ pre omnibus amplius aſperior mihi viſus eſt: iuraui ibi non accedere niſi poſt multũ temporis: ⁊ hoc dicens diſceſſit. Hoc habetur in vitaſpat.

ℭ Quidã vidit multos demones in clauſtro ⁊ niſi vnum in foro.

ℭ Exemplũ. xv.

LEgitur in vitaſpatrum ꝙ q̃dam eremita ductus eſt ab angelo ad quẽdam locum vbi erat cõgregatio monachorum: ⁊ vidit ibi multitudinem maximam demonũ volantium ad modũ muſcarũ in oibus officijs eorum. Ueniens aũt ad forum ciuitatis vidit in ciuitate vnũ ſolum demonẽ ſatis otioſum ſupra portã ciuitatis. Querenti autem vñ hoc eſſet? Rñdit angelus q̃ eũ ducebat ꝙ omnes voluntates diaboli facerent: ⁊ ideo vnus diabolus ad eorũ cuſtodiam ſuffiebat. In abbatia aũt omnes diabolo reſiſtebant: ⁊ ideo ipſos multi impugnabant.

ℭ Juuenes debent reuelare ſecreta cordium ſenibus.

ℭ Exemplum. xvj.

ABbas ſerapion ſolebat frequenter maioribus fratribus inſtructiõis gr̃a de ſe ipſo narrare dicens. Cum adhuc eſſeꝫ paruulus ⁊ cũ abbate Theona permanerem hec mihi conſuetudo erat inimico immittente: poſtq̃ comediſſem cum ſene hora. ix. vnũ parimatiũ quotidie in ſinu meo latenter abſcõdi, queꝫ ſero ignorante ſene occulte comedi. Cumq̃ hoc diu cõtinuaſſem ⁊ ſemꝑ in cõſcientia mea redargutus ſum ꝙ male facerem, cõtigit per dei prouidentiã ꝙ fratres edificationis cauſa ad cellã ſenis venirent. Cũq̃ refectione tranſacta ſenex incepiſſet eos informare pluribus bonis ammonitionibus ad vltimum intulit dicens. Nihil noxium eſt monachis ⁊ letificat demones q̃ꝙ ſi celent cogitatiões ſuas patribus ſpiritualibus: tunc ego adhuc paruulus compunctus corde exiſtimaui ſeni ſecreta cordis mei eſſe patefacta. Deinde cordis mei cõpunctione creſcẽte in apertos ſingultus lachrymaſq̃ prorumpens: cepi amariſſime flere. ⁊ continuo eieci de ſinu meo parimatium quem vitioſa conſuetudine clanculũ pertuleram comedendum. Cumque in medium proferens quomodo quotidie ederã occulte proſtratus in pauimento cum venie poſtulatione confeſſus ſum: ⁊ vbertim profuſus lachrymis: orationibus eorum veniam apud deum poſtulabam. Tunc ſenex dixit. Confide fili mi. quia hodie confeſſio tua liberauit te a captiuitate

diaboli ⁊ de inimico tuo hodie triūphaſti: necdū ſenex verba cōpleuerat: ⁊ ecce ſtatim velut lāpas magna accenſa de medio ſinu procedēs tāto fetore cellā repleuit vt vix in ea reſidere poſſemus. Itaqꝫ ſm̄ ſententiā ſenis ita eſt in me virtute confeſſionis dominatio diaboli totaliter extincta vt nunqꝫ mihi vlterius tale quid accidit. Hoc legitur in vitaſpatrum.

¶ Diabolꝰ apparuit mulieri in ſpecie mariti defuncti. ¶ Exemplum.xvij.

IN ciuitate ſeneſi maritus cuiuſdā iuuenis domine mortuus eſt ⁊ ſepultus ꝙ̄ poſt aliquos dies apparuit vxori dum eſſet ſola in camera ita pulcher ſicut vnqꝫ fuerat iuuēcula aſſecurata ab eo loquebatur amplexabat: ⁊ oſculabatur totā die ſtabat in camera cū ſuo marito: nec videbatur eſſe ita triſtis ſicut cōſueuerat quādo mortuus fuerat maritus eiꝰ. Tunc ſocrus admirabat ⁊ perſpiciens per foramen vidit iſtam cū marito ⁊ ſtupefacta ſtatim miſit pro fratre vno predicatore experto: ⁊ notificauit ſibi totū factū. frater portauit ſub cappa corpus dn̄icum: ⁊ ſtatim diabolus qui intrauerat corpus mariti ſui mortui ⁊ cōſeruabat illud ita ꝙ̄ videbatur viuū exiuit ⁊ corpus totū fetidum manſit plenū vermibus: ⁊ fecerūt inquiri in ſepulchro occulte: ⁊ ibi nō erat corpus: ⁊ ſic fecerunt eum e conuerſo occulte ſepeliri.

¶ Senex quidā deſperit iuuenē propter tentationes. ¶ Exemplum.xviij.

QUidam frater turpiter impugnatꝰ confeſſus eſt ſeni: qui non eū benigne corripuit: ſed deterrens dixit eū eſſe indignū nomine monachi qui tam viliter tētaretur. At ille deſperans relicta cella iuit ad ſeculū. Qui dū pergeret diſpoſitione diuina occurrit ei abbas appollonius: ⁊ cognita cauſa quare fugeret conſolatus eſt eum blāde di. Ego frater in hac nocte valde huiuſmodi vexationibus vexor: reuerſuſqꝫ eſt frater ad cellam ſuam. Tūc acceſſit appolloniꝰ ad oſtium celle ſenioris qui eum deſperare fecerat: ⁊ orauit vt alterius fratris bellum ſentiret: ⁊ ille liberaretur. Quo facto vidit paruū Ethiopem imminētē ſagittas ignitas in ſenem qui vehemēter acceſus ad ſeculum reuertebatur: cui occurrēs appolloniꝰ dixit. Reuertere ad cellam tuā: ⁊ recognoſce fragilitatem tuam ⁊ cōpatere proximis tuis ⁊ facta oratione liberatus fuit. Hoc legitur in vitaſpatrum.

¶ Abbatiſſa vincit tentationes carnis.

¶ Exemplum.xix.

ABbatiſſa ſancta impugnabat.xxx. annis a ſpiritu fornicationis ⁊ petebat a deo fortitudinem: ſed non ammonitionē: cui tādiu apparuit ſpiritus fornicationis corporaliter dicens. Uiciſti me. Cui illa. Non ego te vici: ſed dominus meus Ieſus chriſtus vicit te.

¶ Uirgo quedam primo habuit tentationes carnis ⁊ poſtea fidei.

¶ Exemplum.xx.

IN frigia quandā virginē religioſam ⁊ incluſam tentauit diabolus per ſtimulū carnis. Et cum ſepe rogaſſet cum lachrymis ſtimulū a ſe auferri. Apparuit ei angelus: ⁊ ait ſic. Uis ab hac tentatione liberari: dic verſiculum iſtum. Confige timore tuo carnes meas: ⁊ liberaberis. Quod ⁊ ipſa fecit angelo recedente liberata eſt: ⁊ ſtatim inuaſit eam tentatio blaſphemie: ⁊ cepit dubitare de fide chriſtiana ⁊ de deo: ⁊ tunc incepit inuocare diuinam miſericordiam ⁊ iterum petijt liberari. cui apparēs angelus ait. Putas te viuere ſine tentatione neceſſe eſt vt habeas vnam iſtarum: ⁊ elegit virgo primā tentationem tanqꝫ humanam refutans aliam tanqꝫ diabolicam.

¶ Frater quidam.xl.dies ſuſtinuit tentationes luxurie.

¶ Exemplum.xxi.

DEmones in ſpecie pulchrarum mulieruꝫ transformati quēdam fratrem.xl.diebus peſſime tentauerūt: ſed illo viriliter reluctante deꝰ aſpiciens bonum certamen eius donauit illi vt nullum vltra calorem carnalis concupiſcentie pateretur.

¶ Conuerſus quidam voluit fieri epiſcopus ex inductione diaboli.

¶ Exemplum.



¶ Exemplum.xxij.

COnuerſus ꝙ̄daꝫ monachus in tantuꝫ literas didicerat: ita vt textum legere ſciret. Hmōi itaqꝫ occaſione illectus ⁊ deceptꝰ libellos ſibi ad hoc idoneos: occulte fecit conſcribi: cepitqꝫ in vitio proprietatis delectari. Cumqꝫ hmōi ſtudium eidem conuerſo prohibet: amore diſcendi apoſtaſiam incurrit. modicum tn̄ propter etatem ꝑfecit. Deinde ad monaſterium ꝑuia deductꝰ rediēs: ⁊ hoc vſqꝫ tertio actitans: nunc ad ſcholas vt ſcholaris eundo: nunc reuertendo, diabolo copioſam in ſe prebuit materiā decipiendi. Uiſibiliter ei apparens in ſpecie angeli ait. Diſce fortiter: q: fructū eſt ⁊ diffinitū a deo vt halberſtatē. ep̄s efficieris. ſtultꝰ ille diaboli dolū non obſeruans ſperabat in ſe antiqua miracula renouāda fore. Quid plura? quadam die ſeductor ſe conuerſo ingerēs clara voce ⁊ hylari facie dicebat. hodie ep̄s halberſtaten. mortuus eſt, feſtina venire ad ciuitatē cui a deo antiſtes deſtinatus es, ipſius em̄ conſiliū nō pōt mutari. ſtatiꝫ miſer de monaſterio ſilenter exiens nocte eadem in domo cuiuſdā ſacerdotis hoſpitatus eſt. Ut aūt ad ſedem ſuā glorioſe poneretur nocte añ lucem ſurgēs, equuꝫ hoſpitis valde bonū furatus eſt: quē ſtrauit: ⁊ cappam induit, ⁊ aſcendit ⁊ abijt. Mane familia dāno cognito apoſtatā inſequēs apprehendit a qua ad iudiciū ſeculare cū furto tractus, ⁊ per ſn̄iam dānatus non cathedram ſicut xp̄s, ſed ſicut fur patibulū aſcendit. Uñ vides ad queꝫ finem diaboli promiſſio tendit. Hec Ceſa.

¶ Demones tentando homines retardāt diem iudicij.

¶ Exemplum.xxiij.

CUm quidam ſanctus pater ad dn̄m exoraſſet: vt ſpūs fornicationis ꝙ̄ euꝫ grauiter tentabat, ei viſibiliter appareret. tunc demon in forma humana apparuit. Quo viſo ſanctus vir ait. Quid tibi proficit ꝙ me tm̄ tentas: nā ſtudiū tuū tēdit totaliter ad tentandū, ⁊ hoies inducere ad peccandū. Rn̄dit diabolus. Scio inquit ꝙ verū eſt ꝙ loq̄ris: ſed dico tibi cauſam tentationis. Scio em̄ ꝙ q̄nto plus homines peccare fecero, tanto illā diem iudicij magis retardabo: in qua durā illā ſententiam me expecto auditurū. Ite maledicti in ignem eternū, ꝙ̄ paratus eſt diabolo ⁊ angelis eius: vt executionē illius ſn̄ie ſaltem ad tp̄s valeā retardare: ideo volo hoies libenter inducere ad peccandum.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Quidam tentabat de peccato blaſphemie ⁊ dixit blaſphemia tua ſit ſuper te ſatham. quere ſer.xxiij.y.

¶ Iuuenis ꝙ̄dā meruit vna nocte ſeptem coronas reſiſtēdo tentationibꝰ. ſer.clj.F.

¶ Diabolus tentauit quendā monachuꝫ de lapſu carnis: ⁊ poſtmodum finaliter induxit eū in pctm̄ luxurie. q̄re ſer.xl.F.

¶ Quidam proiecit ſe in profundam foueam ex iuſſu diaboli quem credebat eſſe angelum dei. ſer.xviij.

¶ Monachus in eremo ꝓpter elationem mentis tentatus, ⁊ deceptus eſt a diabolo. ſer.cxvij.O.

¶ Diabolus maritū ⁊ vxorē induxit ꝙ volebant ſe ſuſpendere. ſer.xix.H.

¶ Mulier preparauit ſibi laqueū ad ſuſpēdendum ſeipſam qualiter liberata fuit. ſer.xliij.h.

¶ Iuuenis habitans in eremo ad quem venit diabolus dicens patrē ſuū defunctū eſſe vt cito rediret ⁊ bona patris pauperibus diſtribueret.clx.h.

¶ Trinitas.

¶ Auguſtinus vidit puerum cum cocleari circa mare.

¶ Exemplū.xxiiij.

IN tempore quo beatus Auguſtinus libros de trinitate compoſuit illi tale miraculū deus primo oſtendit. Iponenſis ciuitas affrice nobilis in qua.b. Auguſtinus epiſcopatum adminiſtrabat ſuper littus maris pulcherrime ſita erat: beatus Auguſtinus ex conſuetudine habebat vt poſt diurnum ſtudium ⁊ laboreꝫ veſpere ſuper littus maris ſequentibꝰ lō

ge epiſcopis et ſuis qui eum pro conſilio
e negotijs vniuerſalis eccleſie frequenta=
bant ſolus dn̄s deambularet:ne ſcilȝ eius
contēplationē vel ſtudium vſus colloquē=
rium impedirent. Cum ergo ſic ſolus ince
deret puerulū mire pulchritudinis ſuper
littus maris ſedentē inuenit qui facta par
nula foſſa in terra ſicut pueri in plateis lu
dere ſolent coclearí argenteo aquam hau
riebat de mari ⁊ in illam paruulam foſſaȝ
infundebat. Quem vt beatus Aug. ita ſe=
dentē vidit pedem mox preſſit ⁊ ſtetit. In=
de puerum ſalutat ⁊ inquirit quid agat:et
puer cum magno ſerio reſpondens dixit.
Uolo totū mare illud exhaurire:⁊ iſti foſſe
ſi poſſum infundere totaliter. Quo reſpon
ſo puerili vir ſanctus in riſum decētiſſimū
concitatus reſpondit. Et quomodo:inquit
o bone puer poteris illud ingēs mare par
uo coclearí quo exhauris huic paruule foſ
ſe infundere. Et mox puer. Poſſibilius eſt:
inquit:mihi hoc facere quod intendo ꝙ̄ te
implere idipſum qḋ cogitas. Ad hoc bea=
tus Aug. mirabiliter ſtupefactus qḋ hoc
eſſet interrogauit. Et puer cogitatum ait.
Uolvis ⁊ eſtimas volumine breui conclu=
dere quid ſit illud indiuidue trinitatis in=
explicabile ſacramentū:⁊ hoc quidem an=
teꝙ̄ poſſis cōplere potius iſti foſſe paruu=
le totius maris vndas infundā. Hec dicēs
puer repente diſparuit:beatus aūt Augu.
chriſtum in facto ſuo glorificans ꝙ verum
puer dixerat mox auertit.

¶Aqua nix glacies vnum ſunt.

¶Exemplum. xxv.

IUdeus quidam oppoſuit ſe
ſacerdoti dicens ꝙ pater et
filius ⁊ ſpirituſſanctus ne=
quaꝙ̄ poſſent vnum ſignifi
care:⁊ quod dum oſtēderet
ſibi tres vnum ſignificātes:
ſibi imponere vellet laudem. Reſpondens
autem ſacerdos dixit et bene ſoluit:ſicut
aqua:nix:glacies:idem ſignificant ita pa=
ter ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus:⁊ ſic Iudeus
eſt confuſus.

¶Quidam noluit abnegare ſanctam tri
nitatem propter diuitias.

¶Exemplum. xxvi.

Apud tholetū hyſpanie quidā ma
gnus necromanticus erat dictus
magiſter machimita:⁊ fuit ibidē
quidā ſcutifer nobilis genere: pulcher cor
pore:rebus pauper. Qui erubeſcens pau=
pertatem ſuam acceſſit ad dictum magi=
ſtrum dicens ei ꝙ ſi vellet ſibi benefacere
ipſe ſeruiret ei libenter:⁊ acquieſceret cōſi
lio ſuo. Et dixit ei magiſter quod acciperet
auem venaticam in manu ⁊ iret ſolus ad
aucupiū in ſyluam. Ubi dum diu ſteriſſet:
facto veſpere viſum fuit ſicut ſero ꝙ co=
ram eo fluuius maximus tranſiret ⁊ quod
dam caſtrum magne ⁊ mirabilis ſtructu=
re eſſet vltra fluuiuȝ:cuius pulchritudinis
ſimilitudinē ante non viderat. Et dum ſtu
pens a magiſtro quereret quid hoc eſſet:
q: hoc ante nō viderat nec de illo ante au=
diuerat. Ait ei magiſter quod eſſet illud
caſtruȝ domini ſui qui multa bona fecerat
ſibi ⁊ omnibus volentibus ſibi ſeruire di=
xit ei quod ad illud caſtrum declinarent:
⁊ ibi pernoctarent:⁊ dixit ei quod oporte=
ret ipſum facere homagium illi qui mora=
tur in illo caſtro qui amore eius faceret ei
multa bona:ille reſpondit ꝙ ad conſilium
omnia libenter faceret. Et cum ille non au
deret trāſire fluuium qui profundiſſimus
⁊ rapidiſſimus videbatur:magiſtro primo
tranſeūte ille ſubſequitur. Tūc ſpeculator
caſtri clamauit quis eſſet qui trāſiret. Cla
mauit magiſter. Ego amicus domini regis.
Tunc aperiebātur porte:pons inclinabat
fere. lx. iuuenes pulcherrimi ⁊ ornatiſſimi
occurrerunt:⁊ eos in ſuum caſtrum dedu=
xerunt. Occurrerunt ⁊ milites virgines et
mulieres ⁊ iuuenes dicētes domino. Bene
veniant amici chariſſimi domini regis in=
troduxerunt etiam eos vſꝙ̄ ad palatiū re=
gis qui deſcendit de thalamo aureo:et fe=
cit magiſtrū ſedere circa ſe. Rex querit cau
ſam vie ſue:qui dixit ꝙ propter ſeruū ſuuȝ
qui pauper erat:ſed nobilis vt eum recipe
ret:⁊ cauſa ſui eum exaltaret. Qui reſpon
dit ꝙ libēter amore ſui hoc faceret. Tunc
rex ait. Oportet primo vt abneges patrē ⁊
filium ⁊ ſpiritumſanctū. Et ille obſtupuit ⁊
dextrā retraxit ſe ſignās ſigno crucis ait.
Ego credo in patrē ⁊ filium ⁊ ſpm̄ſanctū.



Quo facto cum maxima illa multitudine
⁊ maximo ſonitu tota illa curia cum rege
et magiſtro omnia menia illa,precipitata
in abyſſum deſcenderunt:ſolo illo iuuene
predicto remanente.

¶Capitulum de. V. ¶Venatio.

¶Duo filij imperatoris in venatione ſe
mutuo interimerunt.

¶Exemplum. i.

ABbas mileтus qui cū alias ha=
bitaret cum duobus diſcipulis
ſuis in finibus perſarū exierūt
duo filij imperatoris ſm̄ cōſue=
tudinem in venationē ⁊ miſe=
rūt rhetia per lōgū per miliaria. xl. vt que=
cunꝙ̄ intra rhetia inuenirēt occiderēt. In
uētus eſt autem ſenex cum diſcipulis ſuis
intra rhetia. Et cum viderēt eum piloſum
⁊ terribilem aſpectu admirati ſunt ⁊ dixe=
runt ei. Homo es aut ſpiritus aliquis dic
nobis:et dixit eis. Homo ſum peccator et
exiui flere peccata mea:⁊ adoro filiuȝ dei
viui. Illi autem dixerunt ei: non eſt deus
niſi ſol ⁊ ignis:⁊ aqua:ipſas adora ⁊ ſacri=
fica eis:⁊ ille reſpondit. Iſte creature dei
ſunt ⁊ erratis:ſed obſecro vos conuertimi
ni ⁊ cognoſcite deum verū qui ⁊ iſta crea=
uit ⁊ cetera omnia. Illi autem deridentes
dixerunt. Condēnatum ⁊ crucifixum tu di
cis verum deum. Et ille reſpondit. Etiam
ipſum qui crucifixit peccatū ⁊ occidit mor=
tem:hunc dico eſſe verum deum. Illi autē
tam ipſi ꝙ̄ fratribus qui cum eo erant infe
rentes tormenta ⁊ cogebant eos ſacrifica=
re:⁊ duos quidē fratres poſt plurima tor=
menta decapitauerunt:ſenem autem die=
bus multis torquebant. Poſtea vero ſta=
tuerunt eum in loco quodam ⁊ ſagittabāt
ad ipſum quaſi ad ſignum vnus a dorſo:
alius a pectore:⁊ dixit ei ſenex. Quomodo
facti eſtis ad conſenſum in vnum vt effun
datis ſanguinē innocentē. craſtino in mo=
mento in hac hora que modo eſt remane=
bit ſine filijs mater veſtra ⁊ priuabit aſpe
ctu veſtro:⁊ proprijs ſagittis ſanguinē ve
ſtrum inuicem effundetis. Illi autem ſub=
ſannātes verba eius exierunt in craſtino
vt venarentur:⁊ contigit vt euaderet de
rhetibus eorum ceruus vnus ⁊ aſcēderūt
equos ⁊ currebant vt comprehenderent
ceruum. Qui cum iactaſſent ſagittas poſt
ipſum inuicem peremerūt ſe ⁊ mortui ſunt
iuxta verbum quod predixit eis ſenex.

¶In diſcipulo de tempore.

¶Nobilis quidam qui venationibus in
diebus feſtiuis ſemper inſiſtebat: et de
miſſa ⁊ de verbo dei modicum curauit:et
vxor eius peperit ei monſtrum. ſer. xxij. D.

¶Item miles quidam ſecutus eſt feram
in venationibus ⁊ amplius nunꝙ̄ viſus eſt.
ſermo. xxij.

¶Item miles quidam viſus eſt in purga
torio et habuit auem in manu que ipſum
mordebat ⁊ lacerabat:quia venationi de
ditus erat. ſermo. xxij. C.

¶Uerbum dei.

¶Religioſus quidam paucis verbis con
uertit groſſum hominem.

¶Exemplum. ij.

HOmo quidam diues et po=
tens vxorem habuit deo de
uotam. Ipſe vero ſeculari=
ter vixit:⁊ nullius deuotio=
nis fuit. Accidit aūt vt qui=
dam frater religioſus iter
agēs declinauit in domum ſuam. Et dum
conſedebant pariter rogabat vxor viri fra
trem religioſi vt aliquam exhortationem
faceret coram marito ſuo. Cui ille. Si vult
inquit audire maritus vt dicam ei aliqua
vtilia. Tunc dixit maritus. Libenter au=
diam dummodo breui dicatis. Ad quod
ille. Breuiter (inquit) dicam ergo tamen vt
attente audiatis verba que profero:⁊ ad=
iecit. Scriptum eſt. Bonum quod tibi fie=
ri vis proximo tuo facias:⁊ ſubiunxit. Si
verba iſta memoriter ſeruaueritis ſine du
bio ſaluabimini. Tunc cepit apud ſe cogi=
tare quod hoc ſemper ſeruare vellet:quod
et fecit. Tranſacto autem aliquo tempore
dum eſſet in via vidit aliquod molendinū
deſtructum ⁊ per omnia exuſtum:⁊ dum
recoleret quod ex iuſſu ſuo hoc factum fue
rit miſit procuratorem ſuum vt compone
ret cum illo ad quem pertinebat illud mo
lendinū. Similiter ceteros quos offende=
rat ꝙ̄tum potuit placabat. Accidit autem

de via cũ ad domũ rediret: occurrit ei valde pauper quẽ videns vocauit ad domum ſuam vt ibi recrearet: ⁊ locauit eũ ad menſam ſuã circa ſe vt de cibis ſuis ſibi daret. Poſt cenam vero locauit eũ ad quieſcendum ad fores oſtij domus in qua ipſe dominus ⁊ dña dormiebant. Paup aũt cum aliquantulũ dormiuiſſet cepit ſitire: q: in menſa hoſpitis bene cõdita cibaria piperata ⁊ inſolita comederat: ⁊ dũ non haberet bibere importune querulabatur ſiti nimia fatigatus. Et q: tota familia a remotis poſita dormiebat: ſolus hoſpes audiẽs miſericordia motus ſurrexit ⁊ queſiuit q̃d obeſſet ei. At ille dixit. Dñe ſiti pereo. tũc dñs voluit ſibi aquã afferre de ciſterna: ⁊ dũ hauriret aquã cecidit in ciſternaʒ ⁊ ſubmerſus eſt. Poſt longũ aũt tp̃s dum queſiuiſſent eũ famuli ſui inuenerunt eũ in ciſterna. ⁊ circulum aureũ in collo ei⁹ in quo ſcriptum erat quod antequam corpus ei⁹ infrigidaretur anima eius in celum rapta fuit.

¶ Paſtor gregis audiuit ſermonem vnũ ⁊ ſic ſaluatus eſt.

¶ Exemplum. iij.

QUidam paſtor propter gregis cuſtodiã: raro ad eccleſiam ⁊ ad ſermonẽ ⁊ ad miſſam iuit. Semel pertrãſiẽs ciuitatem intrauit eccleſiam ⁊ audiuit predicare, q̃ quelibet creatura debet peccatũ vitare: ⁊ deuʒ diligere. Unde edificatus, viſis creaturis cogitauit: illa creatura deo ſeruit: et deo obedit: equa in currendo: aues in cantando: herbe in erigendo ſe: ⁊ ſic de alijs. Uñ viſo ſemel bufone rñdit. Nunq̃ã talem me oĩpotens creare potuit, quem continue peccatis offendo ingratus eius bñficijs infinitis: factus ⁊ creatus ad imaginem illius ⁊ beatitudĩnẽ conſequendã: redemptus illius paſſionẽ. vñ eũ laudare debui ⁊ illius obſequijs mancipari. Uñ cõuerſus ad penitentiam a quodã ſancto viro ſufficienter informatus laudabiliter in dei ſeruitio perſeuerauit.

¶ Peccator magnus q̃dam audiuit vnuʒ ſermonem: ⁊ ſic ſaluatus eſt.

¶ Exemplum. iiij.

CUm ſemel ſanctus Bernardus predicaret in quadã ciuitate in quodam cimiterio duo ribaldi valde ꝑpe erãt q̃ multa mala fecerũt. Quorum vnus videns hoĩes eũtes ad ſermonem, etiam voluit ire vt audiret ſermonem: ⁊ dixit ei alius. Quo diabolus ducit te modo, q̃ nunq̃ feciſti aliquod bonũ, ⁊ modo vis incipere bonũ facere, ⁊ ſermonem audire? Et incepit ei dicere opprobria. Ille tñ iuit. Et cũ incepiſſet ꝑdicare contra illos q̃ dicebant malũ, ⁊ ducebant malam vitã cepit habere contritionem, ⁊ dolorẽ pro peccatis, ⁊ cepit flere. Et beatus Berñ. vidit circa collũ eius cathenam magnam pluſq̃ centum carrucas habentem: ſed ad quãlibet lachrymã quam flebat cadebat vna carruca de cathena: tũc beatus Berñ cepit inſtantius, ⁊ ardentius ꝑdicare: ⁊ vitia deteſtari: ⁊ peccator cepit fortius flere. Itẽ tandem cathena fuit oĩnó diſſoluta. Poſt ſermoneʒ vocauit eum beatus Bernar. ⁊ confortauit eũ. Et ex admonitione eius confeſſus eſt oĩa pctã ſua ⁊ ſic poſtea ſancte vixit. Et alius miſer ribaldus ſocius ſuus in peccatis manſit ligatus eque cathena forti, vel fortiori q̃ ille fuiſſet: q: non iuit ad ſermonem. Uñ patet q̃ vtile eſt audire verbũ dei. Greg. Cib⁹ mentis eſt verbum dei.

¶ Utile eſt verbum dei. etiam ſi non retineatur.

¶ Exemplum. v.

QUidã frat̃ dixit ad ſenẽ. ecce Abbas frequẽter interrogo ſeniores patres vt dicant mihi admonitionem pro ſalute anime mee: ⁊ quicquid mihi dixerint nihil retineo. erãt autem ſeni duo vaſa vacua. Et dixit ei ſenex. Uade, ⁊ affer vnũ ex illis vaſis, ⁊ mitte aquam, ⁊ laua id, ⁊ effunde ⁊ pone illud madidum in locum ſuum. Fecitq̃ frater ita ſemel, ⁊ bis: ⁊ dixit ſenex. Utraq̃ vaſa ſimul affer huc. Et cum



attuliſſet dixit ei ſenex. Qualis ex vtriſq̃ eſt madidum? Reſpõdit frater. Ubi aquã miſi ⁊ laui. Tunc dixit ei ſenex. Sic eſt de anima fili: qui frequenter audit verba: ⁊ q̃uis nihil retineat ex his que interrogat: tamen plus mundatur quam ille qui non requirit. Hec in vitaſpatrum.

¶ Fratres audiendo verbum dei dormitauerunt. ¶ Exemplum. vj.

SEnex quidaʒ qui ſedebat in eremo rogauit deum vt donaret ei ne dormitaret aliquando cum ſpiritualiũ rerum ratio fieret: ſi autem detractionis: aut odij cauſa verba eſſent ſtatim corruc ret in ſomnum: ne huiuſmodi venenũ aures acciperent. Hic dicebat diabolum ſtudioſum eſſe vt moueret homines ad verba otioſa impugnatorem autem totius doctrine ſpiritualis atq̃ rei. Hoc autem vtebatur exemplo. Loquente me inquit aliquando de vtilitate animarum: ad quoſdam fratres tam profundo ſomno occupati ſunt: vt nec palpebre oculorum moueri poſſent. ego autem oſtendere volens demoniacum eſſe, otioſa verba introduxi. Ad quod illi gaudentes ſtatim a ſomno ſunt excitati. Ego autem ingemiſcens dixi. Uſq̃ nunc de celeſtib⁹ rebus loquebar ⁊ omnium veſtrum oculi ſomno tenebantur grauiſſimo; quando autem ſermo otioſus inuẽtus eſt: ⁊ omnes prompti audire fuiſtis. Propter quod rogo chariſſimi fratres cognoſcẽtes maligni demonis opus eſſe attendite vobiſmetipſis: cuſtodientes vos a ſomno quando aliquod ſpirituale, facitis, vel auditis. Hoc in vitaſpatrum.

¶ Quidam nolunt audire veritatem: et ideo fugiunt ſermones.

¶ Exemplum. vij.

Exemplum contra eos qui fugiunt ſermones: ⁊ nolũt audire veritatem, ſimiles ſunt cuidam contracto de quo dicitur quod cũ beatus Martinus iret de villa in villam predicando, ⁊ miracula faciendo: ipſe ſemper ante eum fugiebat de villa in villam: de ciuitate in ciuitatem: timens ne ſi curaret eum: amictum: queſtũ: ⁊ victum amitteret. Sic raptores: adulteri: fallaces: timent ſermones: ⁊ nolunt intelligere, vt ſe emendent, ⁊ bene agant.

¶ Ruſticus quidam noluit audire verba dei. ¶ Exemplum. viij.

QUidam ruſticus qui nunq̃ voluit audire ſermonee: ſed frequẽter ſtabat in cimiterio: claſſando mortuus eſt. Cum autem ad eccleſiã eſt delatus: ⁊ ſacerdos ⁊ alij clerici officium legendo et cantando circa corpus facerent: imago crucifixi cepit obturare aures ſuas cum digitis: manib⁹ a cruce ſeparatis. Quod cũ homines circunſtantes aſpicerent, mirabantur. Tunc ſacerdos ait ad populum. Scitis quale ſignum eſt: vos debetis ſcire quod iſte qui iacet hic mortuus modo eſt in manu diaboli: idcirco quia ſicut obturauit aures ne audiret verba dei: ita deus obturat aures ſuas ne audiat preces quas iã pro eo fundimus. Et ceſſauerunt omnes pro eo orare: ⁊ ſepultus eſt extra cimiterium.

¶ Predicans verbum dei habet magnuʒ premium in celo.

¶ Exemplum. ix.

QUidaʒ ſacerdos bonus predicator cum morti appropinquaret: amic⁹ eius quidaʒ in domino euʒ adiurauit, vt ſe poſt mortem ſuam triceſimo die de ſtatu ſuo certificaret: ⁊ illo mortuo ꝓut hic orauit, die triceſimo apparuit ei mortuus ſacerdos in cappa ſcarlatica tota monilibus aureis decorata interq̃ vnum incomparabiliter ab alijs diſtans habebat in pectore. Quem cum idem de ſtatu requiſiſſet: ⁊ ille benediceret: queſiuit cũr in tali veſte incederet, ⁊ ille. Hanc veſtem habeo propter zelum, ⁊ amorem quem habui ad proximos: monilia autem tot accepi quot conuerti peccatores: monile autem quod vides in pectore: ideo recepi quia

vnū peccatorem cōuerti de quo nulla ſpes erat ſalutis. Et ille. Quis ſtatus eſt parochialium plebanorū? Cui ille. Pauci ſaluabuntur: quia viam latā que ducit ad infernum ſuis ſubditis ſic replent: qđ eos vix capiat. Nam ipſi tanta vigent cupiditate: vt nihil curent de animabus: dummodo bona habeant ſubditorū. Et inquit qđ periculoſius eſt, q illud qđ debent in vſus pauperū conuertere: expendunt cū perſonis vilibus. Et ſic diſparuit.

¶ Predicatori dixit Chriſtus veni ſequere me.

¶ Exemplum. x.

Sacerdoti cuidam religioſo ordinis premonſtratēn. preceptū eſt cōtra ſaracenos crucē predicare. Cumqꝫ in ipſa predicatione hominem deponeret, cuidā ſocio ſuo poſt mortē apparuit ſciſcitanti de ſtatu ſuo: ſic reſpondit. Videbatur mihi mea pena ſatis longa cum enim morerer non niſi demones circa me vidi: qui animam meā ceperunt abducere dicentes. Nunqꝫ ſeruaſti profeſſionem nec obedientiam abbati tuo promiſſam: nec alicui ſincere predicaſti dn̄m tuum. Cūqꝫ in hunc modū diuerſi diuerſa contra me ꝓponerent: nec eſſet qui ꝓ me reſponderet: ecce xp̄s venit dicens. Sequere me: q tu predicaſti me: ⁊ mox omnis turba demonum ad inſtar fumi diſparuit: et ego xp̄m ſecutus ſum ad gloriam. nullā autem aliā penā excepto illo terrore paſſus ſum.

¶ Demones obſerant aures ne audiatur verbum dei.

¶ Exemplum. xi.

Religioſus quidam in quodam ſermone vidit demonem, ⁊ adiurauit eū ſibi dicere quomodo vocaretur. Reſpōdit. Ego ſum demon et vocor claudens aures: ⁊ habeo mecum tres ſocios: quorum vnus vocatur claudens cor: ſecundus claudens os: tertius claudens burſam: ne per ſatiſfactionem peccatum dimittatur. Hec Jacobus de vitriaco.

¶ In diſcipulo de tempore.

¶ Quidā miles flagitioſus quomodo ſit cōpunctus ⁊ penitentiā egit. ſer. lxx. Q.

¶ Comes lubricus qui audiuit predicare illud dictū Ezech. In quacūqꝫ hora peccator ingemuerit ſaluus erit. ⁊ ſic cōpunctus eſt. Hoc quere de tp̄e. ſer. lxviij. S.

¶ Vetula.

¶ Vetula quedam decepit fraudulenter iuuenculam.

¶ Exemplum. xij.

Vir quidā vadens Romam reliquit vxori caſtiſſime ⁊ pulcherrime domum ſuam: quam cum prudenter regeret vidēs eam iuuenis quidā egredientem exarſit amore eius ⁊ per ſe ⁊ per alios eam ſolicitans cōtemnitur: ⁊ dona eius ſpernūtur ab ea. Cum aūt videret quedā vetula eundē iuuenē languentē ⁊ flentem extorſit cauſam ab eo: ⁊ promiſit ꝙ faceret qđ eā haberet: que caniculam quā habebat fecit ieiunare pluribus diebus: ⁊ finaliter dans ei panē confectū cū ſinapi ⁊ accedens ad domū iuuencule honorifice eſt ab ea ſuſcepta propter ſpēm religiōis quā habebat. Cum aūt videret flentē caniculam quam vetula adduxerat ⁊ quereret cauſam cepit vetula flere dicens: ꝙ canicula illa fuit filia ſua caſtiſſima ⁊ pulcherrima quā deus in canē mutauerat ⁊ ſic ad fletum deputauerat: eo ꝙ amore ſuo dimiſit mori quendā iuuenē qui amore eius languebat. Ad hec verba illa iuuencula pandit vetule de amore iuuenis qui eam impetebat: ⁊ vetula ait. Videte qꝫ miſericorditer deus agit vobiſcū ꝙ fecit vos videre plagam filie mee: ne vobis ſimile cōtingat. Et de conſilio vetule iuuencula conſenſit in amorem eius: ⁊ peccatū commiſit cum eo.

¶ Vetula que voluit facere diſcordiam inter virum et vxorē quomodo incarcerata eſt perpetuis tēporibus. Hoc quere ante ſer. xviij. M.

¶ Item vetula quedā docuit iuuenculam, audi: vide: tace. quere ante. ſer. xviij. M.

¶ Item vetula cui diabolus promiſit duos calceos vt diſcordiam ſeminaret inter virum ⁊ mulierem. hoc quere de tempore ſer. xcvj.

¶ Vidua.

Exempla de. V.

¶ Item vidua quedam dixit: vir meus adhuc viuit qꝫdiu ego vixero. ſer. xcvj. V.

¶ Item iuuenis vidua cui apparuit beatus petrus apoſtolus in agone. ibidem. cxv. x.

¶ Virginitas.

¶ Virgo quedam quaſi fatua reputabatur.

¶ Exemplum. xiij.

Narrat ſanctus Baſilius epiſcopus dicens. Fuit in quodā monaſterio feminarū: quedam virgo que ſtultam ſe eſſe, ⁊ demonē ſe habere ſimulabat, queuſqꝫ adeo omnibꝰ alijs pro errāte habebatur ita vt nec cibum quidē cum ea caperent. Talem ſiquidem elegerat vitam vt a coquina nunqꝫ recederet: donec totius illic monaſterij impleret officium: ⁊ erat ſm̄ vulgare prouerbiū: vniuerſe domus ſpongia. Impleta eſt a ſe ⁊ hoc rebꝰ probans quod in ſanctis libris ſcriptū legimus. Si quis ex vobis putat ſe ſapientem eſſe in hoc mūdo ſit ſtultus vt ſapiēs fiat. Hec igitur inuolutum pannis habebat caput ita quoqꝫ omnibꝰ ſeruiebat. Cetere aūt virgines tonſe cucullis cooperiebantur: nulla aliqn̄ poterant hanc. de. xl. virginibꝰ videre manducātem: nunqꝫ per omne tempus ſuū ſedit ad mēſam: nullā vel modicam partē panis accepit ꝑ micas tm̄ detergens mēſas ⁊ abluens ollas: his ſolis alimonijs cōtenta viuebat: nulli vnqꝫ fecit iniuriā nullus ipſius murmur audiuit nulli harum aūt ſatis locuta eſt vnqꝫ. Et certe cū ab omnibꝰ cederetur: cū omnium viueret odio: maledicta omniū ſuſtineret: ſancto picario cuius hoc vocabulū erat ꝓbatiſſimo viro ſemperqꝫ in deſerto viuenti aſtitit angelus dn̄i quadā die ſedentis loco qui dicit̄ porphirice: affatuſqꝫ eſt cū his verbis. Cur inquit grande de te aliqđ credis vt ſanctus hmōi degens loco: vis videre mulierē ſanctiorem te: vade ad thabinenſiotarum monaſteriū feminarum: ⁊ vnā ex eis illic inuenies in capite habentem coronā ipſamqꝫ cognoſce te eſſe meliorem: que dum contra populū tm̄modo ſola diebꝰ ac noctibus pugnat cor ipſius nūqꝫ a deo receſſit. Tu aūt in vno loco reſides: neqꝫ quoqꝫ aliquādo progrediens per oēs vrbes animo ⁊ cogitatione vagaris. ſtatim ad ſupradictum monaſterium venit ⁊ magiſtros ibidē rogauit vt introducerent eū ad habitaculum feminarum. Quem mox illi vita glorioſum ⁊ etiā profectioris etatis vidētes cū fiducia grandi introduci fecerūt. ingreſſus autem deſiderauit oēs ſorores inſpicere: inter quas ſolum illam ꝓpter quam venerat nō videbat. Ait aūt ad poſtremum. Oēs inquit mihi adducite: deeſſe enim mihi videt̄ aliqua. Dicunt ad eū. Vnam inquiunt ſtultā habemus interius in coquina ſic eñi eas que a demonibꝰ vexantur appellāt. Exhibite inquit ad me ipſam vt videam. Quo audito. S. memoratam vocare ceperunt que cum nollet audire ſentiens vt credo aliquid aut fortaſſis hoc ipſa iam diuina reuelatione cognoſcens dicunt ei. Sanctus picarius te videre deſiderat. Erat vir fame ⁊ nominis grandis. Cum autem ei fuiſſet exhibita vidiſſetqꝫ panno frontem ipſius inuolutam proiecit ſe ad pedes ipſius dicens. Benedic me inquit. qui ad illius pedes ⁊ ipſa ſimiliter proiecit ſe dicens. Tu me benedic dn̄e. Omnes ſorores obſtupuerūt ſimul dicentes. Noli abbas talē iniuriam ſuſtinere: fatua eſt eñi iſta quā cernis. Tūc. ſ. picarius ipſis omnibꝰ. Vos inquit eſtis fatue: nam hec veſtra et mea eſt corona: ſic eñi vocant ille feminas ſpirituales: ſed deprecor deū vt ipſam in die iudicij merear videre. Quo audito oēs ad pedes eius prociderunt ſingule varia peccata ꝓpria ei confitentes. Alia eñi abluens ſordes aque ſup eam effudiſſe dicebat. Alia vero colaphis eā eſſe a ſe verberatam ſepe memorabat: alia vero ſinapi nares ipſius repletas eſſe a ſe deflebat. Certe quoqꝫ diuerſas referebāt ſe ei iniurias irrogaſſe. Pro quibꝰ omnibꝰ ille ſanctis fudit deo preces. Poſt paucos autem non ferens illa tantā ſui gloriam tātoqꝫ ſe nolens ſororum honore cumulari: grauari ſe credēs, excuſationibus ſingularū: eſt egreſſa de monaſterio illo occulte. Que quo ierit in quē ſe miſerit locū: vel quo fine deceſſerit: ad nullius notitiam potuit peruenire. Hoc quere in vitaſ.

¶Virgo quedam abſcidit ſibi naſum: ne nuptui traderetur. ¶Exemplū.xiiij.

LEgitur ꝙ quedam nobilis virgo euſemia nōīe de qua dī ꝙ vouerat caſtitatē in annis puerilibus dn̄o: ⁊ votum ſuū ꝙ vouerat adimplebat: ſe corā deo ⁊ hominibꝰ cōſeruans irreprehenſibilē. Pater huiꝰ ſecularis videns eā formoſam (licet inuitā et omnibꝰ viribus renitentē) cuidā comiti nobili deſpōſauit. At virgo illa plena ſpiritusancto ītrabat capellā ⁊ proijciēs ſe in terrā rogabat reginā miſericordie vt eā in voto caſtitatis cōſeruaret. Et aduertens ꝙ rōne ſue pulchritudinis iacturam caſtitatis patiebat: accepto cultello. Amplius inq̄t vana pulchritudo occaſio peccati non eris. Et hoc dicto: naſum ſibi ꝑſcindit et labia. Et pater tyrānus hoc audiēs vocato quodā crudeli ſuo ruſtico: filiā illi tradidit in ancillam mādans vt ſuo obtentu gratie illam ſeruitijs ruſticanis māciparet. Et ruſticus cōpati neſciens nobili ſanguini: vltra modum eā laboribus ⁊ plagis affligebat. Et hec illa oīa patienter deuincebat: deo regratians ꝙ in illū ſtatum eā deduxiſſet in quo aliq̄d pro eo ſuſtineret. Cum vero in dei ſeruitio .vij. annis permāſiſſet: in vigilia natalis xp̄i de nocte (vt mos eſt xp̄ianis comedere) familia ad menſam ſedēte: ipſa incurrit ī ſtabulū: vt laudes redderet ſuo creatori. Sed ruſticus nō viſa virgine arrepto baculo eā queſiuit: ⁊ directis oculis in ſtabulū in quo eā orantē ſepiꝰ inuenit: ecce lux totū ſtabulū cooperuit: ⁊ putans eſſe ignē ꝓpius acceſſit: ⁊ ecce virgo maria cū multitudine virginū ⁊ angeloꝝ eā conſortabat dicēs. Conſtans eſto filia: q̄ꝛ ꝓ hoc ſeruitio dabit̄ tibi corona regni celeſtis. Qđ ruſticus vidēs totam familiā clamore magno conuocauit. Et viderunt euſemiā naſum ⁊ labia pulcherrima habentē: ⁊ faciem rutilantē: vt omnis qui eā videret: de immēſo dono pulchritudinis deū lauderet. Cūqꝫ pater eius hoc audiuiſſet veniā petēs in loco ſtabuli clauſtrū virginū conſtruxit in quo ſancta euſemia deo ſeruiens: poſt paucos annos quieuit in domino.

¶Virgo quedā potius ſubmergi voluit q̄ caſtitatē perdere. ¶Exemplū.xv.

CUm Leodienſis ciuitas deuaſtaretur a Brabantinis multe mulieres ⁊ virgines zelo caſtitatis corporū ſe periculo expoſuerūt. Dum aūt vna earum periculoſe laboraret in fluuio duo ex hoſtibus in nauicula ad eā venientes ad nauem traxerūt vt ei turpiter commiſcerentur. Maluit aūt iterum in fluuium ſubmergi q̄ corrūpi a naui tam ꝓſilijt inter vndas. Dumqꝫ nauis ex impetu ſalientis ſubmergeret̄: ſimul illi deo ſubmerſi perierūt. Illa vero per gratiā dei ſine dāno corporis ⁊ anime obſequente fluuio ad littus peruenit.

¶Virginem innocentē angelus liberauit a ſuſpendio. ¶Exemplum.xvj.

PUella quedā ſociata cuidā latroni in habitu pueri furtū neſciens: furtū a latrone accepit ad portandum. Latro aūt audiens ſtrepitū poſt ſe currentiū: intellexit illos eſſe quibus iſta abſtulerat diuertēte eo. Et cū nulla ei valeret excuſatio: quaſi ad receſſum vadēs: capitur cū puer furto: ⁊ ſuſpēdio adiudicatur. Sacerdoti ꝯfitetur: ⁊ totū ꝓceſſum aperit. Fuit in nemore querit̄ ⁊ capit̄. Fure allegāte ꝙ debet puniri ſuper quē furtū inuentū eſt illud etiā onus ſuū eſſe negabat: puella morte condēnatur: ſed ſacerdote procurāte per examen candentis ferri veritas ꝯprobatur. Puelle ei manus tangens ferrū candēs illeſa permāſit ⁊ manꝰ furis fuit cōtinue exuſta. Tūc fure ſuſpēſo cognatꝰ eius inſaniens ipſo de patibulo depoſito puellā ſuſpenderat. Mox aūt affuit angelus qui eā ſuſtentauit nec aliquā moleſtiam ſenſit: ſed magnā dulcedinem magnāqꝫ melodiā audiuit. Dictū eſt ei ꝙ anima ſororis ſue agnetis cū tali melodia celū intrauit illa hora ⁊ tu intrabis ⁊ ſequeris eā poſt bienniū. Biduo ſic pendens: paſtores credētes eam mortuā inciſo fune nō more cadauerum cū pondere recidit: ſed ab angelo ſuſtētata paulatim dimiſſa ad terrā ſtetit. Dixitqꝫ angelꝰ ei. Ecce nūc libera es: vade quo vis: que aīt. Veronam ire ꝓpoſui ſtatimqꝫ in momēto



poſita eſt iuxta veronam. Hec aūt contigerunt iuxta ciuitatē anguſtam. Ab anguſta autem vſqꝫ ad veronam ſeptē diete computantur.

¶Virginē leo liberauit a corruptione.
¶Exemplum.xvij.

BEatus Ambroſius narrat de quadam virgine quā pagani ad proſtibulum traxerūt: q̄ꝛ idolis ſacrificare noluit: ⁊ q̄ꝛ virum accipere nolebat ⁊ volebāt eam libidine maculare ⁊ occidere. Cum aūt quidā eam iam teneret: ⁊ ipſa pro poſſe repugnaret ⁊ facta oratione leo per mediā traſiens ciuitatē ad proſtibulum cucurrit ⁊ arrepto hoīe illo reſpiciēs ad virginē non ſtatim laniabat ſed mandatum virginis expectabat. At ille cepit virgini ſupplicare vt leoni imperaret ne eum occideret. Illa vero volens ꝓ malo reddere bonū: de dentibus leonis liberauit hominem. Et cunctis perterritis virgo intacta euaſit dn̄o cooperante.

¶Miles liberauit virginē in proſtibulo a corruptione.
¶Exemplum.xviij.

BEatus Ambroſius recitat de virgine quadam que erat pulchra valde ⁊ xp̄iana ⁊ ſuā occultabat pulchritudinē. Que dum nubere nollet opponitur ei titulus xp̄ianitatis ⁊ ꝓponitur vnū ex duobus eligendum ſcꝫ vt dijs ſacrificaret vel lupanari exponeretur Sacrificare noluit: tūc exponitur lupanari. Audiens hoc miles quidā xp̄ianus ſimilis in facie et pulchritudine illi puelle indutus armis equo veniens ad lupanar: ⁊ dixit ſe eſſe xp̄ianū ⁊ veniſſe ꝓ liberatione ſua: induitqꝫ puellam veſtibꝰ ſuis ⁊ ipſe ſe veſtibus puelle induit: ipſam quoqꝫ equo ſuo impoſuit et abire iuſſit: ipſe aūt manſit ibi. cumqꝫ veniſſent alij cauſa luxurie perficiende: inuenerunt virū non mulierem. Territi quoqꝫ vniuerſi dixerūt alter ad alterū. Audiuimus ꝙ xp̄s conuertit aquā in vinū: nunc aūt mutauit feminā in virum fugiamus cito q̄diu ſumus id qđ fuimus.

¶Angelus oſtendit viam duabꝰ virginibus que errauerunt. ¶Exemplū.xix.

VIrgo deuota Elizabeth nōīe cuꝫ ſocia bona etiā deuota ſimul peregrinabāt ⁊ cōtigit eis in via qđ de via ſunt ſecute. pauefacte ergo ꝓpter ſiluarū proximarū infortuniū flere perūt: quibꝰ flentibus vehemēter ſubito iuuenis apparuit corā eis: erat iuuenis crine criſpo ⁊ colore croceo. alba indutꝰ tunica ⁊ albo pariter collobio ſupducto. Salutatis ergo ipſis ab eis quo pergerent inquiſiuit. Reſpondētibus illis ad villā libenter ire vellemus: ſi viā ſciremus inquiūt. ⁊ ille. Scio inquit me ſequimini. Illo igitur cū ſilentio precedēte ille ſequuntur: nec fuit aliqua earū que aliq̄d loqui poterat pre nimio mentis gaudio vel ſtupore. at ille ꝓperātes viderunt villā: ſubito in ictu oculi ductorem iuuenē perdiderūt. Que mox proſtrate in terrā amare ceperūt flere ꝙ ductori tanto nihil amplius ſunt locute. Ad cor aūt poſt lachrymas redeūtes: exinde ſpirituali vita ſolatio profecerunt Conſimile prope duobus fratribus accidit. Hec Huil.

¶Virgo q̄dā percuſſit cadauer ad caput in quo erat diabolus. ¶Exemplum.xx.

HUit in quadam villa nōīe viuella virgo digna mortuis parentibus in domo fratris militis relicta eſt. ꝓ ciſtercienſi em̄ ordine diu laborās neqꝫ ad effectū producere valēs fortiter in animo ſtatuit ſꝫm poſſe ſuum etiā in ſeculo ordinē obſeruare. Inceſſit em̄ ſine lineis obſeruauit ieiunia ſilentiū tenuit: carnes nō comedit: hora matutinali ſurrexit: ad eccleſiā ⁊ in eccleſia horas regulares exoluit. Contigit aūt ꝙ ea ignorante mortuū corpus cuiuſdā defuncti veſpere ad eccleſiam deferretur et ſolū corpus ad feretrū relinqueretur. Surgens aūt media nocte virgo quā diximus inuenit quendā mortuum: ſed parū aut nihil timuit: rediit et horas incepit dicere. Hoc vt vidit diabolus inuidebat ei: ⁊ corpꝰ intrans mortuū ⁊ loculum primo mouit. Virgo igit̄ ſe cōſignans cōſtanter ait ⁊ clamauit. Diabole conquieſce miſerrī me conquieſce. q̄ꝛ nihil cōtra me poteris agere. Et mox diabolus ſurgēs cū corpore. Vere inquit nō potero

contra te:ꝛ meas iniurias a te paſſas frequentius vindicabo. Hec vt illa vidit imperterrito corde baculũ fixa cruce ambabus manibus rapuit:ꝛ in caput mortuum feriens ad terrã proiecit:ꝛ ſic fideli audacia diabolũ effugauit. Itaqꝫ virgo xp̄i cũ anguſtia laborauit vt cadauer deiectũ in feretrũ recoleret:ſed fruſtra q꞉ nõ potuit. Ueniens autẽ mane cũ cuſtode presbyter miratur deiectũ corpus de feretro ꝛ vulneratum in capite:querit q̃d actũ ſit. Fatetur virgo cũ lachrymis rogans obnixi⁹ reuelari corpus. negat ille:allegãs viſurũ ppl̄m potius p geſtã rem excitandũ in laudẽ xp̄i. Mox turbata virgo vbi presbyterũ inuincibilem ꝛ inexorabilẽ vidit:ꝛ vanã ꝛ inanẽ gloriã ꝛ erubeſcẽtiã formidãs: domũ fr̃is cognationẽ ꝛ patriam dereliquit nec vnqꝫ ad eũ poſtea rediit:ſed vſqꝫ ad mortẽ in vinella permãſit ꝛ in humilitate xp̄o ſponſo ſuo fideliter ſeruiuit. hec. g.

¶ Chriſtus veſtiuit agnetẽ ſuã ſponſam.

¶ Exemplum. xxi.

Chriſtus ſponſus virginũ virgines ab omni opprobrio ꝛ cõfuſione cuſtodit ſicut btã̃m agnetẽ virginẽ cum fuſtigaret nuda crine ſoluto tantam denſitatẽ criniũ dedit ei dñs ꝛ longitudinem vt pulchrius crinibus ornaret quã veſtibus. Et cũ eſſet in patibulo eã lumine de celo miſſo veſtiuit.

¶ Chriſtus p triduum ſuſtentauit virginẽ in patibulo.

¶ Exemplũ. xxii.

Item legitur de ſancta Eulalia:qꝫ multa ſupplicia pertulit a daciano preſide:cuius corp⁹ iuſſit tyrannus ſuſpendi. dum p triduum permaneret in patibulo ſuſpenſum corpus deus veſtiuit lumine de celo miſſo:ꝛ aĩam morientis viderunt aſtãtes in celum aſcẽdere:quaſi in ſimilitudine columbe nitentis.

¶ Chriſtus paſcit virgines.

¶ Exemplum. xxiii.

Chriſtus paſcit ꝛ nutrit ṽgines ſicut legitur feciſſe btẽ Eugenie virgini. Que cũ multa ſupplicia ſub galieno impatore ſuſtinuiſſet:ignis ꝛ aque ꝛ aliorũ tormentorũ genera ſuperaſſet et euaſiſſet illeſa:tandem clauſa teneretur in obſcuriſſimo carcere ſine omni cibo et lumine:in quo eam xp̄o viſitauit ꝛ pauit immẽſo lumine ꝛ candidiſſimo carcerẽ illuſtrauit. Que cũ multos dies mortua crederetur apparuit corpulentior ꝛ pulchrior quã prius fuit.

¶ Chriſtus liberauit virginẽ ſpõſam ſuã a diuerſis martyriis. ¶ Exemplum. xxiiii.

Legitur in paſſione Eufemie qꝫ cum eſſet ſpecioſa valde ꝛ accuſata cõfeſſa eſt ſe eſſe xp̄ianã venit ad eã Priſcus iudex in carcerẽ volẽs eam opprimere. Ipſa autẽ ait. Adiuua me ſaluator meus Ieſu xp̄e amator ꝛ ſponſus caſtorũ animorũ. Ipſa autẽ xp̄i adiutorio conualuit:ꝛ priſcũ potentẽ vicit. Tunc priſcus indignatus qꝫ a muliere victus eſſet. fecit fieri rotas horribiles in quib⁹ virginẽ cõtereret. Cumqꝫ miniſtri eã cõfitentem xp̄m audirent ꝛ dicentẽ ſaluator mundi ſalua me ꝛ libera me:angelus ſtatim deſcẽdit:ꝛ rotas illas cõterens ꝛ illeſam reddens ꝛ liberatã: miniſtri autẽ percuſſi paralyſi facie immutata. Cum autẽ preſes cõfuſus cõminaretur ei qꝫ interficeret eã in fornace ardenti:ait. Non timeo habẽs adiutorẽ chriſtum:ꝛ cõculcabo adiutorio eius oẽs tyrãnicos inſultus:ꝛ terrorẽ eorũ. Cum autem iuberet eã tyrãn⁹ in fornacẽ pijci quã parauerat miniſter cui preceperat hoc dixit ei qꝫ non poſſet in eã manũ mittere. q꞉ videbat circa fornacem:viros glĩoſos paratos fornacem diſpergere:ꝛ eam illeſam ꝛ immaculatam cuſtodire. Alter ſeruus dixit qꝫ nõ poſſet facere: quia videbat circa fornacem candidatorꝫ exercitũ eã expectantẽ hi duo in carcerẽ miſſi ſunt ꝛ eos cuſtodire fecit:tandẽ martyrio coronati ſunt. Tũc proiectã eam ſuper ignẽ:ſuſceperunt eam angeli dei diſpergentes ignez huc ꝛ illuc. Poſita in carcerẽ per ſeptẽ dies p capillos ſuos ſuſpenſa negato cibo ꝛ potu:ſed quotidie ab angelo refecta eſt. Poſt hoc poſita eſt inter magnos lapides:qui dei adiutorio mox in puluerẽ ſunt redacti. Poſtqꝫ hec oĩa ſupaſſet:miſſa eſt in foueam plenam vrſis ꝛ leonibus:ꝛ ibi vrſos ꝛ leones ſuperauit. Tunc a carnifice claudio percuſſa migrauit ad dñm. Percuſſor autem eius a leone deuoratur. Priſcus ꝛ appolonius in furiã ſunt cõuerſi ita qꝫ ſeipſos comedentes mortui inuenti ſunt.

¶ Quidã voluit violare virginem ꝛ excecatus eſt.

¶ Exemplũ. xxv.

Quidã ab impatore obtinuit vt ſancta Anaſtaſia ſibi pro vxore daret: promittẽs qꝫ a xp̄ianitate eã reuocaret. Qui cũ multipliciter attẽtaſſet promiſſionibus minis:ꝛ ſupplicijs: ꝛ ipſa in quadã camera immobilis p triduũ pmanſiſſet ſine cibo ꝛ potu ꝛ ſomno:vir intrans ad eam voluit violare eã:ꝛ ſic excecat⁹ circuibat in camera:nec valebat exire. Cuꝫ autẽ clamaret pre dolore oculorũ intrãtes famuli eũ emiſerũt ꝛ ad idola adduxerũt eum vt rñſa acciperet a demonib⁹ vtrũ a ſua infirmitate curaret:dixerũt qꝫ nõ: ſed ppter illud qd̃ fecerat anaſtaſie ſciret quoqꝫ ipſe qꝫ in inferno eternaliter eſſet cruciãdus. Qui perterritus ſupra modũ ꝛ turbatus:cũ duceret inter manus famulorũ: ſubito mortu⁹ eſt. Ipſa autẽ anaſtaſia poſt multas afflictiones pro xp̄o paſſas carceris:ꝛ exilij:incendij:ꝛ extentione corpis ſuper quatuor palos:ſpũm deo reddidit.

¶ In diſcipulo de tpe.

¶ Miles q̃ violauit virginẽ q̃uo in crurib⁹ punitus eſt:ꝛ bufonẽ igneũ in corpore ſuo ſuſtinuit. hoc quere ſer. xcvi. ¶ Uirtutes.

¶ De virtutibus. v. fratrũ.

¶ Exemplum. xxv.

Quidã ſctũs abbas queſiuit a quinqꝫ fratribus ſuis q̃ ſibi pre ceteris placuerũt virtutes ꝛ vitã ipſorum qualiter vixiſſent poſtqꝫ religioſi facti eſſent. Primus dixit. Ego ſic vixi qꝫ ſingulis diebus oĩa pctã mea ita cũ dolore cordis pertractaui:ꝛ quicquid cõtra deũ illa die egi cum tanta contritione confeſſus ſum: quaſi eadẽ die mori deberem. Scd̃s dixit. Omne tp̄s meũ in duas partes diuiſi:vnã orationũ deuotioni dedi:aliã laboribus ꝛ ſeruitijs fratrũ vbicũqꝫ potui in minimo ſic ꝛ in maximo fideliter expendi. Tertius dixit. Ego me dedi totũ operibus mie ꝛ cõpaſſioni:ita vt flerem cũ flentibus:ꝛ gaudere cũ gaudentibus. Quartus dixit. Ego ſemper me adiunxi vt deſpect⁹ haberer:ꝛ ſic me ipſum rexi vt ad plenã humilitatẽ ꝛ patientiã perueni. quintus dixit. ego ſic vixi vt nullũ hoiem turbaui:nec ab aliquo turbatus ſum. abbas ſibi hec reuelari petiuit a deo:ꝛ vox de celo venit di. Ego do me:ego permitto me inuenire:ego vendo me ꝛ permitto me furari: ego pmitto me ab hoie ſeparari. tũc abbas nõ intelligẽs: orauit ſibi manifeſtius illa declarari. tunc vox venit de celo di. ego do me penitenti: ego permitto me orationibus ꝛ laboribus fratrũ inuenire:ego vendo me illi q̃ proximis cõpatitur ꝛ cõgaudet:ego pmitto me furari ab humili deſpecto:ꝛ ego permitto me ſupari ab hoie qui nullũ cõturbat:ſed in pace. Tũc abbas queſiuit quis melior eſſet inter illos. Tũc venit vox de celo di. Qui nullũ turbauit:nec turbatus eſt.

¶ De exercitijs. v. fratrum.

¶ Exemplum. xxviii.

Abbas quidã habuit quinqꝫ fratres quib⁹ precepit vt vnuſquiſqꝫ referret virtutẽ ſuã. Primus dixit. x. annis quotidie feci generalẽ cõfeſſionẽ. Secũdus dixit quotidie bonã attentionẽ. per. xx. annos ſtudui habere in oratione. Tertius dicit per. xxx. ãnos quotidie quãtũ potui miſericors fui:ꝛ intraui infirmatorium:querẽs cui ſeruirẽ. Quartus dixit p xl. ãnos neminẽ cõturbaui:oĩa patienter ſuſtinui. Quintus dixit p. l. an. queſiui deſpectionẽ ꝛ nõ inueni mihi ſimilẽ humilitatem. abbas igitur deũ rogauit vt ſibi oſtẽderet q̃s inter illos melior eſſet:ꝛ venit ad eum vox di. Primus ſeipſum dat dño: ſecundus inuenit dominũ:tertius portat dominum:quartus emit dominum: quintus vincit dominum.

¶ De virtutib⁹ triũ eremitarũ. Exẽ. xxvij.

Erant tres eremite q̃ cũ quererent inter ſe de virtutib⁹ dixit vnus qꝫ ppter dilectionẽ dei plus ſemp deſidero turbari quã turbatiões mihi eueniãt. Alter dixit qꝫ pre dilectiõe dei nũqꝫ me iudicantẽ iudicaui. ꝛ requiſit⁹ cur me dimitteret dixit ppt̃ tres cauſas. Primo q꞉ in-

rantes honorant. Quartū eſt quod ſicut
dies a ſole fit amena: ſic tota curia cele=
ſtis a mea preſentia venuſta iocūdatur.
Quintū eſt q̄ ſumme trinitatis ⁊ mea eſt
vna voluntas: ⁊ quodcūq̄ʒ mihi placuerit:
tota trinitas ineffabili fauore conſentit.
Sextū eſt q̄ omnibus in hoc ſeculo mihi
ſeruientibus iuxta mee voluntatis arbi=
trium recōpenſantur. Septimū eſt quod
omnino certa ſum ⁊ ſecura q̄ mee glorie
plenitudo nunq̄ʒ marceſcet et nunq̄ʒ de=
creſcet.

¶ Maria liberauit filium cuiuſdam mu=
lieris a captiuitate.

¶ Exemplum. xiiij.

FEmina quedam ſimplicis ⁊ recte
vite ſanctā Mariam dei genitricē
venerabat̄ proſternens ante ima
ginem ſuā frequēter flores ⁊ herbas. Cō=
tigit eiuſdē femine vnicum filiū captiua=
ri. Mater autem inconſolabiliter flebat:
⁊ beatam mariā virginem deuote ꝓ libe=
ratione filij ſui orabat. Uidens autem q̄
nihil proficeret: eccleſiam intrauit: ⁊ ima=
ginē beate virginis ſic alloquitur. O bea=
ta virgo maria ꝓ liberatione filij mei te
ſepius rogaui ⁊ nō exaudiſti me. igit̄ ſicut
filius meus ablatus eſt mihi ſic ⁊ ego fi=
lium tuū auferam ⁊ obſidem in cuſtodiā
pro filio meo ponā. Et imaginē pueri acci
piens de gremio marie domū abijt: in lin=
theolo mundo inuoluit: ⁊ in ciſtam dili=
genter incluſit. Et ecce ſequēti nocte bea=
ta maria iuueni captiuo apparuit: et eum
exire precepit: eiq̄ʒ dixit. Matri tue dices
vt mihi filium meum det. Qui veniens ad
matrē: qualiter liberatus eſſet narrauit.
Jlla autem plurimū gaudens: imaginem
ieſu marie reportauit: ⁊ gratias ei retulit.

¶ Maria liberauit puellam paruulam a
lupo.

¶ Exemplum. xv.

MAtrona quedam honeſta et de=
uota ſummo honore imaginē bea
te virginis honorabat: ſalutatio=
nes: orationes multaſq̄ʒ venias coram illa
faciens. Tempore vero quodam cū filiam
paruulam invillam proximam dediſſet et
infantula iā luderet in area lupus luden
tem rapiēs cū ea ad ſiluam cucurrit. quē
quidā cum clamore magno inſecuti: ſine
exceptiōe filie ſunt reuerſi. Ex quib⁹ vnus
in caſtrum cucurrit: ⁊ matri in menſa ſe=
denti raptum filie nuncians ait. Domina
lupus comedit filiam veſtrā. Cui illa tur=
bata nimis reſpondit. Certe lupus nō co=
medit filiam meam. Mox tamē a menſa
ſurrexit: et in multa cordis amaritudine
capellam intrās: imaginem ſaluatoris de
ſinu matris euulſit: ſtanſq̄ʒ contra illam
cum multis lachrymis in hec verba pro=
rumpit. Domina nunq̄ʒ rehabeis filium
tuum: niſi mihi reſtituas filiam meam.
Mira benignitas atq̄ʒ humilitas regine
celi quaſi timeret filio ſuo carere: niſi mu=
lier rehaberet filiā: lupo protinus impera
uit: ⁊ puellā dimiſit. Inſecuti itaq̄ʒ plures
lupi veſtigia iuxta frutecta deambulan=
tem repererunt: videntes veſtigia dentiū
lupi in gutture eius cute ſuperficietenus
inciſa in teſtimonium tāti miraculi ad hoc
reſeruata. Tunc filiā ad matrem ducen=
tes: mox vt illā ſanam vidit effecta letiſſi=
ma ad imaginem cucurrit: ⁊ puerū in ſi=
num eius reſtituens ait. Quia reſtituiſti
mihi filiam meam: et ego reſtituo tibi fi=
lium tuum.

¶ Maria preſeruauit puerum ab igne
illeſum.

¶ Exemplum. xvj.

QUedam mulier hanc ora=
tionem Aue maria ſemp
cum magna deuotione di=
cebat. Que cum deberet
cibum deferre ſuo marito
ad campum ⁊ nō haberet
aliquem cui puerū ſuum
committere: cepit orationem ſuā dicere de
uote. ſ. Aue maria ⁊c. ⁊ ſic puerum beate
virgini commiſit dicēs. Nō habeo queq̄ʒ
cui puerū meum committam niſi tibi. ⁊ ſic
puerū reliquit: ⁊ ad campum iuit ad mari
tum. Cum aūt interim ignis exortus eſt
in proxima domo: auditis clamorib⁹ re=
currerunt de cāpo ad domum inuenerunt
totā domum exuſtam: ⁊ dolētes de puero
pluſq̄ʒ de domo: et de amiſſione rerū ipſa
clamauit. O beata virgo tibi commēdaui
puerum. Et puerū queſierunt: et illeſum
omnino inuenerunt.

¶ Paruulus quidā xp̄o puero panem de=
dit ⁊ poſtmodum obijt.

¶ Exemplum. xvij.

SPira locus eſt ſupra rhenū famo=
ſus vbi adoratur imago dei geni=
tricis que ad ſanctū Ber. trib⁹ vici=
bus locuta eſt. Ubi quidā paruulus ma=
trem eadē eccleſia orāte inciſſuram panis
manu tenēs acceſſit: frāgenſq̄ʒ micam ima
gini xp̄i porrexit. his verbis quibus theu
tonici venerari ſolent et plorare cepit. pu.
pu. Tandē imago cunctipotentis paruuli
infanti ſibi reamplecti ⁊ his verbis perhi
betur affari: pu. pu. pe. noli flere. Poſt tri=
duum vero mecum papabis. Audiuit ma=
ter: et tremuit. Superuenientiq̄ʒ ſeniori
canonico mater miraculū retulit. qui pru=
denter rem intelligens: obſerua (inquit)
infantem a die p̄dicta ⁊ poſt triduum non
habebis ipſum. Protinus īfans febre cor=
reptus in triduo moritur: ⁊ ſic ad chriſtū
peruenit. Hec Uincētius in ſpeculo hiſto.
libr. viij. c. xcix.

¶ Maria preſeruauit puerū iudei in for=
nace.

¶ Exemplum. xviij.

APud bituricas cū xp̄iani
die paſche communicarēt
inter pueros xp̄ianos puer
iudeus quidā altare acce=
dens: corpus domini cum
eiſdem percepit. Rediens
ad parentes et interroga=
tus vnde veniſſet: reſpondit ſe cum ſocijs
pueris ad eccleſiam iuiſſe ⁊ cū eis cōica=
ſe. Tūc pater eius vehemēter iratus: pue=
rum in fornacem ardentē proiecit: ſed ſta=
tim beata virgo Maria puerū illeſum ab
igne ſeruauit. Mater vero pueri multos
xp̄ianos ⁊ iudeos cum ſuis clamorib⁹ cō=
gregauit qui videntes puerum in fornace
viuentem extractū interrogauerunt eum
quomodo nō ſenſiſſet dolorem. qui reſpon
dit. Que eſt ſuper altare xp̄ianorum ſibi
apparuiſſe: et totū incendium ſuo pallio
depoſuiſſe. Tūc intelligentes imaginem
beate Marie fuiſſe: iudeum patrem pueri
in fornacem miſerunt: ⁊ ſtatim exuſto co:
multi in fide feruentiores fuerunt.

¶ Maria virgo caſtiſſima ſuccurrebat iu=
dee in partu.

¶ Exemplum. xix.

Uedam mulier iudea in partu laborāſ ꝛ clamāſ penevſqꝫ ad exitum aīe anguſtiabatur. Obſtetricē quoqꝫ obſtupuerat ſolertia ſolāqꝫ mortē tanti doloris preſtolabat. Interea dum inter anguſtias anime ꝛ corporis anhelaret. ſubito lux celitus emiſſa ſuper eaꝫ emicuit: ꝛ vox pariter cū luce intonuit dicēs, Inuoca nomen Marie: ꝛ ſalua eris: inuoca matrem Jeſu et liberaberis. Luce foriſqꝫ ſubtracta ſed in virtute verbi ſalutaris intus radicata mulier toto corde fidelis ꝛ cōfidēs in dn̄o Marie nomē inuocauit magna voce: ꝛ ſtatim felici partu filium edidit carēs omni dolore. Audiētes autē femine iudeorum q̄ aderant inuiſuꝫ ſibi nomē turbabātur ꝛ ſtridebāt in eam. ꝛ niſi de celo oculꝰ dei reſpexiſſet: fortaſſis in eodē loco earū trucidata manibꝰ animā exhalaſſet. Itaqꝫ Maria ſuffragante ſeruientiū etiā mulierum cruētas manus euaſit: ꝛ poſt dies purificationis ſue aſſumptis filijs ſuis ad eccleſiā confugit: ac legalibus inſtitutis ꝛ iuſtificationibus carnis abrenūcians: iugum xp̄i ſuaue recepit, hec Uincentius in ſpeculo hiſtoria. lib, viij. capitu. cxcix.

In epiſcopum electus quidā eſt ex iuſſu beate virginis Marie.

Exemplum. xx.

IN vrbe papia fuit quidā clericus noīe hieronymus qui beatā mariā multum diligebat ꝛ ei modis oībus placere ſatagebat. Defuncto itaqꝫ epiſcopo eiuſdem ciuitatis collecti clerici ieiunauerunt vt deꝰ eis oſtenderet quem epiſcopuꝫ eſſe vellet. Interim beata virgo maria cuidā apparuit dicens. Uade ꝛ dic populo vt accipiāt cancellariū meū, ꝛ ſtatuant eum huius vrbis ep̄m: ꝛ ille requirens quiſnā eſſet ille, Beata maria reſpondit ſibi, Ille inquit qui vocatur hieronymus: qui eſt in dei ſeruitio die noctuqꝫ ſtrēnuus. Et factum eſt ꝙ qui beate marie ſeruire ſtuduerat in hac vita: tantum honorem meruit: ꝛ in aliā felicitatem intrauit.

Maria reſeruauit famulos ſuos in honore debito.

Exemplum. xxi.

ERat in cenobio quodā frater quidā hieronymus nomine pictor quidē optimꝰ: qui aſſuetus ſemꝑ virgini marie ſtaturā omni ſtudio virtute decorare ꝛ ornare ſtudebat ꝛ ſolebat: aduerſarij quidē diaboli ꝑ contrarium faciebat turpiſſimā: deformē: omniqꝫ imagini illuſiuaꝫ. Poſt in ipſiꝰ imaginē irriſiue ſpuēs. Odioſus ergo his diabolus cepit hieronymum ſtimulare vehemētiſſime luxurie libidine: cogitāſ vindicare ſe ex perpetrata iniuria. Demū apparuit ei diabolꝰ in ſpecie dn̄e pulcherrime: que pollicebatur ſecum gaudere ſi vellet ſibi conſentire. Et reſpondit hieronymus cuncta patrare ſi vellet conſenſum ei prebere. Dixit ei domina. Tu es loci illius ſacriſta. At ille vtiqꝫ. Inquit iſta. Accipe ergo theſauros quos ſub tuo dominio habes: maxime autē auri et argenti frange ſimulqꝫ oīa ponas in ſacco: ꝛ tunc ad me venies diu gauiſurꝰ. hieronymus autem pollicetur hec agere: ꝛ cum talia operaretur cepit diabolus vociferare. Currite domini: currite dn̄i: qꝛ hieronymus predatur eccleſie theſauros. Cum vero monachi currerēt ꝛ hieronymum repeiſſent calices ꝛ crates ꝛ cetera in auro et argento fregiſſe: admirati ſunt valde ꝛ interrogantes quidnam eſſet volens ratiōe ſe tueri timens ac tremens obmutuit. At illi: qꝛ ſero erat ligauerunt eum ad columnam. Diabolus vero ad ipſum veniens illudebat ei dicens. Nonne es ille, qui me tam deformem depingebas et in faciem ſpuebas qꝛ me illuſiſti: illuſi te ecce miſer aſſaberis. Dic ergo marie tue quam ita pulchram faciebas vt te nunc adiuuet. Recordatus itaqꝫ hieronymus miſerationis dei genitricis toto corde cepit eam inuocare vt in tantis afflictionibus dignaretur ſibi ſuccurrere. Ipſa quidem mater pietatis apparuit ei: ꝛ ait. Confortare in domino hieronyme: ꝛ deinceps conſtans eſto ꝛ caueas tibi ab aſtutia diaboli: qꝛ te nō deſeram in his tribulatiōibus. Et ſtatim apprehenſo diabolo ligauit eum ad columnam: ſoluto hieronymo. Simul vero a domino admonitus: hora competenti pulſat matutinum: ꝛ accenſis lampadibus ꝛ apertis libris: ſtetit in loco conſueto. Uenientibus ſiquidem fratribus: atqꝫ in eccleſia hieronymum intuentibus: ſimiliter ad colūnam ligatum mirati maxime quidnam hoc eſſet: reperientes ſacriſtam conſuetuꝫ officium: ꝛ eccleſie theſauros ſoluto modo conſiſtentes. Euntes ad colūnam repererunt diabolū quem expoſuerunt: eo maxime verberato. at ille ſtridens ꝛ clamans aufugit. Deniqꝫ confeſſus hieronymus ſcelus ſuum cepit narrare miſericordiam virginis Marie: qualiter ſibi miſericorditer ꝛ potenter in tali neceſſitate ſubuenit.

Due ſorores que fuerunt falſe infamate.

Exemplum. xxij.

PAupercula quedā amabat filias ſuas: ꝛ in obſequiuꝫ beate marie virginis tradidit diligēter cui erat deuota. Quibꝰ ob paupertatem de corruptione timens: beate marie virgini eas recōmendauit ante altare ſuum dicens. O domina has duas filias meas tibi offero mūdas ꝛ virgines: ꝛ quicquid in eis iuris habeo, hoc tibi do: quas nutrire non valeo. Quarum etiam manꝰ manibus beate marie coniunxit: in augmentum deuotionis huius. quippe mox domū remeantibꝰ iuuenis ſplendidus pre foribus: centum libras eiſdem dedit. Unde ſubleuate eorum miſeria: econtra emuli earum dixerūt has meretrices eſſe. ꝛ mater eis dixit. Ite ad matrem veſtrā beatam mariā virginē vt huic veſtre infamie ſubueniat eam deuote exorando. Quo facto: illis ambabus in quadam ſolēnitate beate marie virginis in platea commorantibus in preſentia omniuꝫ angelus xp̄i de celo deſcendēs ſerta florum dedit eis di. hec ſerta mater veſtra beata virgo in augmentum veſtre virginitatis tranſmittit. Unde ſtupefactꝰ princeps illius terre ꝛ omnis populꝰ. Qui quidem princeps terre vna cum populo duo monaſteria ſanctimonialiū cōſtruxit: in honorē bt̄e marie virginis ꝛ magnifice dotauit: ꝛ eaſdē duas ſorores illis duobꝰ monaſterijs prefecit: ꝛ ſic infamatores earum cōfuſi ſunt: ꝛ ipſe honorifice ab infamia liberate ſunt. Propter qd̄ oēs populꝰ beatam mariā virginē honorabat: ꝛ amplius diligebat.

Maria liberauit mulierem innocentem a morte.

Exemplum, xxiij.

ADulter quidam habuit vxorē probā ꝛ deuotam beate virgini: ſed miſer adulter audiuit eā multum, Propter incōſtantias mariti: mulier ad tantam deuenit inopiaꝫ ꝙ oportebat nutrire puerum cuiuſdā militis. Adulter ob inuidiaꝫ vxoris ſue venit occulte ꝛ amputauit puero gutt ꝛ receſſit, mane dū mulier euigilaſſet eum volēs lactare: vidit puerū occiſuꝫ: ꝛ in tm̄ clamorē prorupit ꝙ oēs q̄ aderant in hoſpitio euigilarent. Iſtud nō latuit patrem ꝛ matrē ꝛ oēs qui aderant ciuitate. Mulier deprehēſa ducit ad iudiciū: ꝛ cum eſſet adiudicata morti ꝛ nō haberet prolocutoreꝫ: ſuſpiciēs in celū dixit. O maria tu ſcis innocentiā meā: me tibi recōmendo. His verbis finitis venit vna domina que puerum ſpecioſum portabat: que his verbis omnes alloquitur. Suſtincte vos iudices: qꝛ iſte puer erit hodie iudex. ſtatim puer alloquebatur iudicem. ſic debet eſſe iudicium de homicidio: occiſus apportetur: ꝛ tunc reſponſo mulieris audietur. De ſapientia huius pueri omnes mirabantur: ꝛ ſtatim puer occiſus apportatus fuit tunc dixit puer in iudicio. Iuſte iudicate filij hominum. ꝛ dixit puero occiſo. In nomine domini ſurge: et nomina illum qui te occidit. Statim puer ſurrexit qui erat occiſus: qui ante non fuit locutus cepit loqui: digito oſtendens occiſorem. Sic muliere dimiſſa: adulter deprehen-

ſus eſt. Interim dña cũ puero euanuit: et adulter alligat⁹ ad caudã equi miſerrime interijt. ¶ Maria liberauit abbatiſſam ab infamia.

¶ Exemplũ. xxiiij.

QUedam abbatiſſa quantũ poterat moniales ſuas religioſe gubernãs ⁊ ad cuſtodiã diſcipline coarctãs eas: in odiũ ſui de bono ſtudio ꝓuocauit ⁊ inſtinctu diaboli occulto dei iudicio cuꝫ diſpiſero ſuo luxurie crimẽ incurrit. At illa grauidã ſe cognoſcẽs moniales vt pri⁹ ad regulã nihilominus aſtringebat. Unde cũ eam ampli⁹ cõcuteret: tãdẽ inceſſuꝫ ⁊ cibũ muliebri ſagacitate ab eis pro certo grauida eſſe deprehendit: ⁊ ſtatim cũ grauiſſimis accuſationibus occultationes tãti criminis epõ deferũt. Imminente ergo aduẽtu epĩ: abbatiſſa in quadam priuata capella vbi orare ſolebat: effuſa eſt in lachrymis beatiſſimã virginẽ deuotiſſime deprecans. Tandẽ in orõne paululũ ſoporabat ⁊ tunc btã virgo maria cũ duob⁹ angelis eã alloquit: ⁊ data pctĩ venia: delẽdã cito infamiã illã pollicet. Statimq̃ dixit duob⁹ angelis vt eaꝫ ab onere ꝓlis exonerarent: ⁊ cuidã eremite in vicino manẽti p ſeptẽ annos puerũ nutriendũ offerrent. Q̃ facto liberatã ab opprobrio monuit vt caueret deinceps a pctõ. Scias tñ (inquit) te prius ab epõ multis opprobrijs fatigãdã: ſed ne timeas: qꝛ facile horã pertrãſibis. Poſt hec epũs veniẽs capitulũ intrauit: ⁊ abbatiſſam venire p̃cepit, ⁊ accedẽs cõtumelijs arguens de capitulo exire cõpellit. At illa nil timẽs imperterrita foris ſtetit. Miſſi ad eã duo clerici vt crimẽ explorarẽt cum nullũ ſignũ in ea grauidatiõis inuenirẽt: epũs ad pedes eius corruit veniã petijt: et oẽs detractores illi⁹ ex monaſterio eius citius abire precepit. Abbatiſſa vero epõ in cõfeſſione totũ factum narrauit. Et ille benedicẽs deũ ad eremitã duos clericos pro cauſa pueri inquirẽda tranſmiſit. Uenerunt ergo ⁊ didiſcerũt ab illo puerũ iſta nocte natum: ⁊ a duobus iuuenibus ad eũ pauloante delatum: ⁊ ex parte beate marie fuiſſe ſibi commendatũ. Audiens hoc epiſcopus mirabiliter letus puerũ. vij. annis nutriendũ in manu eremite dimiſit. ⁊ ipſe puer poſtea literis ⁊ vita idone⁹ eſt⁹ dẽ epõ in epiſcopatu. ¶ Maria reſeruauit apoſtatricem in honore.

¶ Exemplum. xxv.

IN monaſterio quodã ſanctimonialium ante multos annos virgo quedam degebat noĩe beatrix: erat eñ corpore ſpõſa mẽte deuota: ⁊ in obſequio dei genitricis feruentiſſima. Quotiẽs illa ſpũales orationes cũ fine veniaꝫ ſecretius offerre potuit ꝓ maximis delitijs reputauit. Facta vero cuſtrix hec egit tãto deuotius q̃to liberius. Quã clericus quidã videns ⁊ concupiſcẽs procari cepit. Illa verba ſpernẽte luxurie: iſtoq̃ tanto importunius inſtãte ſerpẽs antiquus eaꝫ vehemẽter incẽdit vt pectus eius flammã amoris ferre nõ poſſet accedẽs vero ad altare beate marie virginis que ibi patrona erat. ſic ait. Domina q̃to deuoti⁹ potui tibi ſeruiui: ecce claues tibi reſigno: tentationes carnales diutius ſuſtinere nõ valeo. Poſitis ſup altare clauib⁹ clam ſecuta eſt clericũ: quã cũ miſer ille corrupiſſet poſt dies paucos eã abiecit. Illa cũ non haberet vñ viueret ⁊ ad clauſtrũ redire erubeſceret, facta eſt meretrix in quo vitio cũ publice annos plurimos tranſegiſſet. Die quadã in habitu ſeculari ad portã venit monaſterij que cũ dixiſſet portarie: noſti beatricẽ quõdam monaſterij huius cuſtricẽ. reſpondit, Optime eſt eniꝫ dña proba ⁊ ſancta ⁊ ſine querela ab infantia vſq̃ in hunc diem in hoc monaſterio cõuerſata. Illa verba iſta notans ſed non conſiderans: dũ abire vellet mater miſericordie in effigie mulieris ei apparens ait. Ego per. xv. annos abſentie tue officium tuum ſuppleui: reuertere autem domũ tuam ⁊ penitentiam age: qꝛ nullus hoĩm nouit exceſſum tuum. In forma ſiquidem ⁊ habitu illius dei genitrix vices egerat cuſtodie: que mox regreſſa q̃ diu vixit gratias egit marie virgini: ⁊ per confeſſionem circa ſe geſta manifeſtauit confeſſori ſuo.

¶ Maria liberauit mulierem ab adulterio.

¶ Exemplum. xxvj.

MAtrona quedam cuiuſdam honeſti viri militis vxor inſtinctu diaboli aliũ admiſit. Que poſt tempus aliqd inſpiratione diuina ducta dñia de crimine doluit ⁊ ab adulterio prorſus ceſſauit. Ille vero mariti abſentiam obſeruans domũ illius intrauit: ⁊ cũ eam ſolam reperiſſet verbis ſolitis ad crimen eam inuitauit: qd cũ illa renueret vir renuẽtem opprimere niſus eſt. ⁊ cũ videret illi nõ poſſe reſiſtere: ad toti⁹ caſtitatis patronã confugit di. Rogo te dña vt per illud ſcrm̃ Aue maria me liberes: ad qd verbũ oĩs virtus deficit in mulite ⁊ emarcuit: ⁊ ſic femina incorrupta euaſit: nec amplius verbum adulterij facere preſumpſit ad eam miles nec alius fuit.

¶ Maria liberauit adoleſcentẽ a tentatione honeſte mulieris.

¶ Exemplum. xxvij.

MIles quidã etate adoleſcens cum quodã milite dño ſuo a quo infeudatus erat hoſpitabat. Et lꝫ etate floreret plus tamen florebat virginitate. Inuidia igitur diaboli operãte ab vxore dñi ſui grauiſſime cepit tentari. Qui cũ per annũ de eadẽ tentaret ſubmota verecũdia dñe ſue q̃d pateretur aperuit a qua repulſus ampli⁹ affligebat: caſta eñ erat matrona ⁊ viro ſuo fidelis. Ueniens igitur prefatus miles ad quendã eremitã paſſionem ſuã illi cum lachrymis confeſſus eſt. Cui vir ſanctus fiducialiter reſpondens. Ecce ſanum tibi dabo conſiliũ per annuꝫ iſtum ſingulis diebus beatam virginem mariam centũ vicibus angelico ſalutabis verſiculo: ⁊ quicquid volueris per illã impetrabis. Sciebat enim ꝙ caſtitatis amatrix iuuenem caſtum non deſereret. Cũq̃ iuuenis in multa ſimplicitate beate virgini iniunctum obſequiũ impenderet die quadam ſedens in menſa dñi ſui recordatus eſt ꝙ dies ea terminus eſſet anni: ⁊ ſtatim ſurgens equum ſuum aſcendẽs viciniamq̃ intrans eccleſiam orationes ſolitas expleuit. Qui cum exiret eccleſiã vidit matronam pulcherrimã omnem decoreꝫ humanũ tranſcendentem equum ⁊ frenũ tenentem miratus quenã eſſet reſpondit. Placet tibi ne ſpecies mea, dicẽte milite nunq̃ pulchriorem te vidi. Illa ſubiũxit: ego ero vxor tua accede ad me ⁊ dabo tibi oſculum: dixitq̃. Nunc initiate ſunt nuptie: ⁊ in tali die coram filio meo perficientur. Ex quo verbo cognouit eam eſſe matrem dñi cuius caſtitas gaudet humane integritati. Ab illa vtiq̃ hora tam plene a tentatione liberatus eſt vt etiã vxor dñi ſui miraretur. hec cũ eremite recitaſſet ꝑ ordinẽ ille laudans dei pietatẽ dixit. Ego volo intereſſe diei nuptiarum. Adueniẽte autem die conſtituta preſente eremita miles agonizans ſpiritum exalauit ⁊ celeſtẽ thalamum promiſſas nuptias celebraturus intrauit.

¶ Maria ſuccurrit homini in extremis.

¶ Exemplum. xxviij.

ERat quidã plebanus ad modũ locuples qui habebat famulũ ſuum hominẽ ſurdũ ⁊ mutum que duo raro ſeparantur. Tandem idem mutus ad tantam peruenit egritudinem vt lecto decumbẽs mortẽ expectaret. tunc btã virgo venit ad eum in ipſo mortis articulo ſalutauit euꝫ di. ſaluet te Jeſus xp̃s filius me⁹ ⁊ in ſalutatione ilico cepit loqui. Beata virgo dixit. Fac tibi venire ſacerdotem: ⁊ age penitentiam ⁊ confitere peccata tua ⁊ ſume eucharistiam ideſt corpus domini noſtri Jeſu chriſti filij mei: ⁊ alia eccleſiaſtica ſacramenta: ⁊ poſtea ducam te in requiem tibi preparatam: qui fecit ſibi vocari ſacerdotẽ cui confeſſus eſt ⁊ cõmunicatus. Communione facta tunc omnes qui aderant admirantes interrogabant eum quid ei accidiſſet ꝙ loqueretur: qꝛ nunq̃ ex ore eius verbum fuiſſet auditum. Reſpondit ꝙ beata virgo viſibiliter eum viſitaſſet ⁊ iuſſiſſet fieri ſicut prelibatum eſt: ⁊ dediſſet ei loquelam. Tunc interrogauerunt eum ſi vnq̃ ei aliquid ſeruitij exhibuiſſet. Reſpondit ſe ignoraſſe: nec antea ſciuiſſe vel audiuiſſe: ſed cum dominum ſuum ſabbato die ſemper ieiunare vidiſſet et populum

die ſequenti nihil operari: intellexit ꝙ dñs ſuus aliqd bonū intēderet: ⁊ ſic ēt cū dño ſuo ea intentiōe ieiunaſſet. His auditis dixit plebanus. Uex q̄dem eſt ſemꝑ ſabbato in honore bea. ꝟginis marie quo ego ſolitus fui ieiunare: ⁊ ipſe ieiunauit mecū. Hoc audiētes cū admiratiōe magna ⁊ voce iocūda laudauerunt deū ⁊ glioſam virginē Mariam matrē eius: q̄ non relinqt ſperantes in ſe: ⁊ ſeruientes ſibi: per infinita ſeculorum ſecula.

Maria in extremis liberauit quēdā abbatem a damnatione.

Exemplum.xxix.

Quidā monachus certi monaſterij Henricus noīe fuit q̄ cū abbatia eſſet ſine abbate multis modis vt eam haberet queſiuit: qḋ tñ erat ꝯ volūtatem monachoꝝ eiuſdē loci. ſed ꝗuis contra eos eſſet: tñ per ꝟtutē regis q̄ tunc erat ibi fuit poſitus in abbatē. rex tñ (qꝛ poſtꝗ̄ vidit ꝙ abbati ſuo ⁊ monachis eiuſdē loci diſplicebat) eū de loco eodē abſtulit ⁊ miſit in abbatiā de halis q̄ longe ab eodē loco diſtabat: ⁊ ibi aliquādiu mā̄ſit. Poſtea rediġt ad locū cetheſij: ⁊ iteꝝ manere cepit. nō multo ꝟo poſt tꝑis poſtꝗ̄ reuerſus eſt intrauit in eū q̄dam grauis infirmitas: q̄ ⁊ mortuus eſt: ꝗuis autē iſte henricus in cunctis q̄ agebat valde eſſet reprehenſibilis: tñ ſanctā Mariā diligebat multū: eiqꝫ ſꝫm poſſibilitatē ſuā ſemper ſeruiebat: ⁊ de ea ſepi⁹ in ſeptimana vel ter miſſā celebrabat. Cū aūt ab eadē īfirmitate valide cēt afflictus moriqꝫ timeret: mandauit abbati ſuo vt ad eum veniret eūqꝫ anteꝗ̄ moreretur recōſiliaret ne ꝓpter peccata ſua puniretur vel damnaret̄. Dū ergo ſic ab īfirmitate grauaret̄, adhucqꝫ in loco vbi iacebat ſe verteret: neſciēs qḋ potiſſimum agere potuiſſet: qḋ eum adiuuare poſſet rogauit monachos q̄ ibi erant vt ꝓpter deū ei miam facerēt: ⁊ pro eis anguſtijs quas patiebatur oīpotentis dei miam exorarent: quatenus ei miam facerent eius aīam cū de corpore exiret a penis quas timebat liberaret. Interim vero dū ab abbate ſuo ⁊ monachis in monaſterio letanie ⁊ orōnes fierēt obmutuit: ⁊ ſimilis mortuo fuit. Monachi vero q̄ pro eo orōnes faciebant vt hoc audierunt ſtatiꝫ ad eū cucurrerūt triſtes ⁊ dolentes ꝙ anꝗ̄ moreret̄ iniunct⁹ non fuiſſet: ⁊ cōione corporis ⁊ ſanguinis dñi non percepiſſet. Cū aūt ante eū ſteniſſent ⁊ videntes eū mutum: ⁊ ſic mortuum iacentē: ignorantes q̄d eis deberēt facere: qꝛ ſicut nec viuo rectitudineꝫ ſuam facere poterant: ſic nec mortuū ſepelire audebāt. Dum itaqꝫ in circuitu ei⁹ eſſent ſpumamqꝫ de ore eius non modicā exire cōſpicerent. magiſqꝫ mortuum ꝗ̄ viuū eſſe crederēt ſubito reſpirauit ⁊ ſe plangere cepit: ⁊ manū ad ſe extrahere. Et ita dicere. Dñā ſancta Maria mater grās tibi reddo de hoc qḋ me in hoc liberatum habes: ⁊ ego damnationem ſicut promeruerā nō incurri: q̄ damnatio citius mihi affuiſſet niſi tua miſeratio tuūqꝫ auxilium mihi ꝓpitium aduenſſet. dñā ſancta Maria grās tibi reddo immenſas de hoc ꝙ filium tuū dulciſſimum dñm meuꝫ hodie ꝓ me rogaſti: quatinus eius corpus ⁊ ſanguinē ſumere: ⁊ rectitudinem meā quā xp̄ianus habere deberet non amitterem. Poſt hoc rogauit priorem ⁊ ceteros fratres q̄ ibi erant vt corpus afferrent: cumqꝫ cōicarent. Cūqꝫ itaqꝫ corp⁹ dñi allatū fuiſſet cepit cū lachrymis dicere ⁊ veraciter ex ore confiteri ꝙ hoc veraciter eſſet corpus dñi qḋ de ꝟgine ſumpſit ⁊ pro peccatoribus in cruce pepēdit: ⁊ deinde cōicatus eſt. Quo facto rogauit vt eū citius ponerent. His oībus peractis vſqꝫ in finem congruum predictus bñdixit oēs monachos q̄ ibi erant ⁊ abſoluit: ⁊ monachi ſimiliter ei fecerunt: deinde poſuerunt eum ſuper cilicium: ſtatimqꝫ ſpm̄ reddidit letus ⁊ hylaris. Cui⁹ aīam ſicut illi crediderunt qui ibi affuerunt: ⁊ hec que de illo acciderent ⁊ viderunt: ſancta maria quā dulciter clamauerat ſuſcepit ⁊ ad locū bonuꝫ perduxit. Poſt hec ſepelierunt eū in capitulo bñdicentes deū ⁊ laudauerūt ſanctā mariā matrem dñi que ei talem miſericordiam fecerat ſicut ipſi tunc viderunt.

Heretici exciderunt ſacerdoti linguaꝫ ⁊ maria ſibi reſtituit.

Exemplum.xxx.

Cum catholici cōtra albienſes hereticos cruce ſignati duo honeſti clerici per terram illoꝝ tranſitum facerent cum eccleſiam vidiſſent in via deſolatā: ait vnus alteri. Sabbatuꝫ eſt: intremus hanc eccleſiā in honore ſancte Marie virginis. Portauerunt eñ ſecum librū ⁊ calicem indumentaqꝫ ſacerdotalia. Sed anꝗ̄ miſſa eſſet completa heretici proditi ſunt qui armata manu intrantes ⁊ ſacerdotem de eccleſia trahentes linguam eius radicitus abſciderunt. Queꝫ ſocius cū multo labore mutilatum reducens monachis ⁊ eū commendauit. Hi vero ſicut viri catholici ⁊ religioſi ſacerdotē mutilatum propter fidem chriſti ⁊ genitricis eius honoreꝫ multum deuote ſuſcipientes omnem ei humanitatem exhibuerunt. In nocte vero epyphanie cum ſolennes decantarentur vigilie baculo parietem pulſans miniſtros aduocauit. Qui cū quererent q̄d vellet ⁊ ille in oratorium deportari ſignificaret: volentes parcere ei non acquieuerūt. Tandē importunitate eius attenta in eccleſiam euꝫ ducentes añ altare quoddā depoſuerunt. Qui cum matrem miſericordie tota mentis deuotione inuocaſſet: illa ei apparens: ⁊ carnem lingue formaꝫ habentē in manu tenens dixit oranti. Qꝛ propter fidem filij mei ⁊ honorem meū lingua tua priuatus es: ecce nouā tibi reſtituo: aperi os tuum. Qḋ cū feciſſet ori ei⁹ digitis imiſſis radici preciſe carnem eandem coniunxit ⁊ vniuit: ſicqꝫ diſparuit. Qui cum zacharia mox in vocem laudis erumpēs clara voce clamauit. Aue maria. ⁊ vſqꝫ in finem. Quam ſalutationem cum crebrius repeteret ſtupētes accurrerūt miniſtri: accurrerūt de choro monachi de tā grandi miraculo: deum eiuſque genitricem glorificantes: non igitur immemor nec ingratus collati ſibi beneficij clericus in eodem cenobio factus eſt monachus. hec Ceſarius.

Maria in preſentia hereticorum cecum illuminauit.

Exemplum.xxxi.

Legit in eccleſiaſtica hiſtoria ꝙ quidam erat didimus ex vtero matris cecus natus. hic concupiſcens dei ſapientiā ſeruauit dei mandata: ⁊ de⁹ prebuit eam ſibi. Cum autem per fideꝫ contra iudeos ⁊ hereticos frequens haberet conflictus verborū: hic hereticorum perfidiaꝫ ſepiſſime confutauit. Uñ a quibuſdam ſepius audiuit improperium cecitatis dicentibus ſibi quod gratia ſeruiret eis qui illuminare eum non poſſent. Tunc petijt inducias confidens in deo ꝙ deus et beata virgo Maria eum illuminare curarent. tūc a ſancto bonifacio romano pontifice inducto ieiunio triduano deo ſtuduerunt: eleemoſynis ⁊ orationibus ſupplicare. His expletis precibus ⁊ pluribus conuocatis: cecus ſtans in medio chriſtianorum ⁊ hereticorum: reſponſorium. Gaude Maria virgo cunctas hereſes ⁊c. Cum verſu ad laudem beate virginis deuotiſſime decantabat: ⁊ ſtatim coram omnibus clariſſime vidit. Et multitudo fidelium corde ſunt ad fidem conuerſi. Hic mox romanis inoleuit quod quotidie ob memoriam tanti facti reſponſorium illud decantant ad laudem virginis glorioſe.

Maria clerico linguam ⁊ faciem reintegrauit.

Exemplum.xxxij.

Clericus quidā beate virgini deuotus cui cū per eccleſiam cōtigeret trāſitus cum omni humilitate ⁊ deuotione genuflexo illa angelica ſalutatione eaꝫ honorauit di. Aue Maria ⁊c. Rurſuꝫ genuflexo. Bea. venter qui te portauit xp̄e ⁊ vbera que lactauerunt dñm ⁊ ſaluatorē noſtrū. hic aliquādo moleſtia corporis tactus deſperatus erat tantuſque dolor inoleuit: vt linguam et labia dentibus ſuis

manducaret:idipſum de membris ſuis fa
cturus ſi permitteretur. Cūqꝫ iam lingua
ꝛ labijs penitus abſumptis vehemēter in
alijs membris ſe lederet:iaceretqꝫ horren
dus aſpectu ſenſibus corporis exēptus vi
dit iuxta lectuli ſui caput perſonā conſiſte
re pulchram facie ꝛ reuerendo aſpectu:qꝫ
tū dat intelligi angel⁹ eius erat huic egro
ti ſui erūnas plorans in hunc modū lamē
tari videbatur. Quid o domina miſericor
die fons pietatis hoccine eſt gratie ꝛ glo=
rie ſaluandorū hecqꝫ eſt lingua que beati
ficando ventrē vbera ꝛ partū tuum longo
vſu ex ardenti affectu ſalutare ſic aſſidue
facta vt pene nihil aliud ſonare noſceret in
eccleſia dei. O domina ſi tu dees tuis quis
aderit ſuis. Non ſic domina non ſic ad ni=
hilum deueniet ſpes hominū ſi in te inci=
piunt non inuenire refugium. Hec cum ille
in auribus tantum egri declamaret:et in
eius tātū oculis declararet apparuit vtiqꝫ
mater domini:ꝛ quaſi ſatiſfaciēs de negli
gentia in ſeruulū ſuum de qua inſultabat
ad lectulum egri propius accedit:extra=
ctoqꝫ vbere viſa eſt protinus mittere in os
egri ꝛ ſacri lactis ſui roze infuſo ſubito ſue
lingue integritatē ꝛ labijs antiquū deco=
rem:ꝛ in toto eius corpore priſtinā reſtau=
rauit ſanitatem ꝛ ſurrexit ſanus ꝛ incolu=
mis. Factamqꝫ circa ſe miſericordiā omni
bus cepit predicare:ꝛ poſtmodū ſe et ſua
dei ſeruitio mancipans decetero duxit vi=
tam religioſam ꝛ bonam.

¶ Maria Joāni damaſceno reſtituit ma=
num abſciſſam.

¶ Exemplum.xxxiij.

PRudentius ex geſtis damaſceni.
Joan. damaſcenus virgo perma=
nens virgini beate Marie deuot⁹:
grecis literis ꝛ artibus liberalibus inſtru
ctus in ſcribendo dictando gratioſus ca=
ptus a ſarracenis filium domini cuius ar=
tem ceſſerat in dictamine in ſcriptura:ꝛ in
alijs ad ſcientiam pertinētibus ſic inſtru=
xit vt in dictamine litera ꝛ voce nō niſi Jo.
putaretur. Amatus Joan. a theodoſio im
peratore cum apud eū eſſet diſcipulus in=
uidie agitatur ꝛ literam dictauit ꝛ ſcripſit
tra ditionem imperatoris ꝛ imperij conti=
nentem:quam furtiue Conſtantinopolim
miſit:in palatioqꝫ imperatoris proiecta in
uenta eſt ꝛ lecta. Modus dictādi in forma
litere dignoſcitur eſſe Joannis. Ab impe=
ratore Joannes accerſitur conuitijs ꝛ in=
iurijs conuicitur:ꝛ proditor imperij appel
latur. Oſtenſa ei litera:reſpondit. Uere do
mine formam ſcribendi ꝛ modum dictādi
meum eſſe cognoui:ſed teſtis eſt mihi de⁹
ꝙ hec non feci. Cunctis ergo perſtrepenti=
bus in eum eo qđ veritatem non fateret:
ꝛ reum eſſe mortis clamātibus iudices(qꝫ
amicus imperatoris fuerat)non debere eū
mori:ſed manum qua tantū nephas per=
petrauerat abſcidi ſentētiauerūt. Quo fa=
cto in deteſtationem tanti ſceleris ſuſpen
ſa eſt manus abſciſſa in monaſterio ipſius
Joānis:qui mox ad imaginē ſpecialis do=
mine ſue Marie veniens diſcooperto vul=
nere ꝛ extenſo brachio eam deprecabatur
dicēs. Heccine domina mea noſtrorū ſunt
premia meritorum digne me pro meritis
peccatorum flagellare voluiſti:ſed vt quid
inſtrumentū officij tui permiſiſti penitus
abſcindi. Hec quippe manus hymnorum
laudis tue cantica ſepius ſcribendo para=
bat ꝛ corpus ꝛ ſanguinē filij tui offerebat.
Cumqꝫ talia peroraret ipſo in lectulo ſuo:
nec plene vigilanti:nec dormiēti beata vir
go cum magno lumine hilariqꝫ facie eidē
apparens dixit. Quid agis inquit puer mi
fideliſſime? Heu(inquit ille)domina quid
interrogas? Ubi eras cū hec paterer? Ecce
ad meū:imo tuū dedecus in eccleſia pen=
det abſciſa clientis tui manus. Et illa. Cō
fortare fili in domino. His dictis eo vidēte
eccleſiam exit delatāqꝫ inde manum eius
brachio reſtituit. Tunc ille gratias agēs
facto mane conuocatis fratribus manum
oſtendit. Moxqꝫ miſſam de beata Maria
alta voce celebrauit. Imperator nunc au=
dito miraculo pedeſter ad eū venit:ꝛ ma=
num deoſculans ab eo inquirit ſi quē ali=
cubi cognoſceret qui ſuum dictandi genus
ꝛ ſcribendi formā haberet. Quod ille qui=
dem ei retulit. Eiqꝫ veritas diligentius
inquiſita innotuit.

¶ Maledictum a deo plagatū Maria ſa=
nauit.

¶ Exemplum.xxxiiij.

Quidam



QUidam groſſus ꝛ iracun=
dus homo cū quadā die ꝑ
villā deambularet:lapidis
offenſio pedem quē nuduz
habebat ſibi leſit:vt dole=
ret ſtomachus maledixit:
ꝛ nominauit diabolum di=
cens lapidem illum in nomine diaboli ibi
poſitum fuiſſe. Et vix finito ſermone qua=
ſi repente violenta iniectione aque fer=
uentis totā faciem perfundi ſentiens:ſed
ad domum ſuā reductus tota eius facies
in tumorem cōuerſa:oculi:naſus:ꝛ os ita
tumore excreſcente diſparuerunt vt nō niſi
monſtrum in facie videret. Quatuor autē
dieb⁹ euolutis inflatio illa paululū extina
niri cepit puſtulis ꝛ veſicis turgentib⁹ re=
pleta eſt vt ab omnib⁹ elephantico mor=
bo percuſſus diceret:poſt morbus ad infe
riora deſcendens a renib⁹ vſqꝫ ad ſummū
pedum articulos tā miſerabiliter occupa=
uit. Sicqꝫ tandē tota illa inferior pars cor
poris inſenſibilis manſit:vt findere qđem
poſſet tñ ignem omnino ſentire nō poſſet.
Nunqꝫ de lecto per ſe ſurgens:nunqꝫ ad
ſedendū ſe erigeret vel in quolꝫ latus re=
clinare ſed ſemper reſupinus iacere ſtude
bat tñ in dolorib⁹ ſuis patientiā ſeruare:
ꝛ deo ſemper grās agere et peccata ſua p̄
oculis habere:ꝛ pro eis humiliter deo ſup
plicare. Quadā die reſurrectionis dñice cū
audiret pulſare ad miſſam caput erigens
ꝛ verſus prefatum locū protenſis manib⁹
ſaluatoris clementiā exorabat:ꝛ ecce ſubi
to vidit quādam pulcherrimā mulierē ſibi
aſſiſtere que ait. Noueris preces tuas ex=
auditas a dño ieſu xp̄o filio meo. Fac ergo
qđ moneo:ꝛ fac te ferri ad eccleſiā meam
ꝛ ibi coram imagine mea pro ſalute tua in
terueni:ꝛ ſtatim ſenties virtutē diuini au=
xilij. Quod cū ille feciſſet dei auxilio ꝛ ma
tris eius pro ſuffragio:ad plenum ſana=
tus eſt.

¶ Maria ꝛ ſanctus Hypolitus ſanaue=
runt quēdam maledicum.

¶ Exemplum.xxxv.

RUſticus qđaz nomine Petrus in fe
ſto marie Magdalene aratro bo=
ues iunxit:ꝛ cū iratus opus ceptū
malediceret boues ꝛ aratrum fulmine cō=
ſumuntur. Et ipſum Petrū qui hoc fuerat
imprecatus punitus ſacer ignis arripuit:ꝛ
carnibus ꝛ neruis tibie ꝛ crurium iam cō
ſumptis ad eccleſiā beate Marie magda=
lene cuius feſtum infregerat afferri ſe pe=
tijt:quo facto ignis ex toto extinctus eſt
in corpore ſuo ſed nō ſanatus. Audiuit au
tem loquentes de quadā eccleſia beate v̄=
ginis marie miraculis inſignita ad quam
deuehi poſtulauit. Accenſa naui ꝛ ſedens
in puppi illeſus tibia a ſua compage reſol
uitur:ille patienter hoc ſuſtulit. Et cuꝫ ad
eccleſiam veniſſet ipſa nocte beata virgo
quā fideliter implorauit cū ſancto Hypoli
to in viſione apparuit:ꝛ eidē ſancto Hypo=
lito vt ipſum Petrum ſanaret imperauit:
ſtatim ſanctus Hypolitus coram: tibiam:
ꝛ pedem illius circunquaqꝫ recolligens in
momento ſanauit.

¶ Plaga illorum qui occiderunt ho
minem in eccleſia ſancte Marie vir
ginis

¶ Exemplum.xxxvj.

TRes qđam milites cum odio
haberent quendam virū ꝛ que
rerent occidere illū:inuēta op=
portunitate ſine amicorū pre=
ſidio reperientes in eum impe
tum fecerunt vt interficerent. At ille con=
ſcius fugit in eccleſiam in honore ſancte
Marie conſecratam:ſi forte ob reueren=
tiam eius poſſet imminens euadere peri=
culum ꝛ mortem. Illi vero crudeles ꝛ irre
uerentes eccleſiam ingreſſi abſqꝫ vlla mi=
ſeratione peremerunt eum coram altari.
Ob quam rem commota eſt aduerſus eos
ſancta maria ꝛ mox vlciſcente deo omni=
potente tantam preſumptioneꝫ igne accē
ſi ſunt qui ſingulorum membra cepit vehe
menter exurere qui diuinam ſuper ſe ſen=
tientes vltionem: nimio dolore coacti ad
deprecandum ipſam dei genitricem quaꝫ
multum offenderunt cū magna cordis con
tritione conuerſi ſunt. Quorum precibus
ipſa virgo ſancta que eſt ſemꝑ pietate re=
pleta clementer liberauit eos ab igne quo
vrebantur largiente deo:nō tñ ex toto ſa=

nitas reddita eſt. Statim autē poſtqꝫ pergere potuerunt epiſcopum adierunt: quid egiſſent vel quid eis accidiſſet narrauerūt ⁊ ab eo penitētiam ſibi dari popoſcerunt: quibus epiſcopus indicens penitentiā armorum quibus ipſum virum peremerunt loco penitētie prout ſibi viſum eſt eis impoſuit: videlicet vt indeſinēter ea ſuper ſe ferrent ⁊ congrue peniterent donec deo et ſancte eius genitrici ſatiſfacerent.

¶ Monialis leſit ſibi tibiā: ⁊ Maria ſanauit eam.

¶ Exemplum.xxxvij.

CОntigit in quodā cenobio ſanctimonialiū res valde delectabilis. Erat enim ſoror quedā vite probabilis multūqꝫ feruens in obſequio beate Marie virginis. Hec cum in genuflectione nimio impellente feruore tempore quodam genu vulneraſſet atqꝫ meridie in infirmario dormiret viſa eſt ei in ſōnis ꝙ aſtaret beata virgo pixidam vnguenti portās in manu ſua intinctiſqꝫ digitis de eodē vnguēto perūxit vulnera virginis. Statimqꝫ tanta fragātia affuit vt ſorores in primo dormiētes odore illius excitate ſurgerēt ⁊ ad lectū eius venirēt: eo ꝙ maior ibi ſentiretur virtus odoris dormientē excitauerunt. Quā cū queſiuiſſent: vnde eſſet odor tantus illa cauſe non ignara nihil illis dicere voluit ideo annuens vt irent dormitum. Que cum rurſum obdormiuiſſent: iterum affuit mater domini ſecum illam ducens per viſionem in pomerium cui manū ſub mentum ponens dixit. Modo dimitte te ſuper genua tua: quod cum feciſſet domina noſtra ſubiunxit. Decetero ſic modeſte debes petere veniam. Hec Ceſa.

¶ Iuuenis quidam conſumpſit patrimonium ſuum ⁊ Maria ſubuenit ei.

¶ Exemplum.xxxviij.

IUuenis quidam in Germanie partibus mortuis parētibus malorū conſortio depratuatus eſt hereditatē preclaram ludo teſſerum ⁊ tabernis totaliter diſſipauit. Hic vagabundus ⁊ miſer per patriam ferebatur. Qui ⁊ ſi alias ſtultus caſtitatem tamen corporis conſeruauit. Cui quidam miles patruus eius non modicū miſertus obuiumqꝫ eum quadam die habens alloquitur dicens. Male tibi competit conſobrine chariſſime totaliter aberrare: qui clarus genere probum virum ⁊ magiſtrū efficere potuiſſes niſi te talis inſania rapuiſſet. Cuius verba cum quaſi muliebria iuuenis derideret ſubiūxit miles. Eſt ne aliquid chare mi quod pro me facere tu auderes. At iſte. Eſt vtiqꝫ. Et miles. Uolo ergo vt glorioſam dei genitricem Mariam ſalutes quinquaginta vicibus omni die. Cui cum lachrymādo reſponderet. Hec ſemel vtinam ⁊ non omni die dicerem. Patruus inſiſtit dicens. hoc facere modis omnibus oportebit ſi quandoqꝫ oculis miſericordie te glorioſa virgo reſpiciat ⁊ pro tua miſeria filium ſuum interpellat. Ad cuius verba iuuenis annuit ⁊ receſſit. Inde poſt annum contigit patruum videre iuuenē quē ⁊ ſi promiſſuꝫ ſeruaſſet interrogat. Et ille. Seruaui inquit ⁊ nollem vllatenus non ſeruaſſe: remiſſius enim eſt mihi qꝫ ante erga mundana. Cui patruus cum gaudio dixit. Ergo ⁊ ſic ſequēti anno ſeruitium matri chriſti in ſalutationib⁹ duplicabis. Et iuuenis. Fiat inquit. Exacto autem ſecundo anno reuerſus eſt ad patruum dicens. Iam ſuffragante matre chriſti omnis vecordia miſerieqꝫ mei ſtatus euanuerūt et firma benefaciendi propoſito voluntatis mee conſtantia ſtabilitur. Cui patruus cū lachrymis dixit. Benedicta ſit pietatis mater: ⁊ tibiqꝫ chariſſime gratias refero qui ſalubri cōſilio credidiſti: nihil ergo reſtat vt anno preſenti propoſitū tuum fixum experiar ⁊ ſi dignū inuenero condignas tibi nuptias preparabo: in autem medio tēpore auxiliatricem tuam in ſalutationibus terne quinquagene ſedul⁹ honorato. Cōſenſit iuuenis ſtabilis inuictus eſt. Et euoluto anno fecit patruus quod promiſit iuueni. Conſtituit nuptias ⁊ inſtaurato conuiuio ex vtraqꝫ parte conuenerunt parentele. Poſitis quoqꝫ mēſis ⁊ lotis manibus cum iam ſponſus ⁊ ſponſa comeſturi pariter conſediſſent ⁊ inopinato memor ſponſus nondum ſe penſionis ſue debite ſalutationes illa die glorioſe virgini occupat⁹



alias perſoluiſſe: repente ſurgens ſuſurrat patruo vt paululū induciaret fercula miniſtrando. Quo annuēte ſolus iuuenis intrat thalamum: ſoluit matri chriſti quod vouerat tanto deuotius quāto clemētius ſe probauerat exauditum: nec mora vt extremam ſalutationem terne quinquagene iam compleuit: apparuit ei glorioſa virgo Maria lucidior ſuper ſolem tres rogas in tunica iuuenis vnam anteriorē et duas laterales. Ecce inquit ſalutationes tue literis aureis ſcripte quibus me trib⁹ quinquagenis ſedulus honoraſti: ⁊ quomodo in tuo corpore licet vanus ⁊ vagus: tamen virginitatis mūdiciam conſeruaſti. Mox leta febris corripiet: ⁊ ad me tertia die ſine vlla carnis corruptione peruenies. Hoc dicto glorioſa virgo diſparuit. Iuuenis autem egreſſus hortabatur omnes letari et epulari ⁊ gaudere. Ipſe vero appetitu comedendi deſtitutum ad preſens cum eis non poſſe eſſe notans. Singulis quoqꝫ ad menſam ſedentibus ⁊ comedentibus iuuenis interim lectum aſcendit: ⁊ facto prandio ſponſam ſuam primū ⁊ amicos in thalamum conuocauit: ⁊ eis quid ſibi contigerat indicauit. Mortuus eſt autē iuuenis die tertia vt ipſe predixerat. Sponſa vero eius caſta nulli poſtmodum nubere volens: in ſancta virginitate permanſit.

¶ Maria poteſt etiam ſubuenire in periculo maris.

¶ Exemplum.xxxix.

ERat nauis in medio maris peregrinis onuſta: quorū deuotio orationum gratias partes Hieroſolymitanas adibat. Huius nauta cum ſenſiſſet nauem inhiare inferius et aquas irrumpere: et ſe nullatenus ſubuenire poſſe: feſtinus cimbam que intus ferebatur in mare depoſuit: et cum epiſcopo quodam ⁊ alijs quibuſdam nobilioribus in eam deſcendit. Unus tamen cum deſcendere vellet in mare decidit pelagiqꝫ ſtatim ad ima merſus nuſqꝫ comparuit. Nauta vero quos in naui reliquerat alloquens mortis omnibus imminere diſcrimen non euitandum permonuit: et vt peccata ſua confitentes ſuas animas deo deuote commēdarent admonuit qui ⁊ ita fecerunt: nec longe interfuit mora: illis in celum clamantibus: ⁊ ecce nauis ſubintrantibus aquis: hiatu maris penitus abſorpta eſt. Epiſcopus vero cum ceteris lachrymoſa fundens ſuſpiria ſociorū animas domino commendabat quarum corpora tam horrendo diſcrimine perire videbat. Cumqꝫ per equoreas vndas oculorum aciem circumuolaret: ſi forte aliqua ſuffocatorum corporum inducia videre poſſet ecce marinis a fluctibus columbas ſpecioſas alibi quidem vnam alibi duas vel plures ſubito vidit emergere celiqꝫ ſecreta ſub celeri volatu penetrare quas cū ſociorum animas aduerteret eſſe quātum fleuerat prius: quia ſocios prefocari viderat: tanto tunc magis deflebat: quia cum ſocijs prefocatus non erat. Qui cum tandem cimba deductus terre cum ſocijs applicuiſſet: ecce ſocium qui inter duas cecidiſſet naues in mari videbatur: de mari ſubito viuum et incolumen vident exire. Querunt ſtupentes: et de recepto ſocio exultantes quid enim acciderit: quomodo a maximis fluctibus ſic liberari potuit. Qui ait beate genitricis dei cum in aquā caderem nomen exclamaui: ſicqꝫ eius memoriam habendo et nomen declamando ad ima pelagi deueni. At illa miſericordie mater virgo Maria que memorum ſuorum immemor nullatenus poteſt eſſe: mihi ſub vndis aſtitit: pallioqꝫ ſuo me clementer contexit: et contectum ſub aquis vſqꝫ ad littus perduxit. Hec eo dicente laudes deo referuntur: et mater miſericordie ab omnibus diuulgatur atqꝫ predicatur. Hec Uincen. in ſpeculo hiſtoriarum. libro viij.c.lxxxviij.

¶ Quidam per reſponſorium. Felix namqꝫ liberati ſunt a periculo maris.

¶ Exemplum.xl.

ABbas q̄daꝫ in medio maris britannici nimia tempeſta- te cum alijs multis oppreſ- ſus eſt adeo vt omnes de vi ta deſperarent. Ita alij bea tum Nicolaũ: alij beatum Andream: vel quẽlibet aliũ ſanctũ inuo cabant vnuſquiſq̃ eũ ſanctũ queꝫ magis familiarem habuerat in neceſſitate ſua fa miliarius inuocabat. Cũq̃ videret abbas omnes iſtos minus potentes ſanctos in- uocare: neminem autẽ matreꝫ mĩe que hꝫ ptãtem ſuper celũ ⁊ terram ⁊ mare noĩare quid agitis inq̃t fratres q̃d ceteros ſãctos illoſq̃ q̃ minus pñt tm̃ inuocatis ⁊ ipſaꝫ q̄ plus põt omnes reliquitis bonum q̃dẽ fa- citis. ſed multo melius ſi oẽs vna voce ma trẽ mĩe acclamaretis. Quo illo p̄cepto oẽs vna voce matrem dei noĩauerunt oẽſq̃ vt ſui miſereatur proclamant. Ipſe quoq̃ ab bas q̃ preter vnũ pomũ nihil hñs penitus qđ comederet quiq̃ per duos dies ac no- ctes ita afflictus erat ꝙ vix reſpirare po terat illud rñſorium. Felix nãq̃ ⁊c. cũ ſuo verſu. ℣. Ora pro populo deuotiſſime cũ mo nachis ſuis cantare cepit vixq̃ finierat po pulus precẽ cũ lamẽtatione ⁊ monachi cũ deuotiõe ⁊ ecce in ſummitate mali lux ma gna iſtar cere: apparuit: noctiſq̃ tenebras fugans omnes q̃ erãt in naui ſua claritate perfudit: totaq̃ pelagi ceſſauit tempeſtas ⁊ celi regina iubente facta eſt tranſqui- litas. Nec multum poſt dies ſerenus il- luxit: ⁊ terre ad quã tẽdebat nauis appli- cuit. hec Uicẽ. in ſpe. hiſto. lib. viij. c. lxxxix.

¶ Incarcerati debent inuocare mariam.

¶ Exemplum. xlj.

MIles q̄dam captus eſt ⁊ diu in carceratus eſt cũ pecuniaꝫ pro ſua ſolutione ſpopondiſſet: ex tractus de carcere poſitus eſt in domo ſuperiori cui addita ſunt vincula ⁊ ſerui ad cuſtodiam deputa ti. Nocte igitur quadã cuꝫ eſſet dormiens inter ſex ſatellites qui eum cuſtodiebant dñam noſtrã deuote inuocauit: ⁊ ſic obdor miens audiuit vocẽ. Confide; beata virgo liberabit te. Ad quod v̄bum euigilans ga uiſus: ſed de viſione cogitans vtrum vera eſſet an fantaſtica ſcire volens mox vt di gitum amouit pedem ſuum ſine difficulta te manus a cathena liberauit. Sepius iſta ante attentauerat: ſed non perfecerat. Cũ q̃ ex motu vinculorum vnus miles vnam ex ſeruis euigilaſſet: territus miles circulũ reponere voluit: ſed non potuit. Tunc in- telligens tale miraculuꝫ dei genitricis me ritis circa ſe geſtum ſeruo rurſum obdor- miente leniter ſurrexit ⁊ vincula tenens in vno pede per lintheamen ſe dimiſit per fe neſtram ⁊ fugit. Quo cũ cõperiſſent cuſto des cum tubis ⁊ canibus inſecuti ſunt: ſed eum minime inuenire potuerunt q̃uis circunquaq̃ eum circũdederunt. Qui poſt modum veniens ad eccleſiam eoſdẽ circu- los quos ſecum deportauit per gratiarum actione ſuper altare beate virginis obtu- lit. hec Ceſarius.

¶ Theophilus qui negauit fidem ⁊ virgi nem Mariam. Et beata ei ſubuenit.

¶ Exemplum. xlij.

FUit quidam nobilis Theo- philus nomine: qui cum de pauperatus fuiſſet cepit de ſperare ⁊ cogitare q̃d face- ret tandem cogitauit vt iret ad diuinuꝫ ⁊ cum diabolo lo queretur: vt ei in rebus mundanis ſubue- niret. Quod ſic factum eſt. Diabolus v̄o cum precibus Theophili ſolicitaretur vt cum euꝫ diuitijs reſtitueret: q̄ſiuit a Theo philo ſi facere poſſet ⁊ vellet que propone ret. Reſpondit ꝙ vellet ⁊ iurauit. Qui vi- uens tribus noctibus ſucceſſiue prima no- cte abrenũciat baptiſmo. ſecunda ſuo crea tori. tertia ipſi matri miſericordie. Diabo- lus vero conſiderans ſuum affectum dixit. Hanc adiurationem ſi per cyrographum ſcriptum tuo ſanguine confirmaueris: et huc ad me deportaueris tunc omnia con- ſummata ſunt. Quod ſic factum eſt cyro- graphum ſcriptum ſanguine theophili ſi gillo diabolo cõfirmatũ. Contigit quodã die quod theophilus penitentia ductus ce- pit flere ⁊ cum fletu coram imagine beate marie virginis ſe proſternere inuocauit



beatam virginem Mariã cum deuotione: ſed beata virgo Maria ſemper fuit miſe- ratrix ⁊ benigna ipſa miſerata eius indul- ſit que fecerat. Et cũ ipſe theophilus pro- ſtratus ante altare multũ fleret ⁊ rogaret imaginem beate Marie virginis: dei ima go quaſi irata ipſum audire noluit: ⁊ faciẽ vertit ab ipſo. Quod videns beata virgo collocauit filij ſui imaginẽ in altari: ⁊ vna cum theophilo diabolũ adijt: ⁊ per beatã virginem reformatus eſt: gratie dei ⁊ cy- rographũ abrenũciationis quod diabolo dederat diabolum reddere precepit: ⁊ ſic theophilus cõuerſus eſt: ⁊ tandem perue nit ad gaudia celi.

¶ Maria ſubuenit peccatori in extrema ne ceſſitate.

¶ Exemplum. xliij.

MIles quidaꝫ nobilis peccator magnus tempore quodam ab inimicis captus eſt: qui occi dere eum decreuerũt: qui eis humiliter ſupplicauit dicens. Rogo vos intuitu diuine miſericordie vt ad modicũ tempus morteꝫ differatis: quo alicui ſacerdoti poſſim peccata mea confi teri. Illi autem corporalẽ eius occaſionem vel liberationẽ timentes non conſenſerũt. Precipiẽtibus igitur vt ſe proſterneret ad decollandũ: dixit hoc verbum. Domine tu noſti voluntatẽ meam: ⁊ ſubiũxit. Animã meam cõmendo virginis filio. Sic decol- latus eſt. Erat eodem tempore quidã ob- ſeſſus vicinus. Cui cum aſtantes audita eius morte: modo inquiunt habetis gau- dium magnum propter animam illius fa- cinoroſi militis: lugubri voce reſpõdit: ne- quaq̃ vnum enim verbum moriens protu lit: propter quod ipſe ſaluatus eſt.

¶ Maria liberauit lictorem a damnatio- ne.

¶ Exemplum. xliiij.

PReco quidam cuius officiuꝫ erat ſuſpendendi homines ⁊ crucian- di: ante imaginem beate Marie virginis tranſiens ſe patrocinijs commen dauit. quadam itaq̃ die cum ibi cõſiſteret ⁊ oraret: venit nuncius iudicis dicẽs ꝙ ve niret ⁊ vnum ſuſpenderet: ⁊ ipſe in itinere exiſtente venerunt ſui inimici ⁊ occiderunt eum. Erat autem in eadem ciuitate ſacer- dos quidam ſancte vite qui ſingulis nocti bus circuibat oẽs eccleſias ciuitatis. Sur- gens autem ea nocte qua occiſus eſt preco ⁊ volẽs ire ad eccleſiã beate Marie: veniẽs ad cimiterium plenum hominibus inter quos multos mortuos ibidem vidit quos dum veniret cognouit. Interrogauit autẽ ex ipſis vnum quid hoc eſſet: ⁊ propter q̃d tãta multitudo hominũ conueniſſet. Qui reſpondit. Preco vnus occiſus eſt: ⁊ animã eius maligni ſpiritus ſuam eſſe dicũt quã pia mater Maria econtra ſuam eſſe dicit. Iudex autem deus venturus eſt: partis vtriuſq̃ cauſam auditurus: propter hoc cõ- uenimus. Sacerdos autem intra ſe cogi- tabat alicubi abſcondi: cauſe huius fineꝫ expectaturus. Cum ibi ſe abſcõderet: vidit ſedem ſupra quam iudex veniens ſedebat: aſſumpta ſibi matre Maria. Uenerũt autẽ ⁊ demones preconem cathenatũ adducen tes probabãt multis modis ꝙ eorum iure eſſet anima preconis. Econtra Maria di- cebat quod eadẽ hora qua occiſus eſſet ſe ſuis patrocinijs commendaſſet ob huius cauſam animã ſuam aſſerebat. Iudex ve- ro hoc audiens ſuis deſiderijs volens obe dire: ne tamen demonibus iniuriã irroga- ret ſententiã protulit vt anima ad corpus rediret vſq̃ dum peniteret de malis: ⁊ con ſtituit ꝙ cõmunis oratio pro anima illa pa pa inſtitueretur. Et queſitũ fuit quis hoc pape indicaret. Reſpondit beata virgo. Uocate ſacerdotem qui ibi latet abſcondi tus per quẽ pro interſignio miſſa fuit pa- pe roſa tante pulchritudinis: qđ papa viſa hac credet verbis illius.

¶ Maria virgo ſubuenit latroni in extre- mis.

¶ Exemplum. lv.

QUidam fuit magnus la- tro qui non aliquod bo- num fecerat: niſi ꝙ bea- te virgini vnum ſabba- tum ieiunauit: ⁊ ei vnam miſſam cõparuit: vt euꝫ conuerteret ante mortẽ ſuam. Cui beata virgo apparuit dicens. Filium meum pro te ro- gaui vt cõuertaris a peccatis tuis: qui ti- bi hanc gratiam fecit: quod ante mortem

ſuam dabit tibi quinqꝫ verba loqui: que te a peccatis tuis liberabunt. Poſtea vero latro capitur ⁊ in vinculis detinetur. qui tertio die ad ſuſpendium ducebatur et in via dedit⁹ ſibi deus magnam contritionem ⁊ in iſta vera cōtritione dixit illa quinqꝫ verba cū magna deuotione. Deus propitius eſto mihi peccatori. Quia ſtatim cum deo reconſiliatus fuit: ⁊ ſic ſaluatus eſt.

¶ Maria reconcilliauit chriſto monachū.

¶ Exemplum. xlvj.

Vir quidam longo tempore deuotus ordinem intrauit ciſtercienſ. in quo ⁊ ſi diu ſancte vixit: tandē tamen a diaboli tentatione deuictus in peccatū cecidit Jnde multis per hoc occaſionem ſcandali dedit. Pro quo (vt in illo ordine conſuetum eſt) grauiſſime tribulatus ad cor eum: amariſſima penitentia rediȷt ⁊ ad glorioſam chriſti matrem totaliter in lachrymis ⁊ precibus ſe contulit. Jn magno ergo luctu per tempus nō modicum poſitus tandem die quadā orauit ⁊ raptus in exceſſu mentis glorioſam virginem vidit ⁊ in brachio eius quaſi lactā tem paruulum ſuper omnem pulchritudinem ſpecioſum. Qui cū videret matrem pro ſe filio ſupplicantem: inſtabat ille ſe a peccato ⁊ a tribulationibus liberari: et ad gratiam prioris vite reſtitui. Sed cū puer quaſi renitens vultum auerteret: et mater econtra puerum in alteram partē brachiȷ transferre commodius vultu eius benignitatis ingereret illeqꝫ iterum vultum auerteret: ⁊ aduerſum mater frequētius rogitaret: tandem poſt mira: et pia euicit: in filium ⁊ vultum eius in piaculum ſeruiuit ⁊ peccatum homini ad indulgentiam ⁊ ſtatum prioris vite ad gratiā condonauit.

¶ Maria ſubuenit ancille que peccauit cum milite.

¶ Exemplum. xlvij

In epiſcopatu carnotenſi ancilla cuiuſdam militis cum ipſo peccabat ⁊ dominam: vxorem illius: de hoc frequētius offendebat. Et lꝫ illa iuuencula ſic peccaret: tamen beate virgini quotidie ſalutationem angelicam flexis genibus ſepties offerebat et hoc domina ſua bene ſciebat. Quadam autem die nimis irata dixit ei. Heu certe per cognatos meos te feciſſem occidi pro marito meo quem mihi ſic totiens abſtuliſti: ſed ſancta dei genitrix hac nocte mihi apparuit precipiens ne tibi nocerem: qꝛ ancilla eius es. Et promiſit ꝙ de te pacem mihi faceret. Statimqꝫ illa compuncta: quoniā quidem dulciſſima mater dei me dignata eſt vocare ancillam ſuā: ecce promitto tibi ꝙ veram ipſa de me pacem faciet: ꝙ nunqꝫ vlterius iniuriam tibi faciā: ſed pro amore domine noſtre amodo recedā. Et ſtatim de epiſcopatu exiens ad monaſterium bone ſpei in epiſcopatu cameracenſi deuenit: ⁊ ibi deo ⁊ beate marie vſqꝫ ad mortem ſeruiuit.

¶ Maria ſubuenit adultere.

¶ Exemplum. xlviij.

Quidam vxore ſua ſciente cum alia carnaliter vixit grauiter vxor hec ſuſtinēs querelam in eccleſia ſancte Marie virgini depoſuit: ſupplicans vindicari de illa: que ei virū abſtulerat. Sancta virgo Maria apparens ei dixit. Quomodo poſſum ei malum inferre? Nā ſingulis diebus ipſa centies mihi flectit genua. Mulier vero cōmota dixit. Ex quo me nō vis vindicare filio ſuo querimoniam deferam. Et ingreſſa de eccleſia verba hec muſitabat. Adultera itaqꝫ veniens ei obuiam: querens quid diceret. Que ait. De te conqueſta ſum virgini marie: ⁊ reſpōdit mihi ꝙ nihil mali tibi inferret: eo ꝙ centum genuflexiones ei quotidie exhibes. ⁊ ſuper hoc murmuro verū ego ſpero ꝙ filius eius me vindicabit. Quo audito ſtatim adultera proiecit ſe ad pedes eius veniam poſtulans ⁊ firmiter promittens ꝙ nunqꝫ cū marito ſuo delinqueret.

¶ Quidam accendit vnam candelam in honore beate virginis marie.

¶ Exemplum. xlix.

Miles quidam iuuenis ⁊ huic ſeculo deditus: habebat vxorem beate marie valde deuotam. Hec diu ⁊ multū pro mariti ſui conuerſione beate



marie ſupplicauit. ⁊ ecce nocte quadā maritus ſpiritu rapitur ad dei iudiciū vbi de omnibus ſuis exceſſibus conuincitur. Et cū eſſet ab omnibus derelictus: iudex dixit. Eſt ne hic aliquis ſanctorum quē vnqꝫ honorauerat? Reſpondit maria virgo. O domine: ſemel ob reuerentiam meam cereum magnū dedit fac ipſum oro ob illi⁹ cauſam miſericordiaꝫ inuenire: cui iudex. Propter tuas inquit preces indulgeo vt tueatur ſe eodem cereo qꝫtum poteſt. Cū igitur demones eum rapere vellent: cum candela ardenti combuſſit eos: ⁊ viriliter ſe defendit. ſed pre anguſtia ⁊ timore in quibus laborauit iacens in lecto fortiter ſudauit ⁊ vlulauit: intantum quod vxor euigilauit. Manu igitur ad eum miſſa: inuenit cutem ſuam hiſpidam quaſi corticē de arbore: pilos longos canos ac duros: barbamqꝫ prolixam: ⁊ ſuſpicans adulterum clamauit. Seruis autē ad arma currentibus expergiſcens: non potuit loqui: ſed quaſi bos horribiliter inſonuit. Et certiſſime niſi dediſſet eis certum interſigniū ſue pſone: ipſum vtiqꝫ interfeciſſent. Tandem aliqualiter compos ratiōis effectus: recitauit omnibus ſeriem rei geſte. Jpſe autem plene conuerſus de hereditate ſua fecit hoſpitale: ⁊ ibidem vna cum vxore ſua deo ſeruiens et gratias agens: ſigna correctionis ⁊ omnimode emendationis ſue omnibus hominibus oſtendit: verbo pariter ⁊ exemplo.

¶ Gutta ſanguinis chriſti preponderat omnia peccata mundi.

¶ Exemplum. l.

Fuit quidam ſolo nomine religioſus ad omnia que ad religionem ſpectant durus ⁊ negligens. Hic tamen conſueuit beatam virginem orare: ⁊ ſemel dicere per dies centum aue maria. Hic ductus ad extrema raptus eſt in extaſim et demones cū ſummo iudici preſentabant: petentes ſententiam. vt eis tāqꝫ proprius iudicaretur. Deus igitur ſciens peccata ſua multipliciter: dixit eum fore damnandum. Interea venit beata virgo offerens cedulas quibus continebātur omnia aue maria: petens a filio vt ad iudicium ſecūdario procederet. Demones vero attulerunt multos libros peccatorum ſuorum. Ab vtriſqꝫ partibus libri ponebantur in ſtatera: ſed peccata preponderabant: tūc beata virgo videns ſe nihil proficere filio ſuo deuotiſſime ſupplicabat dicens. Recordare dilecte ꝙ de mea ſubſtantia receperis ſubſtantiam viſibilē palpabilem et paſſibilem: ⁊ da mihi vnam guttam ſanguinis tui fuſam pro peccatoribus in paſſione tua. Et ille. Jmpoſſibile eſt (inquit) aliquid denegari. Veruntamen ſcias qꝺ vnica gutta ſanguinis mei preponderat omnibus peccatis totius mundi. Accipe itaqꝫ quod petiſti. Quam accipiēs poſuit ad ſtateram: ⁊ omnia predicta peccata religioſi quaſi fauillam preponderabat. Tunc demones diſcedentes confuſi: clamabant dicētes. Nimis miſericors eſt domina xpianis: vnde deficimus quotiens ſe de conflictu intromittit. Reducta eſt ergo anima ad corpus. ⁊ ipſe poſtea conualeſcens omnia narrauit: ⁊ factus eſt verus monachus.

¶ Ruſticum liberauit Maria a damnatione.

¶ Exemplum. lj.

Erat vir quidā ſecularis rurali operi deditus ⁊ aliȷs mundanis ſtudiȷs occupatus. Qui dū multis prauis actib⁹ eſſet irretitus etiam dum terram ſuam exararet qꝫtū poterat vicinis ſuis ſurripiebat: ⁊ metas ſuas tranſgrediens iugeribus ſuis terrā aliorum furtim ſociabat. Hic tamen ſanctam dei genitricem Mariam in mente habebat: ⁊ plerūqꝫ eā deuote ſalutabat. Jſte ergo cū eſſet defunctus conuenerunt demones animam eius ſe rapere confidentes. Affuerunt etiam angeli qui proferrēt bona ab eo facta. Ceperunt demones contra eum proferre innumera mala. Cumqꝫ ex hoc exultantes putarent viciſſe: intulit vnus ex angelis quod eſſet ſolitus cum magna deuotione ſalutare ſanctam genitricem dei

Mariam. Hec audientes ſpiritus immū‍di relicta hominis anima receſſerūt ab ea confuſi. Sicqꝫ anima illa erepta ab aduerſariorum poteſtate: perpetuam damnationem euaſit largiente deo per merita ſue genitricis: que cum eo ineternum ſit benedicta.

¶ Quidam ieiunauit ⁊ nō potuit mori ſine confeſſione.

¶ Exemplum. lij.

Vir quidam per omnia literatus ⁊ prius dixit in ſuis partibus fuiſſe predonem: ceditqꝫ inhiantem hominem. Hic ab inimicis raptus in decliuio montis: ibidē decollatur. De lapſis vero virgo Maria dat contritionem verā ac confeſſionē vnus inimicorū pro ſacerdote cucurrit: ſed ſacerdos appropinquare noluit: nec audebat niſi caput corpori coniungeretur. Quo facto confeſſionem audiuit: in cuius fine ſacerdos queſiuit cur mori nō potuiſſet: ait ille cauſam miraculi dixit iuuenis. Audiui quecūqꝫ confeſſionē adipiſci ante mortē ob reuerentiā beate Marie virginis ſi quartā feriā vel ſabbatū ieiunaret et hoc ſeruaui nec quicqꝫ alias boni feci abſoluiuſqꝫ ſpiritum efflauit.

¶ Fur decapitatus non potuit mori: ſine ſacramentis.

¶ Exemplum. liij.

Quidam vir queſiuit quandā pauperculam depredare ⁊ reperiēs ꝙ ieiunaret tā paruula puella querens cauſam reſpondit illa. Quia quicūqꝫ ſabbatinis diebus ad honorē beate Marie ieiunat nunqꝫ moritur ſine vera penitentia. qꝺ gratanter ille ſuſcipiens impleuit. cuius caput tandē preciſum clamauit. Confeſſio cōfeſſio. Unde circūſtantes ſtupefacti pro cōfeſſione ei ſacerdotem adduxerunt. Qui poſtqꝫ caput illius corpori cōiunxerunt poſt deuotam ⁊ ſalubrem confeſſionem dixit. Hoc beneficiū huius penitentie merui per beatā virginem mariā: cuius ſabbatū deuote ieiunaui vt ſine ſacramentis ⁊ remedijs nequaqꝫ perirem. Demones hinc circumſtantes nō valētes ferre beate virginis preſentiā nec ſacramconfeſſionē: fugerunt. Quo dicto ſacramētis ſuſceptis: deuote quieuit in pace.

¶ Raptor decapitatus non potuit mori ſine ſacramentis.

¶ Exemplum. liiij.

Domicellus aſſidue ſalutabat beatam virginem: qui poſtea in preda deprehenſus. qꝫuis caput loquelam tamen nō amiſit quouſqꝫ cōfeſſionem ſuam integraliter feciſſet: ⁊ corpus domini decenter ſuſcepiſſet.

¶ Quidam ieiunauit quatuor vigilias beate Marie.

¶ Exemplum. lv.

Tres fratres a quodam milite caſtellano penitus exheredati erāt vnde in vicinis nemoribus latitātes: multa mala tranſeuntibꝰ inferebāt. quorum duos idē miles propter hoc cōprehenſos ſuſpendit. Unde tertius prouocatus acrius timens tamen ſi caperetur nemo ei parceret: cuidam monacho conſcientiam ſuam cōfeſſus eſt. Cui cum monachus diceret vt deinceps abſtineret: ille reſpondit omnino ſe ceſſare nō poſſe: niſi prius predictum militem in vltione fratrū ſuorum ſagitta, vel gladio transfixiſſet. tamen inquit quatuor vigilias beate marie. ſ. purificationis: annunciatiōis: aſſumptionis: ⁊ natiuitatis eius in pane ⁊ aqua ieiunare propoſui: ne me beata virgo ſine confeſſione et viatico ſinat mori. Ad hec monachus Bonum eſt (inquit) ſed parum aut nihil proficit: ex quo peccandi propoſitum nō relinquis. Abiēs ergo poſt paululum ab eodem milite et armigeris eius comprehenditur: et a furentium gladijs euiſceratur et membris omnibus diſſipatis cum mori non poſſet, nec loquelam amitteret: fruſtra inquit laboratis: quia me niſi prius confeſſum et communicatum occidere non poteſtis. Adducunt ſacerdotem: nec mora affuit presbyter: ⁊ cōfeſſus cum viaticum ſuſcepiſſet protinus expirauit.

¶ In extremis nos commendare debemus beate virgini marie.

¶ Exemplum. lvj.



Quidam grauiſſima ⁊ deſperata infirmitate grauatus: hoc iam ſolū intendebat quo ieſu xpo et beate marie ſuū exitum commendaret. Cumqꝫ de obitu ſic ſolicitus eſtuaret: beata virgo apparuit: ⁊ ſi eā cognoſceret requiſiuit. Et eo negante reſpondit. Ego ſum mater xpi mater miſericordie ⁊ pietatis. Ex his verbis ille plurimum cōfortatus obitum ſuū ſecurius expectauit: credens ꝙ qui matrem miſericordie diligeret: procul dubio miſericordiam inueniret.

¶ Quotidie debemus ſalutare virginem mariam.

¶ Exemplum. lvij.

Miles quidam quotidie: ſalutauit beatam virginem mariam cū de mane ſurgeret: ⁊ cum de ſero dormitum ſe exponeret cum Aue maria: et nil boni plus fecit. Et gratia virginis ſaluatus eſt.

¶ Maria virgo ⁊ beatus petrus liberauerunt monachum a damnatione.

¶ Exemplum. lviij.

Quidam religioſus in monaſterio ſancti petri male vixit hic cū aliqñ cū quibuſdā fratribus potionem medicinalē pro corporis ſalute accipiens: poſt hoc ſtatim ſine cōfeſſione ⁊ ſacra cōmunione defunctus eſt cuius anima a demonibus ducebatur ad infernalia clauſtra. Qꝺ cernens ſanctus petrus cuiꝰ erat monachus acceſſit ad dñm ieſum xpm: et pro anima fratris deprecabatur. Cui dominus. Ignoras (inquit) ꝙ propheta me inſpirante dixit. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo. ⁊c. Qui ingredit̃ ſine macula: ⁊ operat̃ iuſtitiā. Quomodo hic pōt ſaluus fieri cū neqꝫ ſine macula ingreſſus eſt: nec (vt debuit) iuſtitiam operatus eſt? Hoc audiens ſanctus petrus venit ad beatam virginē mariā vt ipſa intercederet ſecū pro anima illa. Et cū ſurrexiſſet ſancta dei genitrix ante ſuū filium cū ſanctis virginibus: dixit ei filius. quid me poſcis dulciſſima mater mea cum meis chariſſimis ſororibus? Cui cū ſancta maria reſpōdiſſet ꝙ pro anima fratris defuncti rogaret: xpſ ait illi. Quia tibi placet vt indulgentiam cōſequatur: concedo ꝓpter preces tuas vt anima fratris ad corpus reuertatur: vt acta de malis penitentia: demum eterna requie pfruatur. Hoc cū ſancta maria virgo ſancto petro innotuit confeſtim ſanctus petrus magna claue quā tenebat demones fugauit: ⁊ animā fratris de poteſtate corū eripuit: ⁊ duobus angelis cōmendauit vt ipam animam ad corpus reduceret. At ille frater de morte reſurgēs: que ſibi cōtigerant vel que viderat narrauit: ⁊ quomodo a diabolorꝫ poteſtate eſſet ereptus ſuffragijs ſancte marie atqꝫ ſancti petri apoſtoli.

¶ Hore beate marie virginis deuote ſunt dicende.

¶ Exemplum. lix.

In domo quadā hiſpanie ordinis ciſtercieñ. ſunt conuerſi vt vita illorum ſit alijs in exemplū. Ex quibꝰ vnus in obſequio beate virginis ita feruēs extitit ac deuotus ⁊ ita in horis eius decantādis intentus vt non ſolū in ſingulis verſibꝰ ſed etiā ſingulis ſyllabis memoriam haberet beate Marie virginis: ſicqꝫ horas cū maximis laboribus cōtinuauit. Qui cū annos. xvij. feciſſet. in ordine grauiter infirmatus eſt: ⁊ miniſtrauit ei ſociꝰ ſuus ex licentia prioris. Sciens aūt eum virum ſanctū ⁊ in ſeruitio dei et genitricis eius deuotiſſimū: vt aliqꝺ ſibi diceret ad edificationē inuita charitatis flagitauit. Cui ille rñdit. Heri dña noſtra viſitauit me quodqꝫ die ſeptima ad dñm eſſem migraturus p̄dixit mihi. Et adiecit. Qr pre cūctis mortalibꝰ mihi intenſius ſeruiuiſti: ego tibi faciā qꝺ nondū alicui feci collūqꝫ meū brachijs ſtrigēs dedit mihi oſculum. Cū vero agonizaret die p̄dicta vir beatus prior dormiens cellā in quā iacebat turbā cādidatorū introire vidit: qui ꝓpter animam illius educendam veniſſe dicebant. ſtatimqꝫ ad percuſſionē tabule excitatus ſurrexit ac accurrit: ⁊ qꝺ eſſet celeſtis exercitus a quibus dei genitricis famulꝰ foret deducendus minime dubitauit.

¶ Quid ſit orandum in extremis.

¶ Exemplum. lx.

CUm quidā religioſus ſeruiuiſ
ſet deo in ordine.xxx. an. cum
grauiter infirmatus vellet mo
ri cōuenit multitudo demonū
querētiū aīam eius. Quos cū
vidiſſet cepit clamare.Ve mihi ꝙ vnq̄ or:
dinem iſtum intraui:melius mihi fuiſſet
ranā vel beſtiā fuiſſe.Et fratres audiētes
clamorē ſuū cōuenerūt ⁊ orauerūt pro eo.
Ad quē accedens ſeruitor dixit ei. O pa:
ter quare iſta dicitis?nonne ſemper apud
nos bonus hō fuiſtis. Dicite ergo pater
poſt me.Maria mater grē mr̄ mie.⁊c. Qđ
cū dixiſſet ⁊ modicū iacuiſſet cepit dicere.
Bene mihi ꝙ vnq̄ intraui ordinē iſtū:⁊ ꝙ
vnq̄ natus fui. Et fratres audiētes tam
ſubitam mutationē ceperūt querere quid
hoc fuiſſet ꝙ ſic clamādo clamaſſet:rn̄dit.
Ideo clamaui qꝛ demones infiniti cōue:
nerunt volētes aīam meā rapere:ſed cū di
xiſſem orationē ſtatim venit ad me mater
mie:ad cuius aduentū oīs multitudo de:
monū receſſit:⁊ mō me inuitauit ad ſuum
conuiuiū.Et ſic emiſit ſpiritum.

¶Maria liberauit aīaꝫ de portis inferni.

¶Exemplum.lxi.

QUidam vir multum reuerabatur
beatā virginē at criminale quod:
dam pctm̄ cōmiſit qđ nunq̄ confeſ
ſus fuerat:ꝙ puduit eū dicere.Poſt mul:
tum tpis penitētia ductus queſiuit ſecre:
tum:⁊ cōfeſſus eſt deo:⁊ dixit. Deus pro:
picius eſto mihi pctōri ego cōmiſi tale pec
catum qđ nunq̄ fui auſus cōfiteri alicui
homini pre pudore.hoc cōfiteor tibi deus:
⁊ oro te vt ignoſcas mihi illud vt ad taleꝫ
ſatiſfactionē mihi inſpires ꝙ emendem.
Cumq; illa meditādo diceret: apparuit ei
diabolꝰ in forma ſacerdotis:⁊ dixit. Quid
meditaris?Qui ait.Ego multo tpe celaui
criminale pctm̄ qꝛ puduit me dicere. ⁊ dia
bolus.hoc iniungo tibi vt hoc pctm̄ nūq̄
cōfitearis:⁊ credas tibi eſſe remiſſuꝫ. Qui
ſtatim promiſit ſibi hoc.Cumq; ille vir ve
niret ad extremā horam vite ſue angeli cō
tendebant cū demonibꝰ pro anima illius
⁊ dixerunt demones.Scriptū eſt qꝛ dn̄s di
xit.Qualem te inuenio talem te iudico.
Sꝫ hec dicta nr̄ eſt iſte:qꝛ in pctō mortali
inuentus eſt.Et ſtatim ſuſcipientes aīam
deduxerunt ad infernū cum gaudio. cūq;
veniſſent ad portas īferni occurrit eis bea
ta virgo maria ⁊ dixit.Quia cū doloſe de
cepiſtis ne cōfiteretur mortale pctm̄ qđ cō
miſerat:precipio vobis ꝑ tremēdū diē iu:
dicij vt aīam ad corpus reducatis:qđ illud
peccatū qđ ſperabat per illuſiones veſtras
emendaſſe recipiēdo vitā emendet.

¶Mors diuitis viri:⁊ mors paupercule
vidue.

¶Exemplum.lxij.

QUidā parochie preerat preſ:
byter in ſeculo potens ⁊ glo:
rioſus:ſed minus vitijs ꝙ̄ di:
uitijs plenus.Hic ſub cura ſuā
habebat diuitē nobilē: ⁊ pau:
perculam viduā.Qui vno tpe decūbentes
reſponſum mortis acceperūt ī ſemetipſis.
Vocatus eſt preſbyter vt morientē diuitē
viſitaret.Et accepta cōfeſſione data cōmu
nione:exiturā animā cōmendaret.Qui de
rapiēda ſolūmodo lana de oue nō curādo
ſolicitus: vt nuncios diuitis vidit ire feſti
nauit.intrauit palatium penetrauit cubi:
culum.Iacebat diues purpura ⁊ ſerico cir
cundatus:auro ⁊ gemmis ornatus: ſuper
plumarum molliciēꝫ reſupinatus. vbi etiā
inuenit circunſtantium multitudinem ſe:
ductori adulatione diuiti ſolatia perſol:
uentem.Coniunx ⁊ filij atq; omnis fami:
lia dominum lamentabantur.Interim ſu
peruenit quidam ex parte vidue qui dixit
eam in extremis agentem chriſtiane ſalu:
tis poſtulare ſacramentū. ſed preſbyter
dum ſe totum daret ad iactandū peccato
rem:nihil reſpondit. Et diaconus prope
exiſtens pro muliere deſolata ad cor eius
loquens ait.Grande nobis piaculum ⁊ fe:
mine periculum:ſi noſtra negligentia ſine
confeſſionis ⁊ ſacri myſterij participatio:
ne eam migrare contigerit.Cui felle com:
moto preſbyter ait.O parum ſani capitis
conſilium pro vili vidua nobilem relinque
re patronū.Ne turberis(inquit diaconus)
ego ſi iubes infirmam viſitabo. hoc fauē
te preſbytero diaconus cito diceſſit.Sum
ptaq; ſalutari hoſtia ad vidue tugurium
peruenit que rebus quideꝫ vacua ſed bo:



bis operibus plena ſuper humum duram
⁊ puo ſtramine cōſtrata colligebat mēbra
nimis attenuata.Ille itaq; diaconꝰ cū ſa:
cramento euchariſtie ad domū paupcule
appropinquans circa ianuam ſtans ocu:
los leuans famule xp̄i in celo iacenti vidit
aſſiſtere excubias de celo.mater eīn̄ Ieſu
Maria aſſiſtebat cum choro virginali que
preferebat lintheolum ⁊ vultum egrotan
tis a ſudoribus tergendo ſatagebat circa
frequens miniſterium.His viſis diaconus
ſtupens ſtetit eminus:ſed celi regina ei
admiranti multuꝫ effabilis:viſo dei ſuoq;
filio toto corpore in terram proſtrata ado
rauit euchariſtiam cum ſuis virginibus.
Quibus erectis data fiducia vir dei intra:
uit.Maria etiā ſedem parātē ⁊ ne timeret
hortante ſedit.vidue confeſſionem accepit
communionem dedidit:⁊ pſalmis obitum
eius premuniuit.Deinde cū gaudio ad do
mum diuitis properauit.aſt anſq; in limi:
ne vidit nigros cattos circūuolantes le:
ctum diuitis:quos miſer ille videns ⁊ ni:
mis infeſtos ſentiens rugiebat clamans.
Tollite cattos tollite: miſero ſubuenite.
Unus tamen ethiops voce minas vultu
terribili vncum quem manu geſtabat fau
cibus immerſit peccatoris.Infelix anima
nullum in tota conuerſione ſua refrigeriū
conſcientie reperiens pauet ⁊ trepidat:mi
ſerum mors ī aulatim occupat. Deinde
ethiops ille furens vncum violēter de pal
pantibus faucibus extraxit:⁊ horribilem
dans vocem infelicem animam reddidit.
Irruentes ceteri malitie complices in pec
catricem animam flagris vulneribus affi
cientes immiſerunt in locum tenebrarum
⁊ lacum mortis eterne.cum hoc aſpiceret
diaconus tremor tenuit eum ⁊ cadens fa:
ctus eſt in mentis exceſſu ſed mox ei appa
rens mater regis glorie. Ne timeas inqt
chariſſime non tibi diabolica nocebit ma
lignitas cui parata eſt beatitudo celeſtis.
Hic blāditijs recreatus poſtꝙ̄ ad ſe redijt
conſolatrici ſue gratias repēdit.Et ex his
reuelationibus non parum profecit. Hec
Uin.in ſpecu. hiſt.lib.viij.c. xcvj.

¶Militem in torneamētis occiſum iuſſit
Maria ſepeliri in cimiterio.

¶Exemplum.lxviij.

COmes quidaꝫ nobilis ad tornea
menta properans venit ad quan
dam ciuitatē in qua erat puella
pulchra valde ita ꝙ pulchritudo eius per
totam prouinciā diuulgabat̄.hanc comes
conſpiciens parētibus multa ſpopondit.
ſed a puella amore virginitatis quā bea:
te Marie deuouerat oīa illa temporalia
promiſſa pro nihilo reputantur.Tandem
violenter de domo paterna deducitur ad
comitis hoſpitium.Ex quo verbo impoſi:
ta in profundum lacū quem tranſire de:
buit cadit.Sublata igitur iterum deducit̄
in quadam paſſa collocatur quouſq; alijs
ornamentis ⁊ veſtibus decoretur. Ipſa au
tem voti ſui nō immemor:regine celi ſuaꝫ
pudicitiam commendauit flens largiter ⁊
deuote proſtrationibus genuflectionibꝰ
⁊ orationibus inſiſtebat.Comes per fletū
audiuit ꝙ beate Marie vouit qui confu:
ſus de conſcientia eius ⁊ compunctus pro:
pter reuerentiam beate Marie virginis
ipſam incorruptā mox pr̄i cōmiſit ⁊ remi
ſit:ꝓmittēs bona fide ꝙ nō rediret donec
clauſtrum cōſtrueret ⁊ virginem colloca:
ret in eodem ſed heu in ludo vulnus leta
le ſuſcipiens morte celeri eſt preuentus ⁊
ſecundum ius canonicum extra cimiteriū
tumulatus.Beata Maria apparens loci
epiſcopo ſecūdo ⁊ tertio increpauit ⁊ iuſ:
ſit cum chriſtianis ſuum militeꝫ ſepelire.
Qui cōuocatis cognatis ⁊ parentibꝰ ſuis
referens eis viſionem.Gaudent omnes ꝙ
propter bonum propoſitū ſuum in ſacro lo
co ſepeliri deberet.Ipſi vero ſuper ſepul:
chrum ſuum cenobium qđ deuouerat con
ſtruunt vbi eadem virgo poſtmodum fa:
cta eſt abbatiſſa.

¶Clericum iuſſit beata virgo Maria ſe:
peliri in cimiterio.

¶Exemplum.lxiiij.

QUidam clericus in quodam lo:
co morabatur: qui erat leuis
moribus ⁊ curis ſecularibus ꝑ
omnia deditus hic enim ſan:
ctam Mariam ſemper in vene:
ratione retinuit ⁊ eam frequenter ſaluta:

ſione angelica ſalutauit. qui dū ab inimicis ſuis eſſet occiſus ſciētes eum irreligioſam vitā duxiſſe decreuerūt eum eſſe extra cimiteriū ſepeliendū qđ fecerunt. Qui dum p. xxx. dies ſic iacuiſſet btā virgo cuidam ſacerdoti apparuit dicēs. Cur ſic iniuſte contra meū capellanum proceſſiſtis vt poneretis eum extra cimiteriū? Quo interrogante quiſnā eſſet ille: ſancta Maria reſpondit. Ille q̄ ante triginta dies a vobis eſt ſepultus extra cimiteriū. Nam mihi deuotiſſime ſeruiebat: ⁊ coraȝ altari meo me ſepiſſime ſalutabat. Cuius igitur pergite ⁊ eū in illo loco decenti ſepelite. Hoc cum dixiſſet: vehemēter admirati tumulū eius aperuerunt ⁊ in ore eius florem pulchrum inuenerūt: ⁊ linguam integrā ⁊ ſanam viderunt. Intellexerunt oēs q̄ aderāt ꝓpterea hoc accidiſſe qꝛ ore ſuo dei genitrici impendiſſet obſequium qđ ſibi multum placuit: ⁊ delato corpore eius ad cimiterium cum laudibus deducentes illud ſepelierunt.

¶ Dyaconū litigioſum iuſſit Maria ſepeliri in cimiterio.

¶ Exemplum. lxv.

ERat in eccleſia beate virginis dyaconus quidā in eius obſequio admodum deuotus frequenter ire furioſiſq; ſtimulis accenſus. Contingit autē quadam die vt felle exaſperatus eſſet intantū vt quoſdā percuteret. Ipſi autē impetebātur vim infamie eius nō ferentibus. ⁊ eo ꝑcutiente iam repercutientibus idē ſcȝ dyaconus furoris ſui premia digna recepit: et letali ictu tranſuerberatus triſtē huius vite finem ſortitus eſt. Epiſcopus vero prudens illius loci: dū cauſam ipſius diligentius examinaſſet. predictum dyaconū: qꝛ male intentionis vitā finiuit fratrū cōmunione indignū reputat: ⁊ cum magna abiectione a monaſterio excluſum inter laycos ex abiectione ſepeliri fecit: ⁊ mandauit: qđ ⁊ ita factū eſt. Et ecce media nocte beata dei genitrix maria epiſcopo in ſomnis aſſiſtit: durec; illum pro iniuria defuncti arguens. Feſtinato inquit dyaconum quem de clauſtro ſuo eieciſti inter fratres ſuos debito cū honore vt pote me venerationis cultorem fac ſepeliri: vt mei cōtemptus ⁊ illius iniurie ſupplicia ſoluas. Nec mora facta ep̄s ſtupens de lecto ſurrexit: qui mane cōuocans oēm clerū q̄ in ſomnis audierat narrauit: mox; hunc ad monaſterium reportatū cum magna reuerētia ſepeliuit.

¶ Scholarem a iudeis occiſum reſuſcitauit virgo Maria.

¶ Exemplum. lxvi.

SCholaris quidam in eccleſia vbi ſtaturū eſt ꝙ rñſoriū. Sancte Maria quotidie cum verſu Gabrielem in quo eſt. Erubeſcat iudeus ⁊c. iuſſus eſt ꝓpter vocis ſue dulcedinē decantare. Iudei ergo ad vineas ſuas ante eccleſiā tranſituȝ facientes ⁊ ex verbis erubeſcentiā ſuſtinētes ſcholarem caute adducunt ⁊ in vineis perimūt mox illis abeūtibus glorioſa virgo Maria puerū reſuſcitans iubet eū laudem cū fiducia decantare. Iudei iterū eādem vocē cognoſcentes ⁊ audientes admiratione percuſſi ſecrete perquirūt ꝑ puero. Reſpondit ſi quidē ſe ab eis occiſum: ſed per reginam ſuā priſtine vite reſtitut⁹ hoc cognito iudei nō paruo numero conuertūtur ad glorioſe virginis Marie gloriam.

¶ Maria liberauit monialem a purgatorio.

¶ Exemplum. lxvii.

FUit quedā ſanctimonialis in quodam clauſtro dñaruȝ ſummo ſtudio famulatuq;: qꝛ pre cunctis ſororibus amabat hec namq; alij plus ſtudebat ieiunijs ⁊ orationibus ⁊ alijs virtutum exercitijs q̄ plurimis quibus placēs altiſſimo ⁊ eius genitrici manebat in cenobio tali degēs obſequio. Sed vt vidit diabolus qui ſemper manet inuid⁹ qđ ab ea ſic eſſet repulſus ſuaſit illi miſere precepta dei ſpernere ⁊ virginitatem quam in mente ſeruabat ⁊ in corpore violare. Poſtq̄ autem cecidit ingemuit: ac ſcelus commiſſuȝ abhorruit ꝙ deum ⁊ eius genitricē offenſos habuit: mox vero ad pedes abbatiſſe humiliter ſe proſtrauit: ſpondens ſe facturam quicquid preciperet. Cui mater ſpiritualis benigne compatiens iniunxit ei penitentiam per quam poſſet deo offerre cōdignaȝ ſatiſfactionē: ſed prius vita caruit q̄ peniteret. Poſt mortem vero duris eſt tradita penis quas pro ſuis peccatis ſuſtinuit. Quadā ergo nocte in viſione oſtēdit ſe abbatiſſe: quā vt vidit nō expauit: ſed conſeſtim inquiſiuit ſi in penis erat: an ex illis iam exiſſet. Ad hec illa rñdit. Sum in penis mater ⁊ valde doleo ⁊ heu mihi miſerere: nec peccata adhuc ſunt dimiſſa: ſuȝ enim inter laycas feminas deputata perdidiq; ſtolam primā virginalē quā habebam qñ fui virgo caſta ⁊ deo dedicata: ſȝ hoc ſcias qꝛ ſalua ero ꝑ Mariā beatiſſimā in futuro: illa namq; beatiſſima ſtella maris que eſt animaꝝ noſtrarū cōſolatrix cū eſſem in magna anguſtia ad me venit tota fulgens vt ſol: quā ego recognoſcēs eſſe beatā virginē Mariā exclamaui flens ⁊ dicens. O mater mie q̄d faciā: heu mihi: ad quid nata ſum q̄ ſic cecidit: vbi eras glorioſa qñ huc ingreſſa ſum o dña dulciſſima ſi clamantē me audiſti: cur vocē meā ſpreuiſti? Nonne vides iſtos ignes q̄ me vndiq; incēdunt eſt me nec oīno conſumunt? O Maria mater virgo iam ſuccurre feſtināter: ⁊ in his doloribus modo ſinas me diutius cruciari: ſed clemēter exaudi me qm̄ frequenter amaui te. Quomodo tu potes mei obliuiſci quā totiens ſalutaui ⁊ qꝛ me tibi ſemꝑ recōmendabā ⁊ orabam ꝓ oib⁹ q̄s recepit eccleſia ſancta. heu mihi ſi apparet ꝙ inuanū laboraui. Ad hāc vocem mihi mater dei reſpondit. Ego ero tibi filia in proximo propitia nam prius finietur pena quam meruiſti nam peccaſti plurimum reliquens me ⁊ filiū meum cui virgo deſponſata eras eiq; conſecrata ⁊ maxime me ad iracūdiam prouocaſti. Nam q̄ ſpernit filium meum exhonorat me nimium. Sȝ qꝛ me q̄tidie ſalutabas ⁊ mihi ſtudioſe ſeruiebas: ſis ergo ſecura qꝛ nō peribis in eternum ſed ſaluaberis. Eas namq; que ſuas preces mihi totaliter fundunt volo potenter in omnibus periculis corporis et anime adiuuare. Poſtq̄ ſic locuta eſt mihi reliquit me confortatam. Nunc queſo domina mea ⁊ mater mea chariſſima ſtude illi ſeruire deuote obedire: vt poſſis ei⁹ gratiam inuenire. Abbatiſſa hec audiens valde gauiſa eſt. ⁊ mane ſurgēs iubet omnes ſorores ad ſe venire: ⁊ eis que viderat reuelauit. Monet etiā vt diligāt matrem dei. Et illi ſoluant oēs preces quas ei deſcantabat ſoror predicta.

¶ Diabolus nō potuit ſtrangulare militem qꝛ quotidie ſalutauit virginem Mariam.

¶ Exemplum. lxviii.

QUidam miles habēs caſtrū omnes tranſeuntes ſine mīa ſpoliauit: hic virginē Mariā quotidie ſalutauit. Quadā vice monachus ſanctus pertrāſiēs quē predictus miles ſpoliare precepit. Uir autem ſanctus rogauit predones vt ipſum ad dominum deducerent: qꝛ haberet ſibi aliqua ſecreta reuelare. Adductus autem ad dominum rogauit vt totam familiam ſuam vocaret vt eū predicantem audirēt. Quod cum factū eſſet dixit. Nequaq̄ hic eſtis omnes: ergo diligenter querite ⁊ inuenietis aliquē. Et inuenerunt camerariū abeiſſe ⁊ adduxerunt. Tunc dixit ſanctus vere ille eſt quem quero. Cum ergo veniſſet ad modum ⁊ videret virum dei: reuolutis hincinde oculis ⁊ capite ſicut inſanus ſe agitabat: ⁊ accedere propius non audebat. Tunc vir ſanctus dixit. Adiuro te in nomine dei patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti vt quis ſis dicas: ⁊ quare huc veneris? Cui ille. Heu cogor prodere ſecretum meū ego nō ſum hō ſed demon ⁊. xiiij. annis cum illo milite manſi: qꝛ princeps noſter me huc miſit: vt die qua miſer ſue Marie conſuetam ſalutationem non diceret diligentius obſeruarem vt eum a domino poteſtate accepta continuo ſtrangularem: ⁊ ſic noſtro conſortio perpetuo ſociaretur. Miles autem hoc audiens expauit: et ad pedes monachi prouolutus veniā petijt ⁊ vitā ſuam in melius emendauit.

¶ Quidā cum centū Aue maria fecit crinale glorioſe virginis Marie.

¶ Exemplum.

Erat q̄dam nobilis habēs vxorem deo ꝛ beate marie deuotā ſed cum nō haberent filiū rogabant deū vt eis plem daret qđ ꝛ factum eſt. Quē cū omni qua poterant diligentia nutrierunt. Cum autem filius ad annos diſcretionis perueniſſet ꝛ videret alios pueros crinalia de roſis ꝛ florib⁹ habere ſimiliter faciebat: ꝛ ad eccleſiam deportabat vbi imaginē glorioſe virginis inuenit ꝛ ei crinalia offerebat ꝛ eius capiti deuote imponebat: ꝛ ſic quotidie faciebat cū ei tp̄s aderat oportunū. venit ergo tp̄s cū parentes ei⁹ eū nuptijs tradere vellent: eis pro viribus reſtitit ſꝫ virginitatē ſuā deo ꝛ beate Marie v̄gini obtulit dicens ſe deo ꝛ btē marie virgini matri eius vellet perpetue famulari. Poſt vero factus eſt monachus: ꝛ in bona vita de die in diem in melius proficiens: ſed cū videret ꝙ priorem cōſuetudinē ex deuotione vlterius facere nō poſſet: qꝛ roſas ꝛ flores nō habebat: eo ꝙ erat monachus nō ei licebat floribus occupari ne alios ſcandalizaret: cogitans tñ ꝙ quotidie centū Aue maria diceret ꝛ inde crinale beate Marie faceret: ſicq̄ꝫ faciebat quotidie cū lachrymis ꝛ puro corde. Factū eſt vna dierū vt pro negocijs mōaſterij ſui (qꝛ fact⁹ erat abbas) viā prolixam ire deberet oblitus eſt ſui pmiſſi ꝛ equū cum ſuis famulis aſcendens per ſyluaꝫ magnā perrexerūt ꝛ cū euꝫ oēs preceſſiſſent: ꝛ ſolus eſſet cepit cogitare ꝙ illo die laudes ſolitas beate v̄gini nō ſoluiſſet. Statimq̄ꝫ deſcendens de equo conſuetas orōnes deuote perſoluit. Et cuꝫ ſic ſtaret in orōne venit q̄dam latro poſt tergum volens eū occidere ꝛ equū ſuū ꝛ alias res auferre. Et cū a tergo eo ignorante lāceam vibraret: vidit puerum pulcherrimū de ore ipſius quaſi ſingulas roſas recipere: ꝛ inde crinale cū centū roſis compoſitū ſibi puer impoſuit. Quod videns latro ad pedes ei⁹ procidit ꝛ veniā ab eo petijt: narrans oēm rei ſeriem ꝛ totius facti integrā veritatem. Factuſq̄ꝫ eſt bonus monachus ꝛ vitam bonā vſq̄ꝫ ad dieꝫ mortis ſue laudabiliter ꝛ feliciter cōſummauit ꝛ in pace quieuit.

¶ Maria liberauit clericū a damnatione.

¶ Exemplum. lxx.

Clericus quidam erat q̄ nihil boni faciebat imo vitijs plen⁹ erat ſolū hoc bonū habebatq̄ꝫ horas beate v̄ginis Marie ſedule ꝛ deuote dicebat. Cū aūt quadā die per fluuium tranſiret vt libidinē ſuā expleret cogitans ꝙ matutinū nō bene dixerat incipit illud dicere Aue maria grā plena: ab inundationibus ſubmergit᷑ nec ex hoc ſalutationem dimiſit: ſed cū veniſſet in illa verba dn̄s tecū ſuffocatur: ꝛ a demonibus capitur: ſed inuitis eis a beata v̄gine defenditur ꝛ eius meritis ad iudicium coraꝫ xp̄o compellit᷑ vbi poſt multas altercationes allegauit v̄go Maria. Fili tu dixiſti vbi te inuenero ibi te iudicabo. Itē ex verbis tuis iuſtificaberis. Ergo fili cū iſte licet male vixerit: finaliter tñ in meis laudibus in q̄bus ſemper fuit aſſiduus vitaꝫ finiuit: queſo vt corā te inueniat grāꝫ ſi mihi credere nolunt demones ꝙ ita ſit reſpiciant in os eius. qđ demones facientes inuenerunt rubricatum literis aureis. Aue maria gratia plena. ꝛ tunc confuſi receſſerunt. Tunc iudex precepit aīam ad corpus redire ꝛ vitam in melius commutare: qđ ꝛ fecit.

¶ Nomē Marie eſt multum dulce in ore.

¶ Exemplum. lxxi.

Juxta eccleſiam ſancti ſeuerini in colonia incluſus q̄dā habitabat. hūc cum matrone ciuitatis viſitarent: ꝛ vna ei confeſſa fuiſſet ꝙ dn̄e noſtre dicere non poſſet ſine mira quadaꝫ dulcedine cā tante grē requiſita: ait. Singulis dieb⁹ in honore eius quinq̄ꝫ Aue maria cū totidem venijs dicere conſueui per que tantaꝫ dulcedineꝫ merui: vt ois oris mei ſaliua tēpore orationis in mel videbatur cōuerſa. qđ cum audiſſet iaꝫ dictus incluſus exemplo deuote femine per hebdomadam angelicam ſalutationem prefato modo, ꝛ numero compleuit: ꝛ ecce tantam dulcedinem ſentire cepit in illius dulciſſime ſalutationis prolatione in ore ꝛ in gutture: vt mellis dulcedinem longe tranſcenderet chriſti dulcedo.



¶ Maria liberauit peccatricem a damnatione. ¶ Exemplum. lxxij.

Fuit quedaꝫ peccatrix ꝛ mulier que nunq̄ꝫ aliqđ bonū fecerat niſi quod diebus ſingulis beatam virginē ſalutabat angelica ſalutatione. ſ. Aue maria: ꝛ in vno ſabbato ad laudem ꝛ gloriaꝫ ei⁹ vnā miſſam cōparauit. Hec autem dum eſſet vicina morti dixit dn̄a regina ꝛ mater lꝫ nūq̄ꝫ aliquid boni fecerim: tñ confido miſericordie tue: ꝛ commendo tibi ſpiritum meum. Venerunt autem demones volētes accipere animam eius venit ꝛ mater miſericordie et animā eius accepit: ꝛ inſtāter demones dixerunt. Noſtra eſt. Maria dixit. Neſcitis qꝛ me quotidie ſalutauit angelica ſalutatione ꝛ ad honorem meū miſſaꝫ cōparauit ꝛ in agone mihi animaꝫ commēdauit. Illi dixerunt plurima crimina ꝯmiſit: quibus Maria dixit qđ illa anima nunq̄ꝫ dānaret᷑ que mihi ſeruierit, ꝛ qui animā ſuam mihi committeret que demones aufugit ꝛ animam ſecum letanter duxit.

¶ Nomen marie demones nō poſſunt audire.

¶ Exemplum. lxxiij.

Incluſa quedaꝫ diu a demone ſub ſpecie āgeli illudebat᷑. non eñ ſibi data fuit diſcretio ſpūum, diabol⁹ ſepi⁹ atq̄ꝫ ſepi⁹ falſa circunfuſus claritate apparuit, ꝛ feminā ſimplicem familiarius alloquens miro modo ludificauit. Requiſita v̄o a confeſſore ſuo qūo. Cui rñderet optime ſacerdos ſicut vir prudens rōnis eius fiduciā conſiderans cauſam inquiſiuit. Cui cū confiteret᷑ ꝙ ab angelo dn̄i frequenter viſitaret᷑, ſciens ille dicente apoſtolo angelū tenebraꝝ traſfigurare ſe in angelū lucis rñdit. Qñ angelus denuo te viſitauerit dices. Rogo te domine mi, vt dn̄am noſtrā mihi oſtendas ꝙ ſi fecerit viſa ea genua flectes, et dices. Aue maria, ꝛ ſi tunc ſubſtiterit, fictio non eſt: ſin autem ſcias te ab illo illudi: qđ cum feciſſet ſicut edocta fuerat, ait diabolus vt quid deſideras eam videre: ſufficere dꝫ tibi preſentia mea. Illa fortius inſtante, virgo quedā mire pulchritudinis ſe oculis ei⁹ ſubiecit: qua viſa mox ad pedes eius ſe prouoluit dicēs Aue maria ꝛ in turbinem fantaſma reſoluitur: quaꝫ inimicus euaneſcēs in tātum terruit vt amens effecta vix poſt annum ꝛ dimidium ſenſum vt prius recuperaret. Vides ne q̄nti ponderis ſit nomē marie. hec Ceſarius.

¶ Aue maria fugat demones.

¶ Exemplum. lxxiiij.

In opido ciuitate dioceſis Colonien. ſacerdos q̄dam nomine petrus euſdē eccleſie vicarius. Iſte neſcio quo dei iudicio in camere ſue oſtio ſe ſuſpendit cuius cōcubina nomine adheiheidis tam horrēda eius morte territa ſeculum deſeruit: et in cenobio quodam ſanctimonialiuꝫ religionis habitum ſuſcepit. Die igitur quadam dum ſtans in dormitorio de feneſtra proſpiceret contemplata eſt iuuenē demonem ſtātem iuxta puteum muro dormitorij contiguum qui ea vidente vnū pedem ſuper lignum quo puteus ambiebatur poſuit ꝛ altero quaſi volādo ad ipſam in feneſtram depoſuit. Quem cum extenſa manu per caput rapere conaret᷑ territa retrorſum cecidit: ꝛ exclamauit pene exanimis facta: audito ergo clamore accurrerūt ſorores in lectum ſuum illam reclinantes. recedentib⁹ autem illis cum paululum reſpiraſſet ſola ꝙ iaceret: demon iterum affuit ꝛ verbis q̄buſdaꝫ amatorijs eam ſolicitare cepit. cui cum contradiceret intelligens eum negligens malignum ſpiritum reſpondens ille dixit. Bona adhelheidis noli ſic dicere cōſenti mihi ꝛ ego faciam te habere virum honeſtū: probū: nobileꝫ: atq̄ꝫ diuitē: quare fame te crucias in hoc paupere loco vigilijs: ieiunijs: alijſque multis incommodis ante tempus te interficiendo: reuertere ad ſeculum, vtere delitijs quas deus homini creauit nihil tibi me duce deeſſe poterit. Tunc illa, Doleo quod te tam

diu ſecuta ſum non acquieſcã tibi. Et hec verba audiẽs demon diſparuit. Deinde cũ ſpiritus ille nequiſſimus die noctuq; eſſet ei infeſtiſſimus ſuaſerũt ei quedã ex ſororibus vt aquam benedictã ſemper paratã haberet: quo veniẽte aſpergeret: alie vero vt eundẽ ſi aquam non haberet thuriſicaret. Omnia quidẽ hec tentauit: ſed modicum ei profuit. Nam quotiẽs contra eũ ſignum factum vidit: aut aſperſionẽ: ſiue etiam thuriſicationẽ ad modicum quidez ceſſauit at mox rediit: tunc vna alia etate maturior ac prudẽtior ſuaſit ei quatenus demonem propius accedere ſineret. Et tũc alta voce ſalutationem angelicaz in eius faciem iacularetur. Quod cum feciſſet diabolus quaſi ſagitta eſſet percuſſus vel turbine impulſus aufugit: nec vnq; propius ei ex illa hora accedere preſumpſit.

¶ Nomini Marie flectere debemus genua. ¶ Exemplum. lxxv.

Miles quidam intrauerat ordinez ciſtercieñ. Et cum infirmatus grauiter fuiſſet cepit deſperare ꝓpter multitudinẽ peccatorũ que in ſeculo ante ingreſſum ordinis cõmiſit. Et cum ſic poſitus fuiſſet in anguſtia: clamauit ad beatam virginem que apparens ei conſolata eſt eum. Qui letificatus ꝛ mutatus eſt. Et cum requireretur ab abbate de tali ſubita mutatione: narrauit ei quomodo beata virgo maria ſibi apparuit. Et abbas admirans cepit querere ſi vnq; aliquid boni feciſſet propter beatam virginẽ. Et ille dixit. Nunq; omiſi quãdo audiui nomẽ eius quin flecterer genua mea ob reuerentiam glorioſe virginis Marie ꝛ ſic ſaluatus eſt miles.

¶ Per nomen Marie vincitur diabolus. ¶ Exemplum. lxxvi.

Puelle cuidã in domo patris diabolus in forma multiplici apparens ſepe fereq; eam adduxerat in amentiam: et ipſa ꝓpoſuerat conuerti ad ordinẽ ciſterciẽñ. Nocte apparuit ei diabolus ſuadens ei mundi delitias: volens eã auertere de religione predixit ei omnia incõmoda religionis. Illa reſpõdit. Quid mihi erit ſi in delitijs quas mihi promittis mortua fuero. Ad quod verbum diabolus tacuit ꝛ rapuit puellam ꝛ conabatur precipitare de feneſtra. Que cum diceret ſalutationem angelicam: diabolus dimiſit illam dicens. Si ieris ad religionem ſemper tibi aduerſabor: ꝛ ſi hac hora illam mulierem non nominaſſes occidiſſem te: hoc dicto virginem valde cõprimens in carnem tranſmutatus: et exiliens de feneſtra non comparuit.

¶ Pulchritudo virginis Marie. ¶ Exemplum. lxxvij.

Frater quidã ordinis predicatorũ deuotus qui habuit plures fratres in conuentu ſuo qui erga beatã virginẽ in orationibus deuoti erãt. Accidit autẽ vt quidã magis ſedulus ſuccedẽtibus alijs vel ad ſtudium vel ad quietẽ ipſe dies quoq; et noctes cõtinuauit in precibus virginis Marie. Ipſe eñ meruit ab illa ſolatiũ obtinere ꝛ contigit vt eo ſolo in eccleſia remanente vidit glorioſam virginem Mariam ſuper altare cũ filio ſuo in maxima claritate. hec vt vidit frater timuit ne eſſet fantaſma. Dixit ergo cum magna reuerẽtia ꝛ humilitate cordis. O glorioſiſſima mater ꝛ dña non ſum dignus ſolus videre quod video rogo ſuppliciter vt ſi vere es mater xp̄i vt appareas ꝛ conuẽtui in quo ſerui ſunt veri ꝛ gratie tue feruẽtiſſimi dilectores. Hec vt dixit mater pietatis annuit ꝛ toti conuentui in magna claritate apparuit. Referebant autem fratres qui hoc viderunt ꝙ nihil iocundius nec clarius videri poſſit a mortalibus oculis ꝛ fratres flentes inſiſtebant ꝛ orabant benigniſſimã matrem: vt ſecũdo ꝛ tertio eis ſic appareret vt primo: ne forte primo fuiſſet diabolica illuſio in nomine ſancte Marie ꝛ indiuidue ſancteq; trinitatis fratrum precum inſtantia fugaretur. At quoniã nulla chriſti cõuẽtio vel matris chriſti ad belial, ſecundo et tertio ſecundum formam ſepius dictã toti ſe conuentui glorioſa dei genitrix demonſtrauit. Facta autem ſunt hec in initio ordinis predicatorum: vt tali ac tam ſpeciali miraculo



miraculo regina miſericordie ſibi deditum ordinem cõprobaret. hoc Guil.

¶ Quidam vidit pulchritudinẽ marie et perdidit vnum oculum. ¶ Exemplum. lxxviij.

Quidã clericus pariſius beatiſſime ꝟgini multũ deuotus qui ardenti animo diu deſiderabat videre pulchritudinẽ ꝟginis marie. poſt multa tẽpora angelus dñi ex parte virginis marie deſtinatus ſalutauit clericuz ei dicens. Dña mea maria quẽ eſt dña angelorũ ꝛ hominum: regina celi ꝛ terre exaudiuit orõnez tuam: ꝛ mandauit tibi ꝙ tali die ꝛ hora veniet ad te: ꝛ videbis eaz: ſz ſcias ꝙ ſi eã videbis amplius cecus eris. Ad qđ cleric⁹. Libenter volo perdere lumen vt ipſam ſemel videre merear: cum autez audiſſet angelum cepit ille ſolicitus eſſe ꝛ cogitare. qđ vltra facies poſtq; oculos amittes: tũc nõ poteris lucrari ſcribendo panẽ tuũ: ſz oportebit te eſſe amplius miſerũ ꝛ mendicum. Et poſtmodum cogitauit in ſeipſo: ꝛ dixit. Qñ beata maria venerit vnũ oculum aperiam ad videndum eã: ꝛ aliũ claudã: ꝛ ſic vnũ oculũ tñ amittã: ꝛ ſi vnus oculus mihi remanſerit ſufficiet mihi. Cũ aũt poſtea glorioſa virgo apparuiſſet ꝛ tantã pulchritudinem ꝛ claritatẽ aſpexiſſet ꝙtã vnꝙ verbis exprimi vel etiaz corde cogitari poſſet ꝛ cum manũ alteri oculo ſuppoſuiſſet ne cũ illo videret illã: ꝛ cũ poſtea manũ deponeret vt eã ambobus oculis inſpiceret: btã virgo diſparuit ꝛ eã vltra nõ vidit. Tunc vno orbatus oculo quo eã viderat: altero remanente quo eã non viderat ipſe ſe acriter arguens motus nimiũ dicebat. Heu miſer quare vnũ oculum clauſi ꝛ ambos oculos nõ aperui: vtinaz cecus eſſem vt eã plenius vidiſſem. Cũq; diu beatam virginẽ mariã exoraſſet vt eã videre poſſet iterato: qr altero libenter carere vellet: tũc miſit iterũ angelum q̃ dicebat. Mandat tibi domina angelorũm aduentum ſuum ex quo vis ꝛ altero oculo orbari. Cui ille. Etiam dñe ſi mille oculos haberem optarem perpetuo perdere dũmõ eã poſſem ſecundario perfecte videre. Cui angelus. Ipſa clementiſſima dña mandat tibi ꝙ videbis eã: ꝛ ſuperſtitem oculũ nõ amittes: ꝛ inſuper recuperabis oculum perditum. qđ non multo tempore poſt totũ ſic fuit factum ꝛ beata virgo maria apparens ei videndam ſe exhibuit: ꝛ amiſſum oculũ ei reſtituit. Ex quo poſſumus perpendere ꝙta ſit pulchritudo ꝟginis marie ꝛ ꝙ delectabile eſt eã oculis videre de qua ſanct⁹ Anſelmus in meditationibus ſuis dixit. Pulchra es maria ad intuenduz: amabilis ad amplexandum: delectabilis ad videnduz: ſumma eñ letitia poſt deũ eſt te intueri: ꝛ in tuis laudibus delectari.

¶ Quidã vidit pulchritudinẽ virginis marie ꝛ ſtatim euolauit ad celum. ¶ Exemplum. lxxix.

Quidam iuuenis erat q̃ aſſidue cogitabat ꝛ mirabatur pulchritudinem matris ieſu xp̄i ſingulis diebus ac noctibus. Cumq; vellet dormire dixit. Aue maria. Corpus ꝛ animã beate virgini commendauit orans. ſ. vt immenſam pulchritudinẽ eius mereretur in celeſti curia videre. Et cũ de mane ſurgeret cõmendauit ſe iterum beate virgini eadẽ orõne deuote eam implorando. dum autem quodã mane deuotiſſime peroraſſet: aſtitit beata virgo maria: oſtendens ei immenſam pulchritudinem ꝛ dixit. Deſideras videre meam pulchritudinem? Rñdit. O regina celorũ quãuis indignus ſum: tamen toto corde deſidero. Tunc beata virgo dixit. Conſpice decorẽ meum quo decorauit me. Et cum eam vidiſſet. Si a tua pulchritudine ſeparari debuero nunq; decetero conſolabor. Dixit Beata virgo maria ex quo affectas meam pulchritudinem iam animaz tuam de corpore ſeparabo ꝛ mecum ꝛ cum filio meo perenniter permanebis. Et his dictis anima iuuenis ſoluta eſt a corpore. ꝛ cum beata virgine maria ꝛ ab angelis in celũ glorioſiſſime deportata eſt.

¶ Imaginem beate virginis dehoneſtãtes miſere obierunt. ¶ Exemplum. lxxx.

Extra caſtrum rudulphi eſt quedam abbatia que dolis vocatur: ⁊ ſupra colūnā eccleſie ipſius eſt imago lapidea ad honorē beate virginis ſculpta. Ad quā cū quedā paupercula mulier veniret gratia orādi aderāt ibi in atrio duo probatores qui improperātes mulieri ⁊ imaginē blaſphemabant: vnus etiā lapides imaginē proijciens: vno lapide percuſſit ⁊ confregit brachium pueri Jeſu: ⁊ cū manus illa lapidea cecidiſſet: exierūt gutte ſāguinis a brachio ac ſi fuiſſet viuentis hominis: ſtatimqꝫ in eodem loco ille qui lapidem proiecit expirauit: alter vero cum vellet morientem inter brachia ſua colligere vt ei aliquod preberet adiutoriū ſtatim arreptus eſt a demonio: ⁊ in ſequēti die defunctus eſt. Etiā ſequenti die cum multa turba conueniret vt imaginem ⁊ ſanguinis fluxum videret: ipſis videntibus predicta imago ſcidit veſtimenta ſua: ſcilicet ornamentū quod circa eam erat lapideū: ⁊ collum ſuum quod firmatū erat monili lapideo: ⁊ pectus denudauit vſqꝫ ad mām̄illas pro ignominia ⁊ iniuria que illata fuerat ſibi et paruulo ſuo. Hoc factum eſt ſub anno domini. M. cc. lxxv. tēpore quo guerra erat inter Philippum regem Francie ⁊ Henricum regē Anglie. Hoc Vincen. in ſpe. hiſtoriarum libro. viij. c. xc.

¶ Saraceni non poterant mutilare imaginem virginis Marie.

¶ Exemplum. lxxxi.

Quandam ſancte Marie baſilicam ingreſſi ſarraceni omnium ſanctorum imagines q̄ in materia erant depicte baſilium ſuorum cuſpides vibrauerunt: huic oculum eruerunt: illi naſum vel pedem truncauerunt: omnes prorſus tenebratis aculeis diſſulcauerunt ad imaginē ſancte Marie titubant inſani: nihilqꝫ ſibi quāuis omnes ſeue tētantes turbare potuerunt: ſed cum maxime tentarentur viribus effuſis inuente manus erant: aut tremore irrite: aut aliūde delate. Hoc Vin. in ſpe. hiſt. lib. viij. c. quibus ſupra.

¶ Maria virgo liberauit ciuitatem obſeſſam.

¶ Exemplum. lxxxij.

Est quoddam municipium aurelianē. ciuitati proximum qđ Aue nuncupatur vbi eccleſiā in honore beate Marie virginis ciues edificauerant. Qui cum aliquando obſeſſi ab hoſtibus intra oppidū gemerent magis in dei genitricis Marie auxilio ꝙ̄ in viribus proprijs confidentes cum paruulis ⁊ mulieribus eccleſiam petierunt: ⁊ imagini ſancte Marie virginis deuote aſſiſtentes: cordis ⁊ oris clamore auxilium eius depoſcunt: completiſqꝫ precibus lachrymoſis redeuntes imaginem ſuam deferunt ⁊ ad tutelam ⁊ terrorē hoſtium in porta ſtatuerunt. Quidam autē ex ciuib⁹ ſtans in porte cuſtodia poſt imaginem mittens in aduerſarios iacula: magnam ſtragem de hoſtibus faciebat. Hūc latentem quidam aſpiciens: nequiſſime inquit mortē non effugies: nec iam tibi ſubuenire poterit effigies niſi portā deſerens vrbem aperire feſtines. Cumqꝫ vibraſſet hoſtis iaculum in ciuem illum ſagittariū: mirabile dictu imago genu erexit: ⁊ iaculo ſe obijciens illud excepit: ſicqꝫ hominē deuotum ſibi ab inimici periculo defendit: qui gaudens per virginem ſe mirabiliter liberatum ſtatim ſagittam in aduerſariū dirigit blaſphemū deiecit diſperſuſqꝫ per ora populi rumor facti miraculi ad hoſtes quoqꝫ peruenit. Clamabatur ab omnib⁹ quod ſancta dei mater pugnat pro ciuibus loci illius. Hoc audientes hoſtes pacē annuunt: eccleſiam domine noſtre adeunt et magna donaria offerentes de cetero ſe nihil loco illi nocituros ſub teſtificatione ꝑmittunt eoſqꝫ in hodiernum diem imago illa defendit: ⁊ permanet in eodem loco iaculum adhuc gerens in pollice erecto. Hoc Vincen. in ſpecu. hiſto. lib. viij. c. lxxxij.

¶ Pictorem ſuſtentauit Maria ne caderet.

¶ Exemplum. lxxxiij.

Quidam pictor diabolum cū cornibus ⁊ ceteris membris vt turpius poterat ⁊ magis horribilem depinxit. Ille vero imaginem beate Marie virginis ita decentem ⁊ ita pulchram: vt potuit depinxit diuerſis coloribus. De hoc vero diabolus iratus ⁊ inuidens feſtinanter accedēs ad pictorem queſiuit dicens. Cur enim tam horribilem ⁊ deformem: ⁊ beatam virginem Mariam tam pulchram et decentem depingeret. Qui reſpondit quod ita ſe res in veritate haberet ſicut facta pictura oſtendit. Diabolus vero iratus pictorem ab alto vbi depinxit imaginem beate Marie virginis quadam die voluit precipitare: confregitqꝫ ligna in quibus ſtabat pictor qui ⁊ caſum petijt: mox imago pijſſime virginis pictori manum porrexit: et eum ne caderet firmiter retinuit. ſicqꝫ euꝫ a demone cuſtodiuit.

¶ Imago Marie in igne illeſa permanſit.

¶ Exemplum. lxxxiiij.

Est ⁊ alia eccleſia in honore ſancti Michaelis in mōte qui dicitur tūba matris conſtituta. Contigit autē vt quodam tempore incēderetur illa eccleſia dei iudicio fulgore in eā de celo cadente. Erat autem ibidem imago beate virginis ex ligno conſtructa habens ſuper caput in modum mitre velamen. Cuꝫ igitur ignis perueniſſet ad locum vbi erat imago illa: omnia que erant in circuitu cōbuſſit. Ipſam vero imaginem quaſi expaueſcens omnino intactam reliquit: ita vt etiam velamen candidum quod geſtabat in capite odore fumi non valeret aliquatenus obſcurari: euaſit etiam ab igne vnū flabellum de pennis pauonis quoniam erat mixtum ipſi imagini. digna prorſus oſtenſio miraculi illius: quia imaginem ſuam defendit ab igne: oſtendens qđ ſibi ſeruientes ab igne eterno liberare faciliter poſſit.

¶ De imagine virginis Marie quam ſanctus Lucas fecit.

¶ Exemplum. lxxxv.

Cum imago ſancte marie virginis per manus Luce euāgeliſte necdū adhibitis coloribus deſignata ⁊ mēbrata eſſet ſubito reperta eſt imago illius admirabili decore prefulgens: vtpote non opere manuū carnalium: ſed dei omnipotētis virtute depicta. Poſt aliquod tempus illa imago nō abſqꝫ dei vt credimus nutu romā per quēdam virum deo plenum eſt adducta. Eodem tempore degebāt rome tres fratres Tēpulus Seruulus et Ceruulus: q̄ manebant in loco qui tūc tēporis dicebatur ſancte Agathe in thure quorū vni vcꝫ Tēpulo dñs apparens ait. Imaginē celeberrime virginis ab eo qui eā adducit romā acquirere ſatage: ⁊ in eccleſia que tuo adiacet oſtio reuerētiſſime ſtude collocare. Qđ ⁊ factū eſt. vnde tres prenominati fratres eo deuotius ibi vſqꝫ ad finē vite ſue habitauerunt quidā poſtea clerici inuidia excitati a papa ſergio obtinuerūt vt illa venerabilis imago in lateranēſi collocaretur palatio: ſue enim auaritie conſulentes aiebant maximā rem maximo loco collocandam. Dum ergo cū numeroſa hoīm multitudine aduenisſent ſacratiſſimāqꝫ imaginē ancille dei que ibi caſtiſſime ⁊ regulariter conuerſabātur ſingultu maximo renitentibus abſtuliſſent venerūt ad locū qui dicitur Splē: vbi ī terrificis choruſcationib⁹ ingētibuſqꝫ tonitruis diuinitus cōſternati mouere amplius greſſus nullatenus preſumpſerūt. Quo audito ſupra noīatus pōtifex nimio terrore cōcuſſus eſt adiēs locū illū reuerēter vbi manib⁹ vt creditur angelicis depicta imago detinebat omnipotētī dño aliq̄ꝫtulum ſupplicauit: ac deinde ſurgēs ab oratione per ſemetipſuꝫ eā vſqꝫ ad lateranēſe palatium baiulauit: ⁊ illic reuerentiſſime collocauit. Sequenti nocte ſtupendo ⁊ incomprehēſibili miraculo prenominata imago ad eundē locum diuinitus eſt reducta. Hoc audito iam ſuperius nominatus preſul cōperiens ad hāc ſacroſanctam eccleſiam deuotus ac diuino amore concuſſus aduenit. Cumqꝫ diligēter inquireret ab ancillis dei q̄ degebāt qua hora

vidiſſent eam nocte ad locū priſtinū reuocatam: abbatiſſa que magne proculdubio grauitatis ⁊ ſanctitatis erat ingenti premiſſo fletu ad eiuſdē apoſtolo veſtigia corruit dicens. media vero nocte dū nimis anguſtiarer ob vicine dn̄e mee ablatam figuram meroribus atqꝫ pro peccatis meis omnipotentē dn̄m erectis brachijs obſecrarē: velut aūt volatilem ingredientē atqꝫ in loco ſemetipſam ſtrenue collocantem vidi. Pontifex aūt vna cū ſuis profecto ſapiētiſſimis conſiliarijs alto mentis acumine taꝫ inſolitum non deſpiciens miraculū ſemetipm̄ in conſpectu eorū q̄ aderant culpabilem reddidit: atqꝫ in eodē loco miſſarū ſolennia deuotiſſime celebrauit: poſtea dona plurima dicte domui oīpotentis liberaliter tribuit atqꝫ pro continuandis luminaribꝰ eiuſdem eccleſie ſufficiens oleum cōſtituit venerande illi imagini oī tempore per miniſtros lateranē. palatij miniſtrauit.

De ſalue regina ⁊ proceſſione poſt completorium.

Exemplum. lxxxvj.

BOnorum emulus diabolus qui vniuerſorū dn̄m non timuit aggredi bononie ⁊ pariſius vbi cum maxime impugnabant fratres predicatorum ordinis per ſe ⁊ ſuos ſatellites eſt aggreſſus. Nā ſicut dixerunt q̄ tunc p̄ntes fuerunt huic fornacē ardentem ſuper ſe cadentē mōſtrabant: illi formā delicate mulieris amplectētis ſe p̄ſentabāt: huic aſinū cornutū illi ſerpentē ignitum offerebant: alij alia ludicra ⁊ verbera inferebant intm̄ vt ꝓpter nociuum fantaſma ⁊ demonū illuſione viciſſim cogerētur fratres cuſtodire vigilias noctis ſup alios quieſcentes. Inſuper et aliqui in freneſim cadebant: ⁊ alij horribiliter vexabant. Ad ſingularem vitā ergo ſpem in Mariā potentiſſimam ⁊ pijſſimam cōfigētes fratres ſtatuerunt vt in honore eius poſt cōpletorium fieret ſolennis proceſſio cū Salue reginā. Statiꝫ ergo ſunt fugata fantaſmata ⁊ vexatione curati. Et frater q̄dam filiꝰ cuiuſdam regis qui inſanus erat fuit pleniſſime liberatus. Et tūc omnia ꝓſpere ordini proceſſerunt bene placitam aūt deo ⁊ matri ſue eiꝰ hmōi ꝓceſſionē concurſus populorū cleri deuotio: dulces lachryme: pia ſuſpiria ⁊ admirande viſiones declarant. Multi enī viderunt qui ⁊ dixerūt fratribꝰ ad altare beate virginis egredientibꝰ ipſaꝫ virginem cū multitudine ſupernorum ciuium a ſummo celo progredi. Et dum ad iſtud ꝟbum dulcis maria inclinarent ipſaꝫ illis inclinantibus pariter inclinare: ⁊ ipſis regredientibus ipſam ad celū reuerti.

Auicula attulit Salue regina.

Exemplum. lxxxvij.

CUm Salue regina primo veniſſet ad notitiaꝫ: ⁊ in loco quodam illud plures dn̄e decantarent ⁊ quedam dn̄a ex deuotione eandem antiphonā cantare affectaret: ⁊ ecce vna dierum quedā auicula illam attulit in quadam cedula ante ſcripta ⁊ volauit in locum oratiōis ipſiꝰ. Illa vero multū exhylarata grās egit btē virgini Marie toto corde.

Populus conſueuit concurrere ad Salue regina.

Exemplum. lxxxviij.

IN Lombardia vbi dum a fratribus de beata ꝟgine Salue regina more ſolito cantaretur: ⁊ peruentū eſſet ad locum illum vbi dicitur. Et Jeſum benedictum fructum vētris tui ⁊c. ⁊ affectus plurimorum aſtātiū eſſet accenſus gratia ſpirituali: ecce beata virgo vna cuꝫ filio ſuo apparuit di. O dulciſſimi filij pſallite feruenter ⁊ laudate: q2 Jeſum filium meum in preſenti ⁊ in futuro vobis oſtendam: ⁊ cum hoc dixiſſet puerū pulcherrimū oñdit eis. Qd̄ cum rector chori vidiſſet cunctis videntibus raptus fuit in extaſim ita ꝙ oportuit eum afferri ⁊ diutiſſime iubilabat. hoc miraculum propter humilitatem annis plurimis reuelare diſtulerunt. Poſtquam vero patefactum eſt ad gloriam ⁊ honorem virginis glorioſe. Tunc confluentibus quamplurimis ſiue eſſent hoſpitibus vel alijs officijs occupati: tamen Salue regina noluerunt negligere: ſed inſtanter ad eam ſalutandā currebant ab ea reluctationis lucrum feliciſſimum ſperantes promereri.



Salue regina valet contra tonitrua.

Exemplum. lxxxix.

QUidam ſacerdos ad omnes horas ſuas dicere conſueuit illaꝫ antiphonam: Salue regina. Et cum quadā vice campum tranſiret ⁊ quandā incluſam viſitaret iuxta eccleſiam ſolitariā habitantē: facta ſunt tonitrua tam valida vt vires ambulandi ſibi adimerent. Venientes tandem cum multo labore ac timore ad eccleſiā intrauit ⁊ corā altari ſe proſternēs pro ipſa tempeſtate dominam noſtram virginem Mariā interpellauit. Et ecce matrona virginei vultus miriqꝫ decoris cum allocuta eſt dicens. Quia antiphonam Salue regina libenter ac frequenter decantas: nunq̄ꝫ tonitrua neqꝫ fulmina quorum timore ſepius affligeris te ledent ſicqꝫ ad altare rediens in oculis ſuis diſparuit. ⁊ ſtatim intellexit: quia ipſa eſſet clemens pia ac dulcis Maria. Hec Ceſarius.

Mulieres parturientes debent dicere Salue regina.

Exemplum. xc.

MUlier que cum ſeptem diebus partus diſcrimina ſuſtineret: ⁊ iam verſa in nigredinem derelicta fuiſſet ab oībꝰ votū fecit beato Franciſco ⁊ eiꝰ cepit moriens auxiliū inuocare. Emiſſo autem voto celeriter obdormiuit: viditqꝫ in ſomnis beatum Franciſcum dulciter ſe alloquentem ac requirentem vtrum faciem eius cognoſceret ⁊ ſi antiphonā virginis glorioſe: ſcilicet Salue regina ad honorem virginis recitare ſciret. Qua reſpōdēte ſe habere notitiā vtriuſqꝫ. Incipit ſanctus Frāciſcus antiphonā illam virginis glorioſe; ſcilicet Salue regina. Que cum illum precatur fructum quem virgo peperit: continuo a cunctis liberata preſſuris infantem peperit ſpecioſum gratias agēs regine celi que per beati Franciſci merita ipſius dignata fuit miſereri.

Salue regina valet homini in extremis.

Exemplum. xcj.

ERat quidā canonicꝰ regularis dum ille ageret in extremis: timuit quidē illud Eccli. ix. Neſcit hō vtrum amore vel odio dignus ſit: tamen nullatenus diſparuit. Quem beatiſſima virgo Maria viſibili forma dulciſſimis verbis alloquitur dicēs. Ne timeas nunq̄ꝫ damnaberis: imo ſicut me per antiphonā Salue regina ſepius honoraſti: ſic per me in regno filij mei mecum et omnibus ſanctis coronaberis. Quod cum fratribus ſuis letanter referret viſionis veritatem per ſequentē rei certitudinem probauit: quia in proximo cuꝫ magno tripudio expirauit: huius gratie particeps erit omnis homo qui ipſam priuatim vel in publico per hanc antiphonā: ſcilicet Salue regina ſtuduerit collaudare.

Officium Salue ſancta parens: quare dicendum eſt poſt diei officium.

Exemplum. xcij.

IN ordine chartuſienſium olim fuit tentatio deo permittēte qd̄ vix aliquis poterat ordinē ſuſtinere. Qui ieiunio indicto deuotis orationibus domino ſupplicabant vt eis remediū aliquod efficax oſtēdere dignaretur. Ecce cuidam patri ſanctiſſimo diuinitus eſt reſponſum vt officiū Salue ſancta parens poſt diei officium diceretur: quod cum fieret omnis tentatio tunc ceſſauit ⁊ ordo prefatus in ſuo vigore permanſit. Unde multi religioſi eadē ſpe ipſum officium frequenter ſolebant dicere ⁊ dicunt.

Sacerdos quidam non ſciuit aliā miſſam niſi de beata virgine.

Exemplum. xciij.

FUit quidā ſacerdos idiota nullaꝫ ſciēs miſſam niſi de beata dn̄a maria. Et cū de illa quotidie celebraret: ⁊ de hoc accuſaretur prohibitus eſt ab epō decetero non celebrare aliquā miſſaꝫ. Qui cum eſſet in tribulatione ⁊ egeret beatamqꝫ virginem inuocaret: illa ei apparens ait. Vade ad epiſcopum dic ei ex parte mea vt tibi reſtituat officium tuum. Re-

ſpondente ſacerdote. Dña noſtra ego pauper ſum ⁊ deſpecta perſona: nõ me exaudiet neq̃ mihi patebit acceſſus ad eum: beata ỹgo adiunxit. Uade ⁊ ego viã tibi preparabo. ⁊ ille. O dña ỹgo maria nõ credet verbis meis. Rñdit illa. Dices ei pro ſigno ꝙ in tali hora ⁊ in tali loco dũ cilicium ſuũ reſarciret: ego illud ex parte vna tenebaꝫ adiuuans eũ: ſtatim credet tibi. Mane ſine impedimẽto ſacerdos intrãs ad epm et beate dei genitricis deferens nunciũ. Cuꝫ ille diceret. Uñ credã te ab ea miſſum. predictum ſignũ de cilicio ſubiunxit. Quo audito beatus pontifex ſtupens ſimul ac pauens rñdit. Ecce reddo tibi vt tñ miſſam de dña noſtra btã ỹgine maria celebres: ac frequentes: ⁊ ora pro me ſemper.

## De die dominico.

### Exemplum. xciiij.

Notandum eſt ꝙ ſicut dies dñica dedicata eſt reſurrectiõi: ⁊ ſexta feria paſſioni dñi: ſic dies ſabbati dedicata eſt glorioſe virgini marie: ⁊ hoc multiplici rõne. Prima eſt: q᷑ paſſio ſanctoꝝ conſueuit in aliquo die celebrari. Beata aũt virgo et ſi non eſt paſſa martyriũ carnis: paſſa tñ fuit martyrio mentis. iuxta illud Lu. ij. Tuaꝫ ipſius animã pertranſibit gladiꝰ doloris. Et illud martyriũ fuit in ea cõtinuatũ per totam ſextã feriam: ⁊ in ſabbato ſequenti. Sexta autem feria dedicata eſt martyrio filij: ⁊ ideo ſequens ſabbatuꝫ dedicari debuit martyrio matris. Scḋa rõ: q᷑ ſicut die ſabbati deus requieuit ab oĩ opere ſuo: ſic xp̃s intrans marie vterũ requieuit in eiꝰ ventre ⁊ mente. In nullo eñ alio ſpũſſanctus requiẽ plene habuit: niſi in xp̃o ⁊ virgine maria: q᷑ in alijs ſanctis habuit aliqḋ repugnãs ſaltẽ peccatũ veniale: in xp̃o aũt ⁊ ỹgine maria nihil repugnans inuenit: ⁊ ideo perfecte ibi requieuit. Tertia rõ eſt: q᷑ deus diem ſabbati benedixit ſic beata virgo fuit ab omnibus benedicta. Naꝫ pater eã elegit in filiam: ⁊ filius in matreꝫ: ſpiritusſanctus in ſponſaꝫ. Et ab ãgelo benedicta eſt: q᷑ eã ſalutauit. Et a toto mundo qui eam veneratur ⁊ laudat. Quarta ratio: q᷑ ſabbatũ eſt medium inter diem gaudioſam. ſ. diem dominicam: ⁊ penoſam ſcilicet ſextã feriam: ſic ipſa mediatrix inter deum ⁊ hominẽ. Quinta ratio q᷑ in die ſabbati tota fides perijt ⁊ in ſola virgine remanſit: ⁊ ideo merito hec dies ſibi dedicata fuit.

## Quomodo beata virgo Maria iuuat hominem in vita

### Exemplum. xcv.

Legitur in dialogo Ceſarij ꝙ iuuenis quidam cuiꝰ pater moriẽs multas diuitias dimiſerat: qui tñ ſtudebat torneamentis ⁊ vanitatibus mundi in veſtibus ⁊ in eq̃s: vt omnia bona ſua effunderet ⁊ cuidã militi iuxta ſe manenti multa vendidiſſet ⁊ loco pignoris expoſuiſſet: ille voluit recedere de terra ſua. Et villicus videns eũ triſtem ait. Dñe quare eſtis triſtis vultis diues fieri. Rñdit. Libenter vellẽ: ſi cum deo poſſem habere diuitias. rñdit villicus. Sequimini me: ⁊ bene erit vobis. et ſtatim dominus ſecutus eſt ſuũ villicũ: ⁊ duxit eum per quoddã nemus in locũ paluſtrem vbi cepit loqui cuꝫ diabolo villicus. Territus dñs queſiuit ab eo cum quo loqueretᷣ. Reſpondit. Cum diabolo. Et iuuenis plus timuit. Et ait villicus diabolo. Adduxi vobis hominem nobileꝫ: ſupplico vt eũ antiquis diuitijs reſtituatis. Cui diabolus. Si voluerit mihi eſſe deuotus: ego dabo ei diuitias ⁊ honores ſup omnes cognatos ⁊ vicinos ſuos. Cui villicus. Libenter erit ipſe vobis obſequioſus ⁊ fidelis: ſi habuerit iſta. Cui diabolus dixit. Oportet eum abrenunciare altiſſimo. Quod cuꝫ iuuenis renueret: dixit villicus. Quid timetis proferre vnicum verbum dicendo: abrenũcio. Tãdem iuuenis indutus ſuaſu villici abnegauit altiſſimum. Cui diabolus. Adhuc opus imperfectum eſt: ẽt abrenũciare debet matri altiſſimi. Illa eñ eſt q̃ nobis maximum dãnum infert. Quos eñ filius per iuſtitiaꝫ perdidit: per miſericordiã ⁊ indulgentiam adduxit. Ad qḋ iuuenis multum expauit. ⁊ turbatus ſupra modũ reſpondit. Hoc nunq̃ faciam. Quare (inquit villicus) feciſtis qḋ maius fuit? Facite ergo ꝙ minus: abnegaſtis creatorem: abnegate nũc ⁊ creaturam: at ille. Ego nunq̃ eam negabo: ⁊ ſi deberem ꝑpetuo mendicare, ⁊ ſic imperfecto opere redierũt: ⁊ in itinere venerunt ad quandam eccleſiã ſemiclauſam in quã iuuenis exiliens de equo intrauit: equum committens villico. Et ante ortũ aurore ante altare beate virginis tenentis filiũ in vlnis: cepit eã inuocare intimo corde. Erat autem ſuper idẽ altare imago ipſius: ⁊ ipſum puerũ in ſinu habens. Et ecce meritis ipſius preclariſſime ſtelle maris verus lucifer oriri cepit in corde ſepedicti adoleſcentis. Tandem ei dñs propter honorem matris quã non negauerat: donare dignatus eſt contritionem vt pre fletu rugiret: ⁊ pre planctu eccleſiam clamoribus repleret. Eadẽ hora ſuperuenit miles ſupradictus: qui bona ſua in vadio habebat: et vidit oſtium eccleſie apertũ putans ibi diuina celebrari ſolus intrauit; inueniensq̃ iuuenem coram altari ſibi bene notũ lachrymantem: ⁊ putans ꝙ defleret ſuã paupertatẽ: retro quandã colũnam latenter receſſit: rei exitũ expectãs. cũq̃ inſtanter inuocaret beatam virginẽ iuuenis: ⁊ nõ auderet inuocare deum altiſſimum quem negauerat. Utroq̃ audiente; beate virginis imago locuta eſt filio ſuo quẽ tenebat in vlnis in hec verba. Dulciſſime fili miſerere huic homini. Puer vero nihil matri reſpondit; ſed faciem ab ea auertit. Cũq̃ iterum rogaret filium pro hoĩe: puer matri dorſum vertit dicens. Homo iſte negauit me: quid ei faciam. poſt hec verba imago beate virginis ſurrexit: puerũ Ieſum ſuper altare poſuit: eiuſq̃ pedibꝰ prona ſe proſtrauit: et ait. Rogo fili vt ꝓpter me dimittas peccatũ. Mox infans matrem eleuans: reſpondit illi, Mater: nũq̃ aliquid tibi negare potui: ecce propter te totũ dimitto; ſurgenſq̃ iuuenis exiuit de eccleſia triſtis quidẽ de culpa ſua: ſed hylaris de indulgentia. Exiuit quoq̃ poſt eum ſupradictus miles latenter: ⁊ quaſi rem ignoraret queſiuit quare tam humidos haberet oculos. Rñdit. De vento eſt. ⁊ ille. Domine nõ me latet cauſa triſtitie: habeo vnicã filiam ſi vultis eã ducere in vxorẽ: omnia veſtra vobis cũ illa reſtituam inſuper et diuitiarũ mearum heredẽ vos conſtituaꝫ. Ad hec iuuenis letus effectus reſpondit. Si hoc facere dignaremini: plurimũ mihi placeret. Reuerſus itaq̃ miles ad vxorem ſuã: rem ei per ordinẽ retulit. Cõſenſit illa. Celebrantur nuptie. Iuueni ſub nomine dotis omnia bona ſua reſtituuntur. ⁊ iuuenis iſte poſtmodũ omnibus diebꝰ vite ſue regratiabatur beate virgini marie et ei fideliter vſq̃ ad mortẽ ſeruiuit: q᷑ per eam inuenit remiſſionem peccatorũ ſuorum: inſuper etiã conſolationẽ temporalium bonorum.

## Maria ſubuenit homini in morte: ⁊ quare merito ſabbatinis diebus virgo glorioſa a quolibet homine eſt honoranda.

### Exemplum. xcvj.

Legitur in dialogo Ceſarij quod in vicina ciuitatis Tridentine ſylua eſt in qua latro nominatiſſimus verſabatur a quo multi depredabãtur: ⁊ qui ſe defendere voluerũt nec potuerunt: occidebantur. Hic tamen cum quodam die monachum quendam ordinis predicatorum obuiam haberet ſperans quod pecunias haberet et portaret ait latro. Niſi voluntarie ſequaris me occidam te. Quem cum monachus ſequeretur ⁊ quereret in via quis eſſet: vel quid operis haberet rñdit ille. Ego ſum latro ille famoſus: nomẽ ſuum exponens. Cui cũ monachus diceret: iam incipitis caneſcere: nõ timetis periculum anime veſtre? rñdit. Non pluſq̃ pecus: et tacuit monachus. Ueniens aũt in ſpelũcam illius: ait intra ſe ſi poſſem hominẽ hunc cõuertere: magnũ preſtarem deo obſequium. Dixit ad latronẽ. Si licet mihi aliq̇d interrogareve? Rñdente illo: licet. monachus ſubiunxit. Qualis extitit vita veſtra a principio? rñdit ille. Peſſima. quãdo puer eram cũ omnibus ſocijs meis contendebam: factus adoleſcẽs furto operã dedi: deinde in virũ ꝓficiſcẽs: latrocinia exercui in quibꝰ

adeo profeci vt hodie caput et magiſter ſum omniũ latronũ huius prouincie. Ad quē monachus Nunquid timetis penas eternas: hm̄oi operibus preparatas? Dicente illo. De anima mihi nulla queſtio eſt qꝛ perdita eſt. Monachus rñdit. quid ſi poſſem vobis oſtēdere viam ſalutis velletis mihi acquieſcere an non? Ait latro. Etiā conſentirē. ⁊ ille. Ieiunate vnā diem in hebdomada ĩ honore ſancte genitricis dei marie ⁊ nullũ eodem die ledatis: pro certo qꝛ gratiā obtinebitis apud eius filium. reſpondit latro. Hoc reuera faciam. etiā voueo ꝙ nihil eadē die comedā: nullũ depredabor: nullum ledam. Elegitqꝫ diē ſabbati nihil in illo mali operans: immo plurimos de ſociorũ manibus depredandos ſiue occidēdos ob honorem virginis marie eripuit. Eodem die Tridētini per circuitum ab hoſtib⁹ infeſtabantur: et exeuntes ſatellites ciuitatis cũ hoſtes die ſabbati inſequerentur iam dictũ latronē inermem ꝓpter ſabbatum cũ ceteris ceperunt: ⁊ cũ eſſet fortiſſimus nō ſe defendebat cũ caperetur: nec ſe excuſabat: nec loqui voluit interrogatus cum duceretur. Veniens in ciuitatē mox eſt cognitus: et patibulo adiudicatus eſt. Nutu tamē dei (vt creditur) ſuper pulchritudine corporis eius iudices moti in hoc conuenerunt vt prouincia abiurata viueret. Quod cũ ille abnueret ⁊ diceret. Nō faciam: melius eſt enĩ vt hic peccata mea luam, q̄ȝ in futuro. Rñderunt. Sine tñ vt decolleris. Nec curo (inquit) qualis ſit pena dummodo occidar. at illi. Vis vt tibi vocetur ſacerdos? rñdit. Non eſt neceſſe: omnes enim xp̄iani eſtis: omnib⁹ vobis peccata mea queuncqꝫ in hac p̄ſenti vita cōmiſi confiteor. Qđ cũ feciſſet contritionē: nunqꝫ aliqđ boni feciſſe deteſtatur: preter illud ieiunium qđ a monacho didiſcerat ſicqꝫ extra ciuitatem ductus decollatus eſt. ⁊ in eodē loco ſepultus eſt. Eadem nocte vigiles portarũ circa eius tumulũ luminaria celitus emiſſa viderũt quinqꝫ enĩ matrone corpus eius effodientes: ⁊ caput corpori adaptantes: poſuerũt in feretro mire texture: purpura ſuperpoſita ex quibus quatuor ſingulas cādelas ardētes in manib⁹ habētes: per quatuor partes feretrũ tollētes. Quinta que clariſſima omniũ erat cũ candela ſequente ad portā ciuitatis vſqꝫ venerunt: corpus ibi deponētes. Cuſtodes itaqꝫ iſta vidētes timuerũt: putātes eſſe fantaſma: quib⁹ vna illarũ dicebat. Dicite ep̄o veſtro vt capellanũ meum vobis decollatũ in tali loco eccleſie honorifice ⁊ reuerēter ſepeliat. Minas addens ſi negligeret: nominauit ſe eſſe mariā. Mane vero cũ hec ep̄o nũciata eſſēt: cũ clero ⁊ ꝑpl̃o exiēs purpurā depoſuit: caput preciſum corpori vnitũ videns expauit: texturam purpure humanũ artificium excedētem admirans relatis credidit: hominemqꝫ cũ timore et honore maximo nō vt latronē: ſed vt xp̄i martyrē loco deſignato ſepeliuit. Ab illo legitur t̄pe vſqꝫ hodie vix aliquis adultus inuenitur in illa prouincia qui eius exemplo diem ſabbati in honorē domine noſtre non ieiunet.

¶ Maria ſubuenit homini etiā qñqꝫ poſt mortem. ¶ Exemplum. xcvij.

FUit in Britānia iuuenis quidam nobilis qui q̄uis ſeculo deditus tñ beate virgini fuit deuotus in hoc ꝙ ei ſingulis diebus terquinquagenas ſalutationes perſoluit. Qui infirmatus ad extrema perductus eſt. Cumqꝫ diu iacuiſſet mortuus: reuixit: ⁊ mulieri accidenti ſibi clamans dixit. Cito voca ſacerdotem. Sacerdote adueniente corā omnibus confitebatur dicēs. Ego fui raptus ad tribunal xp̄i: ⁊ cũ tribus maxime accuſarer a demonibus ferri deberet ſentētia cōtra me: piiſſima mater xp̄i rogauit filiũ ſuũ vt ad corpus redirem. locũ penitentie ſuſcepturus. qđ ⁊ factũ eſt. Unum de peccatis erat ꝙ decimas agris meis et bonis ſacerdoti ſubtraxi. Sc̄dm ꝙ piſces cũ ſocijs meis religioſis ꝑſonis fui furatus. Tertiũ ꝙ ſegetes pauperũ canib⁹ venaticis conculcaueram. Ad hec ruſtici ab eo dampnum paſſi: dixerunt. Cur debuiſtis dñe pro hoc dānari. cum vobis hec puro corde dimiſimus? At ille. Veſtra remiſſio non ſufficit mihi ad ſalutem: quia ditior eram ad ſoluendũ: q̄ȝ vos ad relaxandum hec dicens iuſſit damna reſtitui et ſic diſceſſit.

¶ Item aliud exemplum de beata virgine Maria in quo cognoſcere poteris quomodo peccatores ⁊ mali homines cōuertuntur et boni erunt per merita glorioſe virginis Marie.

¶ Exemplum. xcviij.

FUit quidam vir nobilis tyrannus tot⁹ erga ſuos ⁊ alienos. Cum ergo omnes vindictam peterent a deo de eo et hunc cōtigit infirmari ad mortem qui aduocans epiſcopum loci illius pure confeſſus eſt a quo petiuit: vt ſibi ſanitatem impetraret a deo. preſtito tamē prius iuramento quod de cetero neminez lederet. Quo conualeſcente amplius indifferenter omnes leſit. ita quod non ſolũ ei: ſed etiam epiſcopo oēs maledicerent. Poſt hec iterum infirmatus eſt ⁊ oppreſſus igne ſacro ſicut prius vt omnia eius membra arderent: ita vt de vita deſperaret. Vocauit igitur epiſcopum promittēs ſatiſfactionem de iuramento nō ſeruato vt iterũ pro eo oraret vt ſanus fieret. Qui renuit cũ indignatione recedens. Appropinquante autem morte clamauit ⁊ reſpexit in celũ ⁊ ibi vidit in aerem pendentem filium dei in cruce et matrem ſuam ſibi aſtantem ⁊ orantem pro ſe. At Jeſus ait. Mater non poſſum facere: ecce enim rurſum crucifixit me et oſtendit ei cicatrices ſanguineas. Quod videns peccator ingemuit: exclamās voce magna. O bone Jeſu ſi te crucifixi in peccatis meis: matrē tuam tamen ſemper honoraui. Jeiunauerat enĩ omni ſabbato ad honorem beate virginis Marie. Cũqꝫ ſic clamaret audiuit vocem Jeſu dicentem matri oranti. Ecce mater: dedit eum tibi. Et ſanatus eſt. Qui poſtmodum venditis omnibus ſuis reſtituit ablata: ⁊ ingreſſus clauſtrum ibi deo ſeruiuit: et beate Marie virgini vſqꝫ in finē vite ſue.

¶ Quam magna ſalus ⁊ gratia lateat in roſario domine noſtre Marie hoc patebit per ſequens ſcriptum.

¶ Exemplum. xcix.

FRater quidam ordinis Carthuſieñ. dei ⁊ eius genitricis amore compulſus vnũ ad fidelium deuotionem frequentandum cōpoſuit roſarium glorioſe domine noſtre ſancte Marie: qꝛ magna in illo ſalus ⁊ gratia latet ⁊ maior q̄ȝ hucuſqꝫ ſciuimus. Quidam enim de patribus obierat anno dñi. M. cccc xxxj. in domo Treuē. carthuſi. ordinis in ſcriptis reliquit qualiter vnus eorũ qui ſe eodem roſario exercere conſueuit deductus fuit in ſpiritu vſqꝫ ad empyreum celum vbi inter multa archana que audiuit ⁊ vidit etiam clariſſime vidit ꝙ idem roſarium preſentabatur ꝯſpectui altiſſimi ⁊ qualiter beatiſſima virgo Maria cum virginib⁹ ſuis omnes angeli ⁊ ſancti vniuerſi qui ad celum venerunt ab Adam vſqꝫ ad illud tempus omnes acceſſerunt: ⁊ omnipotenti deo gratias egerunt ⁊ benedixerunt pro illius roſarij ſanctis exercitijs que fiunt circa illud in celo ⁊ in terra orauerunt pro cunctis religioſis ⁊ deuotis hominibus qui ſe in illo exercent vt gratia ⁊ pax eis adiungatur in terris, et gloria accreſcat in celis. Item vidit et audiuit quod predicti omnes ſancti ⁊ angeli dei et ipſum roſarium deuotiſſime decantabant cum ſuis meditationibus addentes ad quamlibet meditationem ſeu clauſulam vice Jeſu xp̄i ibidem additaȝ alleluya iocundiſſimo cātu. Quotiens enim nomē beatiſſime Marie virginis ibi nominabāt: humiliter ſe inclinabant: ad nomen vero Jeſu chriſti genua deuotiſſime ſinguli flectebant iuxta dictuȝ apoſtoli. In nomine domini noſtri Jeſu chriſti omne genu flectatur celeſtium, terreſtrium, et infernorum ⁊c. Dictum etiam fuit illi clara et aperta allocutione, quod quotiens quis dictũ roſarium compleret cum ſuis meditationibus adiunctis, totiens plenam omnium peccatorum perciperet remiſſionem. Vidit etiam innumerabiles pulcherrimas: lucidiſſimas: immarceſſibiles ac odoriferas coronas que reſeruantur his qui ſe exercent deuote in eodem, Et totiens additur illi hm̄oi corona quotiens quis ſer=

tum hmōi ad laudē dei ⁊ eius genitricis fecerit ſeu dixerit. Item talia non ſemel ſʒ pluries aliquādo vna die gaudia iſta celeſtia vidit ⁊ audiuit. Et qn̄qʒ etiā in corpore conſolationē Marie ⁊ confortationem percipere ſolebat ſecūdum ꝙ in ipſo roſario deuote exercere poterat. Et lʒ ſe ī ſuis ſcriptis non nominauerit; ipſum tamen eundem qui hec ſcripſit iuſtum fore minime dubitamꝰ. Talis enim cōuerſationis fuit inter fratres tante deuotionis: patiētie literature: gratie ⁊ fortitudinis etiā in corpore: lʒ rigidius vixerit ꝙ pre cunctis hmōi meruit habere reuelationes. Sic tamen eadem que diuinitus cognouit prudenter occultare ſciuit vt cōmuni fratrum conuerſationi ſingularitatē non oſtendit: ſed ſolatioſus ⁊ cōſolatiuus cunctis extitit. Rurſum igitur deuotiſſime ſupplicamꝰ dei ⁊ ſue genitricis amatoribus quatenus vt obſtant in celis ſancti ſe in prenatorio deuote exerceant roſario: ⁊ alios doceant atqʒ diuulgent hominibus tam literatis ꝙ laicis lingua latina atqʒ vulgari. ⁊ tāto laus dei ⁊ gaudiū ſanctorum creſcat. q̄to plus illis hoc placet: ſi diffuſius fuerit deuotis intimatum hominibus.

¶ Explicit promptuariū diſcipuli: de miraculis beate virginis.

¶ Incipit tabula promptuarij diſcipuli de miraculis glorioſe virginis Marie.

Maria ſubuenit imperatrici in maximis anguſtijs. Exemplum. j.
Maria mulieri pregnanti ſubuenit. Exemplū. ij.
Maria liberauit mulierem a damnatione q̄ ſcienter obticuit pctm̄ in cōfeſſione. Exemplū. iij.
Maria ſubuenit vxori militis que ſenſum perdidit. Exemplū. iiij.
Maria liberauit monachum ebrioſum a poteſtate demonū. Exemplū. iiij.
Latro quidam ieiunauit vigilias Marie ⁊ non potuit mori ſine ſacramento. Exemplum. v.
Maria viſitauit fratres laborantes. Exēplum. vj.
Eccleſiam fabricare placet marie. Exemplum. vij.
Maria ſuſtentauit mundum. Exemplum. viij.
Maria placat iram filij ſui. Exemplum. ix.
Multitudo populi aliq̄n punitur ꝑpter delictum vnius. exemplū. x.
Imago beate Marie v̄ginis ſudauit. Exēplum. xj.
Salubre eſt honorare q̄uinqʒ dolores beate marie virginis. exemplū. xij.
Septem gaudia beate Marie virginis. exemplum. xiij.
Maria liberauit filiū cuiuſdā mulieris a captiuitate. exemplū. xiiij.
Maria liberauit puellam paruulam a lupo. exemplū. xv.
Maria preſeruauit puerū ab igne illeſuʒ. Exemplū. xvj.
Paruulus quidā xpo puer panē dedit et poſt triduū obijt. exemplū. xvij.
Maria virgo preſeruauit puerū iudei in fornace. Exemplū. xviij.
Maria virgo caſtiſſima ſuccurrebat iudee in partu. Exemplū. xix.
In epiſcopum eſt electus quidam ex iuſſu marie. Exemplū. xx.
Maria preſeruauit famulos ſuos in honore debito. exemplū. xxj.
Due ſorores que fuerunt falſe diffamate. Exemplum. xxij.
Maria liberauit mulierē innocētem a morte. Exemplum. xxiij.
Maria liberauit abbatiſſam ab infamia: Exemplū. xxiiij.
Maria preſeruauit apoſtatricem in honore. Exemplū. xxv.
Maria liberauit mulierem ab adulterio. Exemplum. xxvj.
Maria liberauit adoleſcentem a tentatione honeſte mulieris. Exemplū. xxvij.
Maria ſuccurrit homini in extremis. Exēplum. xxviij.
Maria in extremis liberauit quēdā abbatem a damnatione. Exemplū. xxix.



Heretici exciderūt ſacerdoti linguā ⁊ Maria ſibi reſtituit. exemplū. xxx.
Maria in preſentia hereticorū illuminauit cecum. exemplū. xxxj.
Maria clerico linguā ⁊ faciem reintegrauit. exemplū. xxxij.
Maria Joanni damaſceno reſtituit manū abſciſam. exemplū. xxxiij.
Maledictū a deo plagatum maria ſanauit. exemplū. xxxiiij.
Maria ⁊ ſanctus Hypolitus ſanauerunt quēdam maledicū. exemplū. xxxv.
Plaga eorum qui occiderunt hominez in eccleſia ſancte marie virginis. Exemplū. xxxvj.
Monialis leſit ſibi tibiam ⁊ beata virgo maria ſanauit. exēplum. xxxvij.
Item iuuenis quidā conſumpſit patrimonium ſuū ⁊ beata maria ſibi ſubuenit. exēplum. xxxviij.
Maria etiā pōt ſubuenire homini in periculo maris. exēplum. xxxix.
Quidā per reſponſoriū. Felix nanqʒ liberati ſunt de periculo mortis. exemplū. xl.
Incarcerati debent inuocare beatā virginem mariā. exēplum. xlj.
Theophilus qui negauit fidē ⁊ virginem mariā ⁊ beata virgo ei ſubuenit. Exemplum. xlij.
Maria ſubuenit peccatori in extrema neceſſitate. exēplum. xliij.
Maria liberauit lictorē a dānatione. exēplum. xliiij.
Maria virgo ſubuenit latroni in extremis. exēplum. xlv.
Maria virgo recōciliauit Chriſto monachum. exemplū. xlvj.
Maria virgo ſubuenit ancille que peccauit cū milite. exemplū. xlvij.
Maria ſubuenit adultere. exemplū. xlviij.
Quidā accendit candelam in honorē beate marie virginis. exēplum. xlix.
Gutta ſanguinis Chriſti prepōderat omnia peccata. exemplū. l.
Ruſticum liberauit maria a damnatione Exemplum. lj.
Quidā ieiunauit ⁊ nō potuit mori ſine confeſſione. exemplū. lij.
Fur decapitatus non potuit mori ſine ſacramentis. exemplū. liij.
Raptor decapitatus nō potuit mori ſine ſacramētis. exēplum. liiij.
Quidā ieiunauit quatuor vigilias marie. Exemplum. lv.
In extremis debemus nos recōmendare beate virgini marie. exemplū. lvj.
Quotidie debemus ſalutare beatā virginem mariā. exmplū. lvij.
Maria et beatus Petrus liberauerunt monachum a damnatione. Exemplum lviij.
Hore beate virginis deuote ſunt dicende. Exemplum. lix.
Quid orandum ſit in extremis. Exemplum. lx.
Maria liberauit aīam de portis inferni. Exemplū. lxj.
Mors diuitis viri ⁊ mors paupercule vidue. exemplū lxij.
Militē in torneamētis occiſum iuſſit Maria ſepeliri in cimiterio. exemplū. lxiij.
Clericū iuſſit btā virgo Maria ſepeliri in cimiterio. exemplū. lxiiij.
Diaconū litigioſum iuſſit btā virgo Maria ſepeliri in cimiterio. exemplū. lxv.
Scholarem a iudeis occiſum reſuſcitauit Maria. exemplū. lxvj.
Maria liberauit monialē a purgatorio. Exemplum. lxvij.
Diabolus nō potuit militē ſtrangulare: qr quotidie ſalutauit viginē Mariā. exēplum. lxviij.
Quidā cū centum Aue maria fecit crinale glorioſe virgini Marie. exēplum. lxix.
Maria liberauit clericum a damnatione. Exemplum. lxx.
Nomen Marie eſt multum dulce in ore. exemplum. lxxj.
Maria liberauit peccatriceʒ a dānatione. Exemplū. lxxij.
Demones nomen Marie audire non pn̄t. exemplum. lxxiij.
Aue maria fugat demones. Exemplum lxxiiij.
Nomini Marie debemus flectere genua. Exemplum. lxxv.
Per nomen Marie vincitur diabolus. exēplum. lxxvj.

Pulchritudo virginis Marie. Exemplum lxxvij.
Quidā vidit pulchritudinē Marie: ⁊ perdidit vnū oculum. exemplū. lxxviij.
Quidā vidit pulchritudinē Marie ⁊ ſtatim euolauit ad celū. exemplū. lxxix.
Imaginē beate virginis dehoneſtantes miſere obierunt. exemplū. lxxx.
Sarraceni non poterant mutilare imaginem beate virginis Marie. exemplū. lxxxj.
Beata virgo Maria liberauit ciuitatē obſeſſam. exemplū. lxxxij.
Pictorem ſubſtentauit Maria ne caderet, exemplum. lxxxiij.
Imago Marie illeſa in igne permāſit. exēplum. lxxxiiij.
De imagine beate virginis quā ſanctus Lucas fecit. exemplū. lxxxv.
De Salue regina ⁊ proceſſione poſt cōpletorium. exēplum. lxxxvj.
Anicula attulit Salue regina. Exemplū lxxxvij.
Populus cōſueuit cōcurrere ad Salue regina. exemplū. lxxxviij.
Salue regina valet cōtra tonitrua. exemplum. lxxxix.
Mulieres parturiētes licitum eſſet dicere Salue regina. exemplum. xc.
Salue regina valet homini in extremis, exemplum. xcj.
Officium Salue ſancta parēs quare dicēdum ſit poſt diei officium. exemplum. xcij.
Sacerdos quidā nō ſciuit aliā miſſaꝫ niſi de beata virgine maria. exemplū. xciij.
Item de die dñico. exemplū. xciiij.
Quomodo beata virgo maria iuuat hominē in vita. exemplum. xcv.
Quomodo virgo maria ſubuenit homini in morte. ⁊ quare merito ſabbatinis dieb⁹ virgo glorioſa a quolibet hoie eſt honorāda. exemplū. xcvj.
Maria ſubuenit homini qñq3 etiam poſt mortem. exēplum. xcvij.
Item aliud exēplum de beata virgine maria in quo cognoſcere poteris qūo peccatores ⁊ mali homines conuertūtur: ⁊ boni erunt per merita glorioſe virginis marie. exemplum. xcviij.
Quam magna ſalus ⁊ gratia lateat in roſari o domine noſtre marie. Exemplum. xcix.

Finit opus perutile ſimplicibus curā animarū gerentibus: compoſitum per venerabilem ⁊ deuotū Joānem herolt: ſancti dominici ſectatorē profeſſum de Tempore ⁊ de Sanctis: cū promptuario exēplorum atq3 tabulis collectū: Diſcipulus nuncupatum, Impreſſum Lugduni: impēſis honeſtorum virorū Scipionis ⁊ fratrū de Sabiano. Induſtria vo ac arte Solertiſſimi calcographi Jacobi myt.

Finis huius operis.

# Regiſtrum.

aa.bb.cc.dd. a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.
p.q.r.s.t.v.x.y.z.⁊.ꝯ.ꝶ.
AA.BB.CC.DD.EE.FF.GG.HH.II.
KK.LL.MM.NN.OO.PP.QQ.RR.
SS.TT.VV.XX.YY.ZZ.⁊⁊.ꝯꝯ.

Omnes ſunt quaterniones: dempto. dd. qui eſt quaternus.

dixe el año de 603 el milagro moralizado q esta en la hoja y sermon 162: de beata virgine

dixe el del clerigo ibi + yn margine y ju gador junto. v. sc.

---

de la ociosidad para [illegible] milagros lit. s mar
de oir sermones para [illegible] lit. f v. milagros lit. f

devociones ibi

mugeres por creer ibi

del s. juan y s. p.o y las 11 virgines milagros yn lit a

como an de hazer bien por los difuntos. milagros lit a

pa tentacion de carne [illegible]. milag. lit. a.

pa la pasion y nazarenos. milag. lit. d.

como an de tratar y criar los pes a sus hijos y los pes a sus criados. lit. d. v. milagros

de pa ciencia. milagros. lit d

adulterio. lit. m

del confesar bien [illegible]. lit. [illegible]

del no encubrir pecados en la confesion lit. n

de signo crucis lit. t et et p seguent post [illegible]

del murmurar. lit. d.

de los q pagan dios la limosna lit. c

del hablar en la yglesia. v. lit. c et t

lo q deven hazer y pagar los hijos a los pes lit. b.

del nombre de Jesus. milagros lit a

del no perdonar ynjurias. milagros lit. y

de ynvidia y yra. milagros lit. [illegible]

de jurar falso. milagros lit. [illegible]

de jugadores. lit. j. yn margine et del folio [illegible]

de los q [illegible]

p [illegible] marg

de alcahuetes. milag. lit. [illegible]